

# DECRETA AUTHENTICA

CONGREGATIONIS

## SACRORUM RITUUM

EX ACTIS EIUSDEM COLLECTA

CURA ET STUDIO

ALOISII GARDELLINI

**Editio Tertia**

NOVISSIMIS LOCUPLETATA EIUSDEM S. CONGREGATIONIS DECRETIS  
USQUE AD ANNUM 1856.

**Vol. III.**

AB ANNO 1780. NUM. 4396. USQUE AD DIEM 27. MAII 1826. NUM. 4620. *a.*

CUI ACCEDIT APPENDIX PRIMA CONTINUATIONIS DECRETORUM

AB ANNO 1826. NUM. 4621. USQUE AD DIEM 11. MARTII 1837. NUM. 4810.

*abbé Vaisière curé de Villeneuve*



ROMAE

TYPIS S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE

—  
MDCCCLVII.

DECRETA AUTHENTICA

CONGREGATIONIS

SACRORUM RITUM

EX ACTIS EIUDEM COLLECTA

CURA ET STUDIO

ALOISII GARDELLINI

Editio Tertia

NOVISSIMIS LOCURTATA EIUDEM S. CONGREGATIONIS DECRETIS  
USQUE AD ANNUM 1850.

Vol. III.

ANNO 1780. NUM. 4300. SUPPL. AD DIEM 27. MARI 1850. NUM. 4020. n.

QUI ACCEDIT APPENDIX PRIMA CONTINENTIS DECRETORUM

ANNO 1820. NUM. 4821. SUPPL. AD DIEM 11. MARTII 1837. NUM. 4810.



1969/619

CC E 001 - 3(3)

ROMAE

TEPIS S. CONGREGATIONIS DE PROBANDA FIDE

MDCCLXXII

# INDEX

## DIOECESUUM ET DECRETORUM

### A.

Additamentum 4512.  
Alatrina 4618.  
Albanen. 4619.  
Albanen. Funerum 4430.  
Alexandrina 4620.  
Aliphana 4555.  
Amerina 4418.  
Apuana 4615.  
Aquilana 4554.  
Aretina 4404. 4406.  
Ariminen. 4424.  
Asculana 4403. 4405. 4450. 4576.  
Assisien. 4560.  
Asten. 4540.

### B.

Bahien. seu Ordinis Minorum de Observantia Reformatorem  
S. Francisci Provinciae S. Antonii Bahien. in Brasilia 4447.  
Barcinonen. 4442.  
Baren. 4567. 4585.  
Bituntina 4556.  
Bononien. 4431. 4433. 4608.  
Bononien. Concordiae 4564.  
Boven. 4568.  
Bracharen. 4469.  
Bricinorien. 4611.  
Brixien. 4500.  
Brugnatn. 4485.

### C.

Caesenaten. 4451.  
Caletana 4558.  
Calaguritana et Calceaten. 4572.  
Calathaieronen. 4531.  
Camerinen. 4496. 4532.  
Canariensis 4437.  
Carpen. 4577. 4601.  
Carthaginen. seu Ordinis Minorum de Observantia Provinciae  
Carthaginen. in Hispania 4474.  
Cervien. 4460.  
Civitaten. Provinciae Compostellanae super resolutione du-  
biorum 4565.  
Civitatis Castellanae Praeeminentiarum 4407.  
Civitatis Castellae (vide Tiphernen.)  
Collen. 4605.  
Compostellana 4507. 4508.  
Congregationis SS. Redemptoris 4581.  
Conimbrien. 4464. 4538.  
Cordubem. 4489. 4501. 4506. 4509.  
Cotronen. 4586.

### D.

Decretum generale 4492. 4517. 4524. 4528. 4537. 4544. 4563.  
4578. 4584. 4610. 4620. a.  
Decretum 4518. 4593. 4599.  
De invento Corpore S. Francisci Universi Ordinis Fratrum  
Minorum Fundatoris 4569.  
De Privilegiis Protonotariorum Titularium seu Honorario-  
rum 4545.  
Dertthonen. 4587.  
Dubla de Episcopis Titularibus 4547.  
Dubiorum 4536. 4588. 4590.

Dubium 4606.  
Dubium de Sacris Reliquiis 4600.

### E.

Emeritensis in Indiis Occidentalibus 4610.  
Ex S. C. Concilii ad Congregationem Sacr. Rituum 4515.

### F.

Faventina 4452. 4453. 4461.  
Firman. 4399. 4443. 4465.  
Florentina 4402. 4490.  
Foroliviens. 4465.

### G.

Gaditana 4435.  
Gnesnen. 4408. 4444.

### H.

Hispalen. 4486. 4510.  
Hispalen Resolutionis dubiorum 4549.  
Hispaniarum 4478.

### I.

Iacobi (S.) de Spatha Nullius Provinciae Compostellanae 4462.  
Imolen. 4598.

### L.

Lauretana 4346.  
Litterae Apostolicae in forma Brevis super observantia et re-  
ductione festorum pro utriusque Siciliae Regno 4551.  
Alterum Breve super eadem re 4552.  
Lucana 4410. 4456.  
Luceorien. 4523.  
Lucerina 4497.  
Lusitana 4414. 4425.  
Lusitana seu Conimbricen. 4440.

### M.

Maceraten. 4473. 4502. 4575.  
Matriten. 4503.  
Mazarien. 4535.  
Mazarien. Resolutionis dubiorum 4566.  
Mechlinien. 4400.  
Mediolanen. 4480.  
Melevitana 4436.  
Melevitana Praeeminentiarum 4439.  
Melliten. 4571.  
Melphten. 4595.

### N.

Neapolitana 4543. 4553.  
Neritonen. 4614.  
Nolana 4596.  
Novarien. 4570. 4580.  
Nucerina seu Saxoferraten. 4475.  
Nullius Baleariae 4515.  
Nullius de Lerma 4494.  
Nullius Provinciae Compostellanae 4542.  
Nullius S. Laurentii Scorialensis Provinciae Toletanae 4409.

O.

- Orbis 4579.
- Ordinis S. Benedicti Congr. Vallisoleanae in Hispaniis 4396.
- Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Hispaniae 4401.
- Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Lusitaniae 4487. 4493.
- Ordinis Clericorum Minorum Villae Matrinen. Toletanae Dioecesis 4491.
- Ordinis Eremitarum S. Augustini 4589.
- Ordinis Militaris Equitum Christi in Lusitania 4530.
- Ordinis Minor. Conven. Provinciae S. Antonii Patavini 4426.
- Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum Provinciae S. Mariae de Arrabida in Lusitania 4427.
- Ordinis S. Francisci Reformatorum in Brasilia 4533.
- Ordinis S. Pauli I. Eremitae Congregationis Montis Ossae in Lusitania 4397.
- Oriolen. 4498.
- Ortonen. 4488.

P.

- Panormitana 4470. 4594. 4602.
- Parmen. 4476.
- Placentina 4422.
- Pisaren. 4417. 4561.
- Pius PP. VII. Epistola Encyclica de ara portatili seu oratorio domestico 4548.
- Portugallien. 4421.
- Puteolana 4534.

R.

- Ravennaten. 4454. 4591. 4597.
- Regni Hispaniarum 4559.
- Resolutionis dubiorum 4583. 4604. 4609.
- Ripana 4467. 4479. 4481.
- Romana 4471.
- Romana seu Urbis Ecclesiae S. Ignatii 4477.

S.

- Salutarium 4419.
- Sancti Severini 4398.
- Santanderien. 4448. 4455.

- Senogallien. 4411. 4412. 4458. 4504. 4562.
- Setina 4420. 4423.
- Signina 4441.
- Sorana 4573.
- Spoletana 4457. 4459.
- Sulmonen. 4582.

T.

- Tarentina 4557.
- Taurinen. 4463.
- Terracinen. 4483. 4612.
- Tiburтина 4482. 4484. 4603.
- Tiphernen. 4416. 4499.
- Toletina 4432.
- Toletana 4505.
- Tridentina 4592.
- Tuden. 4495. 4520. 4527.
- Tudertina 4550.
- Turritana seu Ordinis Minor. Conventual. S. Francisci 4539.

V.

- Valentina seu Ordinis Eremitarum S. Augustini Provinciae Valentinae in Hispania 4478.
- Veliternen. 4607.
- Veronen. 4511.
- Vicen. 4468. 4617.
- Volaterrana 4574.
- Volturnarien. 4413.

U.

- Urbinate. 4449.
- Urbis 4428. 4613.
- Urbis Archiconfraternitatis Sacror. Stigmatum 4529.
- Urbis Cappellae Pontificiae 4546.
- Urbis Collegii Episcoporum Assistentium 4525.
- Urbis et Orbis 4415. 4429. 4513. 4520. 4541.
- Urbis et Status Ecclesiastici 4514. 4521. 4522.
- Urbis Plae Unionis S. Pauli Apostoli 4519.
- Urbis S. Ioannis in Ayno 4438.

W.

- Wratislavien. 4445.



## DECRETA AUTHENTICA

# SACRAE RITUUM CONGREGATIONIS

### 4396. ORDINIS S. BENEDICTI CONGREGATIONIS

#### VALLISOLETANAE IN HISPANIIS.

Porrecto S. R. C., nomine hodierni P. Generalis Ordinis S. Benedicti Congregationis Vallisoletanae in Hispaniis, supplici libello pro resolutione sequentis Dubii.

An Ecclesiarum praefatae Congregationis certo non consecratarum, vel de quarum Consecratione dubitatur, Officium Dedicacionis earum ab immemorabili recitari, et celebrari consuetum, continuari possit? Et quatenus negative; supplicatur pro gratia, ne fiat notabilis alteratio in celebratione Divinorum Officiorum.

Sac. eadem Congregatio, ad relationem Em̃i, et Rm̃i Domini Cardinalis Boschi Ponentis, rescribendum censuit: « Quoad Ecclesias certo non consecratas Negative et ad mentem. *Mens autem est*, ut quatenus constet de Consecratione Ecclesiae Monasterii primarii Congregationis Vallisoletanae, Officium de illius Dedicacione recitari possit in aliis Ecclesiis eiusdem Congregationis quae non habent seu habere nequeunt diem assignatam pro Officio propriae Dedicacionis. Quoad Ecclesias vero, de quarum Consecratione dubitatur, stante asserta immemorabili consuetudine, nihil innovandum. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 22. Aprilis 1780.

### 4397. ORD. S. PAULI PRIMI EREMITAE CONGREGATIONIS

#### MONTIS OSSAE IN LUSITANIA.

Proposita fuerunt in S. R. C. ad instantiam P. Rectoris generalis supradictae Congregationis infrascripta Dubia, scilicet.

1. An licite continuari possit recitatio Officii, et celebratio Missae Dedicacionis Ecclesiarum praedictae Congregationis Montis Ossae in prima die Septemb. per capitulum generale assignata? Et quatenus negative.

2. An locus sit novae concessioni eiusdem Officii, et Missae pro dicta die prima Septemb.?

Et Sac. eadem Congregatio sub infrascripta die habita, referente Eminent., et Rev. Domino

Cardinali Boschi Ponente, re mature perpensa, respondit.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Quatenus constet de Consecratione, saltem Ecclesiae Monasterii primarii totius Congregationis: Pro gratia. » Die 22. Aprilis 1780.

### 4398. SANCTI SEVERINI.

Exortis inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Sancti Severini ex una, et Sacerdotes saeculares dictae Civitatis ex altera partibus, controversiis super praecedentia in Processionibus, quae fieri solent in dicta Civitate, illisque ad S. R. C. delatis, infrascripta Dubia, coram Em̃o, et Rm̃o Dom. Cardinali Corsino Episcopo Sabinensi Ponente concordata, proposita fuerunt, nempe.

1. An in publicis Processionibus competat praecedentia Sacerdotibus saecularibus, seu potius cantoribus in casu etc.? Et quatenus affirmative ad primam partem.

2. An, et in quo loco incedere debeant cantores in publicis Processionibus in casu etc.?

3. An sit locus purgationi attentorum, ita ut sit circumscriptum edictum anni 1779. in casu etc.?

Et S. C., utraque parte scripto, et voce prius audita, visisque iuribus hinc inde deductis, ad relationem eiusdem Em̃i Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam. »

Ad 2. « In loco ab Episcopo designando. »

Ad 3. « Negative in omnibus. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 22. Aprilis 1780.

### 4399. FIRMANA.

Porrectis per Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini Civitatis Firmanae humillimis precibus pro declaratione sequentis Dubii.

An consuetudo exponendi Feria VI. in Parasceve Sacratissimam Spinam Domini Nostri Iesu Christi ante Missam Praesantificatorum, et summationem SSm̃i Sacramenti, sit retinenda; seu

potius eadem Sacra reliquia sit proponenda venerationi Fidelium, post peractam dictam Missam et consummatum SSmum Sacramentum in casu etc.?

Sac. eadem Congregatio, habita prius Rm̄i Archiepiscopi informatione, auditoque prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarato, typisque evulgato, ad relationem Eminen., et Reverend. Domini Cardinalis Marefuschii Pontentis, et Praefecti, rescribendum censuit.

« Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. » Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 29. Iulii 1780.

4400 MECHLINIEN.

Cum Em̄o, et Rm̄o Dom. Cardinali Archiepiscopo Mechliniensi nonnulla occurrerint Dubia circa sacros ritus servandos in Consecrationibus Ecclesiarum, enixe S. R. C. supplicavit, quatenus ea benigne decernere dignaretur. Dubia sunt sequentia, nempe.

1. An ieiunium in Pontificali Romano praescriptum iis a quibus consecratur Ecclesia, sitne strictae obligationis, seu potius tantum de consilio?

2. An sit locale tantum, an personale; seu potius locale, et personale simul?

3. An, si Ecclesia consecratur die feriali, sitne Festum observandum in populo tali die cum obligatione in huiusmodi loco abstinendi ab operibus servilibus, et audiendi Sacrum?

4. An in loco consecrandae Ecclesiae Officium de communi Dedicacione Ecclesiae sit celebrandum a primis Vesperis die praecedenti recitandis inclusive, seu potius dumtaxat inchoandum, finita Consecratione, scilicet in Vesperis subsequentibus?

5. An eo casu de Feria, vel de Festo occurrentis Vesperae, Matutinum, ac aliae horae praecedentes Consecrationem Ecclesiae recitandae sint?

6. Si Officium a primis Vesperis die praecedente Consecrationem celebrandum sit de communi Dedicacione Ecclesiae; quaeritur: An Pastor, aut alius Sacerdos ruri, deficientibus aliis Ecclesiis, in ipsa Ecclesia consecranda summo mane Celebrans pro populi commoditate die Consecrationis peragenda Missam de Consecratione Ecclesiae celebrare valeat, et teneatur?

7. Si nec valeat, nec teneatur quaeritur: An Missam de Festo alias occurrente, aut de Dominica, et quo ritu celebrare debeat?

Et Sac. eadem Congregatio, audito prius voto

unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque evulgato, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Domini Cardinalis Archinto Pontentis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Ieiunium in Pontificali Romano praescriptum esse strictae obligationis pro Episcopo consecrante, et pro iis tantum, qui petunt sibi Ecclesiam consecrari; idemque ieiunium indicendum esse die praecedente Consecrationi ad formam Rubricae Pontificalis.

Ad 2. « Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam. »

Ad 5. « Vesperas, Matutinum, Laudes, et Horas Consecrationem praecedentes, recitandas esse vel de feria, vel de Sancto, prout descriptum fuerit in Ordinario.

Ad 6. « Negative, iuxta modum. *Et modus est*, ut ubi nulla alia sit Ecclesia, vel Cappella, Parochus, aut Sacerdos celebret post peractam Consecrationem; sin minus ea die se absteinet a Missae celebratione, et populus audiat Sacrum ab Episcopo decantandum.

Ad 7. « Missam non esse celebrandam de Dedicacione Ecclesiae, sed de Feria, vel de Sancto, prout descriptum fuerit in Calendario. Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 29. Iulii 1780.

#### 4401. ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM CONGREGATIONIS HISPANIAE.

Propositis S. R. C. per P. Antonium a S. Ioseph Procuratorem generalem Ordinis Carmelitarum excalceatorum Congregationis Hispaniae sequentibus Dubiis, nempe.

1. An in die S. Marci, ac in tribus Feriis Rogationum teneantur Regulares cantare Missam conventualem de Rogationibus, seu potius de Festo currente cum commemoratione Rogationum, cum Regulares non teneantur ad duas Missas eadem die? Et quatenus affirmative ad primam partem, et negative ad secundam.

2. An et quae Orationes dici debeant in Missa Rogationum?

3. An Rubrica posita in Missa S. Ioannis Apostoli, assignans Praefationem de Nativitate, accipienda sit generaliter, ita ut talis Praefatio debeat dici in omnibus Missis festivis occurrentibus infra Octavam Nativitatis, etiam habentibus Praefationem propriam; seu potius dieta Rubrica sit exceptio Rubricae generalis, ita ut in

sola Missa S. Ioannis Apostoli debeat dici Praefatio Nativitatis, non vero in aliis Missis sive festivis sive votivis propriam Praefationem habentibus?

4. De Vigilia, quae occurrit in Adventu nihil fit in Officio; quaeritur: Utrum in Missa, in qua de Vigilia fit commemoratio, legendum sit eius Evangelium in fine?

5. Utrum, quando non prohibentur Missae defunctorum, possit celebrari Missa de Requiem pro defunctis vage sumptis, idest pro quibus communitas debet applicare aliquam, vel aliquas Missas, quin Celebrans sciat determinate, sitne pro Sacerdote, pro laico, pro viro, pro foemina etc.? Et quatenus affirmative.

6. Quaeritur; quae prima Oratio erit dicenda in tali Missa?

7. Utrum sub prohibitione celebrandi Missas privatas post solemnem decantatam, et administrandi Fidelibus sacram Eucharistiam in nocte Nativitatis, comprehendantur Carmelitae utriusque sexus, maxime cum apud illos cantetur Missa solemnis non in media nocte (hoc enim tempore incipit Matutinum) sed circiter horam tertiam? Et quatenus affirmative.

8. An consuetudo contraria immemorabilis valeat sustentari saltem quoad Moniales, Religiosos choristas, et laicos?

9. Cum inter Patres Carmelitas disalceatos Hispaniae antiqua vigeat consuetudo se in Choro prosternendi super terram in Missa conventuali post elevationem Calicis, et cantato *Benedictus qui venit etc.* usque ad Orationem Dominicam exclusive, quaeritur: utrum haec consuetudo contrarietur Rubricae XVII. Missalis num. 5.? Et quatenus affirmative.

10. An nihilominus retineri possit in posterum? Et quatenus negative.

11. Quaeritur: Quem statum servare debent? standi, vel genuflectendi? Et quem ab *Agnus Dei* usque ad sumptionem?

12. Sacra Rituum Congregatio 28. Ianuarii 1668. concessit Ordini Carmelitarum facultatem recitandi Officium votivum sine ulla temporis exceptione semel in hebdomada die non impedita Festo novem lectionum, et non obstante posteriori Decreto 20. Martii 1706. posito in initio Breviarii Romani prohibente huiusmodi Officia votiva in Quadragesima; nihilominus Patres Carmelitae disalceati recta quidem fide perseveraverunt huc usque recitando huiusmodi Officium votivum etiam in Quadragesima. Quaeritur modo, utrum praedicti Patres continuare queant

in Quadragesima talem recitationem? Et quatenus negative.

13. Supplicat P. Generalis, eiusque Definitorium generale pro gratia, ut ad praefatum tempus extendatur concessio, attenta devotione, quam prae laudatus Ordo habet erga SSmum Sacramentum, ob quam olim eadem S. R. C. illi concessit Octavam privilegiatam pro solemnitate Corporis Christi, et ulterius, nisi huiusmodi Officium recitetur in Quadragesima, non datur locus in toto anno, in quo possit recitari.

14. Eadem S. R. C. 18. Septemb. 1666. concessit praefato Ordini, ut quater in anno posset recitare ritu duplici Officium votivum SSmi Nominis B. M. V. die non impedita Festo novem lectionum; vi huius concessionis prae laudatus Ordo hactenus illud recitavit, etiam tempore Quadragesimae, fortasse quia, utpote concessum quater in anno, videtur non comprehendi in Decreto prohibitivo 20. Martii 1706., quod tantum loquitur de Officiis votivis semel, vel pluries in singulis hebdomadis, seu mensibus. Quaeritur ergo: Utrum huiusmodi praxis possit continuari? Et quatenus negative.

15. Supplicatur pro gratia, ut supradictum Officium votivum extendatur etiam ad tempus quadragesimale pro die non impedita Festo novem lectionum, cum in toto anno non remaneant dies vacui, in quibus recitetur, nisi in tempore Quadragesimae?

16. Eadem S. C. 9. Iulii 1668. concessit praefato Ordini, ut semel in mense, die non impedita Festo novem lectionum, celebretur Officium votivum S. Theresiae Virginis eiusdem Ordinis Fundatricis, supplicatur pro modo extensionis ad tempus Quadragesimae.

17. Ob impedimentum perpetuum Quadragesimae Festum principale S. Ioseph Protectoris Congregationis Hispaniae Carmelitarum disalceatorum celebratur sine octava; et ideo provisum est a S. R. C. ut Octava adiudicaretur secundo eius Festo Patrocinii; sed cum hoc Festum, licet ritum secundae classis non excedat, pompa tamen extrinseca, maximaque interna animi commotione Religiosorum celebretur, immo et pluries in statutis Provinciis concursus Populi conveniat; quaeritur: Num in occursum, et concursu cum Festis Apostolorum, et Evangelistarum praefereantur obtineat? Et quatenus Negative.

18. Supplicatur pro gratia, ut praefereatur Festum Patrocinii Festis Apostolorum, et Evangelistarum, attenta solemnitate maxima, quam sortitur inter Carmelitas disalceatos, et maxime;

attenta dignitate personae S. Ioseph supra Apostolos.

19. Officium S. Laurentii Martyris celebratur cum cantu a Patribus Carmelitis exalceatis ex praescripto constitutionum, hebdomadario cum Pluviali ad Vesperas, Acolythis, et Thuriferario, etiam respective paratis, et eius Missa cantatur cum Ceroferariis, et incenso; Festum vero Sanctorum Iusti, et Pastoris, licet eiusdem ritus apud Hispanos, nihil solemnitatis sortitur apud Patres Carmelitas. Quaeritur ergo: Utrum in concursu dictorum Festorum debeantur integrae Vesperae S. Laurentio Martyri ex Rubrica XI. Breviarii Romani num. 2.?

20. Utrum dignitas, qua gaudent Festa Apostolorum, et Angelorum extendatur ad horum diem octavum, quando cum Octava celebrantur, ita ut, concurrente die octavo in primis, vel secundis Vesperis cum Festo dupl. min. inferioris dignitatis, integras sortiatur Vesperas dies octavus cum sola commemoratione praecedentis, vel subsequentis?

21. Bñna Virgo Maria est Patrona principalis totius Ordinis Carmelitarum. Quaeritur ergo: Utrum Patres Carmelitae discalceati, quando recitatur Officium de Feria simul cum Officio parvo B. M. V., possint et debeant inter suffragia Sanctorum facere commemorationem de eadem non solum in Conventibus, quorum Ecclesiae sint eidem Virgini dicatae quocumque titulo, sed etiam in omnibus Conventibus Ordinis ratione praedicti specialissimi Patronatus?

22. Utrum inter suffragia Sanctorum fieri debeat a Regularibus commemoratio Titularis suae Ecclesiae, non obstante, quod etiam fiat de Patrono principali Religionis?

23. Utrum in Hispania teneantur Regulares facere commemorationem S. Iacobi Apostoli Patroni principalioris Regni, quando in Officio Divino dicuntur suffragia Sanctorum, et apud Regulares fit commemoratio Patroni principalis Religionis?

24. Utrum in pronuntiatione Lectionis Martyrologii Romani Elogium S. Cypriani Oppidi Fontis Tiberii principalis Patroni, sit separandum ab Elogio S. Cornelii ex eo, quod Officium unius separatur ab alio?

25. An S. Cyprianus nominandus sit in primo loco?

S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque evulgato, ad relationem Em̃i, et Rm̃i D. Card. Corsini Ponentis, rescribendum esse censuit.

Ad 1. « In duplicibus primae, et secundae classis canendas esse duas Missas; in reliquis dilata. »

Ad 2. « Dicendas esse Orationes a Rubrica praescriptas, scilicet primam de Rogationibus, secundam *Concede* de B. M. V., tertiam pro Papa, vel Ecclesia. »

Ad 3. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. »

Ad 4. « Affirmative, exceptis Feriis quatuor Temporum. »

Ad 5. « Affirmative. »

Ad 6. « Dicendam esse primam Orationem: *Deus, qui inter Apostolicos etc.*, ut habeatur in eodem Missali. »

Ad 7. « Affirmative. »

Ad 8. « Negative. »

Ad 9. et 10. « Servari posse. »

Ad 11. « Dilata. »

Ad 12. « Negative. »

Ad 13. « Negative. »

Ad 14. 15., et 16. « Negative, et servetur Decretum anni 1706. »

Ad 17. « Negative, cum agatur de Festo secundario. »

Ad 18. « Negative. »

Ad 19. « Integras Vesperas de digniori cum commemoratione de sequenti. »

Ad 20. « Negative. »

Ad 21. « Affirmative in omnibus. »

Ad 22. et 23. « Affirmative. »

Ad 24. et 25. « Ad me Ponentem cum D. Promotore Fidei. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 16. Februarii 1781.

4402. FLORENTINA.

Cum Serenissimus Etruriae Magnus Dux, et Austriae Archidux pro eximia animi sui erga Sanctam Sedem Apostolicam religione, et observantia cum in rebus omnibus, tum maxime in sacris ritibus, SS. Domino Nostro Pio PP. VI. humillime supplicaverit, ut in cunctis suis Dominiis celebrari possit una sollemnis Missa de Requiem diebus etiam festivis de praecepto, et duplicibus secundae class. una cum absolutionibus, et precibus, quae in die obitus fieri, et recitari solent, etiamsi cadaver in Ecclesia praesens non sit.

Eadem Sanctitas Sua, ad relationem Emin. Archinto S. R. C. Praefecti, audito prius consilio Congregationis particularis ab Ea deputatae: « Petitam facultatem in casu, de quo agitur, benigne concessit, etsi cadaver tumulatum non fuerit, sed ea, qua decet, religione, servetur in



loco decenti proximiori Ecclesiae, apposito tamen in Ecclesia, lodicis, seu nigri panni signo ab eo diverso, quod in Anniversario adhibetur, ut Fideles intelligant, Missam hisce diebus offerri in expiationem animae illius defuncti, cuius corpus traditum terrae adhuc non fuit, et Ecclesiae precibus etiam proprias adiungant. Quibuscumque in contrarium minime obstantibus. Die 25. Aprilis 1781.

4403. ASCULANA.

Exortis inter Capitulum Ecclesiae Collegiatae Terrae Ophidae, Dioecesis Asculanae ex una, et Magistratum dictae Terrae, et partibus ex altera, controversiis super iuribus, et praecipue pro sacris functionibus in supradicta Collegiata Ecclesia peragendis, illisque ad S. R. C. delatis, infrascripta Dubia, coram Emin. et Rev. Domino Cardinali Vicecomite Ponente concordata, proposita fuerunt.

1. An, et in quibus functionibus Ecclesiasticis Collegiatae Ecclesiae Terrae Ophidae intervenire debeat Magistratus eiusdem Terrae in casu etc.?

2. An pro functionibus, in quibus intervenire debet Magistratus praedictus, fieri debeat eidem intimatio diei, et horae, in qua functiones incipiunt, seu potius servanda sit tabella horaria Capituli in casu etc.?

3. An, et a quo ex Capitulo, seu Presbyteris addictis servitio Ecclesiae Collegiatae praestanda sit aqua benedicta Magistratui ingredienti Ecclesiae in casu etc.?

4. An, et a quo sit comitandus idem Magistratus interveniens supradictis functionibus, dum ab Ecclesia discedit in casu etc.?

5. An Magistratui accedenti ad Ecclesiam interveniendi causa sacris functionibus assignari debeat Sacrarium, seu aliud cubiculum eidem adnexum, in quo persistat usquedum sacrae functiones incipiunt in casu etc.?

6. An sit servanda consuetudo faciendi in Festo Purificationis Bñae Virginis praeter distributionem Candelarum in Altari, etiam alteram mulieribus, et populo in ianua Ecclesiae, ante discessum Magistratus ab Ecclesia, seu potius sit facienda post discessum eiusdem Magistratus in casu etc.?

7. An eidem Magistratui intervenienti publicis Concionibus, praeter solitam generalem reverentiam ante initium Concionis, fieri debeat a sacris Concionatoribus specialis reverentia post incoeptum exordium Concionis in casu etc.?

Et Sac. eadem Congregatio, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque iuribus

hinc inde deductis, ad relationem eiusdem Emin. Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Servetur solitum. »

Ad 2. « Affirmative ad primam partem. »

Ad 3. 4., et 5. « Negative. »

Ad 6. « Faciendam esse post discessum Magistratus. »

Ad 7. « Faciendam esse unicam reverentiam ante initium Concionis, primam Capitulo, alteram Magistratui, et amplius in omnibus. » Et ita Emin. Patres censuerunt, declararunt, et servari mandarunt. Die 23. Iulii 1781.

4404. ARETINA.

Porrecto S. R. C., nomine Archipresbyteri Ecclesiae Collegiatae loci Traiani, Dioecesis Aretinae supplici libello pro resolutione sequentium Dubiorum.

1. An in nocte Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi liceat cuicumque Sacerdoti ante auroram celebrare Missam privatam, absque indulto Sedis Apostolicae in casu etc.? Et quatenus negative.

2. An contraria praxis ubi introduci vellet, vel iam esset introducta, declaranda sit abusus, et directe opposita legibus Ecclesiae; ita ut per Episcopum sit abscindenda?

Sac. eadem Congregatio, audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque evulgato, ad relationem Emin., et Rev. Domini Cardinalis Vicecomitis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Non licere. »

Ad 2. « Contrariam consuetudinem declarandam esse abusum, et Episcopus curet abscindi. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 18. Septembris 1781.

4405. ASCULANA.

Iurium honorificorum inter Capitulum Ecclesiae Collegiatae Terrae Ophidae, Dioecesis Asculanae ex una, et Magistratum dictae Terrae ex altera partibus, Ponente Emin. Vicecomite. « Specialem reverentiam Capitulo tributam in resolutione capta die 23. Iunii 1781. intelligendam esse, ubi singuli Canonici intersint in habitu talari. » Die 19. Februarii 1782.

4406. ARETINA.

Proposito per Emin., et Rev. Dominum Cardinalem Corsini Episcopum Sabinen. Ponentem in Congregatione Sac. Rit., ad instantiam Rev. Episcopi Aretini, infrascripto Dubio: An consuetudo immemorabilis celebrandi Missas, occasione solemnum Processionum, ritu superius exposito, substinenda sit, vel reiicienda?

Et Sac. eadem Congregatio, audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris typis evulgato, rescribendum censuit: « Negative iuxta votum. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 19. Februarii 1782. (Ad huius Decreti intelligentiam prae oculis habendus est casus ab Aretino Episcopo expositus, qui est, ut sequitur.

Accedit Sacerdos celebraturus ad Altare, dum Processio receditur ad Ecclesiam, procedit usque ad Offertorium Sacerdos, ut in Missa privata; sistit vero usque adeo omnes de Choro ad proprium stallum pervenerint; tunc accedunt ad Altare Diaconus, et Subdiaconus, ut in Missa solenni; incensantur Oblata, et Clerus more solito: dein canitur Praefatio: post Consecrationem, et Elevationem Calicis Diaconus, et Subdiaconus, omnesque de Clero recedunt, et Celebrans, ut in Missa privata, prosequitur. Ex qua improbanda consuetudine oriebatur Dubium Sac. Congregationi discutiendum, iudicandumque propositum. An consuetudo etc.? Quoniam vero S. C. simpliciter respondit. « Negative iuxta votum. » Idem est, ac si rescripsisset: « Negative in omnibus, consuetudinem non sustineri, et Episcopus curet quam primum eam abscindi; » (quemadmodum caeremoniarum Magister insinuabat.)

#### 4407. CIVITATIS CASTELLANAE. PRAEEMINENTIARUM.

Inter Capitulum insignis Collegiatae Ecclesiae Matricis S. Andreae Terrae Vallerani, et Rñdum Dñum Victorem Parchiaroni Curatum Ven. Ecclesiae S. Victoris, et Rñdum Dñum Hieronymum Ianni Sacristam alterius Ven. Ecclesiae B. M. V. de Ruscello dictae Terrae Vallerani super Dubiis.

1. An sit locus observationi concordiae anni 1754. initae inter Archipresbyterum S. Andreae, et Curatum S. Victoris super Processione Corporis Christi, seu potius Capitulo insignis Collegiatae, et Parochialis Ecclesiae competat privative ius faciendi dictam Processionem tam in dicto die festo, quam in eius Octava? Et quatenus affirmative ad secundam partem.

2. An dicto Capitulo competat ius faciendi expositionem SSñi Sacramenti cum interessentia Confraternitatis huius Nominis, et subministrazione cereae ab ea facienda quolibet die infra Octavam supradicti Festi Corporis Christi?

3. An sit locus observationi alterius concordiae anno 1731. initae inter easdem partes super alternativa celebratione Ecclesiasticarum functionum intra annum?

4. An Capitulo insignis Collegiatae, et Parochialis S. Andreae competat privative ius faciendi

Processionem SS. Sacramenti tertia Dominica cuiuslibet mensis? Et quatenus affirmative.

5. An Confraternitas SS. Sacramenti teneatur interesse dictae Processioni cum baldachino, et intortitiis pro Clero?

6. An exercitium bonae mortis fieri solitum Dominicis diebus ex Instituto Confraternitatis Agonizantium erectae in dicta Collegiata Ecclesia S. Andreae, ibidem privative peragi debeat?

7. An Curatus, et Coadiutor S. Victoris debeant abstinere a celebratione, seu cantu choralium Officiorum, et Missae Conventualis? Et quatenus negative.

8. An dicto Curato, et Coadiutori sint assignandae horae distinctae ab horario dictae Ecclesiae Collegiatae?

9. An totus Clerus Terrae Vallerani, et signanter supradictus Curatus, et Coadiutor S. Victoris, et Cappellani Ecclesiae B. M. V. de Ruscello, cogendi sint ad interessendum omnibus Processionibus publicis, quae privative fiunt ab Archipresbytero, et Capitulo Ecclesiae Collegiatae?

10. An post Archipresbyterum spectent privative ad Praepositum, iisque absentibus, vel impeditis, ad Canonicos dictae Collegiatae, omnia iura praeeminentialia tum in Processionibus, tum in aliis publicis functionibus, quae privative fiunt a dicto Archipresbytero, et Capitulo?

11. An in Processionibus, quibus interveniunt Capitulum Collegiatae, Curatus, et Coadiutor S. Victoris, nec non Sacrista, et Cappellani B. M. V. de Ruscello, debeant omnes incedere, et in quo loco, sub Cruce Capituli?

12. An, et qui locus sit assignandus in aliis functionibus praedicto Curato, Sacristae, et Cappellanis?

13. An immediate post Processiones, quae ducuntur ad Ecclesiam S. Victoris tam in die festo S. Antonii Patavini, quam die 5. Septembris, celebranda sit, et a quo, Missa solennis?

14. An diebus festis Sanctorum, et votivis celebrari solitis in Ecclesia S. Victoris, quibus intervenit Archipresbyter, et Capitulum S. Andreae ad celebrandum Divina Officia choralia, et Missam solemnem, liceat Curato dictae Ecclesiae S. Victoris aliam Missam solemnem, et alia Officia choralia vel ante, vel post interventum praedicti Capituli celebrare?

15. An, invitato Capitulo ad associationem cadaveris alterius Paroeciae S. Victoris, debeat illius Curatus incedere, quo loco, et cum stola sub Cruce Capituli?

16. An, electa a Parochiano S. Victoris sepultura in Ecclesia Collegiata, et recusante illius Curato levare, atque associare cadaver, liceat Capitulo levare, et deferre illud ad propriam Ecclesiam?

17. An, electa a Parochiano S. Andreae sepultura in Ecclesia S. Victoris, liceat Capitulo ingredi dictam Ecclesiam cum Stola, et Cruce elevata, et aliquas functiones facere circa cadaver?

18. An liceat idem Archipresbytero, et eo absente, Praeposito, et Capitulo in associatione funerum ad alias quascumque Ecclesias, etiam extra districtum Paroeciae S. Andreae?

19. An Dignitatibus, vel iis impeditis, Canonicis Missas, et Vesperas solemniter ubicumque extra propriam Ecclesiam celebrantibus, competat ius habendi assistentes in officio Diaconi, et Subdiaconi de gremio Capituli?

20. An Curato S. Victoris Terrae Vallerani liceat ducere Processiones particulares eiusdem Ecclesiae, extra portam dictae Ecclesiae?

21. An Archipresbytero S. Andreae Terrae Vallerani liceat ducere Processiones particulares eiusdem Ecclesiae, extra ambitum suae Paroeciae?

22. An Concio quadragesimalis, et tempore Adventus tam diebus feriatis, quam festivis private fieri debeat in dicta Ecclesia Collegiata?

23. An constet de attentatis, et quomodo, et a quo sint purganda?

A Sacra Congregatione responsum fuit, ut sequitur. Ad 1. « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam quoad diem Festum tantum. »

Ad 2. « Affirmative quoad expositionem SSmi Sacramenti, non tamen private, et quoad Confraternitatem, utatur iure suo coram iudice competenti »

Ad 3. « Negative, et Ecclesiam S. Victoris reintegranda esse ad primaeva iura. »

Ad 4. « Negative, et ad mentem. »

Ad 5. « Utantur iure suo coram Iudice competentis. »

Ad 6. 7., et 8. « Negative. »

Ad 9. « Affirmative quoad Processiones publicas, et generales tantum. »

Ad 10. « Affirmative quoad functiones spectantes ad Archipresbyterum, tamquam primam Dignitatem. »

Ad 11. « Affirmative in omnibus ante Capitulum, et Clerum sub ipsius Cruce. »

Ad 12. « Provisum in antecedenti. »

Ad 13. « Celebrandum esse per digniorem de Capitulo. »

Ad 14. « Negative. »

Ad 15. « Dilata, et ad Emin. Ponentem, iuxta mentem. »

Ad 16. « Perquisito, expectato per congruum tempus, et renuente Parocho: Affirmative. »

Ad 17., et 18. « Dilata, et ad Emin. Ponentem, iuxta mentem. »

Ad 19. « Affirmative, quando totum Capitulum convenire debet. »

Ad 20. « Affirmative, dummodo sit intra ambitum Paroeciae et interveniat licentia Ordinarii. »

Ad 21. « Negative. »

Ad 22. « Ad Emin. Ponentem, iuxta mentem. »

Ad 23. « Nihil de attentatis; et in omnibus Dubiis amplius. »

*Spiegazione della mente della Sacra Congr.*

Ad Dubium 4. « La mente è, che la Processione da farsi la terza Domenica di ciascun mese, non sia privativa della Chiesa di S. Vittore, ma che l'Ordinario concordi il giorno, in cui si debba fare dall'una, e dall'altra Chiesa. »

Ad Dubia 15. 17., et 18. « La mente è, che scriva un Maestro di ceremonie, da destinarsi dall'Emin. Ponente. »

Ad Dubium 22. « La mente è, che l'Ordinario osservate ambedue le Chiese, ed avuto riflesso alle ragioni, che possono competere all'una, ed all'altra, destini il luogo, o i luoghi, dove si debba fare la Predica nella Quaresima, e nell'Avvento. »

Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 10. Septembris 1782.

4408.

GNESNEN.

Rev. Archiepiscopus Gnesnensis Poloniae Primas, ad praecedendas controversias, quae exortae fuerant inter Canonicos suae Ecclesiae Metropolitanae, et Primatialis Episcopali characterе insignitos, et eos, qui Episcopali Dignitate carent, super praecedentia tam in Choro, quam in aliis Ecclesiasticis functionibus, mandavit rem proponi in Capitulo, eaque per dictum Capitulum generale remissa ad eiusdem Rev. Archiepiscopi reditum in Patriam, etsi certo ipsi non innotuerit; an Capitulum praedictum totum arbitrium ipsi conferre voluerit, vel non; cum tamen dilatio ulterior iurgia, et controversias magis excitasset, infrascripta Decreta in posterum observanda pro bono, et quiete Ecclesiae suae, et dignitate Episcopali, edidit, videlicet.

Universis, et singulis, quorum interest, intererit, aut quomodolibet interesse in futurum poterit, significamus, et ad notitiam indubitatum inducimus, relatum nobis fuisse, et esse, qualiter in Capitulo generali Illmorum, Perillustrium Rmorum Praelatorum, et Canonicorum almae

Ecclesiae nostrae Metropolitanae Gnesnensis, pro Festo translationis S. Adalberti Episcopi, et Martyris die martis 29. mensis Octobris, anno elapso celebrato, propositum fuerit de, et super stallo, et loco in Choro dietae Ecclesiae Nostrae Metropolitanae Episcopis titularibus Praelaturas, et Canonicatus in eadem Ecclesia possidentibus assignando, idemque negotium ad nos uti, et tamquam loci Ordinarium Gnesnensem sit remissum, mediante Decreto eiusdem Capituli generalis die, ut supra, lato, tenoris sequentis.

Illationem hanc Ill<sup>m</sup>i, et R<sup>m</sup>i Domini Gasperis Izaiewski Episcopi Larandensis Canonici Metropolitanani, ac Administratoris generalis Archidioecesis Gnesnensis de stallo Episcopis titularibus Praelaturas, et Canonicatus in hac Ecclesia possidentibus in Choro designando factam praesens R<sup>m</sup>um Capitulum generale, ad felicem Celsissimi Principis loci Ordinarii in patriam adventum remittit. Nos itaque illationem huiusmodi decreto capitulari ad nos remissam, totumque hinc inde emergens negotium cum omnibus suis adnexis, et connexis, auctoritate nostra ordinaria resolventes, unaque simul quibusvis Dubiis, et controversiis de stallo, et praecedentia ad praesens exortis, sive in posterum quomodolibet exoriundis, provise, et indilate occurrere volentes, inhaerendo tum laudabili consuetudini aliarum Ecclesiarum Cathedralium in praemissis observari solitae, tum attento, eo quod in hoc potissimum Regno Dignitas Episcopalis plurimum honoretur, eoque intuitu Episcopi Poloni tam in Senatu, quam in publicis consessibus priori loco distinguuntur, eo magis, ut in facie Ecclesiae nostrae Metropolitanae, primariae Regni Basilicae idem Episcopalis Ordo conformi praecedentia dignoscatur, statuendum, ac ordinandum esse duximus. Et quidem.

I. Episcopi, et simul Regni Senatores, quoties ad aliquam Praelaturam, vel Canonicatum in Ecclesia nostra Metropolitana Gnesnensi possidere contigerit, omnes alios praecedant, primumque locum in Choro, ac Processionibus dietae nostrae Ecclesiae Metropolitanae obtineant.

II. Post eosdem autem Episcopos Senatores, Suffraganei nostri locales Archidioecesani, et quidem primo loco Gnesnensis, dein Loviciensis in Choro, stallo, et Processionibus in eadem Ecclesia aliis Episcopis titularibus praecedant.

III. Post Suffraganeos nostros locales Episcopi in partibus titulares, et Canonicatus in praefata Ecclesia nostra Metropolitana possidentes pro dignitate suarum Praelaturarum, sive iuxta senium suorum canonicatum locum habeant.

IV. Post Episcopos titulares Administrator generalis Archidioecesis praesentis pro tempore existens sedeat, et praecedat. Quod si autem idem Administrator generalis sit Episcopus Senator, ex tunc aliis Episcopis Senatoribus praefendus; si vero Episcopus tantum titularis, tunc immediate post Suffraganeum nostrum Loviciensem aliis Episcopis titularibus praecedat. Subsequenter reliqui Praelati, et Canonici dietae nostrae Metropolitanae, Ordine pontificali non insigniti, iuxta distinctionem Praelaturarum, sive senium canonicale, stallum in Choro, et locum in Processionibus obtineant. Et ita resolvimus, decernimus, statuimus, atque ordinamus, huiusmodi nostram resolutionem, decisionem, atque ordinationem abhinc, et in posterum per Reverendissimum Capitulum Ecclesiae nostrae Metropolitanae Gnesnensis inviolabiliter observari, teneri, effectuari volumus, disponimus, atque obstringimus. In quorum fidem praesentes manu nostra subscripsimus, et sigillo nostro muniri iussimus. Dabantur Francofurti ad Moenum. Die 18. mensis Ianuarii anno Domini 1783.

Quae quidem Decreta probata SS<sup>m</sup>o fuerunt sequenti Rescripto. Die 12. Martii 1783. Ex audientia SS<sup>m</sup>i. Sanctissimus benigne adprobavit Decreta edita a R<sup>m</sup>o Archiepiscopo, de quibus in precibus.

C. Airoidi Sac. Rit. Congregationis Secretarius.  
4409. NULLIUS S. LAURENTII SCURIALENSIS, PROVINCIAE TOLETANAE.

Cum Patri Priori, et Fratibus regalis Monasterii Nullius S. Laurentii Scurialensis Provinciae Toletanae, nonnulla occurrerint dubia super Officiorum, et Missarum celebratione: S. R. C. humillime supplicarunt, quatenus ea benigne declarare dignaretur. Dubia sunt sequentia, nempe.

1. An Priori, et Fratibus Monasterii S. Laurentii Scurialensis Officium duplex cum Octava singulis annis in honorem Sanctorum, quorum Reliquiae habent, ex indulto recitantibus, liceat, simul Festa particularia die propria celebrare de Sanctis, quorum corpora, vel notabiles reliquias custodiunt?

2. An id ipsis liceat saltem, quia huc usque ad haec novissima tempora recitare consueverunt?

3. An insuper celebrare possint Festa particularia cum ritu duplici de Sanctis, quorum Reliquias notabiles servant?

4. An iuxta Rubricas Breviarii Romani sub ritu semiduplici tantum, vel simplici, celebrare deberent Sanctorum Officia, si illorum Reliquia in Ecclesia insignis non extaret?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, ad mei infrascripti Secretarii relationem, rescribendum censuit. Ad 1. « Affirmative, si Reliquiae Sanctorum sunt insignes, aut notabiles, seu illa pars Corporis, in qua passus est Martyr, modo sit integra, et non parva, ac legitime ab Ordinario approbata, et dummodo habeatur specialis concessio a S. Sede Apostolica, quando iidemet Sancti descripti non sunt in Martyrologio Romano. »

Ad 2. « Affirmative, de Sanctis, ut in primo: de aliis etiam Affirmative, si eorum celebratio invecata sit ante Bullam S. Pii PP. V. editam 7. Idus Iulii 1568. »

Ad 3. « De Sanctis, quorum habentur Reliquiae insignes sub ritu dup. min., si vero notabiles, ritu semiduplici, et etiam superiori, si a S. Sede Apostolica, aut a S. R. C. concessum sit. »

Ad 4. « Negative. » Et ita declaravit ac servari mandavit. Die 29. Martii 1783.

4410. LUCANA.

Cum in constitutionibus Ordinis S. Benedicti cap. 31. praecipitur, ut quoties aliqua ex Religiosis decesserit, toties diebus 3. 7., et 30., et anniversaria celebretur una Missa cantata de Requiem, ut in die obitus in suffragium cuiuscumque Religiosae, Abbatissa, et Religiosae Monasterii S. Iustinae Ordinis praedicti S. Benedicti, Civitatis Lucanae, S. R. C. humillime supplicaverunt, quatenus declarare dignaretur: An liceat praedictam Missam celebrare quoties dictis diebus 3. 7. et 30., ac anniversaria occurrat Festum ritus dup.

Et eadem S. C., referente Em̄o, et R̄mo Domino Cardinali Archinto Praefecto, et Ponente; audito etiam voto R. P. D. Iosephi Dini Apostolicis caeremoniis Praefecti, re mature perpensa, respondit: « Licere, exceptis duplicibus primae, et secundae classis, ac diebus festivis de praeepto. Die 2. Augusti 1783. »

4411. SENOGALLIEN.

Porrectis per Aloysium Fabri, et Vincentium Trusiani Canonicos deputatos a Capitulo insignis Ecclesiae Collegiatae Montis Terrae Martiani, Diocesis Senogalliensis, S. R. C. humillimis precibus pro declaratione sequentium Dubiorum.

1. Utrum circa praeminentiam faciendi chorales functiones solemniores non Parochiales, servari debeat Decretum huius Sacri Tribunalis in Andrien. 3. Decembris 1672. An vero aliud valde differens in Compsana pro Collegiata Terrae Colliani 23. Martii 1709., an tandem illud in Lu-

cana 15. Martii 1721., contra primam Dignitatem insignis illius Collegiatae, per quod videtur, quaecumque praeminentiam dictas functiones privative faciendi Collegiatarum Dignitatibus denegari, iuxta Decretum Em̄i, et R̄mi Episcopi?

2. Num in hoc casu liceat cuilibet hebdomadario absque singulorum Capitularium consensu favore Dignitatis, renuntiare iuri suo, et sic turbare possessionem Capituli in dictis actibus per hebdomadarium indiscriminatim exercendis?

3. An in casu, quo Decretum in Andrien. erga primam Dignitatem debeat observari, eadem praeminentia in secundis Feriis Nativitatis D. N. I. C., Resurrectionis, Pentecostes, aliorumque Festorum, pertineat ad Priorem, et quorum?

4. Num liceat aliquibus Canonicis renunciare Capitulari iuri, per dictum Em̄um, et R̄mum Dominum Episcopum asserto, celebrandi Missas decantandas pro anniversariis benefactorum, Festivitatibus etc., ac novendiales, aliasque similes functiones? An illud vicibus sibi fungentibus, sive aliud ad hebdomadarium spectans, celebrandi Missas solemnes, ac Vesperas, quae habent Processiones, vel alias functiones quasi adnexas, transferre in primam, vel alteram Dignitatem, sibi haec privative debere contententes, et sic incertum reddere ius Capituli?

5. Utrum, cum dictae Missae, vel aliae extra chorales functiones ad alios pertinent Collegas, iuxta institutum, de mandato eiusdem Episcopi liceat illis Canonicis a Choro, et cantu per Capitulares de necessitate praestando (quoniam Mansionarii Curae animarum addicti sunt, et alii decentes cantores non habentur) se subtrahere, relinquere insufficientem ad id Canonicorum numerum, et ita non tantum exercitium iuris Capitularis sed etiam fidelium devotionem in derisum vertere, vel impedire?

6. An duo saltem adesse debeant inservientes Clerici in funeribus, alter Crucem deferens, ac tenens, alter vero Parocho ministrans; An vero sufficiat unus?

7. Num stipendia a defunctorum haeredibus pro Cruce, et dicto Clerico ministrante solvi solita, sint de iuribus parochialibus, an potius capitularibus; spectent ad deferentem Crucem, et respective dictum Clericum ministrantem, sive ad Sacristam Collegiatae salarium dictis Clericis solventem, iuxta illud Decretum eiusdem Em̄i, et R̄mi Episcopi?

S. eadem Congregatio, habita prius Em̄i, et R̄mi Episcopi informatione, ad relationem Em̄i, et R̄mi Domini Cardinalis Vicecomitis Ponentis,

rescribendum censuit: Ad 1. « Affirmative ad primam partem: in reliquis provisum, et arbitrio E<sup>m</sup>i Episcopi. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 2. Augusti 1783.

4412. SENOGALLIEN.

Proposito in S. R. C. inter Fratres Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci Terrae Montis Novi, Dioecesis Senogalliensis, ex una, et Abbatem Franciscum Festarini Parochum Ecclesiae S. Mariae de platea dictae Terrae ex altera partibus, infrascripto Dubio coram E<sup>m</sup>o, et R<sup>m</sup>o Domino Cardinali Archinto Praefecto, et Ponente concordato.

An in funeribus explendis in Ecclesia PP. Minorum Conventualium S. Francisci Montis Novi, in digniori loco consistere debeat Crux Ecclesiae tumulantis, seu potius illa Ecclesiae Abbatialis, et Parochialis in casu etc.?

Sac. eadem Congregatio, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque iuribus hinc inde deductis, ad relationem eiusdem E<sup>m</sup>i Ponentis, rescribendum censuit: « Affirmative ad primam partem, Negative. ad secundam. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 2. Augusti 1783.

4413. VOLTURARIEN.

Proposito per E<sup>m</sup>um Dominum Cardinalem Archinto S. R. C. Praefectum, et Ponentem in eadem Sacra Congregatione, ad instantiam Cleri Sancti Marci Dioecesis Volturariensis infrascripto Dubio.

An a Clero S. Marci Dioecesis Volturariensis recitari debeant duo Officia pro duabus translationibus Corporis S. Ianuarii Martyris, unum nempe Dominica prima, vel secunda Maii, alterum die vigesimatertia Octobris, iuxta concessionem factam per hanc S. R. C., seu potius alterum ex illis?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem eiusdem E<sup>m</sup>i Ponentis, rescribendum censuit: « Teneri Clerum S. Marci ad recitationem utriusque Officii pro duplici distincta translatione Corporis S. Ianuarii Martyris, iuxta concessionem factam per hanc S. R. C., neque ullo pacto posse sive ab uno, sive ab altero abstinere. » Et ita declaravit. Die 2. Augusti 1783.

4414. LUSITANA.

Ex parte Antonii de Padua Correa Canonici Canonicorum saecularium S. Ioannis Evangelistae in Lusitania S. R. C. supplicatum fuit pro declaratione sequentium Dubiorum, quae sunt.

1. Num in Ecclesiis Choro adstrictis diebus illis, in quibus Officium, aut Nocturnum defun-

ctorum recitatur die duplici maiori, vel minori, vel semiduplici, praeter Missam de Requiem, debeat necne Missa alia celebrari Officii illius diei?

2. Inquiritur qualis in die Commemorationis defunctorum, cum pro uno tantum Missa applicatur, dici debeat nimirum si prima propria diei, aut vero Missa communis sub ritu semiduplici?

3. Utrum in Ecclesiis Regni Lusitani, ubi Feria quinta Ascensionis Domini Nona cantatur solemniter post meridiem usque ad primam horam, absque Officii interpolatione, debeat Cereus Paschalis extinguere statim post Evangelium Missae solemniter, aut vero conservari usque ad finem Nonae, et tunc extinguere, finita Antiphona praed. horae?

4. Inquiritur, numquid Feria V. in Coena Domini, dum solemniter Missa cantatur, Crux cooperta esse debeat velo albo, ratione solemnitatis diei, seu violaceo propter Passionis tempus?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem E<sup>m</sup>i, et R<sup>m</sup>i Domini Cardinalis Vicecomitis Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. « Affirmative, quia Missa conventualis de Officio currenti omitti non potest. »

Ad 2. « Cum Lusitani gaudeant privilegio tres Missas celebrandi in die Commemorationis Defunctorum, qualemcumque trium a Benedicto XIV. ipsis praescriptarum possunt dicere, licet pro uno tantum Missa applicetur. »

Ad 3. « Affirmative quoad primam partem Dubii, et Negative quoad secundam, quia Rubrica Missalis adamussim servari debet. »

Ad 4. « Albi coloris debet esse velum Crucis Altaris, in quo Missa celebratur: violacei vero Crucis Processionis, et Altaris lotionis. » Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 20. Decembris 1783.

4415. URBIS, ET ORBIS.

Quum ex peculiaribus Dubiis ex parte nonnullorum Parochorum, seu aliorum, ad praescriptarum in Rubricis regularum observantiam deputatorum, S. R. C. propositis compertum fuerit, non levem alicubi subortam esse dubitationem, et controversiam super intelligentia generalis illius Rubricae, quae in Missali Romano adscripta legitur ante Missam pro Sponso, et Sponsa, videlicet: « Quod si benedictio nuptiarum facienda sit pro Sponso, et Sponsa die Dominico, vel alio die festo, dicatur Missa de Dominica, vel festo etc. cum commemoratione sequentis Missae pro Sponso, et Sponsa: » Dum aliqui censent Rubri-

cam illam locum habere in omnibus diebus, quibus celebretur Officium, et Missa de Festo duplici sive maioris ritus, quibus proinde minime licet praemissas inibi Missas votivas pro Sacerdotum devotione celebrare: Alii vero putant, praefata verba, *vel alio die festo intelligenda tantum esse de Festis solemnioribus, et festivis de praecepto.*

Hinc Sac. eadem Congregatio, referente Eñio, et Rño Domino Cardinali Corsino Episcopo Sabinesi, ad dirimendas in posterum controversias, et dubitationes de medio tollendas, praesenti generali Decreto statuit: « In celebratione Nuptiarum, quae fit extra diem Dominicum, vel alium diem festum de praecepto, seu in quo occurrat duplex primae, vel secundae classis, etiamsi fiat Officium, et Missa de Festo duplici per annum sive maiori, sive minori, dicendam esse Missam pro Sponso, et Sponsa in fine Missalis post alias Missas votivas specialiter assignatum: in diebus vero Dominicis, aliisque diebus festis de praecepto, ac duplicibus primae, et secundae classis, dicendam esse Missam de Festo cum commemoratione Missae pro Sponso, et Sponsa. » Atque ita decrevit, et servari mandavit. Die 20. Decembris 1783.

Factaque deinde per me Secretarium de praedictis SSño Domino Nostro Pio PP. VI. relatione, Sanctitas Sua: « Praefatum Sac. Cong. generale Decretum confirmavit, et ubique executioni dandum esse praecepit. Die 7. Ianuarii 1784.

#### 4416. CIVITATIS CASTELLI.

Exortis inter Parochos, Priores, caeterosque Rectores Ecclesiarum Saecularium Civitatis Castelli controversiis, ex una, et Capitulum, nec non Praepositum, Archidiaconum, aliosque Canonicos Ecclesiae Cathedralis dictae Civitatis ex altera partibus, super iure porrigendi aspersorium Episcopo in Processionibus, illisque ad S. R. C. delatis, infrascriptum Dubium, coram Eñio, et Rño Domino Card. Vicecomite Ponente concordatum, decidendum propositum fuit:

An, et a quo in actu ingressus ad Ecclesias Priorales, et Parochiales Civitatis Castelli sit porrigendum aspersorium aquae benedictae Episcopo incedenti processionaliter in diebus Rogationum, seu alia quavis occasione insimul cum Canonicis Cathedralis vestibus canonicalibus indutis, et capitaliter procedentibus in casu etc.?

Et Sac. eadem Congregatio, visis tantum iuribus Parochorum, Priorum, caeterorumque Rectorum Ecclesiarum saecularium dictae Civitatis, eorumque Procuratore, scripto et voce informante audito, cum pars adversa pro dilatione insteterit,

ad relationem praefati Eñi Ponentis, rescribendum censuit: « Dilata, et per modum provisionis servetur Constitutio Synodalis. » Et ita declaravit. Die 27. Aprilis 1784.

#### 4417. PISAUREN.

Exorta controversia inter Hieronymum Angeli, aliosque Presbyteros saeculares Civitatis Pisauri ex una, et Promotorem fiscalem Curiae Episcopalis dictae Civitatis ex altera partibus, super iure interessendi Processioni SSñi Corporis Christi, illaque ad S. R. C. delata, infrascripta Dubia, coram Eñio, et Rño Domino Cardinali Boschi Ponente concordata, decidenda proposita fuerunt.

1. An Presbyteri nullum Beneficium habentes in Cathedrali Ecclesia Pisauri, teneantur accedere ad Processionem SSñi Corporis Christi in casu etc.?

2. An teneantur deferre cereum propriis sumptibus coemptum in casu etc.?

3. An sit locus poenae aureorum scutorum 13. in casu etc.?

Et Sac. eadem Congregatio, scripto, et voce informante Procuratore Presbyterorum saecularium tantum, Promotore Fiscali non comparente, visisque iuribus deductis, ad relationem praefati Eñi Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Ex hactenus deductis, Negative. »

Ad 2., et 3. « Provisum in primo. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 27. Aprilis 1784.

#### 4418. AMERINA.

Porrectis per Canonicos Collegiatae Ecclesiae Assumptionis B. M. V. Oppidi Luniani, Dioecesis Amerinae, humillimis precibus pro declaratione sequentium Dubiorum.

1. An extra casum necessitatis possit permitti a Superioribus, ut Canonicus constitutus in minoribus Ordinibus cantet Epistolam in Missis solemnibus paratus absque manipulo? Et quatenus negative.

2. An pro eo supplere debeat, qui immediate illi praecedit, et illo legitime impedito, an debeant supplere alii Canonici subsequentes, sive in Diaconali, sive in Subdiaconali Ordine sint constituti, iuxta ordinem antianitatis, in casu etc.?

Sac. eadem Congregatio, habita prius Rñi Episcopi informatione, auditoque etiam unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris voto scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem Eñi, et Rñi Domini Cardinalis Archinto S. R. C. Praefecti, et Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative, et Episcopus curet abscondere consuetudinem tam in Cathedrali, quam in

Collegiata: videlicet extra casum absolutae, et praecisae necessitatis, non posse a Superiore permitti, ut Clericus in minoribus pro Subdiacono suppleat in Missis solemnibus paratus sine manipulo, et pro huiusmodi effectu per Episcopum abscindendam esse consuetudinem tam in Cathedrali, ubi Clerico etiam extra casum necessitatis permittitur, se parare pro Subdiacono sine manipulo, quam in Collegiata, in qua induci vellet, ut Canonicus Clericus ministret pro Subdiacono sine manipulo, existentibus aliis Canonicis Diaconis, et Presbyteris, ad quos de iure spectet supplere vices Canonici Clerici in Officio Subdiaconi.

Ad 2. « Dilata, et ad mentem. *Mens vero est*, quod ab eo Canonico huiusmodi officium praestetur, ad quem spectat per constitutiones, et consuetudines capitulares dictae Ecclesiae respicientes servitium Chori, supplere vices Canonici ultimi, qui absens forte sit, vel infirmus, vel quovis alio modo legitime impeditus. Istius siquidem servitii ordo adamussim retinendus est constantissime ad praescriptum ab ecclesiasticis legibus, atque a notissimis Decretis huiusmodi Sac. Congreg., ad quam, si quando aliquid vel novae difficultatis, vel controversiae emergerit, semper patebit aditus. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 18. Decembris 1784.

4419. SALUTIARUM.

Cum Rmo Episcopo Salutarum nonnulla occurrerint Dubia, humillime S. R. C. supplicavit, quatenus ea benigne decernere dignaretur. Dubia autem sunt sequentia.

1. An Canonicus deferens SSmum Sacramentum in Processione, quae fieri solet cum magno concursu populi qualibet tertia Dominica cuiuslibet mensis, debeat incedere indutus pluviali, et an sufficiat simplex stola supra cappam?

2. An Episcopo dictam Processionem peragente, et deferente SSmum Sacramentum pluviali induto, duo ex Dignitatibus, vel illis deficientibus, duo ex senioribus Capituli debeant eidem assistere simul hinc inde procedendo indutis dalmaticis? Et quatenus affirmative.

3. Utrum ad id cogi possint, si renuant?

Et Sac. eadem Congregatio, audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem Emin., et Rev. Domini Cardinalis Boschi Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 2. « Affirmative, iuxta modum, videlicet, Episcopo SSmum Sacramentum processionaliter

deferenti assistere debere duo Canonicos dalmaticis indutos. »

Ad 3. « Affirmative. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 18. Decembris 1784.

4420. SETINA.

Inter Franciscum Cima Canonicum Ecclesiae Cathedralis Civitatis Setinae anteriorem in possessione Canonicatus, et Angelum Tirletti eiusdem Ecclesiae Cathedralis Canonicum anteriorem in Ordine Sacerdotali, posteriorem vero in possessione Canonicatus, orta controversia super iure praecedendi in Choro, aliisque functionibus Ecclesiasticis, illaque ad Sac. Rit. Congregationem delata, infrascriptum Dubium, coram Emin., et Rev. Domino Cardinali Archinto Praefecto, et Ponente concordatum, propositum fuit nempe.

An Canonicus Tirletti in assumptione Canonicatus posterior, in Presbyteratus vero Ordine anterior, locum digniorem cedere debeat Canonico Cima antea inter Canonicos cooptato, licet in Ordine Presbyteratus posteriori, in casu etc.?

Et S. eadem R. C., utraque parte scripto, et voce informante, expensisque iuribus hinc inde deductis, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Archinto Ponentis, rescribendum censuit: « Affirmative. » Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 30. Aprilis 1785.

4421. PORTUGALLEN.

Relatis in Sac. Rit. Congregatione per Emin., et Rev. Dominum Cardinalem Boschi Ponentem, ad instantiam Magistri caeremoniarum Ecclesiae Cathedralis Portugallensis, infrascriptis Dubiis, nempe.

1. An recipienda sit in praxi doctrina cuiusdam anonimi Auctoris asserentis, quod, ad deponendum SSmum Sacramentum a suo eminentiori throno, parentur in Sacristia Sacerdotes tres, unus scilicet amictu, alba, stola, et pluviali; alii vero duo assistentes pluvialibus tantum super cotas, quorum dignior assistens deponat Ostensorium (notetur) quin utatur stola, quia (ait ipse Auctor) est pluviali indutus?

2. Utrum retineri debeat, ut duo Diaconi assistentes a lateribus Episcopi in solemnissima Processione Corporis Christi, et Feria V. in Coena Domini, parentur amictu, alba, et dalmatica? Ratio est dubitandi, quia Caeremoniale Episcoporum cap. 23., et 33. lib. 2. non meminit stolarum?

3. Quomodo celebranda est dies anniversaria Consecrationis Episcopi, si occurrat in die duplici minori? Ratio est dubitandi, quia duplex minor non est de solemnioribus memoratis in decreto



S. R. C. 4. Aprilis 1705. nec de feriatis, iuxta Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 35.

4. An incongruum sit, quod ad augendam fidelium devotionem publice exponatur in nocte Nativitatis Domini SSmum Sacramentum, eo quod incongruum est, ipsa nocte fideles communicari, ex Decreto S. R. C. 20. Aprilis 1641.

5. Sac. Rit. Congregatio die 6. Decembris 1653. decrevit, quod Missa de Dominica cuiuslibet mensis, seu festo duplici, cum sit particularis Processio cum SSmo Sacramento, dici debeat cum commemoratione eiusdem; at quaeritur, si Processio absoluta fuerit, Sanctissimumque reconditum, antequam cantetur Missa conventualis, utrum debeat fieri in dicta conventuali eadem commemoratio?

6. Utrum tolerari possit, ut in Collegiata, cum in Choro adsunt Beneficiati Sacerdotes, unus in minoribus constitutus impleat onus suae hebdomadae in decantandis tantummodo horis canonicis, vertendo versus *Dominus vobiscum*, in, *Domine exaudi orationem meam*?

Eadem Sac. Congregatio sub infrascripta die habita, audito prius voto unius ex Magistris caeremoniarum Apostolicarum typis cuso, reque mature perpensa, rescripsit, ut infra, videlicet.

Ad 1. « Negative, et ad mentem, iuxta votum Magistri caeremoniarum, nempe vel duos assistentes sumere debere dalmaticam, et tunicellam, vel alium Sacerdotem cum cotta, et stola ponere, et deponere debere Ostensorium cum Sanctissimo Sacramento. »

Ad 2. « Affirmative saltem quoad primum Diaconum assistentem in omnibus functionibus, in quibus ponendum sit, vel deponendum Sanctissimum Sacramentum. »

Ad 3. « Iuxta votum D. Magistri caeremoniarum, nempe: in die consecrationis Episcopi occurrente Officio dup., Officium recitandum esse de dicto dup.; in Missis privatis post alias, si occurrant, faciendam commemorationem consecrationis cum collecta: *Deus omnium fidelium etc.*: post Nonam celebrandam Missam solemnem pro electione, vel consecratione Episcopi cum *Gloria, Credo, et Praefatione* de communi. »

Ad 4. « Non probari, utpote extra communem Ecclesiarum consuetudinem. »

Ad 5. « Negative. »

Ad 6. « Negative. » Atque ita servari mandavit. Die 17. Septembris 1785.

4422. PLACENTINA.

Relato in S. R. C. per Emin. Dominum Cardinalem Archinto, loco Emin., et Rev. D. Cardi-

nalis Vicecomitis Ponentis, ad instantiam Canonice Collegiatae S. Petri Oppidi Brone, Dioecesis Placentinae, infrascripto Dubio, nempe.

An attenta consuetudine per centum annos servata, sed postea interrupta, et reassumpta, ut in casu, debeat praecedentia in Choro, et Processionibus Canonicis Diacono, et Subdiacono Collegiatae Oppidi Brone Ordine Sacerdotali insignitis, et possessione anterioribus supra Canonicos Sacerdotes possessione posteriores; an vero debeat Canonicis Sacerdotibus, etsi possessione recentioribus?

Eadem S. C., sub infrascripta die habita, re mature perpensa, respondit: « Negative ad primam partem, et Affirmative ad secundam. » Atque ita servari mandavit. Die 27. Maii 1786.

4423. SETINA.

Exortis inter Archidiaconum Pilorei, et Praepositum Fosci Dignitates Ecclesiae Cathedralis Civitatis Setinae ex una parte, et Canonicos eiusdem Ecclesiae Cathedralis dictae Civitatis ex altera, controversiis super praeceminentia, et iuribus pro Sacris, Divinisque peragendis, nec non Ecclesiasticis muneribus obeundis in praedicta Ecclesia Cathedrali, cum eae ad S. R. C. delatae fuissent, infrascriptum Dubium, coram Emin., et Rev. Domino Cardinali Vicecomite Ponente concordatum, propositum fuit, nempe.

An, et cui competat ius exerceendi functiones sacras in solemnioribus anni festivitibus, absentibus, vel impeditis Episcopo, et Archipresbytero Cathedralis Setinae in casu etc.?

Et S. eadem Congregatio, utraque parte scripto, et voce informante, expensisque iuribus hinc inde deductis, ad relationem Emin., et Rev. D. Gard. Archinto S. R. C. Praefecti, loco eiusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit: « Competere Canonico digniori iuxta solitum, non autem Archidiacono, vel Praeposito, et amplius. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 27. Maii 1786.

4424. ARIMINENSIS.

Archidiaconus, et Canonici Ecclesiae Cathedralis Ariminensis humillime S. R. C. supplicarunt, ut infrascriptis in Dubiis, quid servandum esset decernere dignaretur, nempe.

1. An in illis Ecclesiis, in quibus non ex fundatione, aut obligatione, sed ex mera devotione singulis Sabbatis cantari solet Missa votiva B. M. Virg., huiusmodi Missa cantari etiam debeat, ubi in eisdem Sabbatis occurrant Festa ritus duplicis primae, vel secundae classis, vel cadant Feriae privilegiatae? Et quatenus negative.

2. An idem servari debeat, quoties in enunciatis Sabbatis contingant Festa Dedicacionis Ecclesiae, Sancti Titularis, aut Patroni principalis Civitatis?

3. An dicta Missa votiva B. M. V. celebrari debeat, ubi in Sabbatis occurrat aliud Festum praefatae B. M. V., sive illud sit altioris, seu minoris ritus?

S. eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Emin., et Rev. Domino Cardinali Boschi, rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Provisum in primo. »

Ad 3. « Negative. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 10. Martii 1787.

4425. LUSITANA.

Supplicante Sac. Rit. Congreg. P. D. Laurentio a S. Maria Superiore generali Canonicorum regularium Regni Lusitaniae, nomine etiam Patrum in Definitorio congregatorum suae Congregationis, pro resolutione sequentis Dubii.

An Congregatio Canonicorum regularium Lusitaniae permanere debeat in antiqua possessione recitandi ex Apostolico Indulto sub ritu duplicis maioris Officium S. Archangeli Gabrielis Dominica prima non impedita cuiuslibet mensis a Pascha usque ad Adventum, seu potius, firmo remanente eodem ritu duplicis maioris, teneantur se conformare universo Portugalliae Regno, ubi dictum Officium praefati S. Archangeli recitatur die 18. Martii sub ritu duplicis minoris?

Sac. eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Eñõ, et Rñõ Dom. Cardinali Boschi Ponente, rescribendum censuit: « Affirmative ad primam partem, etiam quoad ritum, Negative ad secundam. » Et ita declaravit. Die 10. Martii 1787.

4426. ORD. MIN. CONV.

PROV. S. ANTONII PATAVINI.

Super resolutione Dubiorum. Instante Calendarista Patrum Conventualium Coenobii S. Antonii Patavini, Ponente Eñõ Salviati: Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. 3., et 4. « Provisum in primo. » Die 10. Martii 1787.

Dubia autem, ad quae Sacra Congregatio respondit, sunt quae sequuntur.

1. An sub die 27. Martii 1779. in una Ordinis Minorum Observantium ab hac S. R. C. emanaverit Decretum: quod si concurrant secundae Vesperae S. Matthaei Apostoli cum primis

Vesperis Dedicacionis Ecclesiae Cathedralis, quae a Regularibus celebratur sub ritu secundae classis, Vesperae debeant esse integrae de Dedicacione Ecclesiae cum commemoratione S. Matthaei Apostoli; ex quo Dedicatio Ecclesiae declarata fuit Festum Domini? Et quatenus affirmative.

2. An huiusmodi Decretum afficiat Ecclesiam universalem, idest, an omnes utentes Breviario Romano teneantur sese illi conformare?

3. An occurrens Festum Dedicacionis Ecclesiae, etiam sub ritu duplici minori, qualia sunt Festa Basilicae Salvatoris, et Basilicae Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli cum duobus Festis eiusdem ritus dup. min., vel dup. mai., Festum Dedicacionis Ecclesiae, utpote Festum Domini, debeat habere integras easdem Vesperas cum commemoratione concurrentis dup. mai. vel min.? Et quatenus affirmative.

4. An idem servari debeat in die octava Dedicacionis Ecclesiae ita, ut ex quo est Festum Domini, in paritate ritus habere debeat integras utrasque Vesperas?

4427. ORD. MIN. S. FRANCISCI  
REFORMATORUM PROVINCIAE  
S. MARIAE DE ARRABIDA  
IN LUSITANIA.

Porrectis a P. Ministro Provinciali, et Patribus Definitorii Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorem S. Mariae de Arrabida in Lusitania S. R. C. humillimis precibus pro declaratione infrascriptorum Dubiorum, nempe.

1. Provincia Arrabidensis ducentis ab hinc annis initium habuit supra Montana Arrabidae, ubi adest Conventus sub titulo B. Mariae Virginis de Arrabida, cuius titulo memorata Provincia a suo exordio condecoratur. Usque nunc B. M. V. non celebratur ut Titularis praefatae Provinciae contra Decreta, et Rubricam. Populus tum Lusitanus, tum externus magnam devotionem proficitur erga eandem B. M. V., quapropter, ut impleatur praeceptum de recitando Officio Titularis Provinciae, iuxta Rubricas Breviarii Seraphici tit. VII. de Oct. num 76. 77. 78., et etiam, ut satisfiat devotioni populorum, petit, ut in tota Provincia recitetur imposterum de Beata Maria Virgine Titulari eiusdem Provinciae cum Officio, prout in Festo ad Nives 5. Augusti, assigneturque praefata dies 5. Augusti pro Festo B. M. V. de Arrabida Titularis Provinciae; lectiones vero secundi nocturni desumantur ex Festo Nativitatis eiusdem B. M. V. 8. Septembris, mutato *Nativitatem* in *Festivitatem*, sicut in Festo S. Mariae Angelorum ex Decreto S. R. C. 20. Iunii 1690.

2. In Conventibus Dominae nostrae da Boaviage, Dominae nostrae a pietate em Caprarica, et em Salvatierra; Dominae nostrae de Iesu em val de figueira, quasi ex eodem tempore non recitatur usque nunc de suis Titularibus: ideo humillime petitur, ut imposterum recitetur in memoratis Conventibus de Titularibus eorum, nempe in primo Conventu celebretur B. M. V. da Boaviage sub die secunda Februarii cum Officio proprio eiusdem diei secundae: in hac quippe die ad praefatum Coenobium concurrunt magna populi multitudo devotionis causa erga B. M. V. da Boaviage iam ex fundatione dicti Coenobii: in tribus aliis Conventibus recitetur de suis respectivis Titularibus in Feria secunda post Dominicam in Albis cum eodem Officio Gaudiorum B. M. V., de quibus in ipsa Feria fit in toto Regno Lusitano, salvo semper Decreto S. R. C. 3. Augusti 1755. de omissione Festi Gaudiorum, quando in ipsum diem transfertur Festum Annunciationis B. M. V.

3. In omnibus Conventibus praefatae Provinciae, exceptis Coenobiis cuius titulus est S. Petri Alcantarensis, recitatur de eodem S. Petro sub ritu secundae classis. Idem S. Petrus fuit coadiutor fundationis Provinciae, in illa vixit per multos annos, fuitque Praesul, idcirco postulatur, ut imposterum recitetur pro tota Provincia de eodem S. Petro Alcantarensi sub ritu primae classis cum Octava.

4. In aliquibus Coenobiis dictae Provinciae recitabatur usque nunc de Sanctis illis, quorum insignes, specialesque Reliquiae ibi asservantur: Calendarium vero Seraphicum approbatum a S. R. C. 9. Iulii 1785. praecipit, quod in universo Ordine fiat die 15. Martii commemoratio illorum Sanctorum, quorum Corpora, et Reliquiae asservantur in Ecclesiis trium Ordinum S. Francisci: Idem Calendarium editum Romae typis Reverendae Cam. Apostolicae iubet, die 5. Iulii fieri anniversarium Dedicacionis Ecclesiarum consecratarum trium Ordinum S. Francisci sub ritu duplici primae classis cum Octava, exindeque monet, quod in praedictis Ecclesiis consecratis non poterit recitari aliud Officium consecrationis respectivae Ecclesiae iuxta Rubricas particulares nostri Breviarii num. 83. Quapropter idem Postulator omni cum humilitate petit, ut illi declaretur a S. R. C., debeatne in posterum fieri particularis memoria Sanctorum, quorum Reliquiae asservantur in Conventibus, et de quibus iam fit Officium, non obstante memoria universali praescripta in novo Calendario?

5. Translatio S. Antonii Lisbonensis fuit abro-

gata a dicto novo Calendario. Omnes Conventus, tribus exceptis Provinciae Arrabidae, sunt intra limites Patriarchatus Lisbonensis, cuius Clerus saecularis, et regularis facit Officium de praefata translatione; ideoque idem Postulator devotionis causa erga Sanctum, et Conformitatis cum Clero, petit, ut illi concedatur, quod in tota sua Provincia recitetur de dicta translatione sub ritu dup. min., salva semper resolutione S. R. C. 11. Ianuarii 1755. pro eadem Provincia, citra Festa Dioecesana.

Sacra eadem Congregatio, audita prius sententia P. Ministri generalis Ordinis, referente Em̃o, et Rm̃o Domino Cardinali Boschi, rescribendum censuit. Ad 1. et 2. « Nihil innovari, et Festum Assumptionis B. M. V. habendum esse pro titulari provinciae, eiusque conventuum qui titulo gaudent eiusdem B. M. V. absque adiuncta denominatione alicuius Mysterii, de quo Festum speciale celebratur. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Satis provisum in Rubricis nuperime approbatis pro Breviario Romano Seraphico. »

Ad 5. « Pro gratia, iuxta petita. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 10. Martii 1787.

4428.

URBIS.

Proposito ab Em̃o, et Rm̃o Dom. Card. Corini Episcopo Sabinen. Ponente, in Congregatione Sacrorum Rituum ordinaria, instante Collegio Parochorum Urbis, infrascripto Dubio.

An in Festis solemnioribus anni, aut occasione particularis Iubilaei, aut Indulgentiae, quibus temporibus a Parochis maximo apparatu, et pompa defertur SSm̃um Eucharistiae Sacramentum Infirmis, omnes Ecclesiae sive Saecularium, sive Regularium, sive Monialium, non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili in contrarium, teneantur, ac debeant solemniter pulsare campanas, dum praefatum SSm̃um Sacramentum tam in eundo, quam in redeundo transit non solum ante portas maiores, et laterales earumdem Ecclesiarum, verum etiam quando transit ante ianuam domus, conventus, monasterii, aedis parochialis, et capitularis, quae respectivis Ecclesiis sit adnexa?

Sac. eadem Congreg., audita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, rescribendum censuit: « Affirmative, et Decretum typis imprimatur. » Et ita servari mandavit. Die 10. Martii 1787.

4429.

URBIS, ET ORBIS.

Annuam illius diei memoriam, quo Sancto Iohanni Baptistae Praecursori Domini propter iu-

stitiam caput abscissum est, non nisi ritu duplici minori colere haecenus consuevit Ecclesia, quippe Natalem eius singulari privilegio praeter illum D. N. I. C., ac Bñae Virginis Deiparae quotannis solemniter agens, eum diem eius cultui praecipuum dedicavit. Cum autem Em̃i Patres S. R. C. praepositi animadvertissent, secundaria Sanctorum Apostolorum Festa, uti commemorationes utriusque Cathedrae Romanae, et Antiochenae, ac Vineulorum S. Petri Principis Apostolorum, nec non Conversionis Sancti Pauli Doctoris Gentium, ac Martyrii Sancti Ioannis Apostoli, et Evangelistae ritu duplici maiori ab universa Ecclesia celebrari; pari etiam ritu anniversarium diem gloriosi obitus Sancti illius, quo, ex Christi testimonio *inter natus mulierum non surrexit maior*, decorandum esse unanimes censuerunt.

Itaque Sac. eadem Congregatio, proponente Em̃o, et Rm̃o Domino Cardinali Corsinio Episcopo Sabinensi, hoc generali Decreto statuit: « Festum decollationis S. Ioannis Baptistae, quod die 29. Augusti ab universa Ecclesia ritu duplici minori agitur, in posterum celebrandum esse ritu duplici maiori. » Atque ita decrevit, et servari mandavit. Die 10. Martii 1787.

Quibus deinde a me infrascripto Secretario relatis SSm̃o Domino Nostro Pio Papae VI., Sanctitas Sua « suprascriptum Sac. Congregationis Decretum confirmavit, et ubique executioni mandandum esse praecepit. » Die 14. Martii 1787.

#### 4430. ALBANEN. FUNERUM.

Inter Capitulum Cathedralis Civitatis Albani, et Patres Minores Conventuales S. Francisci Coenobii S. Mariae Gratiarum praefatae Civitatis, Ponente Em̃o, et Rm̃o Domino Cardinali Boschi. Ad 1. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. »

Ad 2. « Negative. »

Ad 3. « Negative. » Die 18. Sept. 1787.

Dubia autem, quibus praefata rescripta respondent, sunt quae sequuntur.

1. An in associatione cadaverum sepeliendorum in Ecclesia Fratrum Conventualium, intervenientibus Canonicis in forma Capituli, ius competat dictis Patribus erigendi propriam Crucem, seu potius huiusmodi ius privative spectet ad Capitulum in casu etc. ? Et quatenus affirmative ad secundam partem.

2. An Patres Minores Conventuales, in associatione cadaverum tam in propriis, quam in aliis Ecclesiis tumulandis, possint erigere vexil-

lum, seu stemma Religionis vulgo *standardino* in casu etc. ?

3. An Capitulo in eisdem associationibus ius competat ingrediendi cum Cruce erecta, et stola Ecclesiam dictorum PP. Conventualium, ac funebria absolvere circa cadavera in casu etc. ?

#### 4431. BONONIEN.

Exorta controversia inter Parochum, et Monachos Ordinis S. Benedicti Ecclesiae Parochialis S. Proculi Civitatis Bononiae ex una, et Clerum saecularem dictae Civitatis ex altera partibus, super iure interessendi sacris functionibus, infrascriptum Dubium, coram Em̃o, et Rm̃o Domino Cardinali Boschi Ponente, seu relatore, concordatum, ad S. R. C. iudicium delatum est nempe.

An in publicis functionibus, et Processionibus tam ordinariis, quam extraordinariis fieri solitis, vel in posterum faciendis, non tamen regulari Instituto, ab Ecclesia parochiali S. Proculi, etiam de licentia, vel mandato Em̃i Archiepiscopi Bononiae, et signanter in Processione Sanctissimi Corporis Christi fieri solita in dicta Parochia quolibet decennio, possint Presbyteri, et Clerici saeculares eiusdem Paroeciae intervenire induti superpelliceo, et intortitiis, etiam non invitati in casu etc. ?

Sac. eadem Congregatio, utraque parte informante, et eodem Em̃o, et Rm̃o Dom. Cardinali Boschi referente, respondit: « Affirmative, et quoad executionem Em̃o Archiepiscopo ad mentem. » Et mens est, « quod ipse provideat, ne oriantur scandala. » Die 27. Maii 1788.

#### 4432. TOLENTINA.

Proposito ab Em̃o, et Rm̃o Domino Cardinali Archinto Praefecto, in S. R. C. habita infrascripta die, Dubio.

An in Processionibus, quae a Patribus Augustinianis conventus S. Nicolai Civitatis Tolentini fiunt, duo Religiosi pluvialibus induti incedere possint immediate ante sacras Reliquias, quae circumferuntur, et post Capitulum Cathedralis ?

Sac. eadem Cong., audita sententia Rm̃i Episcopi, et Capituli Cathedralis, licet legitime citato, intra praefixum terminum non comparente, rescripsit: « Servetur solitum. » Die 27. Maii 1788.

#### 4433. BONONIEN.

Iterum proposita causa in Congregatione ordinaria diei 24. Septembris 1788. sub Dubio: An sit standum, vel recedendum a decisio in Congregatione diei 27. Maii currentis anni in casu etc. ?

S. eadem Congregatio, Procuratore Cleri saecularis informante, et parte adversa instante pro

dilatione, rescripsit: « Dilata, et interim servetur Decretum Sac. Congr. editum die 27. Maii proxime praeteriti. »

4434. ASCULANA.

Exortis controversiis inter Promotorem Fiscalem Curiae Episcopalis Civitatis Asculi ex una, et Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis dictae Civitatis ex altera partibus, super iure assistendi Sacris functionibus Episcopo in Missis privatis tam intra, quam extra Ecclesiam Cathedralis, infrascripta Dubia, coram Eñno, et Rño Domino Cardinali Boschi Ponente concordata, ad S. R. C. iudicium delata sunt.

1. An liceat Canonicis in Missis privatis tam intra, quam extra Cathedralis uti opera inservientis Missae tam pro delatione Calicis ad Altare, et illius reportatione ad Sacristiam, quam pro sustinendo Missale, indicando Orationes, aperiendo, et porrigendo Patenam cum Hostia, tergendo Calicem, eumque postea cum velo instruendo in casu etc. ?

2. An liceat Canonicis in sacris functionibus celebrandis in Ecclesiis extra Cathedralis, uti pulvinari ad genuflectendum ?

3. Utrum permittendum sit tradi Ostensorium a Magistro caeremoniarum in manus Canonici impertituri benedictionem cum SSño Sacramento ?

4. An Dignitates, et Canonici dictae Ecclesiae Cathedralis teneantur Episcopum accedentem ad Ecclesiam cappa indutum, ut solemniter celebret, vel alia pontificalia munia exercent, comitari, et ex quo loco ?

5. An etiam in reditu debeant eum reducere, et ad quem usque locum ? Et quatenus affirmative ad utrumque.

6. An, et qua poena possint inobedientes puniri ab Episcopo ?

7. An sacer Concionator tempore Quadragesimae, et Adventus, peracta generali reverentia, et incepta concione, alteram reverentiam, seu veniam exhibere tantum debeat Episcopo, an etiam Capitulo, absente Episcopo ?

Sac. eadem Cong., Procuratore tantum Promotoris Fiscalis Curiae Episcopalis informante, respondit. Ad 1. 2. 3. et 7. « Negative in omnibus. »

Ad 4. et 5. « Dignitates, et Canonicos teneri deducere Episcopum a cubiculo, et comitari ad Ecclesiam Cathedralis, ipsumque reducere ad cubiculum. »

Ad 6. « Affirmative, prudenti arbitrio Episcopi. » Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 27. Maii 1788.

Deinde iterum reposita causa, proponente

Eñno, et Rño Cardinali Antonio ab Auria, loco cl. mem. Cardinalis Boschi interim defuncti, infrascripto Dubio: An sit standum, vel recedendum a decisis quoad 1. 5. et 7. Dubium, in casu etc. ?

Sac. eadem Cong., utraque parte informante, respondit: Quoad 7. « In decisis iuxta modum, nempe, absente Episcopo deberi reverentiam, sed non veniam. »

« In reliquis in decisis, et amplius. » Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 24. Septembris 1788.

4435. GADITANA.

Rñus hodiernus Episcopus Civitatis Gaditanae enixe Sac. Rit. Congregationi supplicavit, ut infrascriptis Dubiis, quid servandum esset discernere dignaretur, nempe.

1. An Feria VI. in Parasceve, Episcopo non celebraturo, procedendo ad Crucis adorationem, et osculum, Canonici assistentes debeant ipsum comitari usque ad initium tapetis, ibique sistere, donec solus Crucis ad adorationem, osculumque procedat, seu potius tum in genuflexionibus, tum etiam in ipso osculi actu eundem associare teneantur, ibique expectare quousque idem Crucis adorationem, et osculum compleverit ?

2. An Episcopus, absoluta adoratione et osculo, debeat ibidem permanere, donec a Canonicis assistentibus par Cruci obsequium exhibitum fuerit; seu potius immediate Canonici assistentes debeant Episcopum ad Cathedralis pontificalem associare, ac subinde idem officium adorationis Crucis et osculi cum aliis Canonicis in ordine suo complere teneantur ?

3. An Canonici assistentes valeant se induere, et exuere sacris paramentis super solio in loco proprii scamni, seu potius, interim aliis Canonicis eorum munere fungentibus, descendere debeant de solio ad propria stalla canonicalia, ibique sacras vestes assumere, et post completum Officium deponere ?

S. eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarata, typisque vulgata, referente Eñno, et Rño Domino Cardinali Corsino Episcopo Sabinesi Ponente, rescribendum censuit. Ad 1. « Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam. »

Ad 2. « Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam. »

Ad 3. « Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam. » Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 24. Sept. 1788.

4436. MELEVITANA.

Exorta controversia inter Rmum Episcopum Melevitanum ex una, et Capitulum, et Canonicos Collegiatae Ecclesiae S. Pauli Civitatis Vallettae ex altera partibus, de honoribus Episcopo deferendis in Ecclesiasticis functionibus, infrascriptum Dubium, coram Em̄o, et Rmo Domino Cardinali Antonio ab Auria Ponente concordatum, ad Sac. Rit. Cong. iudicium delatum est.

An Dignitates, et Canonici insignis Collegiatae S. Pauli in omnibus indistincte functionibus Ecclesiasticis debeant, ut alii de Clero, genuflectere Episcopo, etsi non pontificalibus vestibus, sed cappa dumtaxat, vel mozzetta induto, seu potius caput tantummodo, et humeros eidem profunde inclinare, in casu etc.?

Sac. eadem Congregatio, utraque parte informante, et eodem Em̄o, et Rmo Domino Cardinali Antonio ab Auria referente, respondit. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. » Die 24. Septembris 1788.

Iterum proposita causa, referente eodem Em̄o, et Rmo Domino Cardinali Antonio ab Auria Ponente sub infrascripto Dubio: An sit standum vel recedendum a decisio in Congregatione 24. Septembris 1788. in casu etc.?

Sac. eadem Cong., utraque parte informante, respondit: « In decisio. » Die 28. Iulii 1789.

Reproposita tandem tertio in Congregatione Ordinaria sub infrascripta die supradicta causa pro nova audientia, referente eodem Em̄o, et Rmo Dom. Card. Antonio ab Auria relatore.

Sac. eadem Congregatio, utraque parte informante, respondit: « Nihil, et amplius. » Die 29. Maii 1790.

4437. CANARIENSIS.

Cum in Insula Canariensi occasione alicuius publicae calamitatis Imago quaedam Bnae Deparae a Pinu dicta, a templo existen. in oppido Ferror vulgo nuncupato, in quo apparuisse fertur, ad Cathedralem Ecclesiam supplicationis causa transferri solet; Rmus Episcopus Sac. Rit. Congregationi supplicavit, ut, ad tollendas controversias inter capitulares eiusdem Cathedralis exortas, definiret: Utrum eadem Imago in iis circumstantiis thurificanda sit triplici, aut duplici ductu?

Sac. eadem Rit. Congregatio, audita etiam sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Em̄o, et Rmo Dom. Card. Archinto Praefecto, rescribendum censuit: « Thurificandam esse duplici ductu tantum. » Die 28. Iulii 1789.

4438. URBIS S. IOANNIS IN AYNO.

Sac. Rit. Congregatio ad humillimas preces Sacerdotis Gabrielis Maria Gasparri moderni Rectoris Ecclesiae Parochialis S. Ioannis in Ayno de Urbe, audita prius sententia Em̄i, et Rmi Domini Cardinalis Urbis Vicarii, ad relationem Em̄i, et Rmi Domini Cardinalis Archinto Praefecti, declaravit: « Non licuisse, neque in posterum licere camerario, et confratribus piae Societatis sub titulo S. Annae Matris B. M. V. in eadem Parochiali coadunatae quacumque veste indutis, etiam de consensu Parochi assistere Vesperis, et Missae solemnibus intra Presbyterium in Festivitate eiusdem S. Annae, ibique thurificationem, aliosque obsequii actus excipere. » Et ita declaravit, et omnino servari mandavit. Die 28. Iulii 1789.

4439. MELEVITANA PRAEEMIN.

Dubia, quae proposita fuerunt ex parte Rmi Capituli, et Rmorum Dominorum Dignitatum, et Canonicorum insignis Ecclesiae Collegiatae S. Pauli civitatis Vallettae in Sac. Rituum Congregatione particulari habita die 19. Maii 1786. cum respectivis resolutionibus eiusdem Sac. Congregationis, haec sunt, videlicet.

1. An Dignitates, et Canonici Cathedralis Civitatis Notabilis, qui invitati ab Episcopo se conferunt ad Ecclesiam Collegiatam Civitatis Vallettae, occasione festivitatis naufragii S. Pauli, aut alterius cuiusque solemnitatis, et Ecclesiasticae functionis interveniunt, uti corpus Capituli, seu potius uti singuli, in casu etc.?

2. An iisdem ius competat incedendi processionaliter a dicta Collegiata ad Oratorium Charitatis pro associando Episcopo; seu potius ius huiusmodi competat ad Capitulum Collegiatae; ita ut illi a dicto Oratorio tantum una cum Episcopo pergere debeant ad Ecclesiam Collegiatam, et ab eadem Ecclesia reducere Episcopum ad Oratorium in casu etc.?

3. An, et quae assistentia a praedictis Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis sit praestanda Episcopo, aut pontificaliter celebranti, aut praesentiam tantum praestanti in casu etc.?

4. An Episcopo, seu Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis ab eo invitatis, ius competat ducendi ad Collegiatam cappellanos, mausionarios, aliosque clericos, nec non seminaristas Cathedralis, invito Capitulo eiusdem Collegiatae in casu etc.?

5. An Cantor Cathedralis, qui cum aliis Dignitatibus, et Canonicis ab Episcopo invitatis ad Collegiatam se confert, valeat virgam gestare, qua utitur in Cathedrali in casu etc.?

6. An eadem virga uti valeat Cantor Collegiatae praesentibus Canonicis Cathedralis? in casu etc.

7. An, quaeque functiones sint ab eo peragenda, quique illi assignandus locus tam in associatione Episcopi, quam in Processionibus in casu etc.?

8. An, et a quo occupandum sit stallum aliis magis elevatum in Choro existens, quo alias utitur Episcopus, quando accedit ad Collegiatam in casu etc.?

9. An, et a quo sit praestandum thus, et osculum Evangelii Episcopo solemniter simpliciter assistenti, nec non eiusdem peragenda thurificatio in casu etc.?

10. An Canonicis Collegiatae ius competat in Processione utendi clava capitulari in casu etc.?

11. An, et quo ordine incedere debeat in dicta Processione clavicularius aut Cathedralis, aut Collegiatae in casu etc.?

12. An in dictis Processionibus Dignitates, et Canonici Collegiatae iisdem uti valeant cereis, quibus utuntur Dignitates, et Canonici Cathedralis in casu etc.?

13. An, et ubi incedere debeat in Processionibus praedictis Acolythus cum pluviali baculum deferens Episcopalem in casu etc.?

14. An Dignitates, et Canonici Cathedralis, occasione praedictarum functionum, uti valeant mitra, necnon planetis, ac respective pluvialibus tam in Choro, quam in Processionibus? Et quatenus affirmative quoad planetas, et pluviales.

15. An iisdem uti valeant Dignitates, et Canonici Collegiatae in casu etc.?

Dubia, quae proposita fuerunt ex parte Rmorum Dominorum Canonicorum Ven. Ecclesiae Cathedralis Civitatis Notabilis, pariter cum respectivis resolutionibus, nempe.

16. An sit servanda, et exequenda transactio in casu etc.? Et quatenus negative.

17. An Capitulo Collegiatae S. Pauli, praesentibus Dignitatibus, et Canonicis Capituli Cathedralis in die Festivitatis naufragii S. Pauli, competat ius utendi cappa magna cum pellibus armellinis in casu etc.?

18. An praedictis Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis competat ius elevandi propriam Crucem in Processione peragenda in eadem Festivitate, in casu etc., seu potius incedere debeant sub Cruce Capituli Collegiatae?

19. An, quomodo, et a quo sit facienda thurificatio tam Dignitatibus, et Canonicis Capituli

Cathedralis, quam Capitulo Collegiatae in eadem Festivitate in casu etc.?

20. An, quomodo, et a quo sit accipiendum, et communicandum osculum pacis in casu etc.?

21. An Dignitatibus, et Canonicis Capituli Cathedralis in Processione praecedere possit proprius scutifer, seu clavicularius in casu etc.?

22. An praedictis Dignitatibus, et Canonicis invitatis ab Episcopo competat ius accedendi ad Ecclesiam S. Pauli, et adsistendi, quaecumque alia occasione, et die, qua placuerit Episcopo, peragere ibi Pontificalia, vel adsistere in casu etc.?

23. An iisdem Dignitatibus, et Canonicis assistentibus, ut supra, tam in dicta die Festivitatis S. Pauli, quam in quacumque alia die, liceat uti ornatu strati viridis damasceni in casu etc.? Et quatenus affirmative: An Capitulo Collegiatae tunc liceat uti ornatu panni lanei coloris praedicti?

24. Quomodo, et quo ordine incedere debeant Canonici Collegiatae in associatione Episcopi ab Oratorio Charitatis ad Ecclesiam Collegiatam, et a ianua Ecclesiae ad Chorum?

Sacra eadem Congregatio. Die 19 Maii 1786. respondit:

Ad 1. « Dignitates, et Canonicos intervenire collegialiter in obsequium Episcopi, et ad effectus expressos in resolutionibus Sac. Rit. Congregationis anni 1741., et in subsequentibus exprimentos.»

Ad 2. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.»

Ad 3. « Affirmative ad formam resolutionum anni 1741., et iuxta methodum in Caeremoniali Episcoporum praescriptam.»

Ad 4. « Quoad Episcopum ad mentem. *Mens est*; non denegari Episcopo ius ducendi secum personas sibi benevisas, tamquam de suo honorifico comitatu, sed non expedire, ut, praeter Dignitates, et Canonicos Cathedralis, alios adducat ad hoc, ut sacris functionibus Ecclesiae Collegiatae formiter interveniant, et assistant. In reliquis Negative.»

Ad 5. « Negative.»

Ad 6. « Affirmative.»

Ad 7. « Ad Cantorem Ecclesiae Collegiatae spectare functiones chorales muneris sui proprias, locum autem in associatione Episcopi, et in Processionibus assignandum esse ad formam Caeremonialis.»

Ad 8. « Negative in omnibus.»

Ad 9. « Affirmative in omnibus, ad formam Caeremonialis, et resolutionis superioris Dubii sub numero tertio.»

Ad 10. « Negative in casu: » *Mens autem*

S. R. C. haec fuit: « Si placeat Capitulo Collegiatae Ministrum aliquem deputare, qui tenens baculum quomocumque ornatum turbas submoveat, Ministrum huiusmodi tantum in casu etc. universae Processioni praere posse. »

Ad 11. « Negative ad utrumque. »

Ad 12. « Affirmative. »

Ad 13. « Affirmative ad formam Caeremonialis. »

Ad 14. « Affirmative in omnibus. »

Ad 15. « Affirmative. »

Ad 16. « Negative. »

Ad 17. « Negative ad mentem, » quae fuit: « attento quod Dignitates, et Canonici Cathedralis Melitensis, post erectionem Collegiatae Divi Pauli, et post resolutiones anno 1741. emanatas, novis, et maioribus insigniis, quibus a reliquo Clero, et a Canonicis dictae Collegiatae distinguuntur, ab Apostolica Sede decorati fuerunt: Quodque iidem in tractatibus cor. Episcopo habitis anno 1781. suum praebuerunt consensum, ut, convenientibus ipsis in Ecclesiam Collegiatam, occasione solemnitatis Naufragii Divi Pauli, eiusdem Collegiatae Canonici cappas magnas cum pellibus armellinis deferre valerent: horum nomine, si placuerit, supplicandum SSmo, ut ad huiusmodi effectum, et in hac parte derogare dignetur literis Apostolicis super eorum Collegiatae erectione a Clemente XII. editis etc. »

Ad 18. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. »

Ad 19. « Affirmative in omnibus ad formam Caeremonialis, et resolutionis anni 1741. »

Ad 20. « Affirmative, ut ad proxime superius. »

Ad 21. « Provisum in numero undecimo. »

Ad 22. « Affirmative, et ad mentem. » Et mens est: « non expedire Dignitates, et Canonicos Cathedralis ab Episcopo invitari, praeter solemnem diem memoriae Naufragii S. Pauli dictam, ut aliis occasionibus, et diebus in Ecclesiam Collegiatam Civitatis Vallettae convenient, ibique collegialiter sacris functionibus adstant, seu ipsi Episcopo pontificaliter celebranti, vel simpliciter assistenti ministrent, aut respective assistentiam praestent. »

Ad 23. « Servetur in omnibus resolutio anni 1741. »

Ad 24. « Servetur ordo praescriptus in Caeremoniali Episcoporum, firma remanente praecedentia, et loco digniore prope Episcopum Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis ad formam resolutionis anni 1741. »

Mox autem die 15. Iunii 1789. repositis iisdem Dubiis prodiit ab eadem Sac. Congregatione responsum.

Ad 1. 2., et 3. « In decisis, et amplius. »

Ad 4. « In decisis, etiam quoad mentem, et amplius. »

Ad 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15., et 16. « In decisis, et amplius. »

Ad 17. « Locum esse arbitrio pro aperitione oris, adversus Breve Clementis XII. in hac parte tantum, et ad effectum de quo agitur, adeoque, praevio recessu a decisis, affirmative, et amplius. »

Ad 18. 19. 20. 21. « In decisis, et amplius. »

Ad 22. « In decisis etiam quoad mentem, et amplius. »

Ad 23. « In decisis, ita ut liceat Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis uti ornatu strati viridis damasceni, et liceat Capitulo Collegiatae uti panno laneo eiusdem coloris. »

Ad 24. « In decisis, et amplius. »

#### 4440. LUSITANA, SEU CONIMBRICEN.

Canonici Regulares S. Augustini Congregationis Conimbricen. S. R. C. enixe supplicarunt, ut in Dubiis infrascriptis, quid servandum esset? decernere dignaretur, nempe.

1. Cum a Sa. mem. Benedicto XIV. Pont. Max. die 12. Iunii 1747. ad preces Visitoris Apostolici Congregationis S. Crucis Conimbricen. iisdem Canonicis regularibus concessum fuerit Officium S. Michaelis Archangeli in una Dominica post Pascha usque ad Adventum, arbitrio eiusdem Visitoris assignanda, et eligenda; ipse vero Visitor nullam certam Dominicam elegerit, sed incertam pro Festorum singulis annis in Dominicas occurrentium varietate: quaesitum est: Utrum a S. R. C. aliqua determinata Dominica eidem Festo assignanda sit, an potius Canonici regulares, retento ritu sibi concesso, debeant se conformare universo Regno Lusitaniae in recitatione Officii praedicti die 18. Martii, iuxta concessionem factam a Sa. mem. Benedicto XIV. ?

2. Ex Apostolica concessione diei 12. Iulii 1747. recitatur in eadem Congregatione Canonico-regularium Lusitaniae Officium Festi commemorationis B. Mariae de Columna in prima Dominica mensis Iunii non impedita Festo altioris ritus. Quaeritur modo: An, impedita prima Dominica, secunda possit haberi, et reputari tanquam prima non impedita ad dictum Officium recitandum, et sic de aliis Dominicis usque ad finem mensis ?

Eadem S. C., audita sententia unius ex Apo-



stolicarum caeremoniarum Magistris typis vulgata, referente Eñño, et Rñño Dom. Cardinali Salviati, rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, iuxta votum Magistri caeremoniarum. »

Ad 2. « Affirmative, quatenus constet de concessione eiusdem Officii. » Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 29. Maii 1790.

4441. SIGNINA.

Exorta controversia inter Patres Minores Observantes Reformatos Ordinis S. Francisci, Ecclesiae S. Mariae de Iesu Montis Fortini Dioecesis Signinae ex una, et Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Crucis, et Mariae Laetitiarum dictae Terrae ex altera partibus, super quadam pompa, seu Processione quotannis fieri solita, infrascriptum Dubium, coram Eñño, et Rñño Domino Cardinali Salviati Ponente, seu Relatore concordatum, ad Sac. Rit. Congregationis iudicium delatum est, nempe: An in supplicatione diei Festi Nativitatis Deiparae in terra Montisfortini sit servandus interventus Cleri saecularis, seu Capituli in casu etc. ?

Et Sac. eadem Congr., utraque parte informante, et eodem Eñño, et Rñño Domino Cardinali Salviati referente, respondit: « Affirmative, et ad Eñnum Ponentem, iuxta mentem, et amplius, » et mens est: « Ut Episcopus provideat, ne scandala oriantur: mutet etiam, si opus fuerit, arbitrio suo horam Processionis. » Die 29. Maii 1790.

4442. BARCINONEN.

Rññus Episcopus Barcinonen. Sac. Rituum Congr. enixe supplicavit, ut in infrascriptis Dubiis, quid servandum sit, decernere dignaretur, nempe.

1. Cum in Hispania ex Apostolica concessione celebretur Festum S. Iuliani Episcopi Conchenensis ritu dupl. secundae classis cum Octava in die eius emortuali 28. Ianuarii, et iuxta Rubricas Breviarii in eandem diem transferendum sit tamquam in sedem propriam Officium SSñi Nominis Iesu, quoties occurrit in Dominica Septuagesimae, quaeritur eo casu: utrum ex dictis Festis celebrandum sit in die 28. Ianuarii, et quomodo alterum sit transferendum ?

2. An Clerus Ecclesiae parochialis S. Iacobi Apostoli, ac caeterarum parochialium Civitatis Barcinonen., qui in diebus S. Marci, et Rogationum Processioni Litaniarum Ecclesiae Cathedralis non intersunt, (quia dictis diebus non fit in ea Processio generalis, sed particularis cum assistentia Cleri Cathedralis, et Senatus Civitatis)

debeant facere Processionem particularem, an vero satisfaciant praescripto Rubricarum, recitando Litanias publice in Choro immediate post Laudes Officii diei ?

3. Cum in Hispania universa ex concessione Apostolica recitentur Officia Patrocini S. Ioseph Dominica tertia post Pascha, et Dolorum B. M. V. Dominica tertia Septembris, si aliquo anno impediatur Festo altioris ritus, quaeritur: Utrum transferri possint in primam diem non impeditam, an potius debeant eo anno omitti ?

4. Et quatenus affirmative ad primam partem, quaeritur ulterius: An si Festum Patrocini extra tempus Paschale transferri contingat, deficientes Antiphonae Nocturnorum suppleri debeant de communi, vel potius, omissis assignatis pro tempore Paschali, debeant omnes assumi ex alio Festo 19. Martii ?

5. Cum ex Apostolica concessione in omnibus Dominis Hispaniarum Regi subiectis celebretur ritu dupl. mai. Festum Patrocini B. M. V. in aliqua Dominica Novembris ab Ordinario loci designanda, quae in Dioecesi Barcinonensi, aliisque, est Dominica secunda eiusdem mensis, si in eadem Dominica occurrat dies octava S. Severi Episcopi, et Martyris Patroni principalis, quaeritur: Utrum recitandum sit Officium Patrocini B. M. V. cum commemoratione Octavae, an potius Officium de Octava, translato, vel omisso pro anno illo Officio Patrocini ?

6. Si transferendum sit Officium Patrocini B. M. V., quaeritur: Utrum simul transferatur plenaria Indulgentia concessa Fidelibus, qui Missae conventuali Festi Patrocini intersunt: an vero eam lucrari possint qui intersunt in ipsa Dominica secunda Missae conventuali S. Severi ?

Sac. eadem Congregatio, exquisita sententia R. P. D. Dini Apostolicarum caeremoniarum Praefecti, referente Eñño, et Rñño Dom. Cardinali Salviati, respondit.

Ad 1. « Celebrandum esse Officium S. Iuliani, et Officium SSñi Nominis Iesu reponendum esse ab Episcopo in aliam diem infra eandem Octavam, translato quocumque alio Festo, nisi sit altioris ritus. »

Ad 2. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. »

Ad 3. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 4. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. »

Ad 5. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam; Officium vero Patrocini non

omittendum, sed transferendum in primam diem non impeditam, iuxta Rubricas. »

Ad 6. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. » Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 11. Septembris 1790.

4443. FIRMANA.

Resolutionis Dubii: An Benedictio Papalis impartiri possit bis in die? Pro Priore Conventus S. Augustini Terrae Montis Georgii Dioecesis Firmanae: « Negative. » Die 11. Septembris 1790.

4444. GNESNEN.

Cum in Ditione Regis Borussiae a SSmo Domino Nostro Pio VI. P. M. Apostolicis Literis in forma Brevis incipien.: *Potentissimus*. Festorum numerus imminutus sit, et aliqua Festa in proximos dies Dominicos cum Officio, Missa, et praeepto translata sint, in interpretatione earundem Literarum Apostolicarum infrascripta Dubia exorta sunt, quae a Presbytero saeculari Archidioecesis Gnesnen. Archidiaconatus Camenen. ad S. R. C. delata sunt nempe.

1. Quoniam praefatum Breve Apostolicum Festivitates Patronorum cuiusque loci in Dominicos dies proxime sequentes cum Officio, et Missa transferri, nec non et praeeptum intelligi demandat, si igitur S. Ioannes Baptista sit principalior cuiusdam Ecclesiae Patronus, et aliquo anno Festum SS. Petri, et Pauli incidat in diem Sabbati, vel Dominicam; quaeritur I. Utrum is S. Patronus in diem Dominicam proxime antecedentem transferri debeat, prout S. Laurentius Martyr in eodem Brevi specificatur? II. Utrum in ea antecedenti Dominica debeat in perpetuum suam habere Festivitatem: an vero, si Festum SS. Petri, et Pauli incidat in Feriam secundam, aut ultra, debeat transferri in Dominicam proxime sequentem?

2. Utrum Festivitas S. Laurentii Mart. principalis pro loco Patroni (cui Breve Apostolicum, ob Festum Assumptionis B. M. V. in sequentem Dominicam celebrandum, iam statuit Dominicam diem 10. Augusti proxime antecedentem) in perpetuum hac Dominica celebrari debeat; an vero etiam transferri in Dominicam sequentem, si praedictum Festum Assumptionis in altera Dominica post diem 15., vel 16. Augusti cadent. celebretur?

3. Si Festivitas Exaltationis S. Crucis occurrat in Dominica, sitque titulus Ecclesiae, et celebretur in ea solemniter hoc anno Festum Nativitatis B. M. V. cadens in Feriam II., iuxta praedictum Breve Apostolicum in Dominicam proxime sequentem transferendum: Utrum, etiam non obstante hoc Breve, a Parocho loci in Do-

minica proxime antecedenti celebrari possit, et debeat?

4. Si Festum S. Adalberti Episcopi, et Martyris cadat in Dominicam in Albis, aut etiam ante, sitque Patronus Ecclesiae: Utrum usque in Dominicam secundam post Pascha, in qua cadit Festum S. Sepulchri secundae classis, transferri, ibidemque, translato Festo S. Sepulchri, in aliam diem non impeditam celebrari debeat?

5. Ratione Festivitatis SS. Simonis, et Iudae Apostolorum, ubi sunt Patroni Ecclesiae, si occurrat eadem hebdomada, in qua celebratur Festum omnium Sanctorum proxime sequent., transferri possit?

6. Translata Festivitate Sanctorum Simonis, et Iudae Apostolorum, pro loco Patronorum in diem Dominicam proxime sequent., ut in anno currenti 1790., in quo occurrit Festum omnium Sanctorum Feria secunda, datur quoque concursus Vigiliae SS. Simonis, et Iudae in Sabbatum translatae cum Vigilia omnium Sanctorum in eodem Sabbato occurrente, quaeritur I. de quanam Vigilia Officium recitari? II. Occurrente Festo 9. lectionum: de qua Vigilia 9. lectio et commemoratio haberi debeat? III. Sequentibus diebus infra Octavas concurrentibus, An Parochus loci Officium de Octava SS. Simonis, et Iudae, tanquam Patronorum Ecclesiae suae cum commemoratione Octavae omnium Sanctorum, an potius de Octava omnium Sanctorum cum commemoratione SS. Simonis, et Iudae recitare teneantur?

7. Si Patronus cuiusdam loci occurrat ante Dominicam 1. class. ex. gr. S. Catharinae V. et M. ante Dominicam 1. Adventus, aut etiam inter Dominicas primae, vel secundae classis: uti S. Iosephi inter Dominicam 4. Quadragesimae, et Passionis: An uterque in Dominica proxime antecedenti celebrari debeat?

8. Si Patronus loci occurrat ante Dominicam in qua Festum 1. class. ad populum non celebre habet suam fixam sedem (prout S. Hyacinthi, S. Ioachim), quaeritur 1.; utrum translato Festo 1. class. non celebri S. Patronus in eadem Dominica proxime subsequenti celebrari debeat? II.; an idem Festum 1. class. non celebre in subsequenti altera Dominica transferri possit, an etiam in diem non impeditam potius transferri debeat?

9. Utrum praedictum Breve Apostolicum statuens decerni Festivitatem unius tantum principalis Patroni in loco, ubi duos Patronos haberi contigerit, sit intelligendum loqui etiam de altero Patrono Titulari? An Titularem pariter a Festivitate excludat? An etiam excludat Festum Ti-

ulare, ex. gr. S. Crucis a sua Ecclesia Titulum, seu Denominationem habens?

10. An praedictum Breve Apostolicum sit etiam intelligendum de translatione Festorum Confraternitatis adnexorum, videlicet: utrum ea festa pariter in dies Dominicos cum Officio, et Missa transferri, an vero, manentibus Festis in die cadenti, sola celebritas Confraternitatis in die Dominico proxime sequenti celebrari debeat?

11. An ob cadentiam principalis Patroni Ecclesiae filialis in Dominica, Festum Patroni Ecclesiae Parochialis, iuxta dictum Breve, pariter in eadem Dominica celebrandum occurrens (uti S. Iacobi Apostoli maioris in Ecclesia Parochiali, et S. Annae in Ecclesia filiali Patronorum), et vicissim: utrum in Dominica proxime antecedenti celebrari possit, et debeat? II. Utrum Vicarii tam provisi, quam manuales circa Ecclesiam Parochialem residentes quoad celebritatem Patronorum Ecclesiae filialis Dominicis diebus in Officio, et Missa, eidem Ecclesiae filiali sese conformare teneantur?

12. Cum saepe dictum Breve Apostolicum Festivitates Sanctorum Patronorum cuiusque loci in Dominicis cum Officio, et Missa transferri praecipiat, in iisque fixam eorum sedem assignet; quaeritur: Utrum intelligi debeat de translatione eorum etiam cum Indulgentiis ante aliquot solum annos a Sede Apostolica ad decennium pro die cadenti obtentis: an vero nova Indulgentiarum indulta procuranda sint?

13. Quoniam ad limites Territorii: Borussici aliquae reperiuntur Ecclesiae, quarum reliqui Parochiani degunt in Villis Poloniae Regno subiectis, et vicissim aliquae sunt Ecclesiae Parochiales in Territorio Polonico existentes, reliqui vero earum Parochiani scepro Borussico obediunt, quaeritur: Utrum primi eximantur ab obligatione audiendi Missam, et abstinendi ab operibus servilibus Festis ibidem celebribus, iam vero in Territorio Borussico in Dominicis translatis? Et secundi: utrum teneantur praecepto respectu audiendi Missam, et vacandi ab operibus in Festis, quae in eorum Ecclesia extra limites Borussicos die cadenti observantur?

S. eadem Congregatio, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Eñno, et Rñno Domino Cardinali Archinto Praefecto, respondit: « Detur votum Magistri Caeremoniarum, iuxta mentem, » nempe.

Ad 1. « Si S. Ioannes Baptista sit Patronus principalis Civitatis, Oppidi, Pagi ad me infrascriptum Secretarium cum SSñno, iuxta mentem: si vero sit tantum Patronus alicuius particularis

Ecclesiae, providebitur in responsione ad Dubium 11. »

Ad 2. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 3. « Ad me infrascriptum Secretarium cum SSñno, iuxta mentem. »

Ad 4. « Affirmative, dummodo S. Adalbertus sit Patronus principalis loci; si vero sit tantum Patronus principalis Ecclesiae, providebitur in responsione ad Dubium 11. »

Ad 5. « Ad me infrascriptum Secretarium cum SSñno, iuxta mentem. »

Ad 6. « Pendet a resolutione Dubii praecedentis. »

Ad 7. « Negative, iuxta votum Magistri caeremoniarum. »

Ad 8. « Quoad primum quaesitum affirmative, quoad secundum quaesitum, Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. »

Ad 9. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, et tertiam, iuxta votum Magistri caeremoniarum. »

Ad 10. « Negative in omnibus. »

Ad 11. « Perperam hoc Dubium proponi, cum in praedictis literis Apostolicis relinquatur dumtaxat Festum Patroni principalis Civitatis, Oppidi, vel Pagi, non vero Patronorum particularium Ecclesiarum, qui proprie Titulares vocantur, nec non eorum Festa sunt in Dominicis transferenda »

Ad 12. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 13. « Ad me Secretarium cum SSñno iuxta mentem, iuxta votum Magistri caeremoniarum. »

Relatis a me infrascripto Secretario, iuxta mentem S. Rituum Congregationis SSñno D. N. Pio PP. VI. Dubiis 1. 3. 5., et 13., Sanctitas Sua benigne respondit.

Ad 1. « Si Festum Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli occurrat vel in Sabbato, vel in Dominica, vel in Feria II. post Festum S. Ioannis Baptistae, eo casu tantum in iis locis, ubi S. Ioannes Baptista est Principalis Patronus Civitatis, Oppidi, vel Pagi, eius Festum transferendum esse cum Officio, et Missa ad Dominicam praecedentem cum Vigilia in Sabbato, etiam praecedenti. »

Ad 3. « Festum Nativitatis B. M. V. transferendum esse ad Dominicam praecedentem. »

Ad 5. « Si Festum omnium Sanctorum occurrat vel in Sabbato, vel in Dominica, vel in Feria secunda post Festum Sanctorum Apostolorum Simonis, et Iudae, eo tantum casu in iis locis,

in quibus iidem Sancti Apostoli sunt Patroni Principales Civitatis, Oppidi, vel Pagi eorum Festum transferendum esse cum Officio, et Missa ad Dominicam praecedentem, cum Vigilia in Sabbato, etiam praecedenti. »

Ad 13. « Sanctitas Sua benigne annuit, ut sive Ecclesiae Parochiales sint in Ditione Borussia, sive non, dummodo pars Parochianorum sit in Ditione Borussia, servari possit in omnibus, et quoad totam Parochiam praedictam Breve incipien.: *Potentissimus Borussiae Rex etc.* » Die 11. Septembris 1790.

4445. WRATISLAVIEN.

Cum in Ditione Regis Borussiae a SS. D. N. Pio VI. Pont. Max. Apostol. Literis in forma Brevis incipien.: *Potentissimus*. Festorum numerus imminutus sit, et aliqua Festa in proximos dies Dominicos cum Officio, Missa, et praeepto translata sint, in interpretatione earundem Literarum Apostolicarum infrascripta Dubia exorta sunt, quae a Capitulo, et Canonicis Ecclesiae Collegiatae SS. Iacobi, et Nicolai Civitatis Nissae in Silesia Dioecesis Wratislaviensis ad S. R. C. decidenda, delata sunt, nempe.

1. In nostra Collegiata Ecclesia celebratur Festum S. Agnetis V., et M. cum octava sub ritu duplicis primae classis quotannis, proinde dubitatur 1. An, quando Festum SS. Nominis Iesu ob Dominicam Septuagesimae ad 28. Ian. transferendum est, transferri possit una cum Com. Orationis octavae diei S. Agnetis, vel transferendum sit ad 3. Februarii? Quod si ad primum negative, et ad secundum affirmative, quaeritur 2. An Festum S. Blasii Episcopi, et Martyris, quod in Calendario Dioecetano celebratur sub ritu semiduplici, transferendum sit in aliam diem Festo 9. Lectionum non impeditam?

2. Quum ex Indulto Apostolico Dominica 3. post Pascha celebretur in hac Ecclesia Collegiata Festum SS. Martyrum Aurelii, Maccarii, Iucundae, et Clarae, ob eorum sacras Reliquias hic conditas sub ritu duplici secundae classis solemniter, et si in eadem Dominica occurrat in Calendario Dioecetano celebrari Festum Patrocinii S. Iosephi Sponsi B. M. V. sub ritu dupl. min., exoritur Dubium: An Officium de Patrocinio S. Iosephi, ob conformitatem cum Dioecesi Romana, transferri perpetuo possit in Dominicam quartam proxime sequentem post Pascha: vel plane quotannis a nobis omitti debeat, aut in aliam diem stabilem transferri, et in quam, cum sit respective Festum mobile sicut Dominica Resurrectionis? Dubitatur 2. Quando Festum SS. Martyrum

Aurelii, Maccarii, Iucundae, et Clarae incidit in diem 25. Aprilis, 3. 6. vel 8. Maii tamquam Festa altioris gradus, et dignitatis: an transferri, vel omitti debeat, cum tantum, sicut Officium de patrocinio S. Iosephi, ex Indulto Apostolico, et non ex mandato celebretur?

3. Die 10. Maii celebratur Festum translationis S. Nicolai Episcopi, et Confessoris Compatroni Ecclesiae nostrae, et principalioris Capituli sub rit. dup. mai., et in Calendario Dioecetano eodem occurrit Festum S. Antonini Episcopi, et Confessoris, quod huc usque nullam stabilem diem assignatam habuit: supplicatur proinde pro figenda stabili die in 14. Maii, tamquam non impedita ab alio Festo 9. Lectionum, cum haec sit proximior impeditis iam aliis diebus proximioribus?

4. Propter Octavam diem S. Iacobi maioris, utpote Patrocinium primum nostrae Ecclesiae, huc usque Festum S. Petri ad Vincula perpetuo translatum fuit in diem 2. Augusti, tamquam diem stabilem. Ast cum per Bullam Pontificiam Festa Patrocinii Ecclesiarum de praeepto translata sunt in Dominicam proxime sequentem una cum Octava per Dioecesim Ditionis Regis Borussiae, Dubium exortum est: An Festum S. Petri ad Vincula, cum non sit amplius dies 1. Augusti impedita, reponendum sit ad ordinem Calendarii Romani; vel possit apud Ecclesiam nostram manere translatum in diem 2. Augusti?

5. Denique Officium S. Anacleti P., et M. celebratur stabiliter in Dioecesi nostra 2. Augusti, cum vero huc usque apud nostram Collegiatam Festum S. Petri ad Vincula celebratur, diem fixam non accepit, sed quotannis transferebatur: dies 9. Augusti autem non est impedita Festo 9. Lectionum, proinde quaeritur: An dictum Officium perpetuo, et stabiliter in diem 9. Augusti transferri possit pro nostra Collegiata tantum? Quod si Festum S. Petri ad Vincula deberet imposterum iterum in 1. Augusti reponi, debet tunc Officium S. Anacleti 2. Augusti stabiliter celebrari pro conformitate Calendarii Dioecetani?

6. Ex mandato SSmi dato Romae 29. Aprilis 1788., et publicato 9. Augusti 1789. celebrari debet in statibus Regi Borussiae subiectis quarta Feria post Dominicam 3. post Pascha cum obligatione audiendi Missam, et abstinendi ab operibus servilibus: hac Feria occurrit hoc anno Festum simplex S. Vitalis, dubitatur: An possit transferri Officium 9. Lectionum, quod alia die celebrari impeditum fuit, et an vetentur propter Festum fori Missae privatae votivae, et de Requiem privatae, etiam praesente corpore?

S. eadem R. C., exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Eño, et Rev. D. Card. Archinto Praef., respondit.

« Detur votum Magistris caeremoniarum, iuxta mentem, » nempe.

Ad 1. « Quoad primum quaesitum Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, et patet responsio ad secundum quaesitum. »

Ad 2. « Festum SSrum Martyrum Aurelii, et Sociorum esse celebrandum in Dominica 3. post Pascha, et pro Festo Patrocinii S. Iosephi esse assignandam perpetuo Dominicam 4. post Pascha, et quoties haec sit impedita, transferendum esse Festum Patrocinii ad primam diem non impeditam, iuxta Rubricas. »

Ad 3. « Affirmative, iuxta petita. »

Ad 4. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, si tamen S. Iacobus sit Patronus principalis Civitatis, Oppidi, vel Pagi, de quo tantum Patrono transferendum est Festum in Dominicam, iuxta Breve Apostolicum; si vero sit Patronus, vel Titularis Ecclesiae Collegiatae tantum, servandas esse Rubricas. »

Ad 5. « Festum S. Anacleti reponendum esse in die 2. Aug., si Festum S. Petri ad Vincula celebratur in die 1., iuxta responsionem ad Dub. 4. »

Ad 6. « Affirmative ad utrumque. » Die 11. Septembris 1790.

4446. LAURETANA.

Praecedentiarum. Inter Dominicum Matteucci, et Dominicum Cingulani Mansionarios Ecclesiae Collegiatae Montis Luponum, Ponente Eño Flangini: « Affirmative. » Die 13. Martii 1792.

Dubium erat, ut sequitur: An in Collegiata Ecclesia Montis Luponis, Mansionario Coadiutori primae erectionis competat ius sedendi in Choro supra Mansionarium titularem secundae erectionis, et huic praecedendi in omnibus functionibus Ecclesiae in casu etc.? Iterum proposita causa. Die 26. Ianuarii 1793.

S. C. stetit: « In decis. »

Verum ad novum examen revocata, in aliam abiit sententiam, et sub die 31. Augusti eiusdem anni rescripsit: « Praevio recessu a decis. Coadiutori Mansionario nullum ius competere praecedendi in Choro Mansionarios secundae erectionis, et amplius. »

4447. BAHIEN.

SEU ORDINIS MINORUM DE OBSERVANTIA REFORMATURUM S. FRANCISCI PROVINCIAE S. ANTONII BAHIEN. IN BRASILIA.

Cum S. R. C., die 20. Iunii 1744., Patribus

Ordinis Reformatorum S. Francisci Provinciae Bahien. in Brasilia benigne indulserit, ut in eorum Ecclesiis celebrari possit Missa sollemnis festiva cum cantu immaculatae Conceptionis Beatae M. V. singulis Sabbatis non impeditis festo duplici primae, vel secundae classis, Vigiliis, atque Octavis privilegiatis, iidem Religiosi S. R. C. humillime supplicarunt, ut infrascripta Dubia definire dignaretur, nempe.

1. An in tali Missa votiva solenni tres Orationes, vel una tantum cum *Credo* dici debeat?

2. An in Sabbatis, in quibus occurrit Beatae Mariae Virginis quaevis Festivitas, aut infra Octavam eiusdem celebrari debeat Missa eiusdemmet Festivitatis, aut votiva, vel non votiva, an vero semper Missa *Egredimini etc.*, ut in Brevi assignatur?

S. eadem C., audita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Emin., et Rev. D. Card. Antonio ab Auria, rescripsit.

« Iuxta votum Magistris caeremoniarum, » nempe.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, iuxta modum, scilicet, in Feriis simplicibus, et semiduplicibus tres dicendas esse Orationes: in duplicibus duas, semperque *Hymnum Angelicum* ratione Sabbati: ad secundam partem Negative. »

Ad 2. « Affirmative ad primam partem, nempe: celebrandam Missam Festivitatis, aut de infra Octavam, tamquam non votivam, si de eadem Octava recitetur Officium; si vero recitetur Officium alterius Festi, celebrandam esse pariter Missam de infra Octavam, sed more votivo; Negative ad secundam partem. »

Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 26. Ianuarii 1793.

4448. SANTANDERIEN.

Rev. Episcopus Santanderien. S. R. C. enixe supplicavit, ut infrascriptis Dubiis de iure respondere dignaretur.

1. Ex Decreto S. R. C. 23. Iunii 1736. in Einsidensi statuitur, quod, cum Festum S. Ioannis Baptistae venerit in die Corporis Christi, tunc Officium S. Ioannis singulari privilegio transferatur in proximum sequentem diem, a quocumque alio Officio licet impeditum. Sed cum iam in Hispania Octava Corporis Christi sit privilegiata ad instar Octavarum Resurrectionis, et Pentecostes, adeo ut excludat Festa S. Ioannis, SSrum Petri, et Pauli, ac omnia quaecumque in ea concurrentia, ex Breve Apostolico SS. Domini Nostri Pii VI. 5. Martii 1776. ad instantiam Serenissimi

Regis Catholici, cuius Indulti exemplar authenticum exhibetur; ideo quaeritur: An quando Festum S. Ioannis incidat in solemnitate Corporis Christi, seu alia die infra eius Octavam, ideoque post eam transferendum, iuxta dispositionem memorati indulti, debeat S. Ioanni in repositione singulare privilegium, quod illi concedit praedictum Decretum, ita ut in perpetuo in tali occurrence debeat transferri in Hispania ad primam diem post Octavam Corporis, hoc est ad feriam VI. ante Dominicam tertiam post Pentecosten, licet sit occupata alio quocumque Officio, vel potius, omisso praecedentiae iure, et privilegio non suffragante, reponi debeat in prima die non impedita, iuxta Rubricam de translatione?

2. In casu, quo Officium S. Ioannis propter altissimam S. Praecursoris dignitatem tale privilegium adhuc retineat, ut de eo fieri debeat prima die post Octavam Corporis, cum exclusione cuiuscumque Festi in eo occurrentis, quaeritur: quid faciendum sit quando in hoc die venerit Festum SSrum Apostolorum Petri, et Pauli, Dedicacionis Ecclesiae, Titularis loci, aut alia e solemnioribus? An e suo proprio die amovenda, ut Officio S. Ioannis relinquatur locus; vel potius faciendum Officium de Festis solemnibus ea die occurrentibus, transferendo ulterius Officium Sancti Ioannis ad aliam diem non occupatam?

3. An, attentis terminis supradicti Indulti, nempe, quod Octava Corporis celebratur in Hispania maiori cultu, quo fieri possit, et insuper, quod tam Clerus saecularis, quam regularis teneatur in Dominiis Regis Catholici omnino recitare Officium, et celebrare Missam de Octava singularis eiusdem diebus, dum infra Octavam Corporis occurrit aliqua Vigilia, debeat legi in Officio 9. lectio Homiliae cum commemoratione Vigiliae in Laudibus, et Missa, vel potius, attenda huius Octavae celebritate, nihil tunc de Vigilia nec in Officio, nec in Missa, prout servatur in Festis solemnibus ex Rubrica VII. Breviarii Romani de Vigiliis num. 2.?

4. An, omisa nona Lectione, et commemoratione Vigiliae in casu proposito, sit cantanda in Cathedrali, et Collegiatis, ultra Missam de Octava, alia secunda de Vigilia cum paramentis violaceis, vel haec secunda Missa sit omittenda, ut ad mentem Indulti tam Missa, quam Officium sint omnino de Octava?

5. An in Missis tam privatis, quam solemnibus, quae infra hanc Octavam privilegiatam sunt celebrandae (excepto Festo Corporis, Dominica, et die Octavae) debeant dici duae Orationes tan-

tum, scilicet una de die, et altera Ecclesiae, vel pro Papa, sicuti in Octavis Paschatis Resurrectionis, et Pentecostes pariter privilegiatis, vel hae duae Orationes debeant esse prima de die, secunda de S. Maria, et tertia Ecclesiae, vel pro Papa, quemadmodum pro Octavis communibus praescribit Rubrica Missalis de Orationibus sub num. 9.?

6. An Octavae inchoatae ante Festum Corporis Christi, eo adveniente, penitus terminari debeant in Hispania, attento privilegio istius Octavae, sicuti cessant, cum supervenerit Festum Pentecostes, et a die 17. Decembris usque ad Epiphaniam?

7. An iis in locis, ubi una tantum celebratur Missa diebus Dominicis, et festivis per annum (non tamen solemnioribus) dum aliquis mane sepelitur, et Missa dicitur ante sepulturam, corpore praesente, debeat haec Missa dici de Requiem, ut in die obitus, vel potius tamquam Missa conventualis, cui populus assistit, debeat cantari de die, et Missa de Requiem transferri ad primam diem non impeditam?

8. An, quoties aliquis Sanctus Confessor ritus duplicis transfertur a die sui obitus propter occurrence Dominicarum Adventus, et Quadragesimae, et dies proxime sequens non sit impedita, debeat in ea reponi ante alia Festa aequalis ritus, et dignitatis, prius translata, ut in hoc casu Sanctus Confessor habeat integras Vesperas in suo proprio die, et non varietur versus Hymni: *Iste Confessor*, dicendo: *Meruit beatas*, tam in primis Vesperis, quam in Matutino, et secundis Vesperis sequentis diei, iuxta Decretum S. R. C. 13. Iunii 1682.?

9. An praeter hunc casum generaliter Festa habeant praecedentiam iure vicinitatis ad repositionem in die proxima immediata non impedita, ita ut in ea de ipsis fieri debeat Officium, etiamsi adsint alia eiusdem ritus, et dignitatis prius translata, vel reponenda sint, iuxta ordinem translationis, scilicet primo de primo translato, et sic successive?

10. Festum SS. Trinitatis in occurrence non cedit alicui Festo Sanctorum, cuiuscumque sit ritus, attamen celebratur sub rit. dupl. secundae classis tantum, ideoque, occurrente in Hispania, ut non raro evenit cum Festo S. Ferdinandi, et aliorum Sanctorum, qui sunt primae classis, his tribuuntur Vesperae integrae cum commemoratione SS. Trinitatis. Sed cum haec Festivitas maior omnibus extet sua incomparabili dignitate, nullumque Sanctorum Festum cum illa possit ae-

quiparari, et aliunde suamet natura omnem solemnitatem exposcere videatur: quaeritur, an eodem modo, quo praedicta Festivitas excludit omnia Festa etiam primae classis in ea occurrentia, ita quando cum ipsis concurrat, debeat habere secundas Vesperas, licet Festum sequens sit primae classis? Et quatenus negative; supplicatur pro gratia saltem quoad Dioecesim Santanderien. ex privilegio elevationis ritus, seu quomodocumque placeat EE. VV., ad confovendam devotionem erga praecipuum Christianae Religionis Mysterium?

11. In Hispania ex concessione S. R. C. celebrantur plura Sanctorum Festa particularia cum Octavis, ut S. Idelphonsi Archiepiscopi Toletani, S. Iuliani Episcopi Conchensis, S. Ferdinandi Hispaniarum Regis, S. Elisabeth Viduae, S. Isidori Agricola etc. Sed cum, multitudine aliorum Officiorum, quae tam ad universalem Ecclesiam, quam ad praefata Regna omnino extenduntur, iam dies liberi pro omnibus in anni decursu deficient, et ideo opus sit, talia Festa magna ex parte singulis annis penitus suppressere, vel ad leges Festorum simplicium ea redigere: quaeritur ergo: An moderari possint praedictae Octavae minus principales in posterum omissae, ut exinde omnium Officiorum consulatur recitationi, sicut nuper fecit Ordo Minorum S. Francisci quoad maiorem partem suarum Octavarum particularium, accedente auctoritate, et approbatione Sac. Rit. Congr.?

12. In nominatis Regnis adsunt insuper ex concessione aliqua Sanctorum secundaria Festa, nempe conversionis S. Augustini die 5. Maii, Transverberationis S. Theresiae 27. Augusti, commemorationis S. Iuliani Episcopi 5. Septembris, et alia similia, quae ritu duplici celebrantur, praeter ipsorum Sanctorum Festivitates principales: quaeritur igitur: An pariter ista secundaria Festa possint comprehendi in enunciata moderatione, recedendo a dictorum Officiorum recitatione, quamquam acceptata, ut Officiis primariis in anno locus non desit, sicut pariter pro secundariis suis Festivitatibus ad praxim adduxit Ordo S. Francisci in sui Breviarii novissima reformatione?

13. An stante huiusmodi suppressione debeat fieri commemoratio de Festis secundariis sic suppressis in illis diebus, in quibus nunc celebrantur tamquam de simplicibus cum nona Lectione ad matutinum, et commemoratione in Officio, et Missa, vel potius omnia sint omittenda, tamquam si talia Officia nullo tempore fuissent admissa, et acceptata?

14. An, concessa Octavarum moderatione, prout convenit, ut diebus inde vacuis aliorum Officiorum provideatur substitutioni, possit Episcopus alia Officia fixe reposita, quae non sunt de praecepto, e sua actuali sede mutare, ipsisque noviter aliam diem ante, vel post perpetuo assignare, prout congruentius omnium Officiorum celebrationi, quae desideratur, expediat? Et quatenus opus sit, supplicatur pro facultate, ut procedere possit Episcopus ad hanc Sanctorum fixam adsignationem, ut exinde praesertim Calendarii Dioecesanum efformatio ad meliorem ordinem redigatur?

15. S. Iacobus est Patronus universalis Regnorum Hispaniae, Sancti vero Martyres Hemeterius, et Caledonius Fratres sunt Patroni particulares Ecclesiae Cathedralis, et totius Dioecesis Santanderiensis rite electi, et novissime approbati a S. R. C. Quaeritur igitur: Quis ex his Patronis debeat nominari tam in confessione post nomina SSrum Apostolorum Petri, et Pauli, quam in Oratione: *A cunctis*, quando in Missis haec Oratio dicitur in Ecclesia matrice, et in coeteris Dioecesis?

16. In casu, quo ob dignitatis praestantiam nominari debeat S. Iacobus; quaeritur: An post SSrum Apostolorum, exprimi etiam possint nomina Sanctorum Hemeterii, et Caledonii in praedicta oratione, et confessione, praecipue in Ecclesia matrice, ubi sacra eorum capita ab antiquissimo tempore maximo admodum cultu, et religione venerantur? Et si negative; supplicatur pro gratia ad promovendum cultum, qui ipsos decet in Ecclesia Cathedrali, ac tota Dioecesi ratione sui specialissimi Patronatus?

17. Festum S. Laurentii Martyris particulari solemnitate gaudere videtur in universali Ecclesia habens vigiliam, octavam etc. Festum autem Sanctorum Iusti, et Pastoris, licet apud Hispanos eiusdem ritus nullam solemnitatem habet: Quaeritur: An in concurrentia debeantur Vesperae integrae S. Laurentio, tamquam solemniori, cum commemoratione praecedentis ad sensum Rubricae 11. Breviarii Romani de Concurrentia num. 2.?

18. Festum S. Ioan. Nepomuceni Mart. celebratur in Cathedrali Santanderiensi cultu maxime solemniter, pompa exteriori, concursuque populi, propter particulares devotionis causas, asservationem Reliquiae etc. Festum autem S. Isidori, licet eiusdem ritus, omni solemnitate caret; quaeritur ergo: An in concurrentia debeantur Vesperae integrae in Cathedrali Sancti Ioannis Nepomuceni propter maiorem solemnitatem, qua celebratur ad sensum memoratae Rubricae? Et si affirma-

tive; petitur declarari: An idem fieri debeat in casibus similibus, ita ut maior solemnitas exterior, qua festa Sanctorum celebrantur in propriis Ecclesiis, sit sufficiens, ut adiudicentur ipsis Vesperae integrae, in concurrentia cum aequalibus quoad ritum, et dignitatem?

19. An, concurrentibus Festis Patrocinii S. Ioseph, et apparitionis S. Iacobi, quae pro Hispania sunt duplicia minora, cum aliis festis primariis eiusdem ritus, licet inferioris dignitatis, Vesperae integrae sint persolvendae de Festis secundariis cum commemoratione antecedentis, aut subsequentis Festi, vel potius in hoc casu, cum de Festis secundariis agitur, Vesperae debeant dimidiari, nullo habito respectu ad maiorem dignitatem, utpote non attendendam, nisi in Festis primariis?

20. In Breviario Romano (fortasse typographorum causa) in Sanctis Hispaniae inventiuntur plura Officia ritus dupl. min., aut semidupl., quibus assignantur Lectiones primi nocturni de communi, cum super hoc in Decretis concessionum nihil constet, quod accidit praecipue in Festis Sanctorum Cecillii, Secundi, Aloysii Gonzagae, Guillelmi, Iustae, et Rufinae, Pantaleonis, Antonini, Frueti, Eugenii, aliisque similibus. Sed cum hoc Rubricis Breviarii Romani adversari videatur, et aliunde detrimentum tum afferat Lectioni de sacra Scriptura per annum distributa, ut aliquid quotidie ex ea legatur (sicut inquit Rubrica de Lectionibus num. 5.) dissonatque demum a decisio Sac. Rit. Congr., quae in Aquensi 2. Septembris 1741. Lectiones primi Nocturni in Festo S. Theresiae Virginis praecipit legi de Scriptura, et non de communi; ideo quaeritur ultimo: An idem fieri debeat in supradictis Festis, et aliis similibus, servata regula generali, ut scilicet, nulli Festo dup. min., et multo minus semidupl. adiudicentur in primo Nocturno Lectiones de communi, nisi expresse constet de assignatione, et concessione?

S. eadem C., exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Eñno, et Rmo D. Card. Archinto Praefecto, respondit.

Ad 1. « Officium S. Ioannis Baptistae rependum esse in prima die post Octavam SSmi Corporis Christi, dummodo non sit impedita festo aequalis ritus. »

Ad 2. « Provisum in primo. » (Advertendum quod huiusmodi Rescripta innitebantur expressioni Brevis Apostolici, quae postea, perquisitis authographis, inventa est, typorum forte errore,

a vero longe abesse, hinc, errore detecto, fuerunt revocata, ut patet ex Epistola, iussu Pontificis data ad Nuntium Apostolicum apud Regem Catholicum sub die 16. Decembris 1796. infra suo loco legenda).

Ad 3. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 4. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 5. « Dicendas esse tres Orationes a Rubrica praescriptas pro Octavis communibus. »

Ad 6. « Negative. »

Ad 7. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. »

Ad 8. 9. et 10. « Servandas esse Rubricas. »

Ad 11. 12. 13. et 14. « S. R. C. facultatem tribuit Rmo Episcopo reformandi Calendarium, iuxta petita pro suo arbitrio, et prudentia, ita tamen ut de Festis secundariis, quae supprimuntur, fiat commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missa cum nona Lectione ad Matutinum, et quoad omnia serventur Rubricae. »

Ad 15. « In qualibet Ecclesia nominandum esse Patronum, seu Titularem proprium eiusdem Ecclesiae. »

Ad 16. « Provisum in antecedenti. »

Ad 17. « Affirmative. »

Ad 18. « Posse recitari Vesperas integras illorum Sanctorum, quorum Festa celebrantur cum solemnitate, et Populi concursu, facta commemoratione tantum alterius Officii concurrentis eiusdem ritus. »

Ad 19. « Quoad Festum Patrocinii S. Ioseph Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. Quo vero ad Festum Apparitionis Sancti Iacobi, Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. »

Ad 20. « Affirmative. »

Atque ita declaravit, ac servari mandavit. Die 26. Ianuarii 1793.

4449. URBINATEN.

Quum in Civitate Urbinatensi vigeat consuetudo, ut Confessarii Asceteriorum Monialium, postquam easdem communicaverint per cancellos cum sacra Pyxide, in qua asservatur SSmum Sacramentum, eisdem benedicant; iidem Confessarii S. R. C. enixe supplicarunt, ut in infrascripto Dubio, quid servandum sit decernere dignaretur; nempe: An consuetudo dandi benedictionem cum Sacra Pyxide Sanctimonialibus ritu superius expresso sit sustinenda, vel reiicienda?

S. eadem C., exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, audito etiam



Rñõ Archiepiscopo, referente Eñõ, et Rñõ D. Card. Salviati, rescripsit: « Negative in omnibus. » Die 16. Ianuarii 1793.

4450. ASCULANA.

Exorta controversia inter Archidiaconum Philippum Merli Praefectum Choro Cathedralis Asculanae, et Magistratum Choro Cathedralis Asculanae, et Magistratum eiusdem Civitatis super nonnullis reverentiis, seu capitibus inclinationibus fieri solitis coram SSñõ Sacramento publicae venerationi exposito, cum Rñus Vicarius Capitularis provisionale Decretum interposuisset, eiusque revocationem Archidiaconus a Sac. Rit. Congr. petisset.

S. eadem C., Magistratu dilationem frustra postulante, referente Eñõ, et Rñõ Dom. Card. Borgia, rescribendum censuit: « Nemini deberi reverentiam, et amplius. » Die 31. Aug. 1793.

4451. CAESENATEN.

Exorta controversia inter Sacerdotem Ioannem Galeffi Cappellanum Societatis S. Mariae de Populo Terrae Gattei Dioecesis Caesenaten., et Sacerdotem Petrum Coelestinum Galli, de loco, et praecedentia in publicis Ecclesiasticis functionibus, eaque delata ad Sacram Rituum Congregationem,

S. eadem C., utraque parte informante, ad infrascriptum Dubium per Eñum, et Rñum Dominum Cardinalem Antonium ab Auria relato-rem propositum die 26. Ianuarii labentis anni, scilicet:

An Cappellanus S. Mariae de Populo Terrae Gattei invitari, et respective inservire debeat tertio loco in sacris publicis functionibus, ita ut sit danda manutentio in casu etc.? respondit: « Negative; » cumque iterum in hodierna Congregatione de eadem causa actum sit sub dubio: An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.? Et utraque parte informante, referente Eñõ, et Rñõ Domino Card. Salviati, loco praefati Eñi, et Rñi Domini Card. Antonii ab Auria ab Urbe absentis, rescriptum edidit: « In decisis, et amplius. » Die 31. Augusti 1793.

4452. FAVENTINA.

Processionis inter Communitatem Balneacaballi, nec non Societatem S. Annae vulgo *dei battuti neri*, contra Patres Conventuales, Ponente Eñõ, et Rñõ D. Card. Archinto Praefecto: « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, et amplius. » Die 31. Augusti 1793.

Dubium autem, quod discutiendum, et iudicandum proponebatur, sequens est: An in Processionibus B. M. V., quae fiunt interveniente Capitulo Ecclesiae Matricis cum eius Magistro

caeremoniarum, liceat Minoribus Conventualibus superpelliceo indutis vagari, sub praetextu dirigendi Processionem, vel deferendi S. Imaginem, seu potius teneantur sub propriae Religionis vexillo incedere in casu etc.?

4453. EADEM.

Contra Tertiarios eiusdem Ordinis; Ponente eodem Eñõ Praefecto: « Firmo remanente iure gestandi sacram Imaginem favore Confratrum Sanctae Annae; in reliquis, omnes tam Confratres, quam tertiarii incedant sub propriis vexillis, et amplius. » Die 31. Augusti 1793.

Dubium autem, quod discutiendum, et iudicandum proponebatur, est ut sequitur: An, et quomodo in Processionibus B. M. V., quae fiunt, interveniente Capitulo Ecclesiae Matricis, Laici tertii Ordinis S. Francisci, et Confratres S. Annae teneantur incedere in casu etc.?

4454. RAVENNATEN.

Inter Dominum Archidiaconum Ecclesiae Metropolitanæ Andream Pignotti, et Promotorem Fiscalem Curiae Archiepiscopalis Ravennae, Ponente Eñõ Archinto Praefecto: « Negative in omnibus, et amplius. » Die 31. Augusti 1793.

Dubium autem, quod discutiendum proponebatur, sequens est: An, et in qua possessione sit Archidiaconus ducendi secum ad latus proprium Cappellanum in publicis supplicationibus, quae fiunt cum interventu, sive sine interventu Archiepiscopi, ita ut sit danda manutentio in casu etc.?

4455. SANTANDERIEN.

Rñus Episcopus Santanderiensis humillime supplicavit S. R. C. pro sequentibus concessionibus, videlicet.

1. Quod in Cathedrali Ecclesia, nec non insigni Collegiata vulgo *de Santillana* Festum Inventionis S. Crucis die 3. Maii sit primae classis, fiatque additio ad sextam lectionem consueti Officii eiusdem Festi, ut in supplici libello.

2. Quod Officium S. Ioannis Nepomuceni habitum a Cathedrali, ut praecipui Patroni a duplici maiori elevetur ad dupl. primae classis pro eadem Cathedrali, et ad dupl. secundae classis pro tota Dioecesi cum approbatione novi Officii exhibitum.

3. Quod Officium S. Iulianae Virg., et Mart. Patronae principalis Oppidi Santillanae sit secundae classis pro tota Dioecesi Santanderiensi, et in eius Festo recitentur lectiones secundi Nocturni propriae usquehac sumptae ex Codice Ecclesiae Burgensis a Clemente PP. VIII. approbatae cum nova additione ad sextam lectionem.

4. Quod die 16. Augusti recitari possit Officium S. Rochi in Civitate Santanderiensi ritu dupl.

min., ut Patroni minus principalis eiusdem Civitatis cum facultate utendi oratione, et lectionibus secundi nocturni propriis iam approbatis, quae recitantur in Ecclesia Burgen., Compostellana, Lucens.

5. Quod in Officio SSrum Martyrum Hemeterii, et Caledonii iam approbato reformatur IV. et VI. lectio, ut in supplici libello.

6. Quod Officium S. Thomae a Villanova a ritu dupl. min. eleveatur ad ritum dupl. mai. pro tota Dioecesi Santanderiensi cum concessione Officii proprii iam approbati pro Ordine Eremitarum S. Augustini.

7. Quod in Ecclesia Collegiata de Santillana, et aliis locis Dioecesis Santanderiensi, ubi adsint Capita, aut aliae Reliquiae insignes SSrum Ursulae, et Sociarum, fieri possit Officium ritu duplici cum lectionibus secundi nocturni propriis, prout in recentiori Breviario Romano Seraphico cum nova additione ad sextam lectionem, ut in supplici libello.

8. Quod in novo Officio SSrum Martyrum Servandi, et Germani, quod recitatur in Hispania ritu duplici, recitetur in tota Dioecesi Santanderiensi die 23. Octobris, et additio fiat ad sextam lectionem eiusdem Officii, ut in supplici libello.

9. Quod in tota Dioecesi Santanderien. die 30. Octobris celebrari possit Festum Sacrarum Reliquiarum, quae asservantur tam in Cathedrali, quam in aliis Ecclesiis eiusdem Dioecesis cum Officio et Missa propriis ritu dup. mai.

Et S. eadem C., ad relationem Em̃i, et Rm̃i D. Card. Archinto Praefecti, rescribendum censuit, prout infra.

Ad 1. « Relatum. »

Ad 2. « Quoad primam partem pro gratia, iuxta petita; quoad secundam pro extensione Officii iam approbati pro Ditione Veneta. »

Ad 3. « Quoad primam partem pro gratia; quoad secundam, relatum. »

Ad 4. « Quoad primam partem pro gratia, iuxta petita, quoad secundam pro extensione Officii iam approbati pro Confraternitatibus Urbis, et Civitatis Tusculanae. »

Ad 5. « Relatum. »

Ad 6. « Relatum. »

Ad 7. « Pro gratia ritu dup. min., in reliquis, relatum. »

Ad 8. « Pro gratia Officii, dummodo sit approbatum, demptis additionibus, ritu dup. min. »

Ad 9. « Pro gratia Officii, et Missae iam approbat. pro Basilica Lateranensi cum Oratione

*Auge etc.*, citra adprobationem omnium supra-dictarum Reliquiarum. » Die 31. Augusti 1793.

4456. LUCANA.

Cum in Ecclesia parochiali S. Michaelis Archangeli vulgo nuncupata *di Fibialla* Dioecesis Lucanae, ab antiquo tempore invaluerit usus, quod Diaconus, et Subdiaconus in Vesperis solemnibus praestent assistentiam Celebranti non induti Pluvialibus, sed Tunicella, et Dalmatica; modo Sacerdos Aloysius Lignani praefatae Ecclesiae Parochus humillime supplicavit S. R. C., ut, attentis peculiaribus circumstantiis, liceret continuare in eadem consuetudine?

S. R. C., audito Rm̃o Archiepiscopo, ad relationem Em̃i, et Rm̃i D. Card. Archinto Praefecti, et Ponentis, sequens Rescriptum edidit: « Arbitrio Rm̃i Archiepiscopi. » Die 31. Augusti 1793.

4457. SPOLETANA.

Delata ad Sac. Rit. Congregationem controversia inter Capitulum Ecclesiae Collegiatae S. Petri Civitatis Spoletanae, et Angelum Placidi Coadiutorem Prioris eiusdem Ecclesiae: An eidem Placidi competat ius lucrandi distributiones, dum interest Choro cum habitu Protonotarii, non vero cum vestibus, et insigniis canonicalibus.

Sac. eadem Congregatio, audita sententia Rm̃i Episcopi, inspectis peculiaribus circumstantiis, referente Em̃o, et Rm̃o Domino Cardinali Livizzani rescripsit: « Licere Coadiutori Placidi adhibere vestem praelatitiam in Choro, et quotiescumque tali veste indutus Choro interfuerit, facere fructus suos, et distributiones lucrari. » Die 31. Augusti 1793.

4458. SENOGALLIEN.

Cum exorta fuisset controversia inter Canonicos Ecclesiae Cathedralis Senogallien. ex una parte, et Mansionarios eiusdem Ecclesiae ex altera parte, circa onera eorundem Mansionariorum, et servitium, seu assistentiam ab iisdem praestandam Canonicis in Officio Diaconi, et Subdiaconi, infrascripta Dubia ad iudicium Sac. Rit. Congregationis delata sunt, nempe:

1. An teneantur Mansionarii in diebus feriabilibus celebrare, seu canere Missam conventualem in casu etc.?

2. An teneantur Mansionarii praestare servitium in qualitate Diaconi, et Subdiaconi Canonico ubique celebranti in casu etc.? Et quatenus affirmative.

3. An cogi possint Mansionarii ad praestandum servitium Canonico Celebranti, eique ministrare sacras vestes, dum eas induit in Saerario Canonicorum in casu etc.?

4. An, et in quacumque benedictione Canonici celebrantis teneatur Diaconus Mansionarius dicere: « Benedicite Rñe Pater, » et non: « Benedicite Rñde Pater, » in casu etc.?

5. An, et quomodo Mansionarii in Missis, et Vesperis sint thurificandi in casu etc.?

Sac. Congregatio. Die 26. Ianuarii superioris anni 1793., referente Eñio, et Rño Dom. Cardinali Archinto Praefecto, audita utraque parte, respondit.

Ad 1. « Iterum proponatur. »

Ad 2. « Negative. »

Ad 3. « Provisum in secundo. »

Ad 4. « Negative, et amplius. »

Ad 5. « Thurificandos unico ductu, et amplius. »

Instaurato deinde iudicio quoad tria tantum Dubia, iisque in haec verba propositis, nempe.

1. An teneantur Mansionarii in diebus feriabilibus celebrare, seu canere Missam conventualem in casu etc.?

2. An sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundum in casu etc.?

3. An sit standum, vel recedendum a decisis quoad tertium in casu etc.?

S. ead. Congr., utraque parte iterum audita, ad relationem eiusdem Eñi, et Rñi Domini Cardinalis Archinto Praefecti, rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « In decisis, et amplius. »

Ad 3. « In decisis, et amplius. » Die 18. Februarii 1794.

4459. SPOLETANA.

Exorta controversia inter Capitulum Ecclesiae Cathedralis Spoletanae, atque Canonicum Clericum Antonium Martani ex una, atque Canonicum Sacerdotem Philippum Sanzi possessorem Praebendae nuncupatae *de consortio* ex altera partibus, de praecedentia, ac iure sedendi in Choro; eaque delata ad Sac. Rit. Congregationem, infrascripta Dubia proposita fuerunt.

1. An Canonico Presbytero posteriori in possessione Praebendae *de consortio*, competat ius sedendi in Choro supra quemlibet Canonicum non Presbyterum antiquiorem, et huic praecedendi in omnibus functionibus Ecclesiasticis in casu etc.?  
Et quatenus affirmative.

2. An eidem Canonico Presbytero post assumptum Sacerdotium sit danda eadem praecedentia in casu etc.?

Sac. eadem Congregatio, utraque parte informante, et Eñio, et Rño Domino Cardinali Livizani referente, rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative, et amplius. »

Ad 2. « Affirmative, et amplius. » Die 18. Februarii 1794.

4460. CERVIEŒ.

Exorta controversia inter confratres Societatis nuncupatae *del consorzio* erectae in Ecclesia Collegiata Terrae Massae Fisceiae, et Parochos eiusdem Ecclesiae, de iure Cappellani eiusdem Societatis deferendi stolam in Ecclesiasticis functionibus, in quibus cum eadem Societate tamquam Cappellanus incedit; eaque ad Sac. Rit. Congregationem delata,

Sac. eadem Congregatio, auditis rationibus utriusque partis, et relatione Vicarii Capitularis, referente Eñio, et Rño Domino Cardinali Borgia, declaravit: « Licere Cappellano Societatis *de consorzio* deferre stolam in omnibus functionibus solitis, et ad ipsam Societatem specialiter spectantibus, etiam in transitu per Ecclesiam; quo vero ad associationem cadaverum, teneri ipsum Cappellanum incedere cum Societate, adhibita stola extra Ecclesiam tantum. » Die 23. Aug. 1794.

4461. FAVENTINA.

Exorta controversia inter confratres Societatis S. Annae nuncupat. *Battuti neri*, et confratres Congregationis tertii Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci Balneacaballi Dioecesis Faventinae, de ordine inter eos servando, cum Imago B. M. V. circumfertur; infrascriptum Dubium ad Sac. Rit. Congregationis iudicium delatum est, nempe: An, et quomodo in Processionibus B. M. V., quae fiunt, interveniente Capitulo Ecclesiae Matricis, Laici tertii Ordinis S. Francisci, et confratres S. Annae teneantur incedere in casu etc.?

Sac. ead. C., visis, et perpensis iuribus utriusque partis, referente Eñio, et Rño D. Cardinali Archinto Praefecto die 31. Augusti 1793., rescripsit: « Firmo remanente iure gestandi sacram Imaginem favore confratrum S. Annae, in reliquis omnes tam tertiarii, quam confratres incedant sub propriis vexillis, et amplius. »

Cum vero eadem causa rursus in S. R. C. proposita fuerit super declaratione praefati Rescripti, Eñi Patres Sacrae Congregationi praepositi, iterum audita utraque parte, sequens ediderunt Rescriptum.

Sac. Rit. Congreg., « declarando Rescriptum diei 31. Augusti 1793. censuit: Licere confratribus S. Annae gestare sacram Imaginem alternatim cum aliis quatuor ad eorum latera adstantibus absque cereis: licere vero tam confratribus, quam tertiariis cum cereis accensis adesse, iuxta

solitum in Ecclesia Patrum Conventualium tantum, post reditum Processionis ad eandem Ecclesiam, et amplius. » Die 23. Augusti 1794.

4462. S. IACOBI DE SPATHA  
NULLIUS PROVINCIAE COMPOSTELLANAE.

Rm̄e Domine. Cum orta sit dubitatio inter Ecclesiasticos viros Regalis Cappellae Titulo SS̄mae Crucis Oppidi Caravaccae in ista tua iurisdictione S. Iacobi de Spatha Nullius Dioecesis Compostellanae existentis circa externas significationes venerationis, et publicos actus cultus, qui exhiberi consueverunt erga eam Crucem, quae maxima religione in praedicta Cappella asservatur; num scilicet retineri possit consuetudo, cuius initii memoria non extat, exhibendi eidem Sanctae Cruci eosdem externos actus cultus, qui SS̄mo Eucharistiae Sacramento exhibentur, praeter modum a Rubricis, et Decretis S. R. C. praescriptum, vel ab iisdem sit abstinendum, eiusque cultus ad Rubricarum, et Decretorum normam sit exigendus; proindeque, ad amovendam omnem haesitationem, S. R. C. supplicaverint, ut, quid in hoc casu agendum foret, decerneret.

Em̄i, et Rm̄i Domini Patres S. R. C. praepositi, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ac re mature perpensa, referente Em̄o, et Rm̄o Domino Cardinali Antonio ab Auria, censuerunt: « Tibi per hasce Literas significandum esse; quod si revera noseas consuetudinem esse immemorabilem, atque etiam praevideas, ex immutatione facienda, ut Rubricis, Decretisque satisfiat, nedum admirationem, sed scandalum in Populo oriri, aut languorem in Religione erga praedictam S. Crucem induci posse, nihil innovari permittas, et diu bene valeas. » Romae 23. Augusti 1794.

4463. TAURINEN.

Cum Praeposito, et Patribus Collegii Clericorum S. Pauli Cherii Taurinen. Dioecesis, quaedam orta fuerint Dubia, circa onus recitationis Officii Dedicationis Ecclesiae; hinc humillimis precibus a S. R. C. declarationem petierunt.

1. An Clerici Regulares S. Pauli Civitatis Cherii Episcopalis Cathedralae honore destitutae, Ecclesiam nacti nulla adhuc solemniter consecratione decoratam, ad aliquod celebrandum Dedicationis Ecclesiae Officium teneantur?

2. Et quatenus affirmative: An teneantur Festum celebrare Dedicationis Ecclesiae principalis eiusdem Civitatis Officio secundae classis sine Octava?

3. Et quatenus negative: An saltem teneantur, uti solebant, memoriam agere Officio secundae

class. sine Octava Dedicationis Ecclesiae Metropolitanae Augustae Taurinorum, in cuius Dioeceseos finibus, licet quinque circiter mille passus distans, sita est eadem Cherii Civitas?

Sac. vero Congreg., perpensa sententia unius ex caeremoniarum Magistris typis etiam vulgata, censuit.

Ad 1. « Non debere Officium peragere Dedicationis propriae Ecclesiae, quae non est consecrata. »

Ad 2. « Non posse Dedicationem Ecclesiae principalis Cherii celebrare. »

Ad 3. « Non teneri ulla obligatione ad Dedicationem Metropolitanae Ecclesiae Taurinen. celebrandum; et quatenus laudabilem consuetudinem illam celebrandi retineri velint, eam esse sub eo ritu ab iis celebrandam, quo consuevit a dup. secundae class. inclusive. »

Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 21. Martii 1795.

4464. CONIMBRIEN.

Moniales Ordinis S. Francisci Asceterii titulo SS̄mi Sacramenti Oppidi vulgò dicti de Laurizal Dioecesis Conimbrien. adfirmantes ex speciali Sedis Apostolicae privilegio in earum Asceterio, et Ecclesia recitari Officium ritu dup. mai., Missamque celebrari de SS̄mo Sacramento in omnibus Feriis V. Festo duplici 1. vel 2. class. non impeditis a S. R. C. declarationem infrascriptorum Dubiorum precibus humillimis postularunt.

1. An in Missa, quae celebratur in Ecclesia Monialium oratricium de SS̄mo Sacramento omnibus Feriis V. 1. vel 2. class. non impeditis, *Symbolum* dici debeat?

2. An in eadem Missa dici possit *Sequentia: Lauda Sion etc.?*

3. An Cappellani, qui in Ecclesia praedicta, iuxta ritum Monialium, quotidie Missam celebrant, possint Officium Monialium recitare?

Sac. eadem Congregatio, perpensa prius unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris sententia typis etiam vulgata, referente Em̄o, et Rm̄o Dom. Cardinali Borgia, ad tria proposita Dubia rescribendum censuit: « Negative. » Et ita declaravit, atque servari mandavit. Die 21. Martii 1795.

4465. FOROLIVIEN.

Praecedentiarum inter Archipresbyterum Sancti Martini, aliosque Parochos Congregationis Sancti Petri in Trento, et Dominum Franciscum ex Marchionibus Albicini Archipresbyterum S. Petri in Trento Ponente Em̄o, et Rm̄o Dom. Antonio ab Auria.

Ad 1. « Affirmative, et amplius. »

Ad 2. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. » Die 29. Augusti 1795.

Dubia autem, quae discutienda, et iudicanda proponebantur, sunt, quae sequuntur.

1. An, absente, vel impedito Archipresbytero Coadiuto S. Petri in Trento competat Archipresbytero Coadiutori praecedentia, et manutentio tum in ordine sedendi, cum in Processionibus, aliisque functionibus Ecclesiasticis, et actibus sive publicis, sive privatis supra Archipresbyterum Sancti Martini in Barisano, aliosque Parochos Congregationis in casu etc.?

2. An impediti, vel nolentes Archipresbyter S. Martini in Barisano, alique Parochi Congregationis S. Petri in Trento, exercere solemnia, aliasque Ecclesiasticas functiones in eorum respective Ecclesiis, possint ad illa peragenda, quem malint substituere, seu potius ius illa exercendi competat Archipresbytero S. Petri in Trento, et eo absente, vel impedito eius Coadiutori, et in quibus Ecclesiis in casu etc.?

4466.

#### FIRMANA.

Exorta controversia inter Capitulum Ecclesiae Collegiatae SSrum Apostolorum Petri, et Pauli Oppidi Montis Ulmi Firmanae Dioecesis, et Patres Minores S. Francisci eiusdem Oppidi circa ordinem servandum in solemnibus supplicationis pompa, quae singulis annis in Festo S. Antonii Patavini ducitur ab Ecclesia eorumdem Patrum Minorum Conventualium, infrascripta Dubia a me infrascripto Secretario, loco Em̃i, et Rm̃i Dom. Cardinalis Borgia ab Urbe absentis, proposita fuerunt, nempe:

1. An concordia inita anni 1773. sustineatur, et sit observanda in casu etc. ? Et quatenus negative.

2. An Capitulum Collegiatae Ecclesiae Montis Ulmi teneatur intervenire supplicationi S. Antonii, et quomodo praecedere debeat invitatio, et sit recipiendum in casu etc. ?

3. An, et a quibus deferenda sit Reliquia eiusdem Sancti in casu etc. ?

Sac. eadem Congr., utraque parte et voce, et scripto audita, respondit.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. et 3. « Provisum in primo, et amplius. »

Die 30. Aprilis 1796.

4467.

#### RIPANA.

Proposita in S. R. C. ordinaria habita die 29. Augusti anni proxime praeteriti ab Em̃o, et Rm̃o Domino Cardinali Rinuccini controversia exorta inter Sacerdotem Dominicum Recco Archipresbyterum

terum Ecclesiae Cathedralis Ripanae ex una, et Sacerdotem Michaellem Angelum Tanursi Canonicum Theologum eiusdem Cathedralis ex altera partibus, circa tempus habendae lectionis sacrae Scripturae in eadem Ecclesia Cathedrali, ac disputato infrascripto Dubio, videlicet:

An liceat Canonico Theologo explicare populo sacram Scripturam in diebus Festis inter Missarum Solemnia, et praecise post Evangelium in casu etc. ?

Sacra eadem Congregatio, audito prius Rm̃o Episcopo Ripano, perpensisque iuribus Archipresbyteri, Canonico Theologo vadimonium deserente, respondit: « Negative. » Hodie vero iterum ab eodem Relatore proposita eodem Dubio, audito pariter uno Archipresbytero, respondit: « In dehis, et amplius. » Die 30. Aprilis 1796.

4468.

#### VICEN.

Cum iam die 19. Augusti anni proxime praeteriti delata fuisset ad Sac. Rituum Congregationem ab Em̃o, et Rm̃o Dom. Cardinali Antonio ab Auria controversia exorta inter Capitulum, et Canonicos Collegiatae Manresae ex una, et Superiores nonnullorum Ordinum regularium, scilicet PP. Praedicatorum, Carmelitarum antiquae observantiae, ac Minorum S. Francisci de Paula, eiusdem Civitatis ex altera partibus, circa benedictionem dandam a Canonico celebrante Missam Concionatori verba facturo inter Missarum solemniam, nec non circa osculum manus eiusdem Canonici celebrantis ab eodem Concionatore post benedictionem dandam; Em̃i, et Rm̃i eidem Congr. praepositi causam ampliarunt. Hodie vero iterum ab eodem Em̃o, et Rm̃o D. Causae Relatore proposita eadem controversia una cum libello Capituli, et Canonicorum pro reformatione Dubiorum.

Eadem Sac. Rit. Congr., visis iuribus utriusque partis, primo definivit, Dubia proponenda esse in hunc modum.

1. An Concionatores in Ecclesia Collegiata Manresae teneantur petere benedictionem a Canonico celebrante? Et quatenus affirmative.

2. An Concionatores, etiam Superiores Regulares, teneantur deosculari manum Canonici celebrantis post benedictionem ab eo acceptam?

Deinde ad eadem Dubia respondit: « Affirmative ad utrumque, et amplius. » Die 30. Aprilis 1796.

4469.

#### BRACHAREN.

Cum Magister caeremoniarum Ecclesiae titulo B. M. V. Olivae Vivamanensis, Dioecesis Bracharen., supplex fuerit ad S. R. C., ut infrascripta Dubia declarare dignaretur, scilicet.

1. An coram SSmo Sacramento publice exposito, vel non, Concionator petere debeat benedictionem in qualibet Concione a quoquam Celebrante?

2. An in iis illis Ecclesiis, ubi sit consuetudo, ut huiusmodi benedictio petatur a quocumque Celebrante, etiam exposito Sacramento, continuari debeat, nec ne?

3. An Chorus, dum recitat horas canonicas ante SSmum Sacramentum velo coopertum in loco eminenti, sedere, et tegere caput cum bireto valeat, vel stare debeat nudo capite, quasi esset sine velo?

4. An prima Dignitas dictae Collegiatae, qui adhuc non est Sacerdos in benedictione candelarum, et palmarum ministrare debeat Sacerdoti celebranti candelam, et palmam, vel potius similes actiones ad secundam Dignitatem Sacerdotem, praesente in Choro supradicta prima Dignitate, pertinere debeant?

5. An Canonicus Sacerdos in Feria V. Coenae Domini Communionem generali super almutiam stolum a collo pendentem habere debeat, vel solum super cottam?

6. An in Dominica ipsa Octava Corporis Christi, aut alia designata per annum, in quibus recitatur Officium ritus dupl. et solet fieri Processio SSmi Sacramenti per diversas Parochias, et Ecclesias Civitatis, ut in Festo Corporis Christi, et certum, ac designatum diem habet cum concursu populi eiusdem Parochiae, debeat Missa celebrari pro re gravi de SSmo Sacramento post Nonam, vel dici de Dominica, aut Festo cum commemoratione SSmi Sacramenti?

Sac. eadem Congregatio, exquisita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, eaque typis etiam vulgata, referente Eno, et Rmo Domino Cardinali Antonio ab Auria Ponente, rescripsit: In omnibus iuxta sententiam eiusdem Magistri caeremoniarum, cuius libellum tradi Oratoribus pro norma mandavit. Eius autem sententiae haec est summa.

Ad 1. « Affirmative, si in Dioecesi Bracharenensi adsit consuetudo; secus petendam esse benedictionem a Celebrante, dummodo sit Episcopus, iuxta formam praescriptam in Caeremoniali Episcoporum lib. 1. cap. 22. »

Ad 2. « Provisum in primo. »

Ad 3. « Poterit Clerus sedere, tecto etiam capite cum bireto, sed laudandus esset, si sederet detecto capite. »

Ad 4. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 5. « Servandam esse locorum consuetudinem. »

Ad 6. « Missa dici debet de Dominica, aut Festo occurrente cum commemoratione SSmi Sacramenti. »

Et ita servari declaravit. Die 10. Septembris 1796.

#### 4470. PANORMITANA.

Cum Clero Civitatis, et Dioecesis Panormitanae a S. Sede Apostolica concessa fuerit Octava privilegiata Solemnitatis SSmi Corporis Christi, ita ut in singulis diebus Octavae, etiam impeditis Officio duplici, facultas sit recitandi Officium cum Missa de eadem Solemnitate, exceptis duplicibus 1. et 2. classis; orta est dubitatio Sacerdoti Petro Sanctori Directori Calendarii Patrum Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii eiusdem Civitatis: An in huiusmodi exceptione comprehendantur duplicia 1. et 2. classis tantum occurrentia, vel non translata? Quapropter supplex instetit apud S. R. C., ut Dubium huiusmodi declarare dignaretur.

Et eadem S. C., referente Eno, et Rmo D. Card. Livizzani, exquisita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, eaque perpensa, rescribendum censuit: « In exceptione comprehendi etiam translata. » Et ita declaravit. Die 10. Septembris 1796.

#### 4471. ROMANA.

Cum in ordinando Calendario Monachorum Cisterciensium Provinciae Romanae nonnulla orta sint Dubia, P. D. Xistus Benigni Monachus eiusdem Congregationis, cui id onus commissum est, supplex accessit ad S. Rit. Cong. petens eorundem Dubiorum solutionem. Ea autem sunt huiusmodi:

1. An Monachi Cistercienses celebrare valeant Octavam privilegiatam S. Scholasticae a S. R. C. eisdem concessam, licet nunquam in eorum Calendario adnotata fuerit, et in ipsa recitare possint lectiones proprias iam adprobatas pro eadem Octava?

2. An iidem uti possint privilegio recitandi semel in hebdomada Officium S. Scholasticae cum lectionibus propriis, iuxta decretum eiusdem S. C. diei 1. Iulii 1702., licet nunquam eo usi sint?

3. An recitare possint infrascripta Officia cum lectionibus propriis, scilicet: 13. Martii S. Heldradi Abbatis, 5. Iunii S. Bonifacii Ep. et Mart., 23. Ianuarii S. Idelphonsi Episc., 27. Februarii S. Leonardi Ep., 5. Martii S. Switberti Episc., 26. Maii S. Augustini Ep., 7. Iulii S. Vittibaldi Ep.? Quae quidem Officia pariter fuerunt eisdem

concessa Decretis eiusdem Sac. Congr., sed adhuc minime in Calendario adnotata.

4. An in iis Monasteriis Cisterciensium, in quibus non agitur Festum Dedicationis propriae Ecclesiae, quia de eadem non constat, recitari debeat Officium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis ritu dupl. 2. classis, iuxta Decreta S. R. C. pro Regularibus degentibus extra Civitatem?

5. An praefati Monachi recitare debeant Officium S. Ioannis Nepomuceni, quod ab omnibus Monachis recitatur die 17. Maii, quamvis adhuc ipsi numquam recitaverint?

6. An expediat assignare aliam diem Festo Dedicationis Ecclesiae SSrum Vincentii, et Anastasii ad aquas salvas, ut celebrari possit cum Octava, cum in praesens ex antiqua consuetudine agatur in Feria V. post Dominicam Passionis? Et quatenus affirmative, supplicatur pro assignatione diei.

7. An Officia B. Beatricis Estensis, et S. Catharinae de Virgis, quae apud eosdem Monachos Monasterii S. Bartholomaei Ferrariae occurrunt diebus 14. Ianuarii, et 11. Martii perpetuo impeditis Officiis S. Agathonis PP., et S. Stephani Abb. Cisterciensis, debeant collocari in diebus 27. Ianuarii, et 16. Martii proximioribus vacuis, tamquam in diebus fixis, vel potius eodem modo transferenda sint Officia S. Agathonis, et S. Stephani?

8. An Officium S. Fidelis a Sigmaringa, quod apud dictos Monachos Ferrariae occurrit in die 24. Aprilis perpetuo impedita Officio S. Georgii Mart. Patroni principalis Ferrariae, collocari fixe debeat in die 28. eiusdem mensis tamquam in die propria?

Sacra eadem Congregatio, referente Eño, et Rño D. Cardinali Livizzani, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, quae typis etiam fuit evulgata, rescripsit: « In omnibus, iuxta sententiam eiusdem Magistri caeremoniarum, » cuius libellum tradi Oratori pro norma mandavit; eius autem summa haec est.

Ad 1. 2. 3. et 4. « Affirmative. »

Ad 5. « Affirmative, assignata prima die non impedita Officio S. Ioannis Nepomuceni. »

Ad 6. « Affirmative assignata imposterum die 6. mensis Septembris, vel 21. Octobris Festo Dedicationis Ecclesiae SSrum Vincentii, et Anastasii ad aquas salvas. »

Ad 7. « Transferantur Officia B. Beatricis, et S. Catharinae; maneat vero in sua sede illa SSrum Agathonis, et Stephani. »

Ad 8. « Affirmative. »

Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 10. Septemb. 1796.

4472. HISPANIARUM.

*Epistola data ad Nuntium Apostolicum apud Regem Hispaniarum.*

Perillustris, et Rñe Domine uti Frater: Cum SSñus Dominus Noster Pius VI. Pontifex Maximus per Decretum S. R. C. latum die 15. Novembris anni 1775. ad pias preces recol. mem. Caroli III. Hispaniarum Regis Catholici benigne indulserit, ut ab utroque Clero in Regnis, et Dominiis eidem Regi Catholico subiectis recitari posset in singulis diebus Octavae Solemnitatis SSñi Corporis Christi Officium cum Missa de eadem Octava, exceptis tamen Festivitatibus Nativitatis S. Ioannis Baptistae, et SSrum Apostolorum Petri, et Pauli, quoties in eadem Octavam incidissent, et per suas Literas Apostolicas in forma Brevis datas Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 5. Martii 1776., idem Decretum confirmaverit. Pervenit subinde ad aures Sanctitatis Suae in exemplis earumdem Literarum per Hispanias evulgatis in iis verbis: *Duabus Festivitatibus praefatis tantum exceptis*; loco particulae *tantum*, suffectam fuisse particulam *minime* ante verbum *exceptis*, contra ac legitur in autographo earumdem Literarum, quod est in Archivio Secretariae Brevium, et in exemplo, quod etiam Romae asservatur apud Regium Hispaniarum negotiorum Gestorem. Et quoniam ex huiusmodi verbi variatione factum est, ut eadem Festivitates nequaquam censerentur amplius exceptae, Episcopus Santanderien. cum de pluribus liturgicis quaestionibus S. R. C. consulisset, illud etiam declarari petiit in quanam die post Octavam SSñi Corporis Christi collocandum esset Officium Festivitatis S. Ioannis Baptistae, si in aliquo eiusdem Octavae die occurreret; cumque eidem S. C. exemplum aequae vitiatum Literarum Apostolicarum exhibitum fuisset, eadem Sac. Congregatio in respondendo decepta est. Placuit itaque Sanctitati Suae, audito hac super re R. P. D. Hieronymo Napulionio Promotore Fidei, mandare, ut significaretur Ecclesiis Dominiorum Regis Hispaniarum error, qui irrepsit in exempla earumdem Literarum: ideoque declararetur Festivitates S. Ioannis Baptistae, et SSrum Apostolorum Petri, et Pauli in omni Ditione Regis Catholici non esse transferendas, quoties incidant in Octavam SSñi Corporis Christi, et Decretum antedictae S. R. C., sive *Resolutionem 1. Dubii in Santanderien. Resolutionis Dubiorum emissam die 26. Ianuarii 1793. locum amplius non habere*. Qua-

propter Amplitudo Tua curet, ut haec SS<sup>ni</sup> Domini declaratio omnibus Ecclesiis comprehensibilis in Ditione Serenissimi Hispaniarum Regis Catholici innotescat, et Amplitudini Tuae diuturnam exopto felicitatem.

Amplitudinis Tuae. Romae 16. Decemb. 1796. Pirgien. Archiepiscopo Nuntio Apostolico apud Regem Catholicum.

4473. MACERATEN.

Cum Fr. Dorotheus a Macerata Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum, ac Director Calendarii eiusdem Ordinis in Provincia Picena supplex fuerit apud S. R. C., ut fixa sedes assignaretur quibusdam Officiis, quae quotannis in Calendario Ecclesiae Capuccinorum Civitatis Maceraten. in diem impeditum occurrunt.

S. eadem C., audito P. Procuratore generali Ordinis, referente E<sup>m</sup>o, et R<sup>m</sup>o D. Cardinali Livizzani, rescripsit, ut sequitur: « Firma semper remanente celebratione Officiorum S. Xisti P., et M. ritu dupl. min. in die 9. mensis Augusti, S. Pontiani M. item rit. dupl. min. in die 27. dicti mensis, S. Iuliani Conf. Patroni principalis Civitatis ritu dupl. 1. class. in die 31. eiusdem mensis, et B. Bernardi ab Ophida rit. dupl. min. in die 11. mensis Septembr.: Pro gratia translationis Officiorum, ritu eorum proprio, S. Raymundi Nonnati in diem 6. dicti mensis Septembris, S. Camilli de Lellis in diem 7., B. Ugonis in diem 12., ac S. Iosephi Calasanctii in diem 13. eiusdem mensis Septembris. » Hac die 16. Septembris 1797.

4474. CARTHAGINEN.  
SEU ORD. MINOR. DE OBSERVANTIA  
PROVINCIAE CARTHAGINEN.  
IN HISPANIA.

Exhibitus S. R. C. a P. Augustino Iosepho Almagro Ministro Provinciale Minorum Observantium S. Francisci, Provinciae Carthaginen. in Hispania, nonnullis Dubiis circa Rubricas Breviarii, et Missalis Romani, sacrosque ritus, ut ipsa S. R. C. illorum resolutionem tradere dignaretur, illisque, ut infra expositis, videlicet:

Dub. 1. Cum per Decretum 18. Decembris 1779. declaratur, quod Festum Patrocinii S. Iosephi concessum cum Officio recentiori, et correctiori omnibus Regni Portugalliae Ecclesiis in Dominica secunda Octobris cum eodem Officio, et in eadem Dominica celebrari debeat a Provinciis Seraphici Ordinis intra praedictum Regnum existentibus, quin obstet, quod idem Festum celebratur cum alio Officio non recenti, nec correcto in Dominica tertia post Pascha, iuxta Ca-

lendarium Romano seraphicum: Quaeritur: An Festum Patrocinii B. M. V. (quod a cunctis Dominis Catholico Regi subiectis celebratur cum plenaria Indulgentia in Missa conventuali lucranda in Dominica aliqua Novembris ab Ordinario loci assignanda) celebrari etiam debeat a Fratibus Ordinis Seraphici praedicto Regi subiectis, licet idem Festum, iuxta eorum Breviarium, celebratur in Dominica secunda Novembris?

Dub. 2. Festum Desponsationis eiusdem Deiparae in Hispania celebratur die 26. Novembris, ab Ordine autem Seraphico die 23. Ianuarii. Item Festum S. Raphaelis Archangeli in Hispania celebratur die 24. Octobris, et in praedicto Ordine die 16. Aprilis, ac demum Festum S. Gabrielis Archangeli, quod in Hispania celebratur die 18. Martii, in Ordine celebratur die 24. eiusdem mensis, cum eodem Hispaniae Officio proprio, sed noviter in aliquibus reformato. Hoc posito. An Fratres minores intra Hispaniam existentes eum ea conformare se debeant quoad dies, in quibus ab ipsa celebrantur praedicta Festa, sed eum Officio quoad S. Gabrielem noviter reformato?

Dub. 3. Ex antiquissimo Indulto Apostolico celebratur quotannis Festum S. Vincentii Ferreri principalis Patroni Regni Valentiae in Feria 2. post Dominicam in Albis, ut in die proprio; at in eadem Feria celebrari debet Festum Annunciationis B. M. V. cum exclusione alterius cuiuscumque Festi, etiamsi hoc sit maioris ritus, et dignitatis, cum transfertur simul quoad Forum, et Chorum, uti expresse habetur in Rubrica 96. Breviarii Romano seraphici ultimo reformati. Quo posito, quaeritur: An dictum Breviarium sequentes in casu ei se conformare debeant, aut eum reliquo Clero, qui Festum S. Vincentii celebrat, uti fecit Dioecesis Oriolensis anno 1796., forte contra Decretum die 2. Septembris 1741.?

Dub. 4. In Hispania circumfertur Codex Officiorum de Sanctis affirmans plura esse Decreta praecipientia, quod ubi asservatur S. Spina D. N. I. C. celebretur Festum die 5. Maii cum Officio dupl. mai., ac proprio, quod aliquibus Ecclesiis certo est concessum, ut celebretur Festum Coronae eiusdem Domini, licet in variis diebus. Hinc dubitatur: An in Ecclesia, quae peculiari caret Indulto, et habet praedictam S. Spinam, facere de ea debeat Festum, iuxta dicta; an potius, ut edocet P. Cavalieri tom. 1. cap. 4. decreto 7., ubi vult, quod in casu fiat Officium dupl. min., ut in Festo Exaltationis S. Crucis cum lectionibus de Scriptura in primo Nocturno, et in die a Superioribus rationabiliter assignanda?



Dub. 5. Paucis abhinc annis in Missali, ac Breviario Hispano videtur Festum duplex S. Prudentii Episcopi, quod a pluribus non celebratur, forte quia eius Decretum non est in dictis libris exaratum: at certo autem circumfertur saltem calamo exaratum Decretum diei 3. Decembris ad instantias Regis Catholici datum, concedens praedictum Festum, de quo quaeritur: An celebrari debeat, seu potius, an liceat, quin obstat, quod sit de privilegio praedicto Regi concessio, cum sit vere privilegium cum aliorum Festorum detrimento, et alias plurimum, postquam decem annos in usum non adductum?

Dub. 6. An ubi fiat de S. Sebastiano Martyre non Pontifice, tamquam de principali Patrono, seu Titulari, dicenda sit Oratio, *Infirmi- tatem nostram etc.*, ut vult Talù num. 25., ab aliqua praxi sequutus, an potius alia de communi unius Martyris non Pontificis, ut vult Cavalierius tom. 1. cap. 5. decret. 2.?

Dub. 7. Officium S. Guillelmi Abbatis, quod sub ritu dup., et cum lectionibus, *Iustus si morte etc.*, recitabatur in Sardinia, instante eius Rege per Decretum diei 24. Aug. 1785. extensum fuit ad Eccl. universalem. Hinc quaeritur: An in omni Ecclesia dici debeant praedictae lectiones de communi, uti notatur in Codice Officiorum pro Ordine Seraphico Reformatorum Romae typis dato? Eadem difficultas circumfertur per Hispanias circa alios casus, in quibus Decreta extendunt aliqua Officia, quae cum maiori ritu, et lectionibus in primo Nocturno propriis, aut de communi in aliqua Dioecesi recitantur, ad alias Ecclesias, mutando tantum ritum in duplicem, vel semiduplicem, quin de lectionibus aliquid statuunt?

Dub. 8. An in Festis scilicet S. Canuti, S. Ermenegildi, S. Wenceslai dicenda sit Homilia S. Hieronymi Presbyteri super Evangelium, *Nolite arbitrari*, ut paucis abhinc annis notatur in Breviario Romano Matriti typis dato? Et quatenus negative. An saltem dicenda sit in Festo unius Martyris non Pontificis, in quo dicitur Missa, *In virtute tua*, et qui in nullo Breviario habet Homiliam, sicut quadraginta abhinc annis indicitur in Hispaniae Breviario, vel potius: An dicenda sit Homilia S. Hilarii Episcopi, quam in casu praecipit Octavarium Romanum?

Dub. 9. An Homilia propria, quae habetur in Festo Sanctorum septem Fratrum, et Sociorum Martyrum, legenda sit quando de eorum uno tantum fieri debet Festum?

Dub. 10. An Officia praecepta, vel concessa v. g. cunctis Dominiis Catholico Regi subiectis,

aut omnibus Hispaniarum Dioecesibus etc., absque alia Cleri expressione, intelligantur concessa, vel praecepta Clero regulari, sicut saeculari? Et quatenus affirmative: An idem sentiendum de Octavis localibus similiter praeceptis, vel concessis? Ratio dubitandi est praxis plurium, qui utrumque negant, et videtur contraria Rubricis 23. 24., et 47. Breviarii Romano-Seraphici noviter reformati.

Dub. 11. An sicut Officia ad instantiam Principis Supremi concessa sine clausula *ad libitum* recitari debent ab omnibus eiusdem Principis subditis, pro quibus petita fuit concessio; ita etiam recitari debeant Officia, quae, instante eiusdem Principis - Consorte, quae iurisdictionem non habet, similiter fuerint concessa?

Dub. 12. Cum aliquod Officium perpetuo assignandum veniat pro tota Provincia, et aliud pro eiusdem aliqua, vel aliquibus Ecclesiis; quaeritur: An dies assignanda sit Festo totius Provinciae, priusquam Festo alicuius, vel aliquarum ipsius Ecclesiarum, istud assignando alteri posteriori diei, licet sit maioris ritus, aut dignitatis, quam Festum totius Provinciae? Ratio Dubii est praxis plurium negativa, quae videtur contra Patrem Cavalieri c. 9. t. 1. decr. 13. n. 20., imo et contra Seraphicam Rubricam 113.

Dub. 13. In Statu Ecclesiastico fit de S. Silvestro Abbate cum rit. dup. die 9. Decembris, et in eadem die, et cum eodem ritu celebratur in Hispania Festum S. Leocadiae Virg. et Mart. Hoc supposito, quaeritur: An sicut pro Monialibus tertii Ordinis Seraphici intra Statum Ecclesiasticum existentibus a Breviario Romano-Seraphico assignatur Officio dup. mai. B. Delphinae Virg. dies 14. praedicti mensis, licet pro aliis ex eiusdem Monialibus alibi degentibus ab eodem Breviario dies 9. eiusdem mensis assignetur; ita haec assignata intelligatur pro dictis Monialibus intra Hispaniam existentibus propter maiorem uniformitatem, quae hinc, sicut inde resultat?

Dub. 14. Per decretum 26. Ianuarii 1793. in Santanderien ad Dubium 19. declaratur, quod in Festo duplici min. Patrocinii S. Iosephi attendi debeat eiusdem dignitas in concurrentia alterius Festi dupl. min., etiamsi hoc fuerit Festum primum, ita ut in casu debeantur Vesperae integrae Patrocinio S. Iosephi cum commemoratione tantum alterius Festi. Hinc dubitatur: An dignitas S. Ioseph attendi debeat in eiusdem Festo Patrocinii, ubi habet ritum secundae class., et concurrat cum Festo alicuius Apostoli, seu Evangelistae, quin iam obstat Rubrica 127. Breviarii Romano-Seraphici noviter reformati?

Dub. 15. An, dum tantum dicitur primum defunctorum Nocturnum, pro quibus debeat, vel saltem possit cantari Missa de Requiem in Festo dupl. mai., aut saltem min. non festivo, omitti debeat Invitatorium?

Dub. 16. An in Vigilia Epiphaniae, quando occurrit in Feria secunda, cantari liceat Missa defunctorum, quae iuxta Ordinis statuta cantari debeat in Feriis secundis a Festo duplici non impeditis?

Dub. 17. An in Missa Votiva cantata sine gravi causa omitti debeat commemoratio Festi occurrentis, uti omnino omittitur Missa Conventualis, quia non debetur, sicuti eiusdem commemoratio omitti debet ubi cantatur, aut saltem legitur Missa Conventualis Festi occurrentis?

Dub. 18. An sicut in Missa a Choris cantatur alternatim. *Ÿ. Sanctus etc.* dici etiam alternatim debeat in Hymno: *Te Deum laudamus etc.*, saltem ubi dicitur ab immemorabili consuetudine, contra quam nunc exurgit quidam Calendarista?

Dub. 19. Quod ob multitudinem Festorum, quae celebrantur in Ordine Seraphico, ab eius Breviario expulsa sunt undecim Festa secundaria, seu translationum Corporum Indigenarum, et tria Alienigenarum Sanctorum primaria cum duodecim Octavis propriis. Hoc non obstante Festa, quae in Hispaniis celebrari debent, vel quia sunt de formali praecepto, vel de virtuali, seu ad Catholici Regis petitionem concessa sine clausula *ab libitum*, ita plura sunt, ut a die 4. Iunii usque in finem anni nulla supersit dies, quae alicui Festo queat assignari. Ex quo sequitur perpetua aliquorum semiduplicium simplificatio; et etiam sequitur, quod pro anno sequenti 1798. octo tantum supererunt dies, in quas transferri queant Officia pro tunc impedienda. His de causis optat, et iterum humillime exorat idem Orator, quod EE. VV. dignentur benigne concedere praedictae Carthaginen. Provinciae posse omittere Octavas locales scilicet S. Iuliani Episcopi Conchen. pro Hispania, S. Ferdinandi Regis, et S. Elisabeth Reginae pro omnibus Dominiis Catholico Regi subiectis, ac S. Fulgentii Episcopi Carthaginen. pro eius Dioecesi. Item et Festa secundaria apparitionis S. Iacobi Apostoli, conversionis S. Augustini Episcopi, commemorationis praedicti S. Iuliani, et S. Theresiae Virg. secundo, ac etiam primaria Festa B. Petri Gonzalez, B. Simonis de Roxas, B. Michaelis de Sanctis, qui Confessores sunt, et B. Mariae Annae a Iesu Virg.

Dub. 20. Demum, quia praedictis gratis suppositis, adhuc in multis annis deficiunt dies, in quas transferri queant Festa duplicia maiora, imo et secundae classis, uti iam visum fuit, supplicat idem Orator, ut, servato translationis ordine, Festa secundae classis, quae aliquando supersunt in fine totius anni, in diem a Festo semiduplici occupatam, et hac deficiente, in diem etiam a Festo duplici occupatam, transferri possint, sed nunquam in diem Festi semidupl. in quo iuxta statuta Ordinis fieri debet Officium B. M. V., quod dicitur Benedicta, aut defunctorum, aut eorum Processio, et Missa, simulque humiliter exposuit, ut pro una vice instaurare ipsi liceat perpetuum Provinciae propriae Calendarium.

S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, typis etiam vulgato, ad relationem Em̃i, et Rm̃i Domini Cardinalis de Somalia Urbis Vicarii, dietae Congregationis Praefecti, et Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. « In casu, de quo agitur congruere, ut etiam Regulares se conforment quoad diem ab Ordinario designatam. »

Ad 2. « Posse se conformare. »

Ad 3. « Affirmative quoad primam partem, Negative quoad secundam. »

Ad 4. « Recurrat in casibus particularibus. »

Ad 5. « Si concessio praeceptiva est, vel quatenus permissiva, usu tamen recepta, Affirmative, et in casu occurrentiae, servandas esse Rubricas, et Sacrae huius Congregationis Decreta. »

Ad 6. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. »

Ad 7. « Negative, et lectiones legendas esse de Scriptura, tam in Officio S. Guillelmi, quam in aliis, de quibus quaeritur in secunda Dubii parte. »

Ad 8. « In casibus propositis, et similibus servandam esse regulam a Gavanto traditam, nempe Homiliam desumendam esse ex proprio Sanctorum, si habeatur respondens Evangelio, quod legitur in Missa, vel ex Octavario Romano. Quod si in illo non reperiatur, istud vero desit, legendam in Officio Homiliam Evangelii, quae habetur in communi, in Missa vero idem Evangelium, cuius Homilia recitata est in Officio. »

Ad 9. « Si Officium celebrandum sit sub ritu dupl. 1. vel 2. classis, doceatur de casu particulari: si sub ritu inferiori, non esse separandum

Festum Sanctorum septem Fratrum, sed de omnibus Officium coniunctim peragendum sub eo ritu convenienti uni ex septem Fratribus, cuius peculiaris Festivitas peragitur, translato, iuxta rubricas, Festo Sanctorum Rufinae, et Secundae. »

Ad 10. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 11. « Habebitur ratio in casibus particularibus. »

Ad 12. « Servetur Decretum latum in Einsidlen 23. Iulii 1736. ad Dub. 1. »

Ad 13. « Dilata, et clarius se explicent. »

Ad 14. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 15. « Affirmative. »

Ad 16. « Negative. »

Ad 17. « Negative, nempe in iis Ecclesiis, quae non tenentur ad Missam conventualem, faciendam esse in Missis votivis solemnibus sine gravi causa commemorationem Festi occurrentis. In aliis vero, nunquam omittendam esse Missam conventualem de die. »

Ad 18. « Affirmative. »

Ad 19. « Affirmative quoad Octavas, et Festa secundaria tantum; ita tamen ut de Festis secundariis, quae supprimuntur, fiat commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missa cum nona Lectione historica ad Matutinum. »

Ad 20. « Pro gratia translationis Festorum duplicium, quae occurrunt in Dominicis privilegiatis, vel in aliis diebus Festo solemnioris ritus impeditis, si desint prope anni finem dies simplices, vel feriales, in dies ritus semidupl.; ita tamen, ut de Sancto, qui locum cedit, fiat commemoratio in Missa, Laudibus, et utrisque Vesperis cum nona Lectione historica, ad formam concessionis factae Patriarchalibus Vaticanis, et Liberiensis. Et ita declaravit. Die 2. Maii 1801. »

4475.

NUCERINA,

SEU SAXOFERRATEN.

Cum Capitulum Ecclesiae Collegiatae S. Petri Apostoli Oppidi Saxoferrati Nucerinis Dioecesis constet, Archipresbytero, ac decem Canonicis, inter quos tres numerantur a Pia Foemina Ioanna Gabrielli instituti cum onere, quod, Archipresbytero solemniter celebrante, fungi debeant officio Diaconi, et Subdiaconi in defectum aliorum legitimum impedimentum habentium: et modo exorta controversia inter praefatum Archipresbyterum et Canonicos omnes circa eandem assistentiam, existimans Archipresbyter, quod sibi solemniter celebranti, tam in Ecclesia Collegiata, quam in aliis Ecclesiis Oppidi ea assistentia de-

beatur a quibuslibet ex dictis Canonicis per turnum: et contra iisdem Canonicis eam et intra, et extra propriam Ecclesiam praestare detrectantibus; habitoque recursu ab eodem Archipresbytero ad hanc Sac. Rituum Congregationem, ut de iure in hac parte sibi competente declarationem emitteret.

Eadem Sac. Cong., audito Vicario Capitulari, sede Episcopali tunc vacante, qui praedefuncti Episcopi sententiam exposuit, Eñõ, et Rñõ D. Cardinali Rinuccini referente, decrevit, ut infra videlicet: « Canonicos teneri suam praestare assistentiam Archipresbytero in officio Diaconi, et Subdiaconi, dum solemniter celebrat in Collegiata tantum: Canonicos vero pii Operis Gabrielli teneri solummodo ad formam Institutionis. Hac die 20. Maii 1801. »

4476.

PARMEN.

Cum editor Calendarii Dioecesis Parmen. simplex fuerit ad S. R. C., ut infrascriptum Dubium declarare dignaretur, scilicet: An Dominica infra Octavam solemnitatis Corporis Christi in iis locis in quibus dicta Octava respuit omnia Festa, praeter illa primae classis, gaudeat privilegio octavae, excludendi scilicet nonam Lectionem de Festo simplici in ea occurrente?

S. eadem C., exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, eaque typis evulgata, referente Eñõ, et Rñõ Domino Cardinali de Somalia Urbis Vicario, S. R. C. Praefecto, rescripsit: « Affirmative: » Die 16. Septembris 1801.

4477.

ROMANA,

SEU URBIS ECCLESIAE S. IGNATII

Cum in Ecclesia S. Ignatii Urbis expositio SSñi Eucharistiae Sacramenti, quae dicitur quadraginta horarum, singulis fere annis incidat in diem commemorationis omnium fidelium defunctorum, et praeses eius Ecclesiae anceps haeserit, num liceat, durante tali expositione, recitare Officium, et celebrare Missas defunctorum in dicta Ecclesia, humillimis precibus petiit a Sac. Rit. Congreg. resolutionem infrascriptorum Dubiorum.

1. An in Ecclesiis, in quibus expositum manet SSñum Eucharistiae Sacramentum Fidelium adorationi, in turno perpetuae orationis, quae dicitur quadraginta horarum, occurrente die commemorationis omnium Fidelium defunctorum, liceat recitare Officium defunctorum, et celebrare Missam solemnem, et etiam Missas privatas itidem defunctorum?

2. Et quatenus affirmative: an adhiberi de-

beant paramenta coloris violacei potius, quam coloris nigri?

3. Et an in eodem casu excipiendum sit Altare, in quo habetur expositum SSmum Sacramentum?

Et S. eadem C., ob oculos habita sententia duorum sacrarum caeremoniarum Apostolicarum Magistrorum scripto exarata, referente Eño, et Rmo Dom. Cardinali de Somalia Urbis Vicario, S. R. C. praefecto, rescribendum censuit, ut infra.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Arbitrio superioris localis. »

Ad 3. « Affirmative. » Et ita declaravit. » Die 16. Septembris 1801.

4478. VALENTINA,  
SEU ORDINIS EREMITARUM  
S. AUGUSTINI  
PROVINCIAE VALENTINAE  
IN HISPANIA.

Demandato munere a Praesidibus Ordinis Eremitarum S. Augustini in Regno Valentino Edeatarum P. Fr. Michaeli Marti Sacerdoti professo eiusdem Ordinis conficiendi Calendarium, sive Directorium pro recitatione Divini Officii, et Missae celebratione ad usum Religiosorum ipsius Ordinis in ea Provincia commorantium, ad tollendas nonnullas difficultates, quae in ordinatione dieti Calendarii se offerebant, Fr. Michael praefatus infrascripta Dubia exhibuit, humillimis precibus petens a S. R. C., ut ea declarare dignaretur videlicet.

1. In Conventu Alcodii celebratur Festum Dedicationis suae Ecclesiae die 9. Decemb.; quaeritur: quomodo Vesperae ordinandae sint in die 8. eiusdem Mensis; an integrae relinquendae Festo Dedicationis cum commemoratione Conceptionis, ut videtur, eo quod Festum Dedicationis, declaratum sit Festum Domini in una Ordinis Reformatorem 27. Martii 1779. ad 10.: etiamsi Festum Conceptionis celebretur in Hispania ex indulto festivum de praecepto, quia Hispaniarum Patrona, ritu duplici primae classis cum Octava?

2. Die 30. Decembris celebratur in Hispania Festum translationis S. Iacobi: Hinc dubitatio oritur: quatenam Praefatio Missae adhibenda sit? ab aliis enim assignatur de Apostolis, innixis Decreto S. R. C. 16. Decembris 1781. in una Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Hispaniae ad 3.: ab aliis vero assignatur de Nativitate, innixis Rubricae positae die 27. pro S. Ioanne; excellentiae Octavae Nativitatis, et responsioni D. Dini

Domini Nostri Pii PP. VI. b. m. ad Epistolam caeremoniarum Magistri, Metropolitanae Valentinae his verbis: Etsi iuxta communes regulas Praefatio debeat dici de Apostolis; attamen propter reverentiam, et dignitatem Octavae Nativitatis speciatim quia in antiquis Missalibus ita reperitur (ut Gavantus, Meratus testantur) Praefatio non de Apostolis, sed de Nativitate dicitur: Quaeritur ergo, cuinam horum assentiri debeamus?

3. In una Santanderiensi ad Dub. 20. die 26. Ianuar. 1793. decretum fuit, Lectiones I. Nocturni in duplicibus, et semiduplicibus, nisi expresse constet de concessione aliarum, ex Scriptura sumi debere utpote cohaerens Rubricae de Lectionibus; cumque praeter laudata in ipso Dubio Festa, alia supersint, de quibus dubitatur, ut Sanctorum Agnetis, Agathae, Martini Episcop. et Confess., Caeciliae, Clementis etc. Quaeritur; utrum de his iudicium deferendum sit, quod ipsi Rubricae conformius videtur?

4. In una Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Hispaniae 16. Februarii 1781. ad dub. 2. decretum fuit, in die S. Marci, et Rogationum, si occurrant Festa primae, vel secundae classis canendas esse duas Missas: Quaeritur, num etiam nos, qui ad Conventualem cantandam non tenemur, huic Decreto subiici teneamur, cum communiter in praxi non sit apud Regulares, etsi Orator anno elapso apposuerit?

5. In Dominica infra Octavam Corporis Christi, quae octava ex indulto Sa. Mem. Pii PP. VI. 4. Martii 1778. in Hispania ut privilegiata habetur, concurrunt in aliquibus Conventibus Octava SSmae Trinitatis, etiamsi Officium fiat de Dominica infra Octavam; quaeritur, sit ne addendum *in prima* Symbolum *Quicumque*?

6. Si in feria VI. post Octavam Corporis Christi in Hispania privilegiata ex indulto laudato, occurrit Festum primae, et secundae classis; alii vespere tribuunt Octavae cum commemoratione sequentis, alii sequenti assignant cum commemoratione Octavae: Cuinam Vesperae assignandae sint?

7. Anno 1802. concurrunt secundae Vesperae Solemnitatis S. P. N. Augustini cum primis B. M. V. de Consolatione, quae Festivitas in Nostro Ordine, etiam sub ritu dupl. primae class. celebratur. In Rubricis nostri Breviarii, et praxi communi assignantur Vesperae S. P. N. Augustini cum commemoratione B. M. V.: At in una Ordinis Eremitarum S. Augustini excalceatorum Provinciae Mediolanen. de 17. Augusti 1771. ad

secundum resolutum fuit: Vesperas integras debere esse de B. M. V. cum commemoratione S. Augustini; Queritur: si, non obstantibus Rubricis nostri Breviarii, et praxi communi, laudatae resolutioni anni 1771. standum sit?

8. In nostro Regno, atque tota Hispania celebratur Festum Sanctorum Prothi, et Gavini, S. Rosae, et alia concessa ad petitionem Regum Hispaniae, quando Sardinia erat Regni Catholici; Queritur: Num sicut in Bossanensi 23. Martii 1771., et 23. Augusti 1772. definitum fuit pro Sanctis Hispanis, et ante in Turritana pro S. Iacobo, eiusque translatione, possimus et nos abstinere a dictorum Officiorum recitatione; item possimusne nos Regulares abstinere a recitatione Octavae S. Iacobi Hispaniarum Patroni? Item adsunt plura Festa secundaria, ut S. Theresiae secundo, Stygmatum S. Francisci, translationis S. Iacobo; hinc dubitatur; an possimus ad repositionem Officiorum primariorum a dictorum Officiorum recitatione recedere, ut in Santandrien. resolutum fuit 26. Ian. 1793. ad 11. et 12.

9. Quum etiam, stante huiusmodi Officiorum suppressione, propter plurima Festa Ordinis nostri propria, quamplurima Festa tamquam simplicia habenda sint, ut hoc anno evenit in pluribus Officiis ritus dup. mai., supplicatur pro gratia ad novi Calendarii compositionem, Praelati Superioris consilio praehabito, ut a recitatione quorundam Officiorum Hispaniae abstineamus, ut concessum fuit Ordinibus S. Francisci, et Capuccinorum, semper prae oculis habentes Bullam SSmi D. N. Gregorii XIII. praefixam Codici SSrum Hispaniae, et Officia ad petitionem Regum concessa, acceptata, nobisque per legitimum Ordinarium praescripta.

10. Extra moenia Civitatis Valentiae est Conventus Ordinis nostri sub titulo B. M. V. de Succursu, cuius Officium ita ordinatur: Lectiones 1. Nocturni: *Ego sapientia*, ut ad Nives; 2. Nocturni: *Dei filius*, ut in 5. die infra Octavam Nativitatis B. M. V.; 3. Nocturni Homilia in Evangelium *Stabat*, Feria 6. post Dominicam Passionis, ut in Festo Dolorum. Quaerenti mihi, qua de causa ita ordinatur Officium? Nullum satis validum datum est responsum. Emittas Vestras demississime rogo, ut dignentur assignare Officium, et Lectiones tam pro die festo, quam pro die octava non solum pro hoc titulo, sed etiam pro aliis, qui in Breviario minime reperiuntur.

11. Supplicatur etiam pro gratia, ut in die conversionis S. P. N. Augustini 5. Maii possit

dici Missa pro Clero saeculari, et regulari Hispaniae concessa loco illius: *In medio*, quae in Ordine nostro dicitur, cum illa magis propria sit, etsi solum discrepet in Introitu, Epistola, Graduali, Alleluia, et Communione.

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, typis etiam evulgato, ad relationem Emi, et Rmi D. Cardinalis de Somalia Urbis Vicarii, Sacraeque ipsi Congregationi Praefecti, rescribendum censuit, ut infra.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Servandum esse Decretum diei 16. Februarii 1781. in una Ordinis Carmelitarum excaleatorum ad 3. »

Ad 3. « Legendas esse Lectiones de Scriptura occurrente, praeterquam in Festis Sanctorum, pro quibus propriae assignantur in Breviario Romano. »

Ad 4. « Servandum esse Decretum diei 16. Februarii 1781. in una Ordinis Carmelitarum excaleatorum in Hispania ad 2. »

Ad 5. « Negative. »

Ad 6. « In casu proposito Vesperas faciendas esse integras de Festo sequenti cum commemoratione Octavae. »

Ad 7. « Integras Vesperas recitandas esse de Festo B. M. V. de Consolatione cum commemoratione S. Augustini. »

Ad 8. « Ad primam Dubii partem Affirmative, excepto tamen Officio S. Iacobi Apostoli, quod omitti non debet. Ad secundam partem, affirmative, facto verbo cum SSmo. Ad tertiam partem tribuendam esse facultatem Episcopo, nomine Sac. Congregationis, reformandi Calendarium, iuxta petita, pro suo arbitrio, et prudentia, ita tamen, ut de Festis secundariis, quae supprimuntur, fiat commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missa, cum nona Lectione historica ad Matutinum, et quoad omnia serventur Rubricae. »

Ad 9. « Provisum in antecedenti. »

Ad 10. « Ordinandum esse Officium B. M. V. sub titulo Succursus tam in die, quam per Octavam, prout in Festo S. Mariae ad Nives, et iuxta Octavarium Romanum titulo: *Infra Octavas Festorum B. M. V.*, cum Homilia ad Evangelium: *Loquente etc.* desumenda ex eodem Octavario titulo: *Infra Octavam Dedicationis B. M. V. ad Nives.* Quoad Festa vero eiusdem B. M. V. sub aliis titulis, providebitur in casibus particularibus. »

Ad 11. « Exquiratur votum Procuratoris generalis. » Et ita decrevit. Die 16. Sept. 1801.

Relatione autem facta per me infrascriptum Secretarium SS<sup>m</sup>o Domino Nostro Pio VII. Pontifici Maximo circa resolutionem secundae partis Dubii 8., SS<sup>m</sup>us Religiosus Ordinis Eremitarum S. Augustini in praedicta Provincia commorantes a celebratione Octavae S. Iacobi Apostoli Patroni benigne dispensavit. Die 19. Sept. 1801.

4479.

RIPANA.

Exorta controversia inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Ripaetransonis ex una, et Sacerdotem Dominicum Recco Archipresbyterum eiusdem Ecclesiae Cathedralis ex altera partibus, circa ius benedicendi Candelas, Cineres, Palmas, Fontem in absentia Episcopi, eaque per Emum, et Rmum Dominum Cardinalem de Somalia, SS<sup>m</sup>i Domini Nostri in Urbe Vicarium, S. R. C. Praefectum, primum proposita in eadem S. R. C. ordinaria diei 2. Maii 1801., a qua responsum fuit: « Dilata, et Canonici doceant de consuetudine; » deinde in Congregatione diei 16. Septemb. dicti anni 1801., a qua denuo iudicium ampliatur fuit per Rescriptum: *Iterum proponatur*; tandem in hodierna Congregatione per infrascriptum Dubium iam inter partes concordatum, videlicet.

An benedictio Candelarum, Cinerum, Palmarum, Fontis, et aliae similes functiones, absente, vel impedito Episcopo, spectent ad primam Dignitatem, vel ad Canonicum hebdomadarium in casu etc.?

S. eadem C., habita prius Rm<sup>i</sup> Episcopi Informatione, ac utraque parte scripto, et voce primo, secundo, ac tertio audita, rescribendum censuit: « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 27. Martii 1802.

4480.

MEDIOLANEN.

Resolutionis Dubiorum. Instante Sacerdote Bartholomaeo Agliardi, Oppidi Vaprii, Ponente Em<sup>o</sup> de Somalia Praefecto: « Dilata, et scribatur Episcopo, audito Parocho quoad primum; In reliquis serventur Rubricae. » Die 10. Iul. 1802.

Ad huius Rescripti intelligentiam subiicimus supplicem libellum Oratoris, tenoris ut sequitur.

Sacra Congregazione de' Riti. « Vi è nel luogo » di Vaprio, Pieve di Trezzo, Diocesi di Milano, » un Oratorio pubblico dedicato in onore de' Santi » Martiri Donato, e Carpio. In questo Oratorio » il giorno 7. Agosto si fa la Festa dei due Santi » Titolari, facendo celebrare quante Messe si possono trovare. Occorre, che in tal giorno dal Calendario Romano (tutta la Pieve di Trezzo usa » il rito Romano) si fa S. Gaetano, per conseguenza

» quasi tutti li Sacerdoti dicono in quest' Oratorio la Messa di S. Gaetano, omettendo la » Messa de' Santi Donato, e Carpio. Io » mi sono opposto dicendo, che in quest' Oratorio si doveva omettere la Messa di S. Gaetano, e dire la Messa dei Santi Donato, e » Carpio, essendo questi Titolari dello stesso » Oratorio. Alcuni hanno aderito, altri prosiegono a dire la Messa a loro capriccio, omettendo e le Rubriche, e i Decreti, che favoriscono » d' anteporre il Santo Titolare a qualunque altro » Santo o dop. min. o dop. mag. possa essere. » Corre già il quarto anno, da che procuro che » sia in questa Chiesa l' unità, e concordanza » nella celebrazione in tal giorno; ma fino ad ora » non ho potuto averne la consolazione. Ho domandato a più Maestri di Rubriche, ed oltre di aver favorita la mia opinione, che si » deve in tal' Oratorio celebrare la Messa dei » Santi Titolari, omettendo qualunque altro Santo » corre in tal giorno, mi hanno dato delli Decreti, onde comprovare, che anche la Sacra » Congregazione de' Riti favorisce tale opinione, » e benchè questi l' abbia fatti vedere, pure alcuni l' anno scorso hanno voluto dire a suo » capriccio la Messa, stiracchiando ed interpretando, come più loro piaceva, li Decreti stessi. » Il più contrario è il Parroco del Luogo, e » con tutto che gli abbia detto, che e le Rubriche, e i Decreti fattigli vedere, e da lui » interpretati a suo modo, non ha voluto dire » la Messa dei Santi Titolari dell' Oratorio. »

» Ricorro umilmente alla Sacra Congregazione » de' Riti per avere un dettaglio, onde ovviare » questo disparere di Rubriche, e Decreti, che a » dire il vero il Popolo resta sorpreso, e quasi » direi scandalizzato in vedere, ed udire un Sacerdote dire una Messa, un' altro un' altra » nella stessa Chiesa, e sopra l' istesso Altare. » Protesto come più volte ho detto al Parroco stesso, protesto, dico, che non è spirito di contraddizione, nè puntiglio, nè critica di sorta alcuna, che mi muove a ricorrere alla fonte » della ragione, ma solo per ritrovare la vera » concordia, ed unità nell' adempimento dei nostri doveri, specialmente nella celebrazione » della Santa Messa, essendo questa una funzione che il Popolo vede, e sente cosa diciamo. »

» Nello stesso tempo domando, se è contro » la Rubrica usare dalli due assistenti al Vespere le Tonacelle, poichè qui usano continuamente le Tonacelle in vece delli Piviali?

» Come pure domando, se sia compatibile il

» dire la Messa privata nella Chiesa Parochiale  
» de Requiem in giorno doppio minore, essendo  
» in Chiesa il cadavere, ed essendo li Sacerdoti  
» in Coro a dire l'Uffizio o Messa cantata de  
» Requiem? »

» Come per ultimo domando, se sia compa-  
» tibile fare l'esposizione del SSño, essendo pri-  
» ma esposte, e restando esposte nello stesso tem-  
» po le Sacre Reliquie de' Santi? »

Prete Bartolomeo Agliardi di Vaprio, Stato  
di Milano.

4481. RIPANA.

Quamvis in controversia vertente inter Capitu-  
lum, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Ripae-  
transonae ex una, et Sacerdotem Recco Archi-  
presbyterum eiusdem Ecclesiae Cathedralis ex al-  
tera partibus super iure, et pertinentia Benedi-  
ctionis Fontis, Candelarum, Cinerum, Palmarum,  
aliarumque similium functionum, absente, vel  
impedito Episcopo, S. R. C. post tertiam propo-  
sitionem die 27. Martii proxime praeteriti de-  
crevisset, pertinere ad Archipresbyterum, attamen,  
iterum instantibus Capitulo, et Canonicis pro nova  
audientia, eis concessa fuit. Iterum itaque ab  
Eñno, et Rñno Domino Cardinali de Somalia,  
SSñi Domini Nostri in Urbe Vicario, Sacrorum-  
que Rituum Congregationi Praefecto, et causae  
Ponente, ad eandem S. C. causa relata:

S. ipsa G., visis, et auditis novis iuribus,  
et rationibus utriusque partis scripto, et voce  
informantis, in praeterita manens sententia, et voce  
recepit: « In decisio, et amplius. » Die 11. Se-  
ptembris 1802.

4482. TIBURTINA.

Funeris inter Archidiaconum Ecclesiae Col-  
legiatae (verius Cathedralis), et Parochum Eccle-  
siae S. Crucis, ac Collegium Parochorum Civita-  
tis Tiburis, Ponente Eñno Saluzzo: « Negative ad  
primam partem; Affirmative ad secundam. » Die 11.  
Septembris 1802.

4483. TERRACINEN.

Resolutionis Dubiorum pro Capitulo, et Ca-  
nonicis Matricis Ecclesiae S. Mariae Sermonetae,  
Diocesis Terracinen., Ponente Eñno de Somalia  
Praefecto.

Ad 1. « Negative ad primam partem, Affir-  
mative ad secundam. »

Ad 2. « Affirmative ad primam partem, Ne-  
gative ad secundam. »

Ad 3. « Ut ad proximum. » Die 27. Mar-  
tii 1802.

Dubia autem, quae discutienda, et definienda  
proponerentur inter Capitulum, et Canonicos Ec-

clesiae Matricis S. Mariae Sermonetae, Diocesis  
Terracinen., et Abbatem Curatum, ac Beneficia-  
tos S. Michaelis Archangeli, sunt quae sequuntur.

1. An in Processionibus, in quibus intersunt  
tam Parochus, et Beneficiati S. Michaelis Ar-  
changeli, quam Archipresbyter, et Canonici Ec-  
clesiae S. Mariae Matricis, praecedere simulta-  
neae debeant duo Cruces utriusque Ecclesiae, et  
post eas simultaneae etiam utriusque Capitulares?  
Et quatenus negative: An Parochus, et Bene-  
ficiati S. Michaelis Archangeli incedere priores  
debeant post propriam Crucem, quatenus in-  
cedere nolint post unicam Crucem Matricis ipsius,  
ita ut huius Archipresbyter, et Canonici velut di-  
gniores incedant postremi in casu etc.?

2. An in prima Rogationum Processione, quae  
aeque ac secunda, et tertia egreditur ab Ecclesia  
Matrice, et in qua eius Archipresbyter stola ami-  
ctus preces, egrediendo, praecinit, et agris deinde  
benedicit, debeant preces eadem ab ipsomet Ar-  
chipresbytero absolvi in Ecclesia Beneficiata S. Mi-  
chaelis Archangeli, in qua dicta prior Processio  
confici solet, seu potius ab eodem Archipresby-  
tero deponenda sit stola in actu ingressus ad  
Ecclesiam eandem, ad hoc, ut Parochus S. Mi-  
chaelis Archangeli ipsas absolvat preces, et sa-  
crae huic functioni finem imponat in casu etc.?

3. An in secunda dictarum Rogationum Pro-  
cessione, quae aeque ac prior, et tertia egredi-  
tur ab Ecclesia Matrice, et cuius Archipresbyter  
preces pariter egrediendo praecinit, agrisque be-  
nedicit, debeant ab eo absolvi preces in Eccle-  
sia S. Nicolai, seu potius, deposita ab ipso stola,  
continuandae in ea, absolvendaeque sint preces,  
et finis sacrae functioni imponendus ab aliquo  
ex Patribus Conventualibus, et in eorum defe-  
ctu, a Parocho dictae Beneficiatae Ecclesiae S. Mi-  
chaelis Archangeli in casu etc.?

Iterum proposita causa in Congregatione or-  
dinaria diei 11. Septembris 1802. sub Dubio:  
An sit standum, vel recedendum a decisio sub  
die 27. praeteriti Martii tam quoad primum,  
quam quoad secundum, et tertium Dubium in  
casu etc.?

Sac. Congregatio respondit: « Quoad primum  
servetur solitum, iuxta modum, dummodo Cru-  
ces procedant una post aliam, pariterque Ca-  
pitula. »

Tertio tandem reintegrata quaestione sub Du-  
biis:

1. An sit standum, vel recedendum a decisio  
sub die 11. Sept. 1802. in casu etc.?

2. An sit standum, vel recedendum a deci-

sis sub diebus 27. Martii, et 11. Septemb. 1802. in casu etc.?

3. An sit standum, vel recedendum a decisis sub diebus 27. Martii, et 11. Septembris. 1802. in casu etc.?

Et Sacra Congregatio sub die 22. Ianuarii 1803. respondit: « In secundo loco decisis, et amplius.

4484. TIBURTINA.

Funeris inter Archidiaconum Ecclesiae Cathedralis, et Parochum Ecclesiae S. Crucis, et Collegium Parochorum Civitatis Tiburis, Ponente Eñno Saluzzo: « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam. » Die 22. Ianuar. 1803.

Dubia autem, quae in utraque propositione discussa fuerunt, sunt quae sequuntur.

1. An interveniente Capitulo Ecclesiae Cathedralis pro simplicis funeris associatione absque ullo titulo parochialitatis, spectet etiam ad primam Dignitatem stolam nigram deferre; seu potius privative ad solum Parochum domicilii defuncti hominis, in casu etc.?

2. An in Ecclesiam restituto funere, in qua Capitulum nullam habet parochialem iurisdictionem, ad primam Capituli Dignitatem spectet funeris Officium peragere, seu exequias celebrare cadaveris sibi non subiecti; sive potius ad Parochum, intra cuius Paroeciae fines sita est Ecclesia, in qua cadaver eidem Parocho ratione domicilii subiectum, est tumulandum in casu etc.?

4485. BRUGNATEN.

Delationis SSñi Sacramenti in Machina nuncupata, *Cassa illuminata*, occasione solemnisi Processionis in Festo SSñi Corporis Christi. Instante Capitulo, et Clero Collegiatae S. Mariae Maioris de Nazareth Civitatis Sisestri, Dioecesis Brugnaten., Ponente Eñno Saluzzo: « Negative ad mentem: *Mens est*: ut scribatur Episcopo Brugnaten., qui auctoritate Sacrae Congregationis iubeat, ne executioni mandetur Rescriptum Sac. Congreg. de die 10. Iulii 1802. favore loci Fossalupara eiusdem Dioecesis Brugnaten., nisi adsit antiqua consuetudo. » Die 14. Maii 1803.

EPISTOLA

AD EPISCOPUM BRUGNATEN.

Rñne Domine, uti Frater. Proposita in S. R. C. ab Eñno, et Rñno Domino Cardinali Saluzzo Ponente instantia Capituli, et Cleri Ecclesiae Collegiatae, et Parochialis titulo S. Mariae Maioris de Nazareth, Oppidi Sisestri, istius Dioecesis, pro facultate deferendi SSñum Eucharistiae Sacramentum in Machina vulgo nuncupata, *Cassa*

*illuminata*, in Processione SSñi Corporis Christi: eadem S. C. mature perpenso huiusmodi apparatu, et ob oculos habens eiusdem S. C. decretum alias, die scilicet 2. Iunii 1618. in Syracusana Modicae datum, quo statuitur: « Servandam esse dispositionem Libri caeremonialis, ut scilicet SSñum Sacramentum a Celebrante propriis manibus deferatur: » duxit non expedire petitam facultatem concedere; imo volens praedicti Decreti dispositioni se conformare, fuit in sensu Amplitudini Tuae scribendum, ut auctoritate ipsius S. Cong. iubeas (si pacate, ita ut praescribitur fieri posse praevideas) ne executioni mandetur recens suum gratiosum Decretum die 10. Iulii superioris anni latum favore loci Fossalupara istiusmet Dioecesis, quo concedebatur praefata delatio SSñi Sacramenti in Machina, nisi in eodem loco vigeat antiqua consuetudo. Et ditu felix, et incolumis vivas. Amplitudinis Tuae. Romae 14. Maii 1803.

4486. HISPALEN.

Cum Rector, ac Beneficarii Ecclesiae Parochialis titulo S. Ioannis Baptistae Oppidi Eeyae Civitatis nuncupat., Dioecesis Hispalen., supplices fuerint ad S. R. C. pro declaratione sequentis Dubii, videlicet: Utrum in dicta Ecclesia Officium S. Ioannis Baptistae Titularis sit recitandum, vel Officium Corporis Christi, quando Nativitas S. Ioannis incidat infra Octavam solemnitate Sanctissimi Corporis Christi, vel in ipsa die octava, quae tota privilegiata est in Regnis Hispaniarum? Eadem S. C., audita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, typorum ope vulgata, referente Eñno et Rñno Dom. Card. Matthaeio Ponente, noscens Dubium huiusmodi ex eo ortum fuisse, quod reputetur in Regnis Hispaniarum Octavam solemnitate SSñi Corporis Christi ita ex concessione Apostolica esse privilegiatam, ut excludat Festa cuiuscumque ritus, etiam illa Nativitatis S. Ioannis Baptistae, et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, si in ea occurrerint, quod veritati non cohaeret, cum Apostolica concessio dicti privilegii illa duo tantum Festa excepta voluerit, et solum per errorem, forsan ex amanuensis, vel typographi oscitantia irreptum in Impressione Apostolicarum litterarum in forma Brevis diei 5. Martii 1776., existimatum fuisse praefata duo Festa excludi a diebus infra Octavam SSñi Corporis Christi, de quo errore certior factus S. M. Pius VI. voluit illius notitiam per Epistolam istiusmet S. R. C. datam die 16. Decembris 1796. ad Archiepiscopum Pirgien. tunc apud Regem Catholicum Nun-



tlum Apostolicum, evulgari ad universum Hispaniarum Clerum, cum declaratione, quod responsio ab eadem S. C. tradita ad 1. Dubium in Santanderien. diei 26. Januarii 1793., in quo ipsa praesens quaestio proponebatur, utpote innixa exemplo pariter erroneo tunc exhibito praefatarum literarum Apostolicarum, amplius locum non haberet. Rescripsit hodie: « Praevio recessu a decisis in supradicta Santanderien. ad primum Dubium, Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 14. Maii 1813.

4487. ORDINIS  
CARMELITARUM EXCALCEATORUM  
CONGR. LUSITANIAE.

Resolutionis Dubiorum pro Directore Calendarii Ordinis Carmelitarum excalceatorum in Lusitania, Ponente Eño Antonio ab Auria. « Quoad quartum Dubium Dilata, et ad mentem. In reliquis, iuxta votum Magistri caeremoniarum. » Die 14. Maii 1803.

Dubia autem quae discutienda, ac definienda proponebantur, sunt quae sequuntur.

1. An quando Festum Annunciationis B.M.V., iuxta Decreta transfertur in Feriam 2. post Dominicam in Albis, tamquam in diem propriam, celebrari debeat cum Octava in illis Ecclesiis, ubi Annunciatio est Titularis, si transferatur tantum quoad Chorum; An vero celebrari debeat cum praedicta Octava solum, quando transfertur simul quoad Chorum, et Forum?

2. Cum in Ordine Carmelitar. Excalceator. celebretur Festum Sanctissimi Corporis Christi cum Octava ad instar Octavae Epiphaniae; Quaeritur: Utrum, occurrente Nativitate S. Ioannis Baptistae cum die octava Sanctissimi Corporis Christi, prout accidit hoc anno 1802., fieri debeat de S. Ioanne cum commemoratione Octavae, an vero de Octava, translato Festo S. Ioannis?

3. In Regno Portugalliae celebratur Festum SSñi Cordis Iesu Feria VI. post Octavam SSñi Corporis Christi cum rit. dup. 1. class. Quaeritur: Utrum in primis Vesperis SSñi Cordis Iesu fieri debeat, an potius omitti commemoratio Octavae SSñi Corporis Christi?

4. Translato quocumque Festo habente Octavam; Quaeritur: An adveniente die non impedita infra ipsam Octavam, aut in die octava, Festum istud praeferrri debeat in repositione alteri Festo altioris ritus, vel maioris dignitatis prius translato sine Octava celebrando, aut eius tempore iam finito, eo quod intra suam Octavam reputandum

sit tamquam in die propria; ideoque minime subiaccens Rubricis de translatione Festorum? Pro parte affirmativa praeter quorundam placita stare videtur hoc S. C. Decretum in Hymno *Iste Confessor* pro Sanctis Confessoribus, iuxta Decretum 11. Iunii 1701. mutatur tertius versus, quoties eorum Officium recitetur extra diem obitus ipsorum; verum praedicta mutatio non fit quando Officium festivum S. Confessoris habentis Octavam, non ultra Octavam ipsam transfertur, quia tota Octava nihil aliud est, quam extensio illius Festi, et ideo versus idem per reliquos Octavae dies, qui forte supersunt, retinebitur. S. R. C. 2. Septembris 1741. Quod quidem Decretum videtur assignare totam Octavam pro die propria, ideoque Festum quaecumque die Octavae celebratur, tamquam non translatum reputandum fore. Quaeritur: Quid agendum circa propositum Dubium?

5. In Ordine Carmelitar. excalceatorum celebratur Festum Patrocinii S. Ioseph Ordinis Protectoris Dominica III. post Pascha sub ritu dup. 1. class. cum magno apparatu, et externa solemnitate: occurrit aliquando in Dioecesi Bracharensi eodem die Festum S. Petri de Rates, eiusdem Dioecesis Patroni, a PP. Carmelitis celebrandum cum rit. 1. class., sed absque apparatu, et externa solemnitate: Quaeritur primo: An in tali occursu transferri debeat Festum S. Petri de Rates; an potius Festum Patrocinii S. Ioseph? Si vero responsum detur, quod transferatur Festum Patrocinii S. Ioseph; Quaeritur 2.: An translatis iisdem duobus Festis, scilicet S. Petri de Rates, et Patrocinii S. Ioseph in Conventu Monialium Carmelitar. excalceator. Oppidi Vianae, propter Festum fugae Beatae Mariae Virginis Conventus Titularis eadem die quandoque occurrens, praefendum sit postea in repositione Festum Patrocinii S. Ioseph, eo quod iam cessaverit quoad forum solemnitas S. Petri de Rates?

6. An Regulares in generali sui Ordinis defunctorum commemoratione, quam ad instar defunctorum universalis Ecclesiae celebrant, debeant omittere in Vesperis Psalm. *Lauda anima mea etc.* Et in Laudibus Psalmum *De Profundis etc.*

7. An Regularis transiens ab uno ad alium Conventum, parte anni iam transacta, sive ad tempus, sive perpetuo ibi moraturus, durante ipso anno, debeat in recitatione privata Officii Divini extra Chorum, se conformare Calendario Conventus a quo discessit, an potius illius, in quo actualiter habitat, si propter Festa Dioecesana, dif-

ferant multoties Calendaria tam in Festis occurrentibus, quam in translatis?

Responsiones vero, quas caeremoniarum Magister in suo dissertissimo voto proponit, quasque Sac. Congregat. admittit, sunt, prout sequitur.

Ad 1. « Negative ad primam partem, excepto casu, quo translatio fiat infra Octavam; Affirmative ad secundam. »

Ad 2. « Affirmative quoad primam partem, Negative quoad secundam. »

Ad 3. « Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam. »

Ad 5. « Faciendum de Festo S. Petri de Ratis Patroni principalis; transferendum illud Patrocinii S. Ioseph. »

Ad secundum vero quaesitum eiusdem Dubii: « Servandas esse Rubricas generales de translatione Festorum. »

Ad 6. « Negative. »

Ad 7. « Regulares in privata Officii recitatione extra Chorum se conformantes Calendarii Conventuum, in quibus actualiter morantur, satisfaciunt oneri recitationis Horarum Canonicarum. »

4488. ORTONEN.

Resolutionis Dubiorum inter Clerum Oppidi Crechii, Ortonen. Diocesis, et Archipresbyterum Petrum Paulum Teramo, Ponente Eñõ Ersckine: « Servetur solitum, et ad mentem. » Die 17. Septembris 1803.

Dubia autem, quae decidenda proponebantur, sunt quae sequuntur.

1. An, attenda asserta consuetudine, Parochus, et Clerus Crechii possint recitare die 9. Novembris pro celebratione Festi SSm̃i Salvatoris Titularis Ecclesiae Parochialis, Officium Dedicacionis Basilicae Salvatoris, prout habetur eodem die in Breviario Romano?

2. Et quatenus negative: Utrum transferendum sit Festum Titularis SSm̃i Salvatoris ad diem 6. Augusti, quo memoria recolitur Transfigurationis D. N. I. C., vel aliud congruentius Officium pro Festo Salvatoris sit assignandum die 9. Novembris ex more a Parocho, et Clero praedicto peragendo, translato Officio Dedicacionis Basilicae Salvatoris ad aliam diem non impeditam, iuxta Rubricas?

4489. CORDUBEN.

Cum Sacerdoti Gregorio Marco Merlo, et Palan Canonico, et Caeremoniarum Praeposito in Cordubensi Ecclesia quaedam occurrerint Dubia circa translationem Officiorum ritus dupl., quae ex multitudine aliquando locum non habent intra annum in Calendario dietae Ecclesiae, ubi re-

ponantur, eaque ipse Canonicus Gregorius ad S. R. C. detulerit, humillimis precibus petens, ut illa enodare dignaretur: Dubia autem in haec verba proposuerit, videlicet.

1. An in Ecclesia Cordubensi, in qua abundant Officia tam praeceptiva, quam alia ex privilegio, admitti debeant ea nondum admissa ibidem Sanctorum Officia, duplicia quidem, quae a S. Sede de praecepto in universa Ecclesia recitari mandata sunt, eis videlicet diebus praefixis, qui in Decretis constant, vel aliis, ad quos transferri fixe, et state debeant, iuxta Rubricas? An vero omittenda sint, et tamquam non mandata reputanda; ne scilicet praeiudicium afferant Sanctorum iam in Ecclesia admissorum Officiorum, quae plura numero, dato casu, ad simplicium legem reducuntur?

2. An idem servari debeat cum quibuslibet aliis Sanctorum Officiis, quae imposterum a S. Sede similiter recitari mandantur?

Sacra ipsa Congregatio, requisita prius sententia unius ex sacrarum caeremoniarum Apostolicarum Magistris scripto exarata, ac etiam typis impressa, illaque bene perpensa, referente Eñõ, et Rmõ Domino Cardinale de Lorenzana Ponente, rescribendum censuit:

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 2. « Provisum in primo. »

Voluit autem extensum ad praefatam Ecclesiam Cordubensem Indultum Apostolicum Basilicae S. Petri in Vaticano concessum die 31. Ianuarii 1789., nempe: « Ut in eadem Ecclesia Cordubens. Festa duplicia, quae incidunt in Dominicas privilegiatas, vel in aliam diem solemniori Festo impeditam, si desint prope anni terminum dies simplices, aut feriales, in quas transferri possint, tunc transferantur in diem Festi semiduplicis, ita tamen, ut de Sancto, qui locum cedit, fiat commemoratio in Missa, Laudibus, et utrisque Vesperis cum nona Lectione historica. » Die 13. Martii 1804.

4490. FLORENTINA.

Perillustris, et Rev. Dom. uti Frater — Cum Capitulum Ecclesiae Collegiatae S. Laurentii istius Civitatis Florentinae in expiationem Animae augustae memoriae praedefuncti Ludovici Etruriae Regis, et in significationem maeroris de eius orbitate, pias preces publicas fundere voluerit coram SSma Eucharistica Hostia, Fidelium adorationi exposita super Ara principe eiusdem Ecclesiae Collegiatae, dum ipsius Ecclesiae parietes, biduo ante expletis exequiis pro eodem Rege iussu Serenis-

simae Reginae viduae peractis, adhuc funereo apparatu vestiebantur, excepta ea parte circa dictum Altare, quae Residentia nuncupatur albo colore distincta, et amoto lugubri feretro, nec non palliis nigri coloris ex singulis minoribus Aris, detractisque pariter velis nigris Cruce alba signatis contegentibus Sanctorum Imagines supra ipsas minores Aras collocatas; non autem fuerit omnium opinio de hac sacra Eucharistiae expositione; contententibus nonnullis contra Ecclesiasticas sanctiones, et signanter contra S. R. C. Decreta peccatum fuisse; cum ad cognoscendum: num recte se gesserit praefatum Capitulum eo in casu, et quid imposterum in similibus agere liceat? Recursus habitus sit per Canonicum Dominicum Morani, alterum ex duobus Camerariis ipsius Collegatae, nomine etiam Prioris Canonicorum ad S. R. C. Sacra eadem Congregatio hodie habita, perpenso voto unius ex sacrarum caeremoniarum Apostolicarum Magistris, typis etiam evulgato, referente me infrascripto SS<sup>m</sup>i D<sup>ni</sup> Nostri Pii VII. Pont. Max. in Urbe Vicario, sacraeque ipsi Congregationi Praefecto; Amplitudini Tuae in hanc sententiam scribendum esse censuit: Siquidem in proposita facti specie, praecipua pars Cappellae, in qua manebat SS<sup>m</sup>um Sacramentum festivis velis ornata fuerit, nihil in huiusmodi facto esse reprehendendum, imo neque necessariam fuisse remotionem palliorum nigri coloris a minoribus Aris; praeterea S. C. non improbare, quod eodem modo iusta persolvantur ad plures etiam dies vel pro omnibus fidelibus defunctis, vel pro defunctis alicuius Congregationis tam Ecclesiasticorum, quam Laicorum: valde tamen improbare consuetudinem in istam Florentinam Civitatem invectam, ut ex fide dignis testimoniis compertum est, SS<sup>m</sup>um Eucharistiae Sacramentum publice exponendi, occasione exequiarum privatae alicuius personae, sive eae peragantur in die obitus, vel depositionis, sive in Anniversariis, aut aliis quibuslibet diebus, quam consuetudinem Sac. Congr. declarat abusum, et ad eam tollendam curas omnes, ac exploratum erga Sacrorum Rituum decorem Amplitudinis Tuae studium, ex oblata occasione excitare non omittit. Haec sunt, quae supplicantibus Canonicis patefieri poterunt. Interim Amplitudini Tuae diuturnam exopto felicitatem.

Amplitudinis Tuae. Romae 13. Martii 1804.

Haec autem Epistola data fuit ad Antistitem Florentinum, quia Patres E<sup>m</sup>i in Congregatione Ordinaria coacta eadem die 13. Martii ad Dubium: An recte se gesserint Capitulum, et Canonici insignis Regiae Collegatae S. Laurentii Urbis Flo-

rentiae, exponendo publicae venerationi SS<sup>m</sup>um Sacramentum pro anima Ludovici Regis defuncti, cum esset Ecclesia pannis nigris ornata, excepto Presbyterio, et remoto castro doloris, et palliis nigris ab unoquoque Altari? responderunt. «Scribatur Archiepiscopo ad mentem.»

4491. ORDINIS CLERICORUM  
MINORUM VILLAE MATRITEN.  
TOLETANAE DIOECESIS.

Cum Sacerdoti Didaco Sanchez Ordinis Clericorum Regularium, et Directori Calendarii domus, et Ecclesiae Spiritus Sancti eiusdem Ordinis Regalis Villae Matriten., Toletanae Dioecesis, nonnulla occurrerint Dubia circa Rubricarum interpretationem, et rationem ordinandi Officia in Calendario, eaque ipse Didacus humillimis precibus declaranda exhibuerit S. R. C., quae quidem Dubia sunt infrascripta, videlicet.

1. An Festa semiduplicia accidentaliter translata possint, aut debeant reponi in infra Octavas communes, seu non privilegiatas saltem in casu, in quo eorum repositio fuerit necessaria ad vitandam ipsorum Festorum simplificationem?

2. An, translato Festo S. Thomae Apostoli, sicut contingit, quoties occurrit in Dominica, si forte non supersit dies libera ad eius repositionem, possit reponi in altera die Festo semiduplici, aut etiam duplici occurrente simplificato?

3. Cum iam declaratum sit a S. R. C. Dedicacionem Ecclesiae esse festum Domini, quaeritur: An Octava Dedicacionis propriae Ecclesiae dignior sit Octava Conceptionis B. M. V., in Hispania, ubi celebratur ritu dupl. 2. class.? Et quatenus affirmative.

4. An pariter dignior sit Octavis Assumptionis B. M. V. et omnium Sanctorum?

5. An Rubrica posita in Breviario, videlicet: Sequens Responsorium: *Haec est vera Fraternitas* dicitur post VIII., aut II. Lectionem in Festo plurimorum Martyrum Fratrum: intelligenda sit nedom de Fratribus secundum carnem, sed etiam de ipsis secundum Institutum Ordinis Regularis?

6. Ob occursum Festi Triumphi S. Crucis, quod ritu dup. mai. in universa Hispania celebratur die 16. Iulii, Festum B. M. V. de monte Carmelo perpetuo translatum fuit in diem 18. eiusdem mensis, quae quidem dies nunc in Calendario Romano assignata est Festo S. Camilli de Lellis. Hinc ergo exurgit Dubium: An ex quo praedicta dies 18. assignata fuit S. Camillo, Festum B. M. V. de monte Carmelo possit ulterius transferri in alteram diem primo non impeditam, praecipue ob conformitatem cum Ecclesia univer-

sali, ut iam factum est in aliquibus Hispaniarum Ecclesiis?

7. Cum Decreto 26. Ian. 1793. Festo duplici Patrocinii S. Ioseph concurrenti cum altero Festo eiusdem ritus debeantur integrae Vesperae: an eidem Festo Patrocinii, ubi celebratur ritu duplic. secundae class. concurrenti cum Sanctis Apostolis Philippo, et Iacobo, debeantur etiam integrae Vesperae, vel potius integrae debeant persolvi de Sanctis Apostolis?

8. An Festo decollationis S. Ioannis Baptistae concurrenti cum alio Festo duplici maiori debeantur Vesperae integrae, vel potius debeant esse a Capitulo de sequenti cum commemoratione praecedentis?

9. In fine Missalis proprii Sanctorum Hispanorum super Collectam: *Et famulos tuos etc.* adnotantur duo. Primum, quando in Missa dicitur Oratio *A eunctis*, Collecta dicenda est, omissis verbis *Pacem et Salutem etc.* usque ad *conterantur inclusive*. Secundum, quando dicitur Oratio *Ecclesiae tuae*, dicenda est Collecta, omissis iisdem verbis, praeter prima videlicet *Pacem, et salutem nostris concede temporibus*: Quaeritur: An huiusmodi adnotationes innitantur alicui vero Decreto Sac. Rit. Congr., vel sententiae privatae Doctoris?

10. In quodam Rituali Dioecesano legitur haec rubrica: dicit Missam de nuptiis, ut habetur in Missali Romano, nisi eo die fuerit Officium duplex ex solemnioribus, hoc est primae, aut secundae class., quia tunc Missa dicitur de Festo cum commemoratione nuptiarum, additis Orationibus, *Propitiare*, et *Deus, qui potestate* cum coeteris ad nuptias pertinentibus. In Missa pro Sponso, et Sponsa, quamquam votiva sit, dici debet: *Gloria in excelsis Deo*, sed non dicitur *Credo*, et in ea dicitur una tantum Oratio, nisi sit Dominica, quia tunc fit commemoratio de ea; Dubium ergo est, an haec Ritualis dispositio quoad dies, in quibus dici potest, corrigi debeat iuxta Rubricas Missalis Romani, et iuxta Decretum generale S. R. C. 20. Decembris 1783. confirmatum, atque praeceptum ubique servari a SSmo Domino Pio VI. die 7. Ianuarii 1784.

11. Circa *Communicantes* proprium dicendum in Festo Pentecostes in quibusdam Missalibus legitur: *Igneis linguis*: in aliis quampluribus legitur *innumeris linguis*; et cum ex hac lectione varia haud modica exorta sit controversia, ad eam dirimendam, enixe petimus a S. R. C., quatenus declarare dignetur: quanam ex dictis duabus lectionibus amplecti debeat?

Sae. eadem Congregatio, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto tradita, nec non typis impressa, eaque mature perpensa, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Litta respondit, ut infra.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Affirmative, et detur generale Decretum. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Negative, et serventur Rubricae. »

Ad 5. « Negative. »

Ad 6. « Negative, et pro Festo S. Camilli perpetuo assignetur dies proxima non impedita. »

Ad 7. « Vesperas integras deberi Apostolis, et Evangelistis, iuxta declarationes S. C. alias pro huiusmodi concurrentia emanatas. »

Ad 8. « Servetur quod in Tabella pro concurrentia praescribitur. »

Ad 9. « Pro allatis in Dubio variationibus non constare de Decreto S. R. C. »

Ad 10. « Servetur Rubrica Missalis, et recens Decretum a S. R. C. die 20. Decembris 1783. emanatum, et a S. M. Pio VI. confirmatum. »

Ad 11. « Lectionem *Innumeris linguis* esse conformem Missali ab Urbano VIII. recognito. »

Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 12. Martii 1804.

#### 4492. DECRETUM GENERALE.

*Quod S. C. dari iussit in respon. ad 2., sequens est.*

Cum nonnullis in Ecclesiis aliquando accidat, ut quaedam Festa secundae classis celebrari non possint in die propria, sed transferri debeant ad aliam diem non impeditam, iuxta rubricas, et intra annum non supersit ullus dies vacuus, in quo dicta Festa reponi possint:

S. R. C., referente Emo, et Rmo Dom. Card. Litta, re mature discussa, declaravit: « Eadem Festa transferenda esse in proximiorum diem, etiam impeditum Festo semiduplici, aut duplici, quod illo anno redigatur ad ritum simplicem, firmis remanentibus aliis declarationibus ab ipsa Sacra Congregatione emanatis de Festis inferioris ritus in simili casu non transferendis, sed ad ritum simplicem redigendis. » Et ita declaravit, et ubicumque servari mandavit. Die 13. Martii 1804.

#### 4493. ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM PROVINCIAE LUSITANIAE.

Super resolutione quarti Dubii ex septem iam propositis in Congregatione die 14. Maii 1803., Ponente Emo Litta: *iuxta votum* die 13. Martii 1804., id est, videlicet: Festum gaudens Octav.

si transferri contingat, et dies non impedita occurrat priusquam Octava finem habeat, in repositione praefendum esse aliis Festis, etiam maioris ritus, vel dignitatis prius translatis, quae tamen, vel non gaudent Octava, vel post eam transferuntur.

4494. NULLIUS DE LERMA.

Super enunciatione nominis Abbatis de Lerma in Canone Missae, et in Collecta. Instante hodierno Abbate, Ponente Eñno de Somalia Praefecto: « Quoad enunciationem nominis in Canone: Negative. Quo vero ad Collectam, dilata, et ad mentem. *Mens est*, ut exhibeatur Breve Clementis X., et doceatur de consuetudine in aliis Abbatibus Hispaniarum Regni. » Die 1. Septemb. 1804.

Duo namque postulabat Abbas saecularis, et Collegiatae Ecclesiae S. Petri Oppidi de Lerma nullius Dioecesis Provinciae Burgensis. Primum: Ut liceret Clero tam saeculari, quam regulari in Ecclesiis ei subiectis eum nominare in Canone. Secundum: Ut in iisdem Ecclesiis ipsius nomen addendum esset in Oratione, seu Collecta, quae in Hispaniarum Regnis recitatur pro Pontifice, Episcopo, Rege Catholico, Principibus regiae prolis, catholico Exercitu etc. Quibus petitionibus respondent praefata Rescripta.

4495. TUDEN.

Cum in Calendario Dioecesis Tuden. nonnulla inserta fuerint Officia Sanctorum, de quorum legitima concessione dubitari posset, et alia, quae recitantur, ratione Reliquiarum asservatarum in Ecclesia Cathedrali, ex quibus Reliquiae aliae insignes non sunt, aliae non pertinent ad Sanctos descriptos in Martyrologio Romano; cumque hodiernus Rñus Episcopus Tuden. noscens huiusmodi Officia licite recitari non posse; ne memoria tamen eorumdem Sanctorum, de quibus Festa adhuc celebrata erant, periret, statuerit, ut in die 3. Mensis Octobris quotannis Officium cum Missa de communi plurimorum Martyrum in honorem praecipue eorum Sanctorum, quorum Reliquiae non insignes in dicta Cathedrali Ecclesia non extabant, recitaretur; modo ipse Rñus Episcopus de legitima auctoritate, qua id peregerit, anceps factus, pro suo erga Ecclesiasticas leges observantiae studio ad S. R. C. accessit, ut sequentia enodare Dubia dignaretur, videlicet.

1. Num praedicta unio Sanctorum Martyrum, quorum Reliquiae non sunt insignes de iure facta sit, cum non constet de facultate eorum Officia seorsim celebrandi, licet pie credatur, nec de die, in quo eorum Festivitas sit assignanda? Et quatenus negative, supplicatur pro gratia ad eorum memoriam conservandam, et venerandam.

2. In Hispania ex concessione plura celebrantur Sanctorum Festa cum Octavis, ut S. Idelphonsi, et aliorum, sed cum, ratione multitudinis aliorum Officiorum, quae tam ad universam Ecclesiam, quam ad praefata Regna extenduntur, iam dies liberi deficient, et ideo opus sit talia Festa singulis annis penitus suppressere, vel ad leges Festorum simplicium ea redigere; Quaeritur: Num moderari possint Octavae minus principales arbitrio Ordinarii, ut opportune provideatur omnium Officiorum recitationi, sicut fecit Ordo Minorum, et nuperrime Episcopus Santanderien., accedente auctoritate S. R. C. Si negative responderetur, facultas exoratur pro dictarum Octavarum moderatione.

3. Praeterea in supracitatis Regnis adsunt, ex concessione secundaria, Sanctorum aliqua Festa, nempe conversionis S. Augustini die 5. Maii, transverberationis S. Theresiae 20. Augusti, et alia similia, quae ritu dup. celebrantur, praeter ipsorum Sanctorum Festa principalia; Quaeritur: An huiusmodi Festa secundaria in enunciata moderatione possint comprehendi, dictorum Officiorum recitatione omissa, ut primariis Officiis provideatur, sicuti ad petitionem Rñi Episcopi Santanderien. S. R. C. concessit anno 1793.

4. Supposita moderatione Octavarum, et aliorum Officiorum, quae secundo fiunt, prout expedit, arbitrio Ordinarii, ut diebus vacuis provideatur; Quaeritur: Utrum Episcopus possit alia Officia, etiamsi ad aliam diem fixam sint translata, dummodo non sint de praecepto, mutare, ipsisque noviter aliam diem ante, vel post perpetuo assignare, prout Officiorum celebrationi magis expediat. Et si negative, supplicatur pro gratia.

5. Facta moderatione supradicta; Quaeritur: Utrum fieri debeat commemoratio, et legi nona Lectio ex tribus secundi Nocturni in die propria Officiorum, et Octavarum suppressarum, dummodo propriae adsint?

6. Cum Patronus Paroeciae, seu Titularis Ecclesiae parochialis colendus sit ab omni Clero illi Ecclesiae adscripto ritu dup. primae class., ut optime eruit Gavantus ex Rubrica sentina generali de Octavis num. 1. et ex Rubrica nona de commemorationibus; Quaeritur: Num Patronus, seu Titularis cuiuslibet Ecclesiae Parochialis huius Dioecesis supradicto ritu coli debeat: etiam in Paroeciis noviter erectis, et in posterum erigendis, licet nomen Patroni, seu Titularis minime inveniat nec in Calendario Romano, nec in Martyrologio, dummodo in aliquo Pago, Sacello huius Dioecesis cultu religioso colatur, et ex con-

suetudine immemorabili sit titularis alicuius Ecclesiae, vel Cappellae? Et si negative, pro gratia supplicatur.

7. Dato, quod Officium Patroni, seu Titularis Paroeciae, ut in superiori fieri possit; Quaeritur: Utrum, ad uniformitatem in Dioecesi servandam, Officium Sancti incidens in die Patroni, seu Titularis cuiuslibet Ecclesiae, etiam ex Rubrica de translatione Festorum, transferri possit ad diem vigesimam secundam Decembris, quae est libera cum commemoratione Sancti, aut Dominicae incidentis? Quod si dies propria Patroni, seu Titularis sit impedita ratione Officii, quod nullo modo transferri possit, Officium Patroni, seu Titularis fieri possit primo die semiduplici, cum commemoratione huius Sancti, accedente auctoritate; eodemque modo agendum sit, si Festa translata ratione Titularis sint primae, vel secundae classis? Pro quibus omnibus facultas exoratur, si de iure Episcopus ea facere non possit.

8. Iuxta Rubricas in die octava Titularis fit de ea dup. min.; Quaeritur: Num omitti possit, ut faciunt Regulares, in die Octava Ecclesiae Cathedralis, commemoratione solummodo, et nona lectione ex tribus, si propriae adsint, retentis?

9. Paucis ab hinc annis, in Officio unius Martyris, quando dicenda est Missa: *In virtute tua, legitur Evangelium: Nolite arbitrari*, cum non constet Decretum; Quaeritur: Num stet, aut, an fieri possit cum Homilia S. Hieronymi Presbyteri, prout in fine Breviarii Romani?

Cum ex parte Sacerdotis Vincentii Corqueira Directoris Calendarii huius Dioecesis, praemissa licentia Vicarii Capitularis, sede Episcopali vacante, supplicatum fuisset Summo Pontifici Pio VI, anno 1797., et concessum, ut Officia, et Missae, quae in Cathedrali celebrantur in honorem Sanctorum, quorum Reliquiae in ea sunt, toti Dioecesi extendantur. Dubitatur ad praesens: Num preces vitio obreptionis, et subreptionis laborent, praesertim cum non satis constet de mente concedentis? Et ideo denuo supplicatur, ut Officia Sanctorum, quae in Cathedrali, iuxta Decreta S. R. C., vel ex quacumque concessione celebrantur ratione Reliquiae, toti Dioecesi extendantur eodem ritu, ac die, *Credo* in Dioecesi omisso.

Et S. eadem C., audito prius uno ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, qui sententiam suam scripto exposuit, typis etiam evulgatam, referente Eñño, et Rñño Domino Cardinali Gazzoli, ad proposita Dubia respondit, ut infra.

Ad 1. « Negative ad primam partem; pro gra-

tia ad secundam, et ad mentem. » *Mens est: « Quod concessio Officii, et Missae de Sacris Reliquiis intelligatur de omnibus Reliquiis, quae in Cathedrali asservantur. »*

Ad 2. et 3. « Negative ad primam partem; pro gratia ad secundam. »

Ad 4. et 5. « Serventur Rubricae. »

Ad 6. « Negative, et recurrant in casibus particularibus. »

Ad 7. et 8. « Dividantur, et reformentur Dubia. »

Ad 9. « Evangelium respondere debere Homiliae Officii diei, ac proinde quando in Missa: *In virtute* legendum est Evangelium: *Nolite arbitrari*: nec secus notetur, tunc lectiones III. Nocturni sumendas esse ex Octavario Romano. »

*Ad Dubia Calendaristae.*

Ad 1. « Pro gratia. »

Ad 2. « Serventur Rubricae, et Decreta, et in Dubiis recurrant. » Et ita decrevit. Die 1. Septembris 1804.

4496. CAMERINEN.

Delata ad S. R. C. ex parte Domini Alexandri Mariae Licoè Sacerdotis ex Clericis Regular. Minor. Confessarii Monialium Asceterii S. Iacobi Terrae S. Ginnesii, Camerinen. Dioecesis, controversia inter eum exorta, et Capitulum, sive nonnullos Canonicos Ecclesiae Collegiatae dictae Terrae circa ius agendi exequias super cadaveribus Monialium ipsius Asceterii: Num scilicet competat Confessario Monialium, an vero praefato Capitulo?

Eadem S. C., attenta relatione totius quaestionis facta a Rñño Archiepiscopo Camerinen., qui audivit tam Capitulum, quam Moniales, propo-nente Dubium Eñño, et Rñño Domino Cardinale Gazzoli relatore, decrevit: « Celebrationem exequiarum spectare ad Confessarium pro tempore. » Die 16. Martii 1805.

4497. LUCERINA.

Cum Rñns Episcopus Lucerinus in sua relatione status Ecclesiae Lucerinae ad Sac. Congr. Concilii transmissa XII. Kalendas Februarii anno 1804. exposuerit, quod circa festorum dierum observantiam in sua Dioecesi dubitetur a nonnullis: Utrum dies emortualis B. Augustini Episcopi Lucerini, qui incidit in diem 3. Augusti, habeat adnexam obligationem audiendi Sacrum, vigore vetustissimae consuetudinis a populo Lucerino inductae, animo se obligandi, petens ab Apostolica Sede, ut quid iuris sit decernatur? ac praeterea supplicaverit, ut potestas fieret universo Clero eiusdem Dioecesis recitandi quotannis ritu dupl. Officium S. Bassi, S. Pardi, et B. Ioannis,

totum de communi, donec Lectiones propriae adprobentur: cumque a praefata Sacra Congregatione Concilii remissae fuerint praedictae preces ad S. B. C.

Ipsa S. R. C., referente Eñõ, et Rñõ Dom. Cardinali Matthaeio Ponente: « Quoad obligationem colendi diem praedicti B. Augustini sub praeepto, bene perpensis momentis rationum hinc inde in ipsa sua relatione ab Rñõ Episcopo alligatarum, rescripsit: Servetur Constitutio Sa. Mem. Urbani VIII. anni 1642., quae incipit: *Universa* 3. Quoad concessionem vero trium Officiorum praedictorum, recurrant particulariter. » Die 16. Martii 1805.

4498. **ORIOLEN.**

Cum multae circumferantur interpretationes circa usum Privilegii, quod a Sac. Cong. Concilii Sacerdotibus caecutiens concedi assolet, pro celebratione scilicet Missae votivae de B. M. V. in omnibus diebus, in quibus occurrat Festum rit. dup.; Sacerdos Balthassar Gargia, cui ex munere, quod subinet Praefecti sacris caeremoniis in Ecclesia Cathedrali Oriolen., quaestiones ea de re offeruntur, ut eas enodare valeat; sequentia Dubia attulit S. R. C. humiliter ab eadem illorum declarationem petens. Dubia autem sunt huiusmodi, videlicet.

1. An Sacerdos caecutiens, ex Indulto Apostolico celebrare valens Missam votivam B. M. V. teneatur in eiusdem celebratione indui paramentis coloris praecise albi?

2. An debeat in eadem Missa privata recitare Orationem Officii illius diei, et Spiritus Sancti, et omittere *Gloria in excelsis Deo*, et *Credo*, iuxta Rubricas?

3. An talis Sacerdos cum devenerit ad omnimodam caecitatem possit licite perseverare in celebratione Missae?

4. An conditiones appositae in huiusmodi privilegiis sint merae ritualitatis, et styli, vel obligatoriae in conscientia? et quatenus affirmative ad secundam partem etc.

Et Sac. eadem Congregatio, perpensa prius unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris sententia scripto exarata, et typis etiam evulgata, referente Eñõ Domino Cardinali Antonio de Auria Ponente, rescripsit, ut infra, nempe.

Ad 1. « Affirmative. »  
Ad 2. « Negative quoad obligationem legendi Orationem Officii currentis; in reliquis Affirmative. »

Ad 3. « Negative, donec novum impetretur a S. C. Concilii Indultum. »

Ad 4. « Negative ad primam partem. Affirmative ad secundam. » Et ita declaravit, et decrevit. Die 16. Martii 1805.

4499. **TIPHERNEN.**

Cum Sacerdos Ioannes Baptista Berni recenter Archipresbyteratu Ecclesiae Parochialis titulo Sanctorum Cosmae, et Damiani loci, vulgo nuncupat. Canoscio, Dioecesis Tiphernen, potitus, antiquam consuetudinem in eadem Ecclesia invenerit Sacrosanctam Eucharistiam impertiendi Fidelibus in Sabbato Sancto pro satisfactione etiam Paschalis praeepti, et anceps haeserit: Num eadem consuetudo servanda foret, sive utpote abusiva removenda? Ut omnem anxietatem deponeret, supplex fuit S. R. C. pro declaratione sequentis Dubii, videlicet: An liceat in Sabbato Sancto inter Misarum solemnias Sacram Eucharistiam Fidelibus distribuere, et num per eandem sumptionem sacrae Communionis praeeptum Paschale adimpleatur?

Et S. eadem Congregatio, audito prius uno ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, qui scripto suam sententiam protulit, referente Eñõ, et Rñõ D. Card. Crivelli Ponente, respondit: « Affirmative in utroque. » Die 22. Martii 1806.

4500. **BRIXIEN.**

Cum ex parte Reverendi Vicarii Capitularis, et Capituli Cathedralis Brixien. supplices preces porrectae fuerint S. R. C. pro concessionem, ad elevationem ritus nonnullorum Officiorum in Dioecesi Brixien., nec non resolutionem Dubiorum, ut infra, videlicet.

1. Ut secunda ex sextis Feriis Mensis Martii celebrari possit Officium proprium cum Missa Sacratissimae Spineae Coronae D. N. I. C. uti concessum est pro Dioecesi Venetiarum sub ritu dupl. mai., eo quod apud dictam Dioecesim Brixien. extat altera ex SSñis Spinis; et quia populus in istis Feriis solemnibus cultu, ac animi effectum, et praesertim cum laudabili frequenti accessu ad SSña Sacramenta Poenitentiae, et Eucharistiae, recolit memoriam Passionis D. N. I. C.

2. Ut Festa XXIV. Sanctorum Episcoporum Brixiae, quae suis respective diebus ritu semi-dupl. celebrantur a Clero dictae Civitatis, ac etiam Festum translationis duorum illorum, idest SSrum Apollonii, et Philestii eodem ritu celebratum, eleventur ad ritum dupl. min. Plura sunt argumenta huius postulationis. I. Ut amplificetur gloria eorum Sanctorum, qui in dicta Civitate, et Dioecesi servaverunt fidem sanctam, ac religionem intactam. II. Ut tollatur deformis discretio Ecclesiae Cathedralis, ac Paroeciarum, ubi honora-

tur ipsorum sacra Corpora, celebrando, ut plurimum, quo unum Sanctum, quo alium. III. Ut Cle-  
rus celebret eorum Festa etiam cum Missa, quia in  
his Festis recitat Missas quotidianas defunctorum.  
IV. Quia tali ritu celebrabantur (excepta transla-  
tione SSrum Apollonii, et Philestii) ante Bullam  
S. Pii V. anni 1568., et semiduplicia tantum  
ordinavit S. Carolus Borromaeus, hanc visitans  
Ecclesiam, Decreto sequenti: Officium Episcoporum  
Brixiae inter Sanctos relatorum, ne ita crebro  
Dominicale impediatur, semiduplex agatur, eorum  
tamen duplex sit, quorum Festi dies longo usu,  
et populi devotione, ac publico instituto, solem-  
niter observantur, colunturque. V. Quia Ecclesia  
etiam Mediolanensis, cui praeerat laudatus S. Car-  
olus, ac Veronensis, proprios Episcopos ritu du-  
plici celebrant, imo Ecclesia Cremonensis pari  
ritu recitat Officia Episcoporum Mediolanensium,  
aliquibus fortasse exceptis.

3. Festa nonnullorum praedictorum Sancto-  
rum Episcoporum, quae occurrunt cum Vigilia  
Epiphaniae, et cum Sanctis Doctoribus Ecclesiae,  
licet sint Festa propriae Dioecesis, assignari pos-  
sint aliis diebus perpetuo, unde cum Ecclesiis uni-  
versali celebrentur Festa SSrum Doctorum, et Vi-  
giliae Epiphaniae, idemque fiat in Ecclesiis, apud  
quas asservantur Corpora SSrum Episcoporum.

4. Dies octava Dedicacionis Ecclesiae Cathed-  
rae Brixiae excludit Festum Transfigurationis Domini,  
et cum haec Octava celebretur in sola Civitate, ple-  
rumque fit, ut Officium translatum pro Dioecesi in  
diem, qua transfiguratio pro Civitate assignata est,  
gignat per plures dies dissimile Officium inter Ci-  
vitatem, et Dioecesim. Ut igitur in Divinis per-  
solvendis similis deformitas non sit, ac simul  
Transfiguratio ob solemnitatem Mysterii sua die ce-  
lebretur, S. R. C. precibus humilibus gratia petitur  
elevationis huius Officii a ritu dup. mai. ad dup.  
secundae classis pro tota Brixiana Ecclesia, sicut  
in Civitate, et ipsa Cathedrali celebrabitur die pro-  
pria cum commemoratione diei octavae in utrisque  
Vesperis, et Laudibus.

5. Ut Officium S. Vitalis Martyris (28. Aprilis),  
SSrum Gervasii, et Protasii Fratrum Martyrum  
(19. Iunii assignat. 20. eiusdem), SSrum Hippolyti,  
et Cassiani Martyrum (3. Augusti), quod in Ca-  
thedrali celebratur ritu semidup., et extra, ritu  
simplici; nec non Officium S. Caesarei Martyris  
(13. Novembris alia die celebratum), quod in  
sola Cathedrali ritu semiduplici recitatur, etiam  
extra eandem pari ritu celebrentur. Hoc petitur,  
ut in Calendario assignari possit uniformis cano-  
nicarum precum recitatio cum Ecclesia capite

Dioecesis, eo quod non tantum enumeratis diebus,  
vel aliis paucis, sed per plures alios dies debet  
semper celebrari extra Cathedralem Officium di-  
versum ab illa. Et quatenus negative, quamvis  
affirmative speretur:

6. Ut saltem Officium S. Vitalis, et SSrum Ger-  
vasii, et Protasii concedatur, cum causa sit inter-  
dum magnae deformitatis; et quoad translatio-  
nem, et horum primum quoad assignationes etiam  
Festorum faciendas de novo, ut petitum fuit.

7. Tandem petitur, ut diei 28. Ianuarii assi-  
gnari possit Festum S. Ioannis Chrysostomi in  
memoriam tanti Patris, ac Doctoris S. Matris Ec-  
clesiae, utpote apud Civitatem, et Dioecesim Bri-  
xien. perpetuo impeditum in sua die. Hoc petitur,  
quia tali diei assignari deberet aut Festum S. Ru-  
sticiani Episcopi Brixien. occurrens die 5. eiusdem  
mensis, et etiam ut festum propriae Dioecesis,  
vel Festum S. Iuliani Martyris occurrens die 7.  
praedicti mensis, et etiam ut Festum proprii Sta-  
tus, idest Dominii olim Veneti, cui diei hoc se-  
cundum Festum in Calendario Brixien. est iam  
assignatum, sed tamen in hac die non celebratur  
in toto Dominio ex-Veneto, vel forsitan nullibi,  
ideoque in Civitate, et Dioecesi Brixien. assignari  
potest alteri diei.

8. Cum Festum SSrum Faustini, et Iovitae  
Martyr., ac principalium Patronorum Brixien-  
sis Ecclesiae incidens in diem 15. Februarii saepe in  
Quadragesima, vel paulo ante occurrat, amittat  
Octavam, seu partem eiusdem: Idcirco S. R. C.  
demisse supplicatur, ut Octava praedictorum Pa-  
tronorum ad gloriam eorumdem, nec non ad gau-  
dium Cleri, et Populi, qui summa veneratione  
hos Sanctos colunt, etiam in Quadragesima ce-  
lebrari possit, iuxta tamen Decreta haec in re  
edita. Supplicatur quoque, ut incidens Festum  
ipsorum Sanctorum in feriam IV. Cinerum, vel  
Dominicam primam Quadragesimae transferri pos-  
sit in diem immediate sequentem, translato quo-  
cumque Festo aequalis ritus, non maioris digni-  
tatis, et simul primae classis in eam incidente.

Sequuntur dubia declaranda.

9. An attendi debeat, ut fit in Calendario  
Brixien. etiam in Dioecesi in Octava Dedicatio-  
nis Ecclesiae Decretum S. R. C. 27. Martii 1778.  
sic expositum: Festum Dedicacionis Ecclesiae est  
festum Domini: unde in paritate ritus debet habere  
integras utrasque Vesperas; quamvis aliter lega-  
tur in Calendario Romae huius anni diebus 15.,  
et 18. Novembris?

10. An, occurrente Festo Dedicacionis in Fe-  
stis B. M. V., Sanctorum Angelorum, S. Ioannis



Baptistae, S. Ioseph Sponsi eiusdem B. M. V., ac Sanctorum Apostolorum, quae Festa sub ritu dupl. primae classis sint celebrata, debeat in his casibus fieri Officium de Dedicacione, etsi occurreret Festum Assumptionis B. M. V.?

11. An, occurrente festo S. Andreae Apostoli in Dominica prima Adventus, transferri debeat tamquam in diem propriam in primam diem Decembris, translato quocumque Festo etiam aequalis ritus, sed minoris dignitatis eo die occurrente, iuxta Rubricam Breviarii PP. Conventualium de translatione Festorum num. 14., in quo citantur Decreta S. R. C. 5. Septembris 1739., et 21. Ianuarii 1741. (quibus eadem S. C. adprobat praedictum Breviarium) inserta in Constitutione Benedicti XIV. incipien. *Praecipuum* 16. Febr. 1742. eidem Breviario praemissa? Et quatenus affirmative?

12. An tali privilegio gaudeat etiam Festum S. Thomae Apostoli impeditum a Dominica IV. Adventus?

13. An quando aliquod Festum, quod in propria Ecclesia celebratur cum solemnitate sive magna, sive mediocri, et insignis Sancti Reliquia ibi asservatur, transferri debeat, ratione praedictorum, sit transferendum ante alia festa aequalis ritus, et dignitatis prius occurrentia, et ipsa transferenda? Et quatenus negative?

14. An idem sit observandum, licet cum tali Festo transferatur etiam solemnitas in illa Ecclesia? Et quatenus negative?

15. Quo in sensu intelligenda sit Rubrica Breviarii de translatione Festorum num. 6., in qua legitur: Si omnia (Festa) fuerint duplicia, fiat de digniori, seu solemniori, et quae de minori solemnitate sunt, transferantur: et ibidem n. 7. Inter plura duplicia, quod est magis solemnne semper prius transferatur, et prius celebretur.

16. An Clerus adscriptus alicui Ecclesiae Parochiali, Choro tamen illius non obligatus, nec gaudens Beneficio, et Clerus sub eadem Parochia tantum degens, et alteri Ecclesiae non addictus, teneatur recitare particularia Officia illius Parochiae, id est Dedicacionis, Titularis, vel alicuius Sancti ob insignem eius Reliquiam, eo quod in illa Parochiali fuerit introducta consuetudo recitandi praedicta Officia a Sacerdotibus, et Clericis adnotatis ante Bullam S. Pii V. de Breviario Romano editam anno 1568., ita ut si Officium iuxta Calendarium suae Dioecesis dumtaxat celebrent, non adimpleant onus Horarum canonicarum?

17. Num Clerus adscriptus Ecclesiae Parochiali, aut non parochiali, nulloque praeditus Beneficio,

possit Officia particularia, ut supra, earumdem Ecclesiarum recitare, etsi consuetudo non fuerit inducta ante Bullam laudatam, sed a paucis annis?

18. Stante sequenti indulto: «Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum Venetae Provinciae:» Ad humillimas preces Ministri Provincialis, et Fratrum Ordinis Minorum Observantium S. Francisci Reformatorum Venetae Provinciae SSmo Domino Nostro Pio PP. VI. porrectas pro elevatione cultus Thaumaturgi S. Didaci de Alcalà, ac Seraphicae Poenitentis S. Margaritae de Cortona ex ritu semidupl. ad dupl. min. pro Clero saeculari, et regulari utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, cum propria eorum Missa celebranda. SSms Dominus Noster benigne indulsit pro omnibus, et singulis locis, ubi praedicta Officia recitantur, contrariis quibuscumque non obstantibus. Florentiae die 17. Septembris 1798. A. Archiepiscopus Iconii Nuntius Apostolicus. Ritus praedictorum Officiorum positus fuit anno 1800. in Calendario Brixien. dupl. min.; sed cum in Calendario Romae currentis anni adhuc semidupl. legatur, demisse petitur: Num laudatum indultum attendi possit, sicque rit. dupl. min. illa Officia recitari queant?

19. Viginti abhinc annis in Dioecesi Brixien. recitatur sub ritu dupl. primae classis cum Octava Festum Annunciationis B. M. V., iuxta concessionem factam Clero totius Domini Veneti ad preces illius Reipublicae; sed cum in illa concessione legatur B. M. V. totius Domini principalis Patrona, et huiusmodi Patronatus institutio non constet facta, nec ante, nec post Decretum Urbanum 23. Martii 1630., neque ex praxi, quandoquidem ante semper celebrabatur sub ritu dupl. secundae classis, ut in Breviario; ideo Indulta Pii VI. 9. Septembris 1786., ac Clementis XIII. 19. Iulii 1760. non sufficere videntur ad suadendum de ritu, et Octava, cum haec Indulta Patronatum supponant. Adduntur etiam sequentia ad maiorem rei illustrationem, nimirum, quod hic iam venerabatur Patronus principalis Domini olim Veneti S. Marcus Evangelista, cuius Festum erat de praecepto, quoad forum, usque ab antiquo, atque retentum post Constitutionem Urbani VIII. incipientem: *Universa*, nisi sexaginta tantum abhinc circiter annis coeptum fuerit recitari Officium huius sub ritu dupl. primae Classis cum Octava, quia id fuit propter ignorantiam Decretorum, ut observat Cavalerius; sed modo, amplius non imperante Dominio Veneto, celebratur sub ritu dupl. primae classis, ut in Breviario sine Octava ob rerum circumstantias. Quinimo in quodam Calen-

dario unius Ordinis Regularium constructo, et edito Venetiis pro toto Statu Veneto, in quo notabatur B. M. V. sub titulo Annunciationis ritu dupl. primae classis uti principalis Patrona, occurrente Festo eiusdem, anno 1781. in Dominica IV. Quadragesimae, Festum praedictum translatum fuit in Feriam secundam sequentem, et eo anno adnotatum sub ritu dupl. secundae classis, quando celebrari debebat in illa Dominica, si revera fuisset principalis Patrona. His animadversis, humiliter supplicatur: Utrum in eadem Dioecesi celebrari adhuc possit praedictum Officium sub ritu dupl. primae classis cum Octava? Et quatenus negative; ut saltem celebrari possit cum Octava, licet in Quadragesima, ut iam celebratur, ne tanta novitas fiat in Calendario?

S. eadem C., perspecta prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, typis etiam evulgata, ad relationem Em̄i, et R̄ni Domini Cardinalis de Somalia Praefecti, et Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Citra approbationem identitatis Reliquiae, pro gratia Officii, et Missae Sacratissimae Spineae Coronae in secunda ex sextis Feriis mensis Martii sub ritu dupl. mai., dummodo non occurrat Officium ritus dupl. etiam min., quo casu Officium Spineae Coronae transferatur in aliam Feriam VI. Quadragesimae, similiter non impeditam; et quatenus fieri nequeat, ad primam diem non impeditam, iuxta Rubricas. »

Ad 2., et 3. « Negative, et servetur Decretum S. Caroli Borromaei. »

Ad 4. 5. 6., et 7. « Negative. »

Ad 8. « Negative in omnibus, et serventur Rubricae. »

Ad 9., et 10. « Negative, prout iam decisum fuit die 13. Martii 1804. in una Ordinis Clericorum Minorum Villae Matritensis (ad 3. 4.), et servetur ordo Tabellae excerptae ex Rubricis generalibus Breviario Romano praemissae. »

Ad 11., et 12. « Negative, nisi in casu, quo infra annum, iuxta generale Decretum de die 13. Martii 1804., non supersit ullus dies vacuus, quo reponi possit. »

Ad 13. et 14. « Negative. »

Ad 15. Rubricam intelligendam esse de solemniori quoad ritum, et dignitatem, non quoad extrinsecam solemnitatem, quae in ordine translationis non est attendenda. »

Ad 16. « Posse, sed non teneri, ideoque adimplere onus Horarum canonicarum, se conformando in recitatione Officii Calendario dioecesano. »

Ad 17. « Negative. »

Ad 18. « Sacrae Congregationi non constare de memorato Indulto. »

Ad 19. « Affirmative ad formam Indulti S. M. Clementis XIII., et Pii VI., servatis tamen Rubricis quoad Octavam in Quadragesima. » Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 20. Sept. 1806.

4501. CORDUBEN.

Cum hodiernus R̄nus Episcopus Corduben., de Sacrorum Rituum in sua Dioecesi pleno adimplimento plurimum sollicitus, in ancipiti versaretur circa nonnullas quoad illos interpretationes, et pro earumdem declaratione supplices preces S. R. C. exhibuerit cum infrascriptis Dubiis, videlicet.

Dub. 1. In Dioecesi Cordubensi ex immemorabili consuetudine celebratur Festum SSrum Aciseli, et Victoriae Martyrum Cordubensium tamquam Patronorum principalium Civitatis Cordubae, tantum sub ritu dupl. primae classis cum Octava, et praecepto in Populo. At cum talis consuetudo, iuxta huius Sacrae Congregationis declarationes suffragari videatur ad substinendum huiusmodi Officium, eiusque ritum, et Octavam solis Patronis principalibus, vel principalioribus cuiuscumque Loci, Regni, vel Provinciae; Quaeritur: An etiam suffragetur quoad Festivationem de praecepto nedum in locis particularibus praedictae Dioecesis proprio Patrono carentibus, verum et caeteris, quae alium Sanctum tamquam Patronum principalem colunt?

Dub. 2. In iisdem Civitate, et Dioecesi Festum Patronorum praedictorum ex immemorabili etiam consuetudine est tamquam praeceptivum quoad obligationem audiendi Sacrum, non autem vacandi ab operibus servilibus. At cum ex Decreto S. huius Congr. diei 13. Septembris 1642. (scilicet Constitutionis S. M. Urbani PP. VIII. relat. supra utrumque de praecepto declaretur in Festo Patroni principalis, et proprii; Quaeritur: An ad utrumque in posterum obligandus sit populus Civitatis, et eorum etiam locorum proprium Patronum non habentium, vel potius in praefata consuetudine continuandum?

Dub. 3. In ipsis Civitate, et Dioecesi Festa SSrum Ioseph, Annae, et Silvestri nec sunt, nec haecenus fuerunt de praecepto. At cum iisdem in numero Sanctorum Festivacionem in populo habere debentium per Bullam S. M. Urbani VIII., quae incipit: *Universa*, nec non per S. R. C. Decreta describantur; Quaeritur: An in posterum praefata Festa de praecepto servanda sint, vel antiquae, et immemorabili consuetudini sit insistendum?

Dub. 4. Quando Dominica infra Octavam Nativitatis Domini occurrit die 29. Decembris, tunc

in tota Hispania ex concessione S. M. Gregorii PP. XV. initio Breviarii inserta Festum S. Thomae Cantauriensis ritus semiduplicis transfertur in diem 5. Ianuarii sequentis anni; et cum post huius privilegii concessionem pluries declaratum sit ab hac Sac. Congregatione, Festa omnia, quae in fine anni supersunt, aut sint ritus duplicis, aut semiduplicis tamquam in propriis diebus esse consideranda, nulloque modo in sequentem annum transferenda; Quaeritur: An huiusmodi privilegium (usque nunc in usu apud Ecclesiam Cordubensem) revocatum censi debeat, vel potius firmum, et validum, posterioribus non obstantibus Decretis, et declarationibus generalibus?

Dub. 5. Passim concedi solet a S. C. Eñorum, et Rñorum Cardinalium S. Concilii Tridentini interpretum quibusdam Sacerdotibus tenuitate visus laborantibus privilegium recitandi Missam votivam B. M. V. in Festis, et duplicibus; diebus vero ferialibus Missam defunctorum. Quaeritur ergo Primum: An per Festa duplicia intelligendae veniant etiam Dominicae privilegiatae, et Festa maiora primae, vel secundae classis? Secundo: An Sacerdos ita privilegiatus se conformare possit quoad colorem, Orationum numerum, *Gloria*, et *Credo*, colori, et ritui Ecclesiae, in qua celebret, vel dicere debeat votivam Missam ipsi concessam ritu, et colore propriis eiusdem Missae? Tertio: An in casu dicere debeat secundam Orationem de Festo diei iuxta Rubricas, vel semper de Spiritu Sancto cum tertia Ecclesiae, vel pro Papa, ex eo quod tenuitas visus nec illam Orationem propriam, et quolibet die diversam illi legere permittat? Quarto: An semper in Dominicis dicere debeat *Credo*? Quinto: An per ferialia intelligantur etiam Feriae maiores, et Vigiliae privilegiatae ex. gr. Nativitatis Domini, et Pentecostes? Sexto: An praedictus Sacerdos in die commemorationis omnium fidelium defunctorum possit tres illas Missas celebrare, ut in quotidianis defunctorum, vel illas legere debeat, iuxta ordinem in Rubricis praescriptum?

Dub. 6. An per Decretum in una Santanderien. datum die 26. Ianuarii 1793. concessa sit quibuslibet Episcopis facultas reformandi proprium Calendarium, iuxta ibi petita, et prout opportunum, et conformiter ad Rubricas necessarium iudicaverit? Et quatenus negative: Supplicat Orator pro gratia ad hoc, ut possit procedere ad reformanda Calendaria suae Dioecesis, et Monialium eius iurisdictioni subiectarum?

Dub. 7. An Moniales Cistercienses Ordinario subiectae, et Breviario Romano utentes, possint

continuare in antiqua consuetudine, forsán quadraginta annorum, nec amplius, nec certe immemorabili, recitandi de quibusdam Sanctis concessis tantum Congregationi S. Benedicti Hispaniae, et Angliae, qui contenti non sunt in Breviario Cisterciensi, nec in Codice typis dato Romae anno 1710. pro Monialibus Cisterciensibus Breviario Romano utentibus, et quorum reductio ad ritum Romanum non fuit concessa a S. R. C. per 13. Decreta 1701. 1702. 1705., et 1710. initio dicti Codicis inserta, nec de huiusmodi concessione constat?

Dub. 8. Et ita in casu; quomodo possint continuare? An recitando totum Officium de communi Romano, vel dicendo tantum Lectiones proprias pro dicta Congregatione Benedictina concessas, eas tamen reducendo ad ordinem Romanum, uti hactenus consueverunt?

Dub. 9. An praedictae Moniales, et aliae quaecumque Ordinario subiectae, possint continuare in antiqua consuetudine recitandi de omnibus Festis Dioecesanis, non obstante Decreto huius Sac. Congregationis Rit. 15. Iulii 1769. in una Ordinis Minorum.?

Dub. 10. An particula illa *Regulares possunt, et debent*, ut in Decreto dato in una Ordinis Minorum 20. Martii 1683., importet rigorosum praecceptum; ita tamen, ut Festa illa, quae ad instantiam Regum conceduntur, in eorum Regnis, et Provinciis, Ditionibus etc. pro universo Clero saeculari, et regulari strictè debeant ab ipsis Regularibus, nulla praevia acceptatione recitari? An tantum praevia solummodo acceptatione Regis, vel requiratur etiam acceptatio Praelatorum respectivorum?

Dub. 11. An idem omnino dicendum super haec respectu Cleri saecularis?

Dub. 12. Quando Festum Purificationis B. M. V. occurrit in Dominica Septuagesimae, vel Sexagesimae apud Dominicanos non transfertur, ex quo accidit, ut Moniales S. Domini iurisdictioni Ordinarium subiectae, et Breviario sui Ordinis utentes de praefato Festo in Choro recitent, Missamque officiantes cantaturae ex statuto, consuetudine, vel devotione antiqua illam de B. Virginis Purificatione absolvere debeant. Quaeritur ergo: An Cappellani saeculares ipsarum Officium de Dominica persolventes, iuxta Rubricas Breviarii Romani, quo utuntur, se conformare debeant quoad Missam in his, vel similibus circumstantiis cum Officio Monialium, illam celebrando de praedicto Festo Beatae Mariae Virginis, ut Officium Chori omnino expleatur?

Dub. 13. An idem dicendum sit in his omnibus casibus, in quibus Moniales Missam proprio

Officio convenientem in Choro ex statuto, consuetudine, vel antiqua devotione cantent, salvis remanentibus tantum quoad reliquos casus decretis huius Sac. Congregationis, in quibus huiusmodi conformitas in facultate, et arbitrio Cappellano- rum relinquatur?

Sac. eadem Congregatio bene perpensa unius, ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris sententia scripto tradita, et typis etiam evulgata, referente Eñõ, et Rñõ Dom. Cardinali Antonio ab Auria Ponente, rescripsit, ut infra, videlicet.

Ad 1., et 2. « Negative. »

Ad 3. « Citra approbationem assertae consuetudinis, consulendum SSñõ pro dispensatione. »

Ad 4. « Nihil innovandum, et servandum privilegium indultum a Gregorio XV. in Constitutione *Pastoralis officii cura.* »

Ad 5. « In casu proposito; Primo per Festa duplicia intelligi etiam Dominicas privilegiatas, et Festa primae, et secundae classis. Secundo; a Sacerdote privilegiato adhibendum esse colorem convenientem Missae votivae, quae erit sine *Gloria*, et sine *Credo*. Tertio dicendam esse secundam orationem de Spiritu Sancto, cum tertia pro Ecclesia, vel pro Papa. Quarto etiam in Dominicis omit- tendum Symbolum. Quinto in Feriis maioribus, et Vigiliis privilegiatis, in quibus prohibentur Missae privatae defunctorum, dicendam esse Mis- sam votivam de S. Maria. Sexto: Sacerdotem pri- vilegiatum posse in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, ubi adest Indultum, tres Missas recitare, ut in quotidianis. »

Ad 6. « Negative ad primam partem, quoad secundam vero Orator transmittat exemplar Cal- endarii reformandi, ut Sac. Congr. examini subil- ciatur. »

Ad 7., et 8. « Recurrant particulariter, et doceant de Apostolica concessione facta Congrega- tioni S. Benedicti Hispaniae, et Angliae; quae si non desit, transmittant Lectiones proprias San- ctorum redigendas ad ordinem Breviarii Romani. »

Ad 9. « Negative, et servetur Decretum diei 15. Iulii 1769. »

Ad 10., et 11. « Terminos Indulti esse atten- dendos, utrum praeceptum importent, vel simpli- cem facultatem. In Dubio autem recurrendum ad S. C. quoad casus particulares. »

Ad 12., et 13. « Serventur S. C. Decreta, et Cappellanos saeculares, qui celebrare debent in Ecclesiis Monialium quoad Missam solemnem te- neri, dummodo celebrent cum Missali Romano. » Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 20. Septembris 1806.

Exposita autem Sanctissimo Domino Nostro Pio VII. Pont. Max. per me infrascriptum Secreta- rium Sac. Congregationis mente quoad Dubium. 3. « Sanctitas Sua ab observatione praecepti in tri- bus indicatis Festis benigne dispensavit. » Die 12. Novembris 1806.

4502. MACERATEN.

Exorta controversia inter Clericos Regulares Congregationis S. Pauli vulgo nuncupat. Barna- bitas Collegii Civitatis Maceraten., et Sodalita- tem S. Sepulcri in Ecclesia dicti Collegii institu- tam, circa obligationem dicti Collegii praestandi propriam Ecclesiam, et impendendi sumptus necessarios in annua supplicatione, quae peragi assolet ab ipsa Sodalitate Feria VI. in Parasceve, eaque delata ad S. R. C., referente Eñõ, et Rñõ Domino Cardinale Crivelli Ponente, ad se- quens Dubium: An, quomodo, et in qua Eccle- sia sit facienda Processio in casu etc.?

Eadem S. C. respondit, ut sequitur: « Affir- mative sumptibus Sodalitatis, salvo iure Episcopi, et ad mentem. *Mens est:* Quod Patres Barnabi- tae pro eorum religione, et pietate praestent So- dalitati pro supplicatione facienda Ecclesiam, quam, prout ipsis Patribus liberit, exornent, quin ex hoc ulla oriatur coactiva obligatio. » Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 20. Sep- tembris 1806.

4503. MATRITEN.,  
SEU TOLETANA.

Cum Sacerdoti Emmanueli Dominquez Ordinis Clericorum Minorum, utpote Magistro caeremo- niarum in Ecclesia sui Ordinis Spiritui Sancto dicata in regali Villa Matrity Toletanae Dioe- cesis, duo occurrerint de sacris Caeremoniis, et Rubricis Dubia, pro illorum declaratione hu- millimas porrexit preces S. R. C. Dubia autem sunt sequentia, videlicet.

1. In Spiritus Sancti Ecclesia ex antiqua fun- datione quotannis sacrum decendium celebratur a die Ascensionis Domini usque ad Vigiliam Pen- tecostes inclusive. Vesperae solemniter celebra- tur cum expositione SSñi Sacramenti, et con- cione ad populum, qua finita, et postea devote recitatis precibus, et orationibus ipsius decen- dii, fit SSñi Sacramenti reservatio sollemnis, omnibus Religiosis superpelliceo indutis, et cum candelis accensis concurrentibus. Dubium ergo est, circa quod varii varia opinantur, de co- lore adhibendo in paramentis sacris pro tali re- servatione; nam quidam volunt colorem album, alii correspondentem Officio diei, et alii existi- mant, utendum esse colore conformi, seu pe-

tito a Festo Pentecostes, in cuius honorem solemne decendium celebratur, et ita ab antiquo tempore consuetum est in dicta Ecclesia. Ad tollendam ergo in posterum varietatem opinandi, enixe supplicatur EE. VV., quatenus declarare dignentur: quonam determinato colore uti debeat in paramentis sacris pro reservatione facienda?

2. Cum nondum erat prohibita translatio Festorum in annum sequentem, Gregorius XV. Constitutione incipien. *Pastoralis officii cura etc.* Hispaniarum Ecclesiis concessit privilegium transferendi festum S. Thomae Cantauriensis in Vigiliam Epiphaniae, quoties occurrit in Dominica infra Octavam Nativitatis Domini: postea decursu temporis S. R. C. iteratis decretis prohibuit Festa, quae supersunt in anno, transferri in sequentem. Hinc ergo Dubium est, quod proponitur resolvendum ab EE. VV. scilicet: An Festum semiduplex S. Thomae Cantauriensis, occurrens in Dominica infra Octavam Nativitatis Domini, transferendum sit in Vigiliam Epiphaniae iuxta antiquum Gregorii XV. privilegium, vel potius debeat simplificari iuxta regulam hodie in Ecclesia universali vigentem?

Et Sacra eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto tradita, et typis etiam cusa, ad relationem Em̄i; et Rm̄i Domini Cardinalis Crivelli, loco Em̄i, et Rm̄i D. Cardinalis Galleffi Pontentis, ab Urbe absentis, respondit, ut infra, videlicet.

Ad 1. « Quatenus Sacerdos, qui Vesperas paratus celebravit, non recedat ab Altare, et assistat cum concioni, tum precibus, reservationem faciendam esse cum paramentis coloris respondentis Officio diei, et velo humerali coloris albi, si illud adhibeatur. Quatenus vero recedat, et reservatio habeatur tamquam functio omnino separata, et distincta ab Officio Vesperarum, utendum esse paramentis coloris albi. »

Ad 2. « Nihil innovandum, et servandum esse privilegium indultum a Gregorio XV. in Constitutione: *Pastoralis officii cura.* »

Et ita declaravit, et servari mandavit die 20. Septembris 1806.

#### 4504. SENOGALLIEN.

Delata in S. R. C. per Em̄um, et Rm̄um Dominum Cardinalem Crivelli, loco Em̄i, et Rm̄i Domini Cardinalis Galleffi Pontentis, absentis, Causa Senogallien. Prae eminentiarum inter Capitulum S. Mariae ex una, et Sacerdotem An-

tonium Caprini Plebanum S. Petri Belvederii Senogallien. Dioecesis ex altera partibus, infrascripta Dubia inter easdem partes concordata, supræmorumatus Em̄us Crivelli decidenda proposuit, scilicet.

1. An Collegiata Belvederii praecedere debeat Ecclesiae Parochiali eiusdem loci in casu etc.?

2. An, et quae functiones spectent ad Collegiatam, et quae ad Parochum?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante prius audita, visisque iuribus hinc inde deductis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Licere Collegiatae exercitium functionum consuetarum, dummodo non turbetur exercitium functionum propriarum Paroeciae Sancti Petri. »

Et ita declaravit, et servari mandavit die 20. Septembris 1806.

#### 4505. TOLETANA.

Exhibito S. R. C. per Fr. Vincentium Blanca Magistrum caeremoniarum Regalis Monasterii Excurialensis, et, ut asserit, Magistrum etiam generalem caeremoniarum totius Regni Hispaniae, supplicii libello pro resolutione infrascriptorum Dubiorum, nempe.

1. An translatio hoc anno facta Officii sacrarum Reliquiarum, quod in Toletana Ecclesia celebratur die 19. Ianuarii sub ritu dupl. secundae class. cum Octava, in Dominicam 3. post Epiphaniam, sit sequenda, vel toleranda? Et quatenus negative; an obligationi Divini Officii satisfactum sit recitando tam in Dominica tertia praedicta de Festo Reliquiarum, et non de Dominica, quam aliis diebus de Festis consequenter translatis?

2. In Ecclesia Regalis Monasterii S. Laurentii Excurialensis adest in Altari maiore Tabernaculum ex lapide pretioso, in quo continetur alia capsula eximior, in qua asservatur SSm̄um Sacramentum, sed cum in pariete post Tabernaculum sit una fenestra, quae illuminat duo Tabernacula praedicta, et ista habeant ante, et retro fenestellas cum crystallo taliter, quod ex qualibet parte Ecclesiae videatur clare, et distincte Vas, in quo est inclusum SSm̄um Sacramentum; et cum hoc videatur inconveniens, quaeritur: Utrum praedictum Vas debeat permanere, ut dictum est supra, vel debeat cooperiri aliquo velo, ut non videatur?

3. In praedicta Ecclesia S. Laurentii consuecunt omnes Monachi, atque etiam Collegae saeculares Seminarii eiusdem Monasterii audire Sa-

cras Conciones sedendo in gradibus Altaris Maioris, terga vertendo SS<sup>m</sup>o Sacramento, sit, vel non sit expositum. Et cum hoc videatur maxime absurdum, ideo quaeritur: An haec consuetudo, sive corruptela debeat tolerari?

4. In praedicto Monasterio ex dispositione Regum Testatorum celebrantur plura Anniversaria pro defunctis Regibus, scilicet dicuntur Vesperae defunctorum, et Nocturnum diei, sed ex immemorabili consuetudine semper omittitur Psalmus *Lauda anima mea etc.*, et ad Nocturnum non dicitur *Invitatorium*. Et cum hoc videatur opponi Rubricis, ideo quaeritur: An haec consuetudo retinenda sit?

S. eadem C., audita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, typis etiam evulgata, referente E<sup>m</sup>o, et R<sup>m</sup>o Domino Card. Saluzzo Ponente, in hanc formulam rescripsit, nempe. Ad 1. « Negative, et ad mentem (mens erat circa secundam Dubii partem, quod scilicet eiusdem solutio non pertinet ad Sacram Rituum Congregationem). »

Ad 2. « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam, atque ita obtegendum esse Tabernaculum, ut Vas, in quo SS<sup>m</sup>um Eucharistiae Sacramentum asservatur, a circumstantibus nullo modo videri possit. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Affirmative quoad *Invitatorium*, et Psalmum *Venite*; Negative quoad Psalmum *Lauda etc.* »

Atque ita decrevit, et servari mandavit die 20. Septembris 1806.

4506. CORDUBEN.

Cum R<sup>m</sup>us Petrus Antonius de Trevilla Episcopus Corduben. miserit S. R. C. tria Calendaria Monialium Cisterciensium suae Dioecesis, et iurisdictionis, quae reformatione indigent, petens sibi impertiri facultatem illa reformandi secundum Rubricas, et Decreta ipsius Sac. Congregationis: Sac. eadem Congr., perspecta prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris typis cusa, referente E<sup>m</sup>o, et R<sup>m</sup>o D. Cardinali Antonio ab Auria Ponente, rescripsit: « Dilata, et transmittantur exempla reformationum una cum earum causis. »

Cumque praeterea sequentia exhibuerit Dubia ab ipsa S. C. resolvenda, videlicet.

1. An Festa primaria SS<sup>m</sup>um Benedicti, et Bernardi sint de praecepto quoad obligationem audiendi Sacrum, et vacandi ab operibus servilibus in praefatis Monialibus Cisterciensibus?

2. An notula illa, quae in Breviario Cister-

ciensi apposita invenitur quibusdam Festis propriis, quae Festa Ordinis esse dicuntur, importet tantum solemnitatem, an etiam obligationem de praecepto, ut supra, saltem quoad audiendum Sacrum?

3. An eadem notula apponenda sit apud praedictas Breviario Romano utentes iis ex indicatis Festis, quae ad ordinem romanum redacta ex Apostolico indulto ab ipsis recitantur? Et quid si consuetudo apud eas adsit eadem ut Festa Ordinis, et de praecepto servandi?

4. Quid agendum in dubio Ecclesiae Cathedralis pollutae, et in dubio illius reconciliationis rite, vel non rite factae?

S. eadem C., referente supralaudato E<sup>m</sup>o, et R<sup>m</sup>o D. Cardinale Ponente, visa etiam sententia memorati caeremoniarum Apostolicarum Magistris, rescripsit, ut sequitur, nempe:

Ad 1. « Serventur Constitutiones Ordinis. »

Ad 2. « Provisum in primo. »

Ad 3. « Affirmative ad primam partem; in reliquis Dilata, et doceatur de legitima consuetudine. »

Ad 4. « Ad mentem E<sup>m</sup>i Pontentis. Mens est, quod, facto verbo cum SS<sup>m</sup>o, scribatur Episcopo, non esse amplius hac de re inquirendum. Die 11. Iulii 1807. »

Quibus a me infrascripto Secretario SS<sup>m</sup>o D. Nostro Pio VII. Pont. Max. relatis; Sanctitas sua resolutionem Sac. Congr. approbavit die 11. Iulii 1807.

4507. COMPOSTELLANA.

Exortis nonnullis quaestionibus apud Clerum Ecclesiae Compostellanae circa interpretationem quarundam Rubricarum pertinentium ad ordinandam recitationem Officii Divini, ac proxim sacrarum caeremoniarum; Sacerdos Augustinus Marcellinus Calvino de Noia editor Calendarii Ecclesiae Metropolitanae, nec non Civitatis, et Dioecesis Compostellanae illas S. R. C. enodandas reverenter exhibet in sequentibus Dubiis, videlicet.

1. Quaeritur: An dici possit Missa de requiem, corpore praesente, diebus primae class. cum multo apparatu, et pompa exteriore celebratis, licet non festivis de praecepto; et quatenus festivi sint de praecepto: An praedicta Missa dici possit in aliis Ecclesiis, quae talem non habent exteriorem solemnitatem?

2. Quaeritur: An praedicta solemniter cantari possit, praesente cadavere, diebus secundae class., celebratis tamen simili solemnitate, et apparatu, quo Festa primae classis celebrantur,

ut evenit in Ecclesia Compostellana diebus Apparitionis S. Iacobi 23. Maii, Translationis eius Corporis 30. Decembris, et aliis Festivitatibus B. Mariae Virginis, quamvis sint, nec ne de praecepto?

3. Cathedralis Ecclesia S. Iacobi celebrat Festum illorum Sanctorum, quorum Reliquias habet cum Vesperis solemnibus, Missa, Processione; a saeculo XIII. ad annum 1761. in omnibus Ecclesiis Archiepiscopatus Officium celebrabatur cum Vesperis integris in concurrentia alterius Festi eiusdem ritus, et *Credo* dicebatur in Missa. Praedicto anno (qua auctoritate ignoratur) reformata fuit huius Officii recitatio, integris manentibus Vesperis pro Cathedrali tantum, et *Credo* in Missa; pro aliis autem Ecclesiis dimidiatis Vesperis a Capitulo. Postremo, absente Archiepiscopo, iussit Vicarius generalis, quod Vesperae in concurrentia eiusdem ritus in toto Archiepiscopatu fierent a Capitulo. Quaeritur: An attentata consuetudine a saeculo XIII., sequenda sit prima methodus, an potius secunda, vel tertia?

4. Utrum in duplicibus secundae class. locum habeat Oratio S. simplicis, cuius ad Laudes fit commemoratio, in omnibus Missis cantatis cum Sacris Ministris, vel sine ipsis, aut omittenda solummodo sit in solemnibus Missis conventuali?

5. In ingressu Sacerdotis ad Altare, super quo non sit SS<sup>m</sup>um Sacramentum expositum, aut in Ciborio asservatum, et in principio Missae debet Sacerdos facere profundam corporis reverentiam, aut capitis tantum?

6. In Hispania die 25. Iulii celebratur Officium dup. 1. class. S. Iacobi Patroni totius Regni. Quaeritur: An in Ecclesiis particularibus, occurrente eodem die festo Patroni earundem Ecclesiarum, debeat fieri Officium S. Iacobi Apostoli Patroni totius Regni, translato Festo Patroni particularis earundem Ecclesiarum, aut recitari Officium praedicti particularis Patroni, translato Officio S. Iacobi Apostoli?

7. Paroeciae Civitatis, et Dioecesis Compostellanae post Octavam Corporis Christi aliud Festum celebrant SS<sup>m</sup>i Sacramenti. Quaeritur: An in Missa votiva solemnibus fieri debeat commemoratio SS<sup>m</sup>um, et Dominicarum occurrentium cum Evangelio Dominicae in fine Missae, et utrum in duplicibus 1. vel 2. class. dici possit Missa votiva de SS<sup>m</sup>o Sacramento?

8. Aliquae Sodalitates Patronum habent S. Thomam, S. Luciam, ac S. Iosephum Sponsum B.M.V.

Quaeritur: An quando praedicta Festa occurrunt in Dominicis privilegiatis Adventus, et Quadragesimae, attento concursu sodalium, aliorumque devotorum, possit cantari Missa de Patrono? Et quatenus affirmative; an dicenda sit in Missa commemoratio Dominicae, et Octavae occurrentis cum ultimo Evangelio in fine Missae?

Et S. eadem C., exquisita prius, et bene pensata unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris sententia in scriptis exposita, et typorum etiam ope evulgata, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Domini Cardinalis Erskine, loco Em̄i, et Rm̄i D. Cardinalis Galleffi relatoris absentis, rescribendum censuit, ut infra, videlicet.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, dummodo non sit Titularis; et ad secundam partem Affirmative. »

Ad 2. « Affirmative. »

Ad 3. « Scribatur Rm̄o Archiepiscopo, iuxta mentem. »

Ad 4. « In Missa quocumque modo cantata de Festo duplici secundae classis omittitur commemoratio simplicis, quae, iuxta Rubricam, fit in Missis privatis tantum. »

Ad 5. « Tam in ingressu Sacerdotis ad Altare, quam ante principium Missae, reverentia Sacerdotis debet esse profunda capitis, et corporis inclinatio, iuxta Rubricam. »

Ad 6. « Attenta excellentia maioris dignitatis, iuxta Rubricas, S. R. C. Decreta, Officium S. Iacobi Apostoli Patroni Hispaniarum praeferratur debet in occurrentia Sanctis aliis Patronis Ecclesiarum particularium, dummodo non sint eiusdem, vel maioris dignitatis. »

Ad 7. « Quoad primam partem, si celebretur Missa sollemnis, Negative; si cum ea recitetur etiam Officium, Affirmative. Quoad secundam partem scribatur Episcopo. »

Ad 8. « In publicis Oratoriis cantari potest Missa de Titulari occurrenti in Dominicis Adventus, et Quadragesimae privilegiatis, non autem in illis exceptis, et in Missa dicenda est commemoratio Dominicae, et diei Octavae tantum occurrentis, cum Evangelio eiusdem Dominicae in fine. » Et ita declaravit, et servari mandavit die 8. Aprilis 1808.

4508. COMPOSTELLANA.

Cum Rm̄us Archiepiscopus Compostellanus, ex magna sollicitudine recti, ac facilis adimplementi Horarum canonicarum in Clero suae Dioecesis, quasdam reformationes in distributione aliquorum Officiorum opportunas esse duxerit; has proinde S. R. C. proponendas censuit, ut

decerneret, num exequutioni illas demandare, aut respuere expediret? Sunt autem sequentes.

1. Quod in posterum in ipsa Civitate, et Dioecesi Festa secundaria, scilicet S. Iuliani Episcopi Conchen. 5. Septembris, Conversionis S. Augustini 5. Maii, et S. Theresiae 27. Augusti reducuntur ad ritum simplicis.

2. Quod aboleantur Octavae, vel serventur cum sola commemoratione Festorum S. Idelphonsi Archiepiscopi Toletani 23. Ianuarii, Sancti Iuliani Episcopi Conchen. 28. Ianuarii, Sancti Ferdinandi Regis Hispaniae 30. Maii, et S. Elisabeth Reginae Portugalliae 8. Iulii.

3. Quod Festa Sanctorum, quae occurrunt in diebus, in quibus aguntur Festa Titularium Ecclesiarum Parochialium, sint simplicia, ac etiam censeantur tamquam simplices dies octavi, in quibus occurrunt Festa duplicia aliorum Sanctorum, ut de iis fiat tantum commemoratio, ne simplicificentur Officia eorundem Sanctorum, et intervertatur ordo Calendarii Dioecesan.

4. Quod Octava Dedicacionis Ecclesiae Cathedralis extendatur ad universam Dioecesim.

5. Quod Officium cum Missa S. Petri de Arbes Inquisitoris Regni Aragoniae die 17. Septembris extendatur ad universam Hispaniam.

6. Quod in illis Ecclesiis, aut locis, in quibus Sanctus Titularis, aut Patronus habet socium in Breviario, de Sancto socio fiat tantum commemoratio, tamquam de simplici, dum non remanet dies vacuus pro translatione.

Et Sacra Congregatio, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarata, et typis etiam evulgata, ad relationem Emi, et Rmi D. Cardinalis Erskine, loco Emi, et Rmi D. Card. Galleffi relatoris absentis, respondit, ut infra, videlicet.

Quoad 1. et 2. « Facultas tribuitur Rmo Archiepiscopo, reducendi ad ritum simplicem memorata festa secundaria, ita tamen, ut de illis fiat commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missa cum nona lectione ad Matutinum, iuxta decretum huius Sacrae Congregationis diei 29. Novembris 1735. in Hispalen., ( 3889. ad 5. ), et indicatas Octavas in posterum omittendi. »

Ad 3. « Negative, excepto casu, quod in toto anni decursu dies vacui deficerent pro eorum translationibus, iuxta Rubricas, et in huiusmodi casu, quoad diem Octavae illius Officium retinendum esse, et simplicandum Festum occurrens, licet maioris ritus, et dignitatis, dummodo non sit 1., vel 2. classis. »

Ad 4. « Negative, et serventur Rubricae, et S. huius C. Decreta. »

Ad 5. « Negative. »

Ad 6. « Negative, excepto casu, ut supra, quod in toto anni decursu dies vacui deficerent pro translationibus iuxta Rubricas. »

Et ita decrevit die 9. Aprilis 1808.

4509. CORDUBEN.

Approbationis reformationis Calendarii, et resolutionis Dubiorum. Instante Rmo Episcopo, Ponente Emi D. Antonio ab Auria.

Ad 1. « Pro gratia, et ad Eium Ponentem cum Promotore Fidei. In reliquis scribatur Episcopo, iuxta mentem. » Die 9. Aprilis 1808. Gratia respicit reformationem Calendarii a S. R. C. approbati, de quo primum actum fuit.

Dubia vero, super quibus scribendum erat Episcopo, iuxta mentem, sunt quae sequuntur.

1. An abscondi penitus debeat consuetudo deferendi Imagines B. M. V., et aliorum Sanctorum in solemnibus Processionibus SSmi Corporis Christi, non obstantibus quibuslibet Synodalibus Statutis, si forte in contrarium adsint?

2. An in casu possit Episcopus Regulares compellere ad huiusmodi consuetudinem abscondendam, non obstantibus privilegiis quibuscumque?

4510. HISPALEN.

Cum apud Sodales Congregationis titulo Christi Domini Spinis coronati, B. M. V. nostrae spei civitatis Hispalen. dubitatio occurreret circa colorem veli, quo contegenda sit Cathedra, ex qua, occasione piarum exercitationum, quae ab eadem sodalitate agi assolent in Ecclesia, verbum Dei annuntiatur, num scilicet adhibendus sit color violaceus, ut praeteritis temporibus usu veniebat; vel color albus, ut sex abhinc annis, postquam scilicet eadem piae exercitationes coram SSmo Eucharistiae Sacramento peragi coeptum fuerat; ad quam dubitationem tollendam recursus habitus sit ad S. R. C.

Sac. eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarata, et etiam typis impressa, ad relationem Emi, et Rmi D. Cardinalis Matthaei Pontentis, rescripsit prout infra, videlicet. « Utendum colore albo quoad exedron in SSmi Sacramenti expositione. » Et ita declaravit, et decrevit die 9. Aprilis 1808.

4511. VERONEN.

Cum in Asceterio Monialium Ordinis S. Francisci adnexo Ecclesiae titulo Sancta Maria nuncupat. delle Vergini dette della Madonna, Ci-



vitatis Veronae commorentur hodie Moniales Monasterii SS<sup>m</sup>i Redemptoris ex Ordine Canonico Regularium Lateranensium S. Augustini, separatae tamen in omnibus a praedictis Monialibus Ordinis S. Francisci, excepta Ecclesia, quae est communis, ita ut ab utrisque Monialibus servetur propria regula, et recitetur Officium iuxta proprium Calendarium; visum est Monialibus Lateranensibus, quod ab earum Cappellano quotidie celebranda sit ea Missa, ad quam audiendam ipsae conveniunt, quae conformis sit Officio in earum Calendario assignato; quod cum denegetur a Monialibus S. Francisci, in huiusmodi opinionum discrepantia, ad firmandum quid fieri opus sit, Moniales Lateranenses recursum habuerunt ad Sacram Rituum Congregationem.

Sacra eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarata, typisque tradita, ad relationem Emi, et R<sup>m</sup>i D. Cardinalis Erskine Pontentis, rescribendum censuit: « Posse Cappellanum Monialium Lateranensium SS<sup>m</sup>i Redemptoris in casu, de quo agitur, Missas legere secundum ordinem earumdem Monialium, exceptis diebus Dedicacionis, et Titularis Ecclesiae. » Et ita declaravit die 20. Martii 1809.

4512.

#### ADDITAMENTUM.

##### Pro-memoria

##### per la Sagra Congregazione de'Riti.

« Nell'estensione dei Decreti della Sacra Congregazione de'Riti riguardanti gli Offizii, e le Messe, cadono alle volte alcune difficoltà, a toglier le quali sono pregate l'EE. VV. di dare una decisione che serva di regola fissa, ed uniforme.

« La prima si è che regolarmente si cercano gli Offizii nuovi da recitarsi nelle Diocesi dal Clero Secolare, e Regolare, e dalle Monache; e nelle concessioni talora si danno al solo Clero Secolare, talora all'uno, e all'altro, e talvolta s'esprimono nominatamente anche le Monache, secondo il diverso tenore de'Rescritti, i quali variano comunemente per sola innavvertenza di chi ha stesa la supplica. Ora il concedersi nuovi Offizii indistintamente anche al Clero Regolare, può recare molta confusione in alcune Religioni, che hanno il proprio Calendario assai pieno di Santi, e per contrario non sembra giusto negarli a quei Religiosi, che usano del Calendario delle Diocesi, dove sono i loro Conventi. Perciò si renderebbe opportuno di stabilire per regola fissa,

» che concedendosi o da Nostro Signore, o dalla Sagra Congregazione qualche Officio ad una Diocesi, comunque sia concepita la petizione, si usasse la seguente formola nel Decreto *Clero saeculari Civitatis, et Dioecesis N., nec non Religiosis, et Monialibus utentibus Calendario Dioecesano.*

» L'altra difficoltà eade allorchè da Nostro Signore, o dalla Sagra Congregazione si concede di dire o una sola Messa cantata, o anche tutte le Messe d'una qualche Festa, di cui non si fa nello stesso giorno l'Offizio. In tal caso talora si concede la Messa cantata *ut in die festo*, talora *votiva solemniss*, talora *instar votivae pro re gravi*; aggiungendosi alcune volte di non lasciare la Messa conventuale, e nello stesso tempo di far la commemorazione della Domenica, o d'altra Festa corrente. Or la Messa Conventuale non si canta in tutte le Chiese: e riguardo alle commemorazioni, certamente si devono fare nelle Messe basse, ancorchè siano votive; ma per la Messa cantata v'è molto dubbio, conciosiachè la Rubrica nelle Messe votive cantate prescrive una sola Orazione, e certamente non se ne aggiunge altra, quando siasi detta la Messa conventuale *de die*. Ma in quelle Chiese, in cui non dicesi la conventuale *de die*, come che nella Rubrica non sia espresso, sembra nondimeno giusta l'opinione del Merati *ad Gavant. part. 1. tit. 4. rub. 3. §. VII. num. XLIV.*, del Guieto *lib. 1. cap. 13. num. 8.*, e di altri, che le commemorazioni debbono farsi.

» Inoltre nelle Messe votive così basse, che cantate non si dice *Gloria*, e *Credo*, se non sono *pro re gravi, vel publica Ecclesiae causa*, o in quei casi d'eccezione espressi nelle Rubriche; eppure quando si dà una Messa cantata o sola, o coll'altre basse per una Festa straordinaria, o trasportata, troppo mancherebbe al decoro della Festa, se non si cantasse il *Gloria*, ed anche il *Credo*, se è Festa, che l'esigga. Sembrerebbe dunque in tali casi doversi usare le seguenti frasi: *Missam, vel Missas, ut in die festo*, se poi si tratti di Messa straordinaria della Madonna, o altra, di cui non vi sia Festa propria, dirsi: *Missam, vel Missas instar votivae pro re gravi.*

» In quelle Chiese poi, in cui deve cantarsi la Messa conventuale, aggiungere: *Non omis- sa Conventuali de die, ac commemorationibus Officii de die, aliisque occurrentibus in Missis privatis tantum, iuxta Rubricas.*

» Se poi sia Chiesa, che non è obbligata a cantare la Conventuale, potrà dirsi così: *Cum commemorationibus Officii de die, aliisque occurrentibus iuxta Rubricas in Missis privatis, atque etiam in Missa cum cantu, si celebrata non fuerit Missa conventualis de die.*»

Ex Congr. Sacr. Rit. die 18. Februarii 1794.

» Sac. Congregatio mandavit servari exposita in suprascripto supplicii libello a me Secretario distributo. »

D. Coppola S. R. C. Secretarius.

4513. URBIS, ET ORBIS.

Cum in publicis Ecclesiae calamitatibus aucta plurimum fuerit devotio erga BEATISSIMAM VIRGINEM, iuxta Simeonis prophetiam in anima gladio transfixam, cuius commemoratio fit dumtaxat Feria VI. post Dominicam Passionis, dum Ecclesia ob sublimia Redemptionis mysteria, quae eo tempore celebrantur, in tristitia versatur, et luctu; eumque propterea Apostolica Sedes iampridem indulserit, ut in Ordine Servorum B. MARIAE VIRGINIS iterato idem festum solemniter perageretur in Dominica III. Septembris, quod postmodum extendit ad plurimas Provincias, et Dioeceses: hinc Sanctissimus Dominus Noster PIUS VII. Pont. Max. pia devotione motus erga BEATISSIMAM VIRGINEM MARIAM dolore transfixam, accedentibus etiam precibus Sereni Caroli Emmanuelis Sardiniae Regis, ac voto Eiusdem, et Rmi Domini Cardinalis Iulii Mariae de Somalia uti Sacr. Rit. Congregationi Praefecti, suae vocis oraculo in Audientia mihi infrascripto Sub-Promotori Fidei sub hac die benigne imperita, praecepit, ut in posterum in universa Ecclesia ubique terrarum quotannis, recurrente Dominica III. Septembris celebretur festum DOLORUM B. M. V., extendendo ad omnes tam Saeculares, quam Regulares, qui ad horas Canonicas tenentur Officium, et Missam iam concess. Ordini Servor. eiusdem B. M. V. sub ritu dup. mai. Sed quoniam in ea Dominica III. Septembris aliquando occurrit Octava Nativitatis B. M. V., aut festum S. Matthaei Apostoli; alterutro adveniente casu, mandavit, ut festum Dolorum transferatur in primam ex sequentibus Dominicis, quae non sit impedita Officio ritus dup. primae, vel secundae class., firma nihilominus remanente eiusdem festi commemoratione, quae fit in Feria VI. post Dominicam Passionis. Die 18. Septembris 1814.

4514. URBIS,  
ET STATUS ECCLESIASTICI.

Cum Sanctissimus Dominus NOSTER PIUS VII.

Pontifex Maximus validissimum BEATAE MARIAE VIRGINIS auxilium expertus fuerit in multis tribulationibus, aerumnis, angustiis, quas in diutina quinque, et ultra annorum captivitate passus est; Eius intercessioni tribuens felicem suum reditum in Urbem Sanctam, a qua fuerat nefarie avulsus; accito Rmo Cardinali Iulio Maria de Somalia Episcopo Tusculano, suo in Urbe Vicario Generali, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, mentem suam esse significavit, ut ad grati animi reddendum perenne testimonium gloriosissimae Virgini, quae insperato Sibi, et populo fideli in auxilium venit, peculiare Festum in eiusdem honorem institueretur peragendum die 24. Maii in aevum memoranda, felici Ipsius ad Petri Sedem signata regressu; et aemulatus Decessorem Suum S. Pium huius nominis V., qui ob insignem Victoriam anno MDLXXI. a Christiana Classe contra Turcas ad Echinadas insulas Dei Genitricis ope relatum, Litanis Lauretanis alterum elogium inseri iussit AUXILIUM CHRISTIANORUM; ita et Ipse hoc titulo decorare novum hoc Festum constituit cum Officio, et Missa ab eodem Rmo Cardinali Praefecto, a R. P. Andrea Cavalli Promotore Fidei, et a me infrascripto Sac. Rit. Congregationis Assessore revisis, cum in Urbe, tum in toto Ecclesiastico Statu recitanda, et respective celebranda sub ritu dup. mai. ab omnibus tam Saecularibus, quam Regularibus, qui ad Horas canonicas tenentur.

Et hoc Decretum in Acta Congregationis Sac. Rituum reponi, ac publici iuris fieri mandavit, die 16. Septembris 1815.

4515. EX S. C. CONCILII

AD CONGREGATIONEM SAC. RITuum.

Ex Relatione Status Ecclesiae Episcopi Ebusitani ad Sacram Congregationem Concilii transmissa die 1. Octobris 1814. inter caetera contenta sic habetur:

Opportunum censeo in re particulari exponere, quae in Parochiali Ecclesia S. Francisci a Paula in Salinis animadverti. Oratoriis in duobus (cum ibi nondum Ecclesia aedificata sit) ordinatum est rem Sacram peragere ad Missam audiendam in diebus festis, in quorum uno populus frequenter assistit, etiam ad S. Sacramenta recipienda; et in altero solum in tempore recollectionis Salis, ob magnam locorum distantiam, et quia vicinuis invenitur, ad damna praecavenda, secunda Missa, et Sanctum offertur rursus Sacrificium ab eodem Parocho ieiuno; sed quia unum tantum est Calix ad duas Missas, ipse idem so-

lum cum stuppis purificatus parum reverenter ad istud deferebatur Oratorium; hae de causa a me provisum fuit in prima Parochiali visitatione, ut altero distincto Calice, secundum Sacrificium offeratur, ita ut unumquodque Oratorium quod est reapse necessarium contineat: ast quomodo in prima Missa purificationes debeant fieri anxie nos torquent; siquidem species Sacramentales corruptioni veniunt expositae, si ibi relinquuntur, aut si Calix impurificatus permaneat ibidem super Altare, cum neutra Oratoria habeant nec Tabernaculum, nec Sacra, in quibus recondi valeat reverenter, et aliunde si Calix ipse impurificatus ad Missam sequentis diei permaneat super Aram, ut in nocte Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, desiccantur in aestate, aut corrumpuntur ob nimium calorem particulae Sacramentales Sacri Sanguinis Domini; imo nec facile evitare valent irreverentiae, et luminis perpetui defectus; quid ergo? Ut rite omnia fiant, et sancte tractentur, quid peragendum, praesertim cum in defectibus occurrentibus in celebratione Missarum, nec in Rubricis Generalibus, neque in nocte Nativitatis specialibus, quidquam dispositum inveniamus, quo regi possimus decenter, et religiose? Omnia considerantur timide, et cum tremore cum iisdem Parochis; atque S. V. annunciandum iudicavi; si forte S. Rituum Congregat. consulendum foret dubium, quid in his, et similibus angustiis, quando duo Sacrificia in diversis Ecclesiis adeo seiunctis ob maximam distantiam, et populi commissi necessitatem celebrantur ad satisfaciendum de auditione Missae praecepto ab uno ipso Sacerdote peragendum sit, ut digne, sancte, et devote quod decentius sit uniformiter exequatur.

Die 10. Iulii 1815.

Ad Rmum D. Camillum Canonicum Rubbi, qui faveat sensum suum pro veritate aperire.

Aloysius Gardellini S. R. C. Assessor.

Praesens quidem Dubium confuse admodum proponitur; nihilominus, quantum ex contextu intelligi potest, agitur de celebrandis eodem die festo duabus Missis ab eodem Parocho ieiuno cum eodem Calice in duobus Oratoriis valde distitis, ut satisfiat populo fideli, eiusque obligationi audiendi Sacrum. Ne novi absque necessitate inducantur ritus, simulque decentiae, ac reverentiae Sacramento debitae consultum sit, rem ita expediri posse censeo: ut Parochus in prima Missa Calicem impurificatum relinquat, prout fit in duabus prioribus Missis Nativitatis Domini: Calici autem statim imponat Patenam,

et Pallam, prout fit in eisdem Missis; dein Calicem, et Patenam cooperiat velo, quod etiam circumligabit Calici, prout fit in repositione Sacri Corporis in Sepulero Feria V. in Coena Domini. Atque Calicem hunc sic coopertum, et circumligatum, defectu Tabernaculi, post primam Missam relinquat in Altari super Corporale. Dein vero suo tempore eundem hac ratione praeparatum decenter deferat ad aliud Oratorium, ut ibi celebret secundam Missam, quam peraget eodem ritu, quo celebratur tertia Missa in Nativitate Domini. Ex hac agendi ratione nihil indecentiae, nihil irreverentiae consequi videtur. Species enim Sacramentales, quae in Calice non purificato remanserunt, ob tenuitatem suam exsiccantur, statim (aestivo tempore praesertim) non corrumpuntur, eaque ad pristinam fluiditatem suam facile redeunt, cum paucas post horas, eodemque mane aliud recens vinum Calici infunditur ad alteram Missam celebrandam. Sed haec, quae dixi, S. Congregationis iudicio humillime subiicio.

Camillus Canonicus Rubbi in Collegio Romano S. Theologiae Professor.

Die 16. Septembris 1815.

Emi Domini Cardinales S. Rit. Congregationi praepositi, audita instantia Rmi Episcopi Ebusitani, matureque considerato voto R. D. Camilli Canonici Rubbi, in casu de quo agitur, reprobarunt usum duorum Calicum tamquam in Ecclesia novum, et censuerunt unum dumtaxat esse adhibendum, ut in more est apud Missionarios in locis praesertim Infidelium, servata forma in praedicti Theologi voto proposita: Et ita etc.

#### 4516. NULLIUS BALNEARIAE.

Clerus Balneariae Dioecesis Nullius, in ulteriores Calabria, humilliter sibi declarari a S. Rituum Congregatione expostulavit sequentia Dubia, videlicet.

1. An diruta, et solo aequata Ecclesia Matrilinea dedicata eiusdem Oppidi, teneatur Clerus quotannis ad Officii celebrationem de dicta Dedicatione cum Octava etc., quamvis in alio situ dein Matrix Ecclesia constructa fuit, cui Clerus inservit?

2. An Curati duarum Villarum Solani, et Pellegrinae nuncupatarum, Dioecesis Balneariae teneantur ad Octavae celebrationem de dicta Dedicatione, an ad solam diei celebritatem? Ratio dubitationis ex eo procedit, quod ex antiqua consuetudine tota parva Dioecesis Balneariae existimatur una quasi Parochia, cum nec in Op-

pido Balneariae, nec in Villis eidem subiectis sint veri Parochi, nam cura Animarum exerceatur per oeconomos Curatos amovibiles, a Vicario Capitulari Balneariae deputatos, qui nec etiam est Parochus, sed Loci Ordinarius. Harum Villarum una distat a Balneariae Oppido per duo milliaria circiter, altera per tres circiter. Actuales Curati sunt Balnearenses, saepe sunt aliarum Dioecesium inibi residentes ad curam animarum exercendam. Tenentur etiam hi exteri ad dictam Octavam?

3. S. Rituum Congregatio ad preces eiusdem Cleri concessit in Dominica III. post Pascha Officium Patrocinii S. Ioseph Sponsi B. M. V. sub ritu duplici minori; in Dominica III. Septembris Officium Septem Dolorum B. M. V. sub ritu duplici maiori; in Dominica II. Octobris Officium Maternitatis B. M. V. sub ritu duplici maiori; in Dominica III. Octobris Officium Puritatis B. M. V. etiam sub ritu dupl. mai. cum hac clausula: Addita facultate praefata quatuor Officia transferendi in proximiorum sequentem Dominicam non impeditam, quoties Dominicae assignatae fuerint impeditae. Clerus praedictus humiliter petit edoceri quales hoc casu intelligantur Dominicae impeditae, nam cum ex Rubricarum praescripto Officium duplex, etiam minor impediatur Officium Dominicale, videtur quod praedicta Officia recitari debeant solummodo in iis Dominicis in quibus non cadit festum dupl. etiam minor. Et ratio dubitationis est validior relate ad Officium Patrocinii S. Ioseph, et Septem Dolorum B. M. V., quorum primum in toto Regno Neapolitano celebratur, ut assignatum dictae Dominicae sub ritu duplici secundae classis, et secundum in Dominica 3. Septembris, etiam ut assignatum celebratur sub ritu duplici maiori ex concessione in toto Regno utriusque Siciliae.

4. Insuper petit, an impedita Dominica assignata, et proximiori, possint eadem Officia celebrari qualibet Hebdomadae die non impedita?

5. Postremo petit sibi declarari; an celebrare teneatur Officium S. Ianuarii semel in mense diebus non impeditis in mensibus Septembris, Decembris, et Maii, in quibus mensibus celebratur de praecepto Officium dicti Sancti, nempe Natalis eiusdem in mense Septembris, Patrocinii in mense Decembris, et Translationis in mense Maii. Ratio dubitationis ex eo procedit, quod si in dictis tribus mensibus praeter Officia praedicta, celebretur etiam Officium, ut in aliis mensibus, semel in mense, tunc non erit semel, sed

bis in mense, in mensibus scilicet Septembris, Decembris, et Maii.

Et S. R. C., exquisito voto alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris typis evulgato, ad relationem Em̃i, et R̃mi Domini Cardinalis Antonii ab Auria causae Relatoris, respondit: *Iuxta votum*, videlicet.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Provisum in primo. »

Ad 3. « Dominicas impeditas esse illas, in quibus Festum ritus dupl. occurrit. »

Ad 4. « In casu proposito, Negative. »

Ad 5. « Negative, et servetur Decretum in Tarentina 5. Octobris 1697., et ita etc. Die 15. Septembris 1815. »

#### 4517. DECRETUM GENERALE.

Cum non obstante generali Decreto, quo sub die 7. Iulii 1753. a Sac. Rit. Congregatione, mandatum fuit: « Quod in posterum preces recitandi Officia votiva semel in hebdomada, vel semel in mense amplius non recipiantur: » frequentes petitiones fiant pro facultate recitandi huiusmodi Officia votiva, nec petentes tam facile acquiescant, rati, quod praefata generalis dispositio ob diuturnum temporis lapsum in desuetudinem abierit.

Ideo Em̃i, et R̃mi DD. Cardinales eidem Sac. Congregationi praepositi, ad mei infrascripti Secretarii relationem sub hodierna die: « Memoratum generale Decretum ad omnimodam observantiam revocari, eiusdemque exemplar, ut cunctis pateat, ad Secretariae parietes affixum perpetuo retineri iusserunt, die 11. Maii 1816. »

#### 4518. DECRETUM.

Ea est iudicii sanctitas, cum de Viris virtute commendatis honoribus Coelitem donandis apud Apostolicam Sedem quaestio instituitur, ut quae possint ad tantam rem tuto conficiendam, atque ad quemlibet vel tenuissimum scrupulum propulsandum expedire, ea omnia a Romanis Pontificibus sapientissime inventa, atque statuta fuerint. Huc spectant quae iussu S. M. Urbani PP. VIII. a Concistorialis Aulae Advocatis habentur in publicis Concistoriis Orationes, quibus de vita, et gestis alicuius Servi Dei diserte refertur, ut ipsius nomen in Beatorum, vel Sanctorum Fastis adscribatur. Quae quidem, ut recte, ac pro summi negotii gravitate fiant, Institutio quaedam ab eodem Pontifice fuit sapienter die XXVIII. Ianuarii anno MDCXXXI., qua et Secretarii Sacrae Rituum Congregationis parietes, et Concistorialium Advocatorum Officium in id genus orationibus distincte, perspicueque praef-

finiuntur. Cavetur quippe, ut causarum electio ad ipsum Secretarium spectet, qui adnotabit in schedula a se subscribenda nomen Servi Dei unicuique Advocato per turnum assignandi, tum, ut eidem per octo saltem ante propositionem dies eadem Oratio tradatur emendanda, atque accommodanda, si quid adversus ipsius Institutionis praescripta ibidem deprehenderetur. Argumenta insuper, de quibus disserere fas sit, designantur, ne quid temere, vel minus opportune, apteque proponatur. Quae quidem omnia S. M. Benedictus XIV. luculenter tradit in praeclearo suo Opere de Beatif., et Canoniz. Sanctorum lib. 1. cap. 35. Verum cum in praesens, quod ferme ex varietate, ac perturbatione temporum contingit, ab accurata huiusmodi Institutionum executione declinari coeperit, Sanctissimus Dominus Noster Pius VII. Pontif. Max., pro eo, quo praestat zelo in ecclesiastica disciplina tuenda, suorumque Praedecessorum Decretis vindicandis, decrevit, ut praedicta Urbani VIII. Institutio, exceptis septimo, et octavo capite, quibus de honorarii tribuendi ratione, ac de commissione ab Advocato proponente tenenda agebatur, plene, et integre in posterum servetur, ac nemini liceat adversus ipsius dispositionem operari. Quod Decretum Sanctitas Sua, mihi infrascripto Secretario mandavit in acta Sacrae Rituum Congregationis referre, ut ab iis, ad quos spectat inviolabiliter observetur. Die 30. Aprilis 1816.

4519.

URBIS,

PIAE UNIONIS S. PAULI APOSTOLI.

Supplicantibus Sacerdotibus Piae Unionis Romae institutae sub invocatione S. Pauli Apostoli, indultum fuit per organum Sac. Rit. Congregationis ut ad reddendum Augustissimae Trinitati gratias pro donis, et privilegiis collatis Bñae Virgini Mariae, in altera ex Ecclesiis eiusdem Virginis titulo decorata singulis diebus unum Sacrum fieret de SSñia Trinitate, cum limitationibus, ac conditionibus contentis in Decreto die 15. Aprilis currentis anni 1815., cuius tenor est: « Devotis exercitiis, ac pietatis operibus, quibus indesinenter in spiritualem animarum profectum incumbunt Sacerdotes adscripti Piae Unioni, sub protectione S. Pauli Apostoli in Urbe institutae, alterum adnumeratur excitandi Fideles ad reddendum Augustissimae Trinitati gratias pro donis, et privilegiis collatis Bñae Virgini Mariae; quamobrem ab iisdem Piae Unionis Sodalibus statutum fuit, ut in altera ex Urbis Ecclesiis in honorem eiusdem B. M. Virg. Deo dicatis, unum Sacrum in singulis diebus fieret de SSñia

Trinitate, additis quibusdam precibus, expleta Missa, a Sacerdote, priusquam ab Altari discedat, cum adstante populo recitandis. Sed quoniam iuxta Rubricas Missas votivas non semper celebrari permissum est, praefati Sacerdotes supplices preces porrexerunt SSño Domino Nostro Pio VII. Pont. Max. humillime Eum exorantes, ut dignaretur facultatem ipsis impertiri celebrandi quotidie praefatam Missam votivam de SSñia Trinitate, etiamsi occurrat Officium ritus dupl. Remissis autem huiusmodi precibus ad Eñum, et Rñum Dominum Iulium Mariam Cardinalem de Somalia Episcopum Tusulanum, Sanctitatis Suae in Urbe Vicarium Generalem, et S. R. C. Praefectum; idem Eñus Dominus, attenta remissione et vigore specialium facultatum, benigne annuit precibus, iuxta modum, videlicet: indulisit, ut in Ecclesia B. Mariae Virg. Lauretanae ad Columnam Traianam liceat quotidie unam dumtaxat Missam votivam de SSñia Trinitate celebrari in diebus ferialibus, ritus simpl., semidup., ac etiam dup. min.: in aliis diebus ritus dup. mai., vel secundae classis Missa erit de Officio occurrente, et Orationi addi poterit commemoratio de SSñia Trinitate, quae tamen Commemoratio non permittitur in diebus Dominicis primae classis, aliisque diebus Officii dup. primae classis. Indulsi praeterea, ut in omnibus indistincte diebus, expleta Missa votiva, vel de Officio occurrente, a Sacerdote, priusquam ab Altari discedat, et ab adstante populo recitari possint suprascriptae preces, ab ipso Eño Domino, et a me infrascripto S. R. C. Assessore revisae, et reformatae. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. »

Quod pium exercitium postea sub die 28. eiusdem mensis Aprilis auctum fuit Indulgentiis cum plenariis, tum partialibus lucrandis a Christifidelibus rite dispositis, qui eidem interessent, veluti ex Decreto S. C. Indulgentiarum, sequentis tenoris, videlicet: « Ex subdelegata Apostolica Auctoritate omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui praefatae Missae, nec non supradictis precibus in antedicta Ecclesia peragendis quotidie interfuerint, Indulgentiam Plenariam concedimus bis in quolibet mense lucrandam, in duobus videlicet cuiuslibet mensis diebus, eorum arbitrio eligendis: dummodo vere poenitentes confessi, ac sancta Communionem refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium iuxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint. In reliquis vero diebus eisdem Christifidelibus corde saltem contrito, ac devote supradictae sanctae functioni interessentibus, et ut supra, orantibus, Indulgen-

tiam tercentum dierum semel ab unoquoque in qualibet die lucranda, pariter impertimur. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione, cum facultate applicandi easdem Indulgentias in suffragium Fidelium defunctorum.»

Cum autem devotum hoc exercitium, quod usque dum in una tantum Urbis Ecclesia obtinet, ad respectivas eorum Dioeceses plures Episcopi rati, quod gratum, acceptumque Deo sit, ac Deiparae, extendi et optent, et postulent; ideo memorati Sacerdotes Piae Unionis S. Pauli Apostoli ipsorum votis plaudentes, supplices preces porrexerunt SSmo Domino Nostro Pio VII. Pont. Max., eum humillime deprecantes, ut privilegium iam concessum pro Ecclesia B. M. Virg. Lauretanae Urbis ad Columnam Traianam, extendere dignaretur ad universi Catholici Orbis Dioeceses, facta potestate omnibus, et singulis Episcopis seligendi unam dumtaxat Civitatis, aut loci Ecclesiam, in qua possit quotidie unum Sacrum, vel commemoratio fieri de SSma Trinitate, dum licuerit, iuxta diversas occurrentias, ad formam enunciati Decreti, cum extensione simul Indulgentiarum ab interessentibus lucrandarum, adimpletis conditionibus in supra laudato S. C. Indulgentiarum Decreto expressis. Sed quoniam accidere forsitan potest, ut in aliquibus locis nequeat quotidianum huiusmodi peragi pium, devotumque exercitium, nullis interceptis diebus; queat tamen in una, alterave cuiuslibet hebdomadae die; insuper postularunt, ut pro iisdem locis privilegium prosit, et valeat, si Missa de SSma Trinitate, vel altera de Officio diei, cum, vel sine commemoratione de eadem, iuxta diversas occurrentias, ut supra, celebretur, et adiunctae preces approbatae post Missam recitentur, prout in memorato Decreto, in singulis tantum Sabbatis, et Festis B. M. Virginis. Ac tandem petierunt, ut preces iam adprobatae possint pro diversitate regionum transferri, et recitari, iuxta peculiare locorum idioma. Et Sanctitas Sua, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Iulii Mariae de Somalia Episcopi Tusculani, S. R. C. Praefecti benigne annuit, iuxta petita, servato tenore Decretorum, tam per organum S. R. C. sub die 15. Aprilis huius anni, quam per organum S. C. Indulgentiarum sub die 28. Aprilis huius pariter anni vertentis: Quoad vero preces, iuxta peculiare regionum idioma recitandas, pariter annuit, dummodo tamen versio sit fidelis, et literalis sine ulla prorsus additione, detractio, aut variatione. Et ita etc. Die 13. Iulii 1815.

4520. URBIS, ET OBBIS.

Additionis nominis S. Ioseph Sponsi B. M. V. in Canone Missae, instantibus pluribus eiusdem Sancti devotis. S. R. C., ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Iulii Mariae de Somalia Praefecti, et Ponentis, respondit: « Negative quoad additionem nominis S. Iosephi Sponsi B. M. V. in Canone. Consulendum vero SSmo pro additione permissiva nominis in Collecta *A Cunctis*. Die 16. Septembris 1815.

Facta per me (scilicet Cardinalem S. R. C. Praefectum) relatione ad Sanctitatem Suam; Eadem benigne annuit, die 17. Septembris 1815.

4521. URBIS, ET STATUS ECCLESIASTICI.

Praeses, et Moniales tam Asceterii, quod a S. Ursula in Urbe dicitur, quam aliorum Monasteriorum eiusdem Instituti, quibus et petitiones accessere multorum utriusque Cleri Urbis, et aliarum Dioecesium, SSmo D. N. Pio VII. Pont. Max. humillime supplicarunt pro extensione ad utrumque Ecclesiastici Status Clerum Officii, et Missae S. Angelae Mericiae Virg. Brixienensis praedicti Ordinis Fundatricis anno 1807., Sanctarum Virginum catalogo adscriptae cum Lectionibus II. Nocturni, et Oration. propr., iam sub die 22. Decembris anni 1768. approbat., et concess. Monialibus Ursulinis in Urbe; cum additione ad sextam Lectionem, et approbatione Elogii in Martyrologio Romano inserendi.

Et Sanctitas Sua, ad mei infrascripti S. R. C. Secretarii relationem, antedictum Officium cum Missa cum additione, et elogio novissime revisit, et approbata ad utrumque Urbis, et Status Ecclesiastici Clerum extendit, recitand., et respective celebrand. die 31. Maii cuiuslibet anni ritu dup. min. Die 6. Augusti 1816.

*Elogia addenda Martyrologio Romano.*

Die 17. Ian. Brixiae S. Angelae Mericiae Virginis Institutricis Monialium S. Ursulae, quarum praecipuum munus esset dirigere adolescentulas in vias Domini. Eius festum pridie Kal. Iun. Pius VII. recolendum indulsit.

Die 31. Maii. Brixiae S. Angelae Virginis; Monialium S. Ursulae Institutricis, de qua VI. Kal. Febr.

4522. URBIS, ET STATUS ECCLESIASTICI.

Cum nuper SSmus D. N. Pius VII. Pont. Max. Capitulo, et Clero Patriarchalis Basilicae Liberranae Urbis, Officium S. Ferdinandi Castellae Regis recitandum concesserit; quod pridem in Hispaniarum, et Neapolis Regnis tantum obti-

nuerat; Parochorum Urbis Collegium eidem SSmo D. N. supplicavit, ut huiusmodi privilegium ad universum Urbis, et Status Ecclesiastici Clerum extendere dignaretur, ea potissimum de causa, quod cum fiant Officia de SS. Canuto, Hermenegildo, Henrico Imperatore, Ludovico Galliarum, et Stephano Hungariae Regibus, consonum videatur S. quoque Ferdinandum huiusmodi honore decorare.

Et Sanctitas Sua, ad relationem Emi, et Rmi D. Card. Iulii M. de Somalia Episcopi Tusculani, S. R. C. Praefecti, antedictam extensionem Officii S. Ferdinandi Castellae Regis Clero Urbis, et Status Ecclesiastici clementer indulisit, ritu tamen semidupl. Die 19. Septembris 1816.

4523. LUCEORIEN.

Praecedentiae in Ecclesiasticis functionibus inter Seminarium, et Clerum in Cathedrali non praebendatum; instante Episcopo.

Iussit S. R. C. exquiri votum alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, quo audito, ad relationem Emi, et Rmi Domini Card. Antonii ab Auria, respondit: *Iuxta votum*, videlicet: « In omnibus functionibus Ecclesiasticis Seminario competere tantum praecedentiam supra Clericos in minoribus constitutos, et adventitios; *ut alias responsum fuit* in Rodigen. Andren 21. Martii 1620., et in Pennen. 1. Martii 1636. » Die 7. Septembris 1816.

4524. DECRETUM GENERALE.

Cum, non obstantibus Sac. Rit. Cong. Decretis pluries editis, et signanter in una *Alexanen.* diei 7. Septembris 1658., et *Dalmatiarum* die 4. Augusti 1663. ad 3., quibus cavebatur, ne Hebdomadarii, Archipresbyteri, aliique uti possent Stola in canendis Divinis Officiis, sed tantum in Sacramentorum confectione, et administratione, eidem S. C. innotuerit, huiusmodi abusum, et viguisse, et in praesens adhuc vigere penes Archipresbyteros, et Parochos Abbatiae Nullius Farfen.

Eadem S. C., audita prius informatione Rmi Abbatis, ad mei infrascripti S. R. C. Secretarii relationem, declaravit: « Stola non esse adhibendam, praeterquam in collatione, et confectione Sacramentorum, ideoque consuetudinem in contrarium esse abusum per locorum Ordinarios omnino eliminandum. » Die 7. Septembris 1816.

Facta autem per me Secretarium de praemissis SSmo D. N. relatione; Sanctitas Sua sensum S. C. approbavit, benigne confirmavit, et Decretum evulgari mandavit, die 10. eiusdem mensis, et anni.

4525. URBIS.

COLLEGII EPISCOPORUM ASSISTENTIUM.

Cum de ordine inter Episcopos Pontificio Soglio Assistentes servando quaestio haud ita pridem orta fuerit: utrum, nempe, a sua ad Episcopatum promotione, an potius a vocatione, quam dicunt, ad assistentiam, praecedendi ius iidem nanciscuntur, de quo praescriptio, quae a Caeremoniali S. R. E. lib. 3. cap. 17. profertur, ambigendi locum relinquit, preces ad SSmo D. N. Pium VII. Pont. Max. perlatae sunt, ut, ad omnem dubitationem tollendam, pro ea, qua praestat, sapientia, et auctoritate, de controversia decerneret, legemque in posterum tenendam pronuntiaret. Re itaque ipsius iussu ad S. R. C. delata, cunctisque, me infrascripto Secretario referente, ad eam probe aestimandam propositis rationibus, quae utrinque afferebantur, Emi Patres eidem Congregationi praepositi unanimes censere: « Firmo extante praelationis iure, Archiepiscoporum supra Episcopos, ius illud inter aequales a vocatione ad assistentiam, non autem a promotione ad Episcopatum esse repetendum; atque hanc Regulam in posterum omnino adhibendam esse, quoties sacris functionibus collegialiter intersunt, declararunt. » Die 7. Septembris 1816.

Facta autem per me infrascriptum S. R. C. Secretarium de praemissis Sanctissimo D. N. relatione, Sanctitas Sua sensum S. C. approbavit, confirmavit, atque ita in posterum servari mandavit, die 10. Septembris 1816.

4526. TUDEN.

Cum Rmus Episcopus Tuden. in Hispania, attendita Sac. Liturgiae Scriptorum discrepantia circa genuinam interpretationem nonnullarum Resolutionum S. huius C., anceps haeserit, et ad omnem anxietatem ex animo suo evellendam, recursum habuerit ad S. R. C. pro infrascriptorum declaratione Dubiorum, videlicet.

Dubia, quorum resolutio humillime supplicatur, sunt sequentia.

1. An Decretum S. R. C. 2. Septembris 1741., quo praescribitur Festum Annunciationis B.M.V., si transferatur ad Feriam secundam post Dominicam in Albis simul cum praecepto audiendi Missam, praeferrí cuicumque duplici, etiam primae classis, locum habere debeat in hac Dioecesi, in qua celebratur Festum S. Petri Telmi Patroni? Et quatenus affirmative:

2. An Festum S. Petri transferri possit in Feriam tertiam sequentem, vel potius servari debeat Rubrica de translatione Festorum?

3. An praedictum Festum Annunciationis translatum simul cum praecepto audiendi Sacrum celebrari debeat cum Octava, ubi est Patrona principalis, vel Titularis? Et quatenus affirmative?

4. Utrum in die Octavae recitari possint Lectiones approbatae pro aliquibus Ecclesiis gaudentibus privilegio celebrandi Annuntiationem cum Octava?

5. An in die octavae S. Ioannis Baptistae legi debeat Homilia assignata pro die 25., et 27. Iunii, cum, propter occupationem illorum dierum, omissa fuerit?

6. An Antiphonae B. M. V., quae dicuntur stando a Vesperis Sabbati, dici etiam debeant stando in fine Laudum, si recitentur die Dominica ante occasum solis pro Feria secunda?

7. An Officium Sancti Patroni habentis Antiphonas, Lectiones, et Orationes proprias, in quibus mentio fit de socio, ut contingit 26. Iunii cum Sanctis Ioanne, et Paulo, recitari debeat omnino, ut iacet tam in Festo Sancti electi in Patronum, quam in Festo Socii perpetuo translato, vel desumendum sit a Communi?

8. Utrum Pluviale pro canendo Martyrologio in Vigilia Nativitatis Domini debeat esse coloris albi, vel potius violacei?

9. An, occurrente Festo Dedicationis Ecclesiae, et Festo Apostoli aequalis ritus fieri debeat Officium de Dedicatione, translato Festo Apostoli; vel de Apostolo, translata Dedicatione, ut deduci videtur ex Decreto 13. Martii 1804?

10. An in Missis non Conventualibus, quae cantantur in diebus secundae classis sine Diacono, et Subdiacono, omitti debeat commemoratio simplicis?

11. An in Missis privatis permitti possit Ministro aperire Missale, et invenire Missam?

12. An in iisdem Missis privatis, permitti possit Ministro, si fuerit Sacerdos, vel Diaconus, sive Subdiaconus, ut praeparet Calicem, et ipsum extergat in fine post ablutiones, sicut in Missa solemnibus?

13. An in Missa solemnibus permitti possint duo Missalia, unum in Cornu Epistolae, aliud in cornu Evangelii?

14. An in Missa solemnibus dici debeant submissa voce omnia verba ab *In Nomine Patris*, usque ad Introitum, insuperque, *Orate fratres: Sanctus: Nobis quoque peccatoribus: et Domine non sum dignus: Quandoquidem Rubrica Cap. XXVI. ita praescribit: Alia, quae in Missa privata dicuntur voce submissa.*

15. An Missae, quae praescribuntur assignandae ab Ordinario Feria V. in Coena Domini, ut

populi possint commodius satisfacere praecepto, occurrente Festo S. Ioseph, vel Annunciationis in praedicta Feria, dici debeant cum *Gloria*, et *Credo* sicut solemnes?

16. An possit in praedicto casu dici Missa S. Ioseph, vel Annunciationis, saltem ubi sunt Titulares?

17. Cum Missae de Beatis celebrari possint tantum in illis Ecclesiis, pro quibus concessum est Officium ipsorum, dubitatur: utrum Sacerdotes recitantes Officium de BB., sed celebrantes in Ecclesia, ubi fit de Sancto, possint dicere Missam Officii, vel teneantur se conformare Ecclesiae, in qua celebrant?

18. An Sacerdotes recitantes Officium de Martyre, sed celebrantes in Ecclesia, ubi fit de Confessore, possint dicere Missam sui Officii, cum paramentis albis? Et quatenus negative?

19. An teneantur dicere Missam iuxta Officium Ecclesiae, in qua celebrant?

20. An Sacerdos habens Officium ritus duplicis, sed celebrans in Ecclesia, in qua fit Officium de semidup., possit dicere Missam votivam?

21. An in Orationibus tam Officii, quam Missae variari debeant *hunc diem*, vel *hodiernum diem*, sive *praesentem diem*, cum transfertur Officium, sive accidentario, sive perpetuo?

22. Utrum Oratio, praecepta a Superiore necessitatis publicae tempore, locum habeat in diebus primae, et secundae classis?

23. An praedicta Oratio dici debeat sub distincta conclusione?

24. An post Septuagesimam in Missa pro Virgine *Vultum tuum* dicto *ŷ.* post Graduale, repeti nihilominus debeat in Tractu, vel prosequi *Quia concupivit etc.*?

25. An manus sinistra poni debeat super Missale ad Evangelium, cum dextera fit signum Crucis super ipsum?

26. An purificatorium benedici debeat? Et quatenus affirmative?

27. Quanam benedictio adhibenda?

28. An Sacerdos debeat extergere purificatorio guttas vini adhaerentes lateribus interioribus cuppae Calicis, quae aliquando resiliunt dum praeparatur ipsemet Calix?

29. An purificatorium poni debeat super pedem Calicis dum praeparatur, vel potius super Patenam?

30. Utrum dici debeat *Credo* in Missis Rogationum, et vigiliae Nativitatis Domini, dum incidunt in diem Dominicam?

31. Cum Oratio secreta S. Valentini Martyris



eadem sit cum Oratione secreta Ferae III. post Dominicam Quadragesimae, idemque contingat in secreta Dominicae XXII. post Pentecosten occurrentis in die S. Martini Episcopi 11. Novembris, et in secreta Missae pro tempore belli (quae aliquando praecipitur ab Ordinariis) occurrentis in die triumphus S. Crucis 26. Jul. pro Hispania; dubitatur undenam desumendae sint hae Orationes in praedictis casibus?

32. An dicto officio de Beato beatificato tantum variari debeat in Oratione secreta verbum *Sanctus*, dicendo *Beatus*?

33. An Sacerdos dicere debeat *Te igitur* in principio Canonis, dum elevat manus, et oculos, vel incipere debeat dum est iam in profundo inclinatus?

34. An debeat Sacerdos pronuncians in Canone Missae nomen alicuius Sancti, de quo factum est Officium, vel saltem commemoratio, facere inclinationem capitis?

35. An Sacerdos ponere debeat manus intra corporalia, dum dicit Orationem *Supplices te rogamus*, et Orationes ante Communionem?

36. An Sacerdos dicere debeat in Missa solenni *Ite Missa est, Benedicamus Domino*, et *Requiescant in pace*, vel dicantur tantum a Diacono?

37. An die magni concursus ad Indulgentiam plenariam, vel Iubilaeum possit ministrari Sacra Eucharistia fidelibus aliqua hora ante auroram, et post meridiem?

38. Cum ex Decreto S. R. C. Caeremoniae novae inducendae non sint absque expressa licentia; Quaeritur: utrum fieri debeat inclinatio capitis in fine Psalmi *Lavabo*, qui dicitur in Missa, idemque fieri in Officio Divino sicut praescribitur in principio Missae? Et quatenus affirmative?

39. Utrum Hebdomadarius signari debeat cum in Officio Divino dicit: *Indulgentiam, Absolutionem*; sicut etiam praescribitur in principio Missae?

40. An fieri debeat inclinatio capitis cum pronuncietur nomen SS<sup>m</sup>ae Trinitatis, sicut fit cum profertur nomen Iesus?

41. An in Officio defunctorum dici debeat ante Lectionem *Parce mihi etc.: a porta inferi erue Domine animas eorum*, cum pro uno tantum dicitur?

42. An Sacerdos in Missa de Requiem ponere debeat manum sinistram super Altare, dum facit dextera signum Crucis ad Introitum?

43. An pro defuncto sepeliendo ad Vesperam ob aliquam rationabilem causam dici possit ali-

qua hora matutina Missa de Requiem, iisdem diebus, quibus locum habet, corpore praesente?

44. Cum Missa de Requiem, etiam praesente cadavere, locum non habeat in diebus solemnioribus primae classis, iuxta Decretum 29. mensis Ianuarii 1752.; Quaeritur: An Festa S. Joannis Baptistae, SS. Apostolorum Petri, et Pauli, Titularis, Patroni principalis populorum, insimulque Festum Omnium Sanctorum excludant Missam de Requiem?

45. An populi celebrantes quotannis Festum Titularis in vigilia alicuius Sancti, teneantur anticipare Ieiunium in die praecedente praedictum Festum?

S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Card. Bardaxi, censuit respondendum.

Ad 1. 2. 3. et 4. « Dilata, et audiatur alter Magister caeremoniarum. »

Ad 5. « Posse, iuxta votum. »

Ad 6. « Affirmative. »

Ad 7. « Exponentur casus particulares. »

Ad 8. « Audiatur alter Magister caeremoniarum. »

Ad 9. « Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam. »

Ad 10. « Affirmative. »

Ad 11. « Negative, et serventur Rubricae. »

Ad 12. « Ut ad proximum. »

Ad 13. « Negative. »

Ad 14. « Affirmative, dummodo intelligatur a Ministris. »

Ad 15. « Affirmative. »

Ad 16. « Negative. »

Ad 17. « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam. »

Ad 18. et 19. « Servetur decretum in Varsavien. 7. Maii 1746. in respons. ad dub. 13. »

Ad 20. « Negative. »

Ad 21. « Nihil immutandum, inconsulta Sacra Congregatione. »

Ad 22. et 23. « Si Oratio praecepta sit pro re gravi, dicenda erit in dup. 1. clas. sub unica conclusione; et in dup. secundae clas., sub sua conclusione; si non sit pro re gravi, omittenda in dup. 1. clas.; in dup. vero secundae clas. arbitrio Sacerdotis. »

Ad 24. « In casu proposito  $\dot{y}$ . *Audi filia* non esse repetendum. »

Ad 25. « Affirmative. »

Ad 26. « Negative. »

Ad 27. « Provisum in casu antecedenti. »

Ad 28. « Praxim extergendi Calicem purificatorio magis congruere, et summopere laudabilem esse. »

Ad 29. « Relinqui posse Sacerdotis arbitrio. »

Ad 30. « In Missa Rogationum, Negative; in Missa Vigiliae Nativitatis Domini occurrentis in Dominica, Affirmative. »

Ad 31. « Servetur Rubrica Tit. VIII. de commem. num. 8., et Oratio illa varianda, quae dicenda erit pro commemoratione. »

Ad 32. « Nihil immutandum, nisi in Secreta, in qua legendum sit proprium nomen Beati. »

Ad 33. « Servanda Rubrica de ritu servando in celebratione Missae tit. 8. num. 1., et altera Canon praefixa. »

Ad 34. « Affirmative. »

Ad 35. « Servandas esse Rubricas, quae iubent manus ponendas esse super Altare, non intra Corporale. »

Ad 36. « Quoad *Ite Missa est* Negative; quoad *Benedicamus Domino*, et *Requiescant in pace* Affirmative. »

Ad 37. « In casu de quo agitur, Affirmative a tempore ad tempus, quo in illa Ecclesia Missae celebrantur, vel ad formam Rubricae, vel ad formam Indulti eidem Ecclesiae concessi. »

Ad 38. et 39. Congruere, ut fert praxis universalis praesertim Urbis. »

Ad 40. « Ut ad praecedentia 38., et 39. »

Ad 41. « Nihil immutandum. »

Ad 42. « Affirmative. »

Ad 43. « Si cadaver sit insepultum, licet non praesens, detur Decretum in Florentina 25. Aprilis 1781. Si vero terrae traditum, celebrari poterit una Missa cantata, ut in die obitus, dummodo non sit dup. 1. vel 2. clas. aut festivum de praeepto. »

Ad 44. « Affirmative. »

Ad 45. « Negative, et in casibus particulare recurrendum ad S. R. C. » Die 7. Septembris 1816.

4527. TUDEN.

Pro parte, et ad instantiam Rm̄i Episcopi Tuden., quinque supra quadraginta Dubia proposita cum fuerint in S. R. C. Ordinaria diei 7. Septembris proxime elapsi anni, pandita in antecessum sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, praelo quoque cusa; placuit Em̄is PP., ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Card. Bardaxi, super 1. 2. 3. 4. et 8. ex propositis Dubiis ampliare responsum, et votum exquirere alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris. Cum itaque is, iussu S. C. deputatus, sen-

sum suum aperuerit super praefatis Dubiis, videlicet:

1. An Decretum S. R. C. 2. Septembris 1741., quo praescribitur Festum Annunciationis B. M. V., si transferatur ad Feriam secundam post Dominicam in Albis simul cum praeepto audiendi Missam, praeferrī cuicumque duplici, etiam primae classis, locum habere debeat in hac Dioecesi, in qua celebratur Festum S. Petri Tselmi Patroni? Et quatenus affirmative?

2. An Festum S. Petri transferri possit in Feriam tertiam sequentem, vel potius servari debeat Rubrica de translatione Festorum?

3. An praedictum Festum Annunciationis translatum simul cum praeepto audiendi Sacrum celebrari debeat cum Octava, ubi est Patrona principalis, vel Titularis? Et quatenus affirmative?

4. Utrum in die Octava recitari possint Lectiones approbatae pro aliquibus Ecclesiis gaudentibus privilegio celebrandi Annunciationem cum Octava?

8. Utrum Pluviale pro canendo Martyrologio in Vigilia Nativitatis Domini, debeat esse coloris albi, vel potius violacei?

Em̄i PP. Sac. eidem Congregationi Praepositi, mature consideratis, quae in voto a praefato caeremoniarum Magistro typis impresso alligata fuerunt, referente eodem Em̄o, et Rm̄o D. Card. Bardaxi, respondendum duxerunt.

Ad 1. « Affirmative »

Ad 2. « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam. »

Ad 3. « Affirmative. »

Ad 4. « Affirmative. Et semper his quatuor dubiis detur Decretum Generale, facto verbo cum SSm̄o. »

Ad 8. « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam: hoc est, adhibendum Pluviale coloris violacei. » Die 22. Martii 1817.

Facta autem de praemissis SSm̄o Domino Nostro relatione per me infrascriptum Secretarium, Sanctitas Sua Sac. Congregationis responsa approbavit, confirmavit, ac Decretum Generale, de quo supra, typis tradi, publicique iuris fieri, mandavit, die 25. eiusdem Mensis, et Anni.

4528. DECRETUM GENERALE.

Multa pridem a S. R. C. sunt edita Decreta, quibus de Festo Annunciationis B. M. V. transferendo, certae quaedam pro tanti Mysterii dignitate regulae edicuntur, quando propria die fieri nequit, eo quod in aliqua ex feriis Maioris Hebdomadae, vel intra Paschatis Octavam oc-

currat. Eidem quippe tali de causa secunda post Dominicam in Albis Feria assignata est, in quam pro diebus, quibus occurrit, varietate transferatur, vel quoad Chorum, et Forum cum praecepto nimirum audiendi Sacri, et a servilibus operibus cessandi; vel quoad Chorum dumtaxat ex solius Officii translatione. Apprime insuper iisdem Decretis consultum est pro Octava Annunciationis rite peragenda, quando eo titulo Ecclesia nuncupata sit, vel eo sub mysterio Deipara uti praecipua Loci Patrona solemniori ritu colatur.

Nonnulla tamen Episcopus Tudensis Dubia proposuit, quae Festum illum diem respiciunt, ut a Sac. Congr. de iisdem opportune decernatur. Quaerit scilicet: utrum Festum Principalis Patroni cedere debeat Festo Annunciationis quoad Chorum, et Forum simul translato? Et quatenus affirmative: an Festum Patroni transferri possit in Feriam sequentem, vel servanda sit Rubrica de translatione Festorum? Item, num idem Festum sic translato gaudeat Octava, ubi B. M. V. sub Annunciationis mysterio est principalis Patrona, vel Titularis? Et quatenus gaudeant; unde Lectiones sint desumendae?

Re itaque universa in deliberationem deducta, Eminentissimi Patres generali Decreto ubique servando prolatas quaestiones definiendas esse arbitrati sunt, ac proinde, si SSmo Domino Nostro placuerit, censuere.

1. Decretum editum die 2. Septembris anno 1741. in Aquen. in responsione ad Dubium 1. videlicet: « Quando Festum Annunciationis transferatur simul cum praecepto audiendi Sacrum ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, praefertur cuicumque duplici, etiam primae Class. eo die occurrenti: » intelligendum esse de quocumque Festo in ea die occurrente, etiamsi sit Patroni Principalis, vel Titularis, vel Dedicationis, quod cedere debet Festo Annunciationis, translato quoad Chorum simul, et Forum; hoc est cum praecepto audiendi Sacrum.

2. Festum primae Classis, quod eo die occurrit, vel sit de Patrono principali, vel de Titulari, vel de Dedicatione Ecclesiae, transferendum esse iuxta modum a Rubrica praescriptum, nisi ab Apostolica Sede tributum fuerit, ut in Feriam tertiam, vel in aliam certam diem assignatam reponatur.

3. Octavam vero Annunciationis in iis tantum Ecclesiis, et Locis, quibus indultum est de ea fieri etiam in Quadragesima, vel in quibus huiusmodi Festum Tituli, vel principis Patronatus honore gaudet, iuxta diversas occurrentias per-

gendam esse, quando idem Festum in Feriam secundam post Dominicam in Albis transfertur, ut sequitur: Si nimirum translatio fiat cum praecepto audiendi Sacrum, integra Octava illud gaudere, ac si Feria illa secunda esset dies propria: si vero quoad Chorum tantum, solius scilicet Officii translatio sit, nihil agendum de Octava, nisi forte (quod proximo anno adveniet) translatio occurrat infra Octavam: tunc quippe de ea fieri Officium poterit iis tantum diebus, qui de Octava supersunt, iuxta generales rubricas, prout decretum fuit die 14. Maii 1803. in una Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Lusitaniae in Resp. ad 1.

4. Si fiat integra Octava, dum Festum transfertur quoad Chorum, et Forum, vel dimidiata, iis nimirum diebus dumtaxat, quae ex ea supersunt, dum illud infra Paschatis Octavam occurrit, Lectiones primi Nocturni esse debere de Scriptura occurrente: Lectiones secundi Nocturni petendas esse ex Octavario Romano pro alio quolibet Festo B. M. V.: Lectiones demum pro tertio Nocturno de Homilia in Evangelium *Missus est*, haberi in Festo S. Gabrielis Archangeli, vel Expectationis Partus, vel translationis Almae Domus Lauretanae: quin imo repeti etiam libere posse tam in secundo, quam in tertio Nocturno Lectiones pro die Festo assignatas.

Et ita etc. Die 22. Martii 1817.

Et facta per me infrascriptum Secretarium relatione SSmo Domino Nostro, Sanctitas Sua praefatum Decretum S. B. C. approbavit, confirmavit, iussitque praelo tradi, ac publici iuris fieri. Die 25. Martii 1817.

#### 4529. URBIS ARCHICONFRATERNITATIS SAC. STIGMATUM.

Rituale Archiconfraternitatis Sac. Stigmatum Urbis lib. 4. cap. 12. praecipit, ut Feria V. in Coena Domini expleta Ecclesiastica functione, Sacerdos, una eum sodalitatibus Moderatoribus Mandatum, seu pedum lotionem faciat. Verum novissimis temporibus, cum nonnullis hic ritus visus fuerit discors ab eo, quem Rubricae Missalis Rom. praescribunt, hinc Archiconfraternitatis Moderatores supplicem S. R. C. libellum porrexerunt efflagitantes, nihil in posterum esse innovandum circa ritum praefatum, tenoris, ut sequitur.

*Emi, e Rmi Sigg. etc.* « Il Rituale dell' Archiconfraternita delle Sacre Stimmate di Roma » al Cap. 12. lib. 4. prescribe, che nel Giovedì Santo la Lavanda dei dodici Apostoli si faccia dal Sacerdote, che ha celebrata la S. Messa

» unitamente ai Guardiani. Il detto Rituale approvato dalla legittima Autorità fin dall'anno 1711. » è stato sempre osservato, avendo pacificamente » li Guardiani assieme col Celebrante lavato ogni » anno i piedi a dodici in figura di Apostoli. » Negli ultimi due anni però, cioè 1812. e 1813. » il Maestro di Ceremonie, e qualche altro Sacerdote hanno proposto delle difficoltà sull'osservanza di tale funzione, appoggiandosi all'Istituzione della Lavanda fatta in origine dal solo Nostro Signore, ed alla Rubrica del Messale, la quale indica, che *Praelatus seu Superior* faccia la detta Lavanda. I Guardiani pertanto di detta Arciconfraternita ricorrono all'EE. VV. RR. supplicandole a dichiarare, che la costumanza, di cui si tratta, derivante dal Rituale dell'Arciconfraternita, approvato dalla Sede Apostolica, deve mantenersi, e che perciò i Guardiani possino continuare nel possesso di

» fare la Lavanda assieme col Celebrante. Sono » gli Oratori li Superiori tanto dell'Arciconfraternita, quanto della Chiesa, ond'è analogo » alla Rubrica del Messale, che faccino questa » funzione. Il farla poi assieme col Celebrante è » un privilegio ad essi accordato, e che in materia di Riti dopo tanti anni, sembra, che non » gli si possa più togliere. Che etc. »

Et Sac. eadem Rit. Congregatio, auditis, matureque perpensis rationum momentis ab Archiconfraternitatis Patronis allatis, referente Eñno, et Rmo D. Card. Iulio Maria de Somalia S. eidem Congregationi Praefecto, et Ponente, censuit rescibendum.

« Consuetudinem, de qua in precibus, esse eliminandam, servandamque in posterum Rubricam Missalis Romani ad faciendum Mandatum, firma semper manente prohibitione peragendi lotionem pedum in Ecclesia. » Die 22. Martii 1817. (1).

(1) *Heic loci opportunum visum est subiicere doctum, eruditumque votum Eminent., et Rev. Domini Card. Iulii M. de Somalia Praefecti, et Ponentis, quo penitus evertuntur argumenta omnia, quae afferebantur ad sustinendam Archiconfraternitatis Sac. Stigmatum consuetudinem, quum propterea S. C. reprobavit, damnavitque, ac praeterea iussit, ut imposterum servaretur Rubrica Missalis ad faciendum Mandatum. Idem insuper votum multum proderit ad evellendos abusos, si qui fortasse alicubi irrepererint in facienda pedum lotionem Feria V. in Coena Domini. Est autem:*

Due sono gl' inconvenienti gravissimi, che derivano dalla pratica fino al presente tenuta dall'Arciconfraternita delle Sacre Stimate di Roma nella funzione da farsi nel Giovedì Santo della Lavanda, altrimenti detta *Mandato*.

Il primo inconveniente è quello di eseguirla in Chiesa, ove alla pubblica venerazione è collocato il SSmo Sacramento nell'Altare, e Cappella così detta *del Sepolcro*. Due sono le ragioni. La prima e più forte si è, perchè non deve essere distratto il popolo in altri oggetti, benchè edificanti nel luogo istesso, che richiama l'adorazione de' Fedeli al principale sublime mistero, di cui si celebra la memoria; la seconda, che discende dalla prima, perchè la Rubrica vuole, che si faccia: *in loco ad id deputato*: e gli Autori Liturgici convengono, che questo debba essere o in un'Oratorio, o in una decente stanza prossima alla Sagrestia, ma non mai in Chiesa (seppure non si trattasse di Chiese Cattedrali, e vaste, nelle quali è facile eseguir la Lavanda in parte affatto remota dall'Altare del Sepolcro.) A questo inconveniente fu rimediato nell'anno prossimo passato con Biglietto d'Ufficio scritto d'ordine di Sua Santità da Monsig. Segretario a Monsig. Primicerio della Compagnia, che una tal funzione si sospendesse fino all'esito della Causa pendente.

Il secondo inconveniente si è, che una tal funzione si è eseguita per lo passato non secondo il rito della Chiesa, che appartiene al solo Sacerdote celebrante, il quale rappresenta la Persona del Redentore, ma bensì da questo unitamente ai Guardiani: senza che vagliano a giustificare una tal pratica le ragioni, che si adducono nelle allegazioni distribuite.

Imperciocchè è vero, che la Lavanda non è un Sacramento. È vero, che il nostro Divin Redentore non ha dato l'esempio ad un solo ceto di persone, ma universalmente a tutti i suoi seguaci. È vero, che un tal'atto di Cristiana umiltà si può esercitare, come si esercita anche da' Laici, e dalle Donne in qualunque occasione, e tempo. È vero finalmente, che non per tutto tal funzione spetta allo stesso soggetto, ma possono aver luogo le particolari consuetudini. Ma è vero altresì, che praticandosi nel Giovedì Santo secondo il rito della Chiesa dopo la Messa, Vespero,

4530. ORDINIS MILITARIS  
EQUITUM CHRISTI IN LUSITANIA.  
Calendarista Ordinis Militaris Equitum Christi  
in Regno Lusitaniae supplex accessit ad S. R. C.,  
exposcens declarationem sequentium Dubiorum.

1. Num ex vi Indulti Apostolici die 9. Iu-  
nii 1790. Octava Corporis Christi censenda sit  
privilegiata in primo, vel secundo gradu?

2. Utrum in hac suppositione aliae Octavae  
iam inchoatae ante supradictum Festum, abrum-

e denudazione degli Altari, funzioni tutte frà loro connesse, e successive, non può, nè deve un  
tal rito esser variato, ed alterato.

La Lavanda non è Sacramento. Ma se questa ragione valesse, proverebbe troppo. Imperciocchè  
si potrebbero a capriccio variare i riti prescritti in tante altre Ecclesiastiche funzioni, che non sono  
Sacramento: quandochè la Chiesa providamente ha prescritte alcune forme, perchè queste sieno  
osservate, e si tolga la facoltà di usarne altre ad arbitrio.

Il nostro Divin Redentore ha dato un esempio di umiltà, e lo ha dato a tutti, e perciò da  
tutti può egualmente praticarsi. Ma qui convien distinguere l'esercizio di umiltà dalla funzione  
ecclesiastica, che ha un rito tutto proprio, e particolare.

Come esercizio di umiltà si può praticare da laici, dalle donne, e da tutti indistintamente i  
Fedeli. Dirò ancora, che può praticarsi a vicenda, lavando scambievolmente i piedi l'un all'altro  
(sempre però frà persone dello stesso sesso): ma come funzione Ecclesiastica da praticarsi nel  
Giovedì Santo, che include il Mistero, e si fa non solo per esercizio di umiltà, ma altresì per  
rinnovar la memoria di quanto si fece da Gesù Cristo in tal giorno nel lavare li piedi agli Apo-  
stoli, uno solo deve esser quello, il quale, rappresentando la Persona del Redentore, deve lavare  
i piedi alli dodici rappresentanti gli Apostoli. Quindi è, che facendosi ancora separatamente dalle  
altre funzioni del giorno nelli Conventi, e Monasteri, il solo Superiore lava i piedi a' suoi sudditi,  
la sola Abbadessa alle sue Monache. Così può farsi ancora nelle Società Laicali dal Primicerio, dal  
primo Guardiano, o da altro Superiore: ma per atto separato, appartenente bensì alla funzione del  
giorno; ma non connesso colla medesima. E se si volesse addurre l'esempio dei Sovrani, che so-  
gliono nel Giovedì Santo lavare i piedi a dodici poveri, questo non giova punto, anzi è contrario  
alla consuetudine della Compagnia delle Stimmate; perchè qualunque sia il rito, che in tali lavande  
si osserva, sempre rimane fermo, che il solo Imperatore, o il solo Rè è quello, che lava i piedi,  
nè altri vi ha parte; se non se in servire, assistere, e somministrare l'occorrente.

Ogni qualvolta però, tenendosi l'ordine prescritto dalla Rubrica, la funzione della Lavanda  
succede immediatamente alle precedenti funzioni, e fassi dallo stesso Celebrante, dopo aver cantato  
la Messa, recitato il Vespere, denudati gli Altari, servito dal Diacono, e Suddiacono coi paramenti  
prescritti dalla Rubrica; siccome egli solo rappresenta la Persona di Gesù Cristo, solo ancora deve  
incominciare, proseguire, ed ultimare la Lavanda. Che se li Guardiani vorranno esercitare un atto  
di umiltà, potranno farlo col ministrare le conche, con cambiar l'acqua, con porger la limosina  
alli rappresentanti gli Apostoli, e con altri simili atti che possono considerarsi, come non ripugnanti  
all' Ecclesiastico rito, e rappresentazione del Mistero.

Non vale perciò la ragione desunta dalle parole di Gesù Cristo, cioè: *Exemplum dedi vobis, ut  
quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis*: per provare, che non è indecente la mescolanza  
d' Ecclesiastici, e Laici nella Chiesa delle Stimmate. Imperciocchè già si è detto di sopra, che si  
deve distinguere, e non confondere l'esercizio di umiltà, che può praticarsi in ogni tempo, con  
la funzione Ecclesiastica del Giovedì Santo, che inchiude il mistero; ogni qualvolta la Lavanda  
viene eseguita come connessa alle altre funzioni del giorno dal Sacro Ministro, che ha celebrato.

Si vedano gli *Ordini Romani*, alli quali si appella l'autor del Voto, persuaso di favorir con  
questi la controversa consuetudine, e francamente pronunzia, esservi nelli medesimi tanta discre-  
panza da poterne empir un volume. Metto da parte l'esagerazione iperbolica: mi fermo su quello  
che interessa la presente questione. In che consiste la decantata discrepanza? Questa non già ri-

pendae sint, adveniente hoc Festo Corporis Christi, an potius continuandae?

3. An infra hanc ipsam Octavam Corporis

Christi, quae in casu admittit Festa solemniora primae classis, fieri queat illarum Octavarum commemoratio, quae occurrunt post dictum Festum?

guarda la persona, che deve eseguir la Lavanda; ma è relativa al luogo, al tempo, ad alcune ceremonie, che ora non sono più in uso, ed in ispecie alle persone, ed al numero de' rappresentanti gli Apostoli. Giacchè ora sono nominati *dodici Suddiaconi*, ora *dodici Diaconi*, ed in mancanza di questi *dodici Cappellani*, ed ora *dodici poveri*: e benchè nelli più antichi costantemente si abbia il numero di *dodici*, nei più recenti però, come ancora nel *Ceremoniale di Agostino Patrizio*, che al presente è in uso, vi si aggiunge il *decimoterzo*. Si può vedere il *Mabillon. Iter. Italic. Tom. 2. pag. 101. in fine, 137. 181. 357. 362. 485. 486.*, ed il *Catalano* ne' suoi commenti al suddetto Ceremoniale *Tom. 2. cap. 46. de Mandato faciend.* Il *Sarnelli* ne parla in diversi luoghi delle sue *lettere ecclesiastiche*, e più diffusamente in fine del *Tom. 10.*, ed in un' *Opuscolo stampato in Venezia: della Lavanda*. Non si appartiene alla presente questione l' esaminare, perchè la Lavanda si faccia a *tre*, quandochè gli Apostoli non erano che *dodici*. A me basta l' uniformità de' *suddetti Ordini Romani* rapporto alla persona, che rappresenta il Divin Redentore, e sola eseguisce la Lavanda: e soltanto incontro nell' Ordine XV. di Pietro Amelio cap. *LXVIII.* che, *eadem die post prandium Papa non potuit lavare pedes pauperum, sed Patriarcha Gradenensis Confessor de mandato Papae lavit pedes pauperum in parva cappella*. Se facesse d' uopo potrei dimostrare, che questa seconda lavanda nulla aveva che fare con la funzione della mattina, in cui era solito lavare i piedi a *dodici Suddiaconi*.

Ammetto, che ne' secoli da noi remoti varie sono state le costumanze delle diverse Regioni, Chiese, e Monasteri: ma non mai si troverà nella funzione Ecclesiastica mescolanza di Sacerdoti, e Laici in lavare simultaneamente i piedi alli dodici rappresentanti gli Apostoli, anzichè nella Chiesa di Toledo, come si legge nel *Messale Mozzarabo*, allorchè il Vescovo unitamente al Clero passava all' Atrio, ove era tutto il disposto per eseguir la lavanda, si chiudevano le porte, e venivano esclusi i laici: *clausis ianuis, et Laicis omnibus foris proiectis*. Che seppure in qualche Monastero la Lavanda si faceva dai Conversi, deve ciò riferirsi ad esercizio di umiltà, ma non già a rito Ecclesiastico connesso con le altre funzioni del giorno. Ma a qual prò ricercare le antiche costumanze particolari delle diverse Chiese, e Monasteri, che non sono più in uso, dopo che la Chiesa Romana ha prescritto, e determinato la forma con una Rubrica inserita nel Messale, quale deve essere attesa; ed essendo precettiva, mentre dà norma a tutte le Chiese dell' Orbe Cattolico, toglie l' arbitrio di fare altrimenti?

Nè punto vale la consuetudine, poichè non è capace di legittima prescrizione un' uso, che diametralmente si oppone ad un rito dalla Chiesa ordinato, e che corrisponde al Mistero, di cui si rinnova la memoria. La funzione non cade sotto precetto: ma ogni qualvolta si voglia eseguire, non già per solo esercizio di umiltà, ma come azione sacra congiunta alla solennità delle antecedenti proprie del giorno, deve esser regolata a tenore della precettiva Rubrica.

Ma dato ancora, che una consuetudine immemorabile potesse aver qualche peso a fronte di una chiara rubrica del Messale, questa non gioverebbe nel caso nostro. Ognun sà, che l' immemorabile allora si attende, quando, essendo nascosta l' origine fra le tenebre dell' antichità, fa presumere ogni miglior titolo: non così addiviene, quando si produce il titolo, dal quale è derivata la consuetudine. Imperocchè in questo caso, come tutti convengono i Legisti, la ragione di decidere si desume non già dalla consuetudine, ma bensì dal titolo: e se questo è infetto, niun vantaggio si può trarre dalla seguita consuetudine, benchè questa contasse più secoli.

Così appunto accade nella controversia presente, nella quale non si ha una consuetudine, di cui s' ignori l' origine, ma bensì ci si offre il titolo, da cui la medesima è nata; e questa non già deriva da uno Statuto approvato in forma specifica, ma tutto è fondato sul Ceremoniale ad uso

4. Festum S. Bernardi Abbatís die 20. Augusti in supradicto Ordine est dupl. primae class. cum Octava, propter communicationem cum Or-

dine Cistercensium, et Festum S. Ioachim Patris B. M. V. in ipsomet Regno est pariter duplex primae classis, sed sine Octava, ut ex novis-

dell' Arciconfraternita, che non porta l'impronta di legittima autorità; e v'è assai lontano dal vero l'estensore del Memoriale nel supporre il *Rituale dell' Arciconfraternita approvato dalla Sede Apostolica*: giacchè altro non trovo, che la stampa permessa dal P. Maestro del Sacro Palazzo, la di cui facoltà non si estende oltre a ciò, che riguarda la dottrina, e buoni costumi, nè mai comprende quello che si appartiene alli Riti, e Ceremonie della Chiesa: anzichè questo è ad esso espressamente vietato; come chiaro apparisce dal seguente Decreto di questa Sacra Congregazione, che viene riportato nell' Autentica Collezione *Tom. I. num. 581. Postremo fuit decretum, ut ego Secretarius nomine Congregationis alloquerer Magistrum Sacri Palatii Apostolici, ne imposterum permittat imprimi res spectantes ad sacras caeremonias, seu recitationes Officiorum, et ritus Ecclesiasticos, absque expressa licentia, et ordine Sacrae Congregationis etc. Die 21. Martii 1620.* Or dunque essendo la consuetudine appoggiata al menzionato Ceremoniale sfornito della legittima autorevole approvazione, quale privatamente si appartiene a questa Sacra Congregazione, non può la medesima esser valutata per verun conto, perchè infetto è il titolo, dal quale trae la sua origine; ed abusivamente nel Memoriale si conchiude, *che il far la Lavanda assieme col Celebrante è un privilegio accordato ai Guardiani.*

Se non che l'Autore del Voto si appiglia ad un'altro partito, e pretende di provare, che, essendo varia la consuetudine delle diverse Chiese, può sostenersi quella, della quale ora si tratta. Ma qui appunto è dove egli prende un grosso abbaglio.

Ammetto ancor io, che in una tal funzione sianvi delle particolari consuetudini non riprovabili; ma qui torniamo alla distinzione di esercizio di umiltà, e di funzione Ecclesiastica. Sia pur vero, come lo è, che in linea di esercizio di umiltà può ciascuno seguire l'uso introdotto, purchè questo nulla abbia di superstizioso ed indecente. Ma rapporto alla funzione Ecclesiastica, qualunque sia la qualità delle persone da scegliersi per rappresentare gli Apostoli, fermo però rimane, che un solo, o sia Vescovo, o sia Dignità, o Canonico, o semplice Sacerdote, ha da esser quello, che deve lavare i piedi. Viene ciò comprovato da quanto si è detto fin qui, e potrei ulteriormente produrre altre autorità, se non fossero sufficienti quelle del *Ceremoniale de' Vescovi, e del Tetamo*, che mi vengono somministrate dallo stesso Autore del Voto, benchè questi procuri trarle a suo favore con mutilarne i testi.

Vediamo cosa dice il Ceremoniale de' Vescovi al cap. 24. lib. 2. citato nel Voto: *Sed quia circa hoc diversi sunt ritus Ecclesiarum*: va benissimo; ma vediamo però, in che consiste questa diversità di rito: *alicubi in usu est vestire sumptibus Episcopi, vel Capituli tredecim pauperes, eisdemque cibo, et potu reficere . . . alibi Episcopi lavant pedes tredecim ex suis Canonicis*: e questo è quello, che si dice *faciendum iuxta consuetudinem Ecclesiarum, vel arbitrio Episcopi; si mauerit pauperibus lavare etiam in locis, ubi sit consuetudo lavandi Canonicis*. Ma o gli Apostoli sieno rappresentati da tredici Canonici, o da tredici poveri; o sieno questi a spese del Vescovo, o del Capitolo rifocillati, e vestiti, o non lo sieno; sempre però è il Vescovo, o altro in sua vece, che rappresenta la Persona di Gesù Cristo, ed eseguisce la Lavanda. Come dunque si vuol trarre a favore della consuetudine abusiva delle Stimmate il testo del Ceremoniale *circa hoc diversi sunt ritus Ecclesiarum?*

Andiamo al *Tetamo*. Mi rincresce di dover dire, che l'Autor del Voto nel riportarne l'autorità si è dimenticato di trascrivere alcune sostanziali parole intermedie, anzi neppure ha accennata l'omissione con una sigla, o puntini. Non voglio credere averlo fatto, perchè anch'egli conosce, che le parole trascurate sono quelle, che ad un colpo trancano il nodo.

Dopo aver il *Tetamo* proposta la questione: *ad quem spectet hodie lavare pedes*: risponde be-

simo Apostolico Indulto sub die 17. Decemb. 1806. concessum est. Quando Dominica infra Octavam Assumptionis, quae assignatur Festo S. Ioachim, incidit in diem 20. Augusti S. Bernardi propriam, de quo Festo Officium peragendum? Utrum de S. Bernardo, an de S. Ioachim?

5. In supradieto Ordine Equitum Christi, et in Ordine Avisiensi nuncupato agitur de Festo S. Malachiae Episcopi, et Conf. sub rit. dup. min. die 3. Novembris, in hac perpetuo translato a die 2., utpote assignata commemorationi omnium Fidelium defunctorum; sed quando haec ipsa commemoratio transfertur in Feriam 2., quae est dies 3. Novembris propter advenientem Dominicam in die 2., potestne anticipari, et reponi Officium S. Malachiae in die propria, quae, ut supra, est dies 2. Novembris? Tunc enim impedimentum, propter quod translatum fuit, adhuc in die 3. Novembris perseverat.

nissimo, che spetta al Superiore, o Prelato, e nel caso, che questo o sia impedito, o nol voglia fare: *potest alter singulorum pedes lavare, qui illius vicem gerat, DUMMODO* (si badi bene) *DUMMODO SIT SACERDOS*. Prosiegue egli, non esser questa funzione Sacerdotale nella sua prima istituzione, e come atto di umiltà può praticarsi ancora dalle Donne: e ciò non si controverte. Soggiunge però, che, facendosi secondo il rito della Chiesa, richiede la qualità Sacerdotale. *Etsi autem hodierna lotio pedum per Dignitatem non omnino oporteat fieri Sacerdotalem; nihilominus eo ritu, et solemnitate, quibus, iuxta rubricas Missalis Romani, fieri debet in Ecclesiis Cathedralibus etc. OPORTET, UT SIT SACERDOS, QUI EAM EXEQUATUR etc.* Prosiegue a dire, che nelle Cattedrali si fa dal Vescovo, o dalla prima Dignità, o in mancanza di questa dal più degno, così ancora nelle Chiese Collegiate, Parochiali etc.

Qui è dove soggiunge: *Hactenus dicta intelligenda sunt, nisi inveterata consuetudo, temporis decursu, et Praelatorum scientia, et consensu confirmata perseveret.* Ma in che consiste questa consuetudine? Si restituiscia il testo alla sua integrità, e proverà tutto il contrario di quello si pretende nel Voto. Ecco come dal medesimo viene trascritto: *ex cuius vigore haec, et similes functiones aliis personis competant.* Qui cade l'interpunzione fra la parola *personis*, e l'altra *competant*, imperocchè dopo il *personis* si spiega, quali queste sieno, cioè, *sive ex Dignitatibus, sive Canoniciis, aut Portionariis, sine ex aliis Sacerdotibus non capitularibus in aliquibus Ecclesiis competant.* Dunque il *Tetamo* ammette la consuetudine; sempre però relativa all'estrinseca decorazione della Persona, ma non già rapporto alla dignità del Carattere Sacerdotale. Sia pure diversa la consuetudine delle Chiese, sempre però è un Sacerdote quello, che deve eseguir la funzione. Come dunque può trarsi l'autorità del *Tetamo* al caso in questione? come può favorire l'abuso praticato dalla Arciconfraternita delle Stimmate?

Dunque il *Ceremoniale de' Vescovi*, ed il *Tetamo* tanto è lontano, che possono favorire la consuetudine, come si pretende dall'Autor del Voto, che anzi si l'uno, che l'altro provano tutto il contrario; cioè a dire, che quantunque siano diversi gli usi particolari delle Chiese, sempre però fermo resta, che dal solo Vescovo, o Sacerdote celebrante si deve eseguire la funzione della Lavanda nel Giovedì Santo, secondo il rito prescritto tanto nello stesso *Ceremoniale de' Vescovi*, quanto nel *Messale Romano*. Essendosi poi inoltre dimostrato, che punto non vagliono gli altri argomenti prodotti: perciò non resta che rigettare la petizione, con abolire una consuetudine del tutto opposta alli sacri Riti della Chiesa.

6. Num Ordo hic Militaris Equitum Christi teneatur conformari Decreto S. R. C., uti fit ab aliis Ordinibus Militaribus Equitum S. Iacobi della *Spada* nuncupati, et S. Benedicti Avisiensi, de non agendis Festis particularibus Dioecesium, in quibus morantur, praeter Officium Patroni Principalis sub rit. dup. 1. classis, et Dedicacionis Ecclesiae Cathedralis sub rit. dup. 2. class. utrumque vero sine Octava?

Et Sacra eadem Rit. Congregatio, exquisita prius sententia alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto tradita, typisque evulgata, ad relationem Emi, et Rmi D. Card. Zauli, rescripsit: *Iuxta votum*: videlicet.

Ad 1. « Octavam SSmi Corporis Christi privilegiam ex Apostolico Indulto in Lusitaniae Regnis aequiparandam Octavae Epiphaniae. »

Ad 2. et 3. Iam decisum; et detur Decretum in Wilnen. die 22. April. 1741. in Responson.



ad 8., » videlicet: Si Octava inchoata sit ante Festum Corporis Christi, eo adveniente, Octava est deserenda. Quod si infra Octavam occurrat Festum sub rit. dup. 1. classis, de eo celebretur Officium cum Commem. Octavae Corporis Christi, infra cuius Octavam fiet de ipsa Octava Corporis Christi cum commemorat. Octavae occurrentis. Si vero infra Octavam Corporis Christi occurrat Festum 2. classis, nihil de eo fit, sed transfertur post Octavam Corporis Christi, pe-reunte Octava Festi translati, si post octo dies a die eiusdem festi Octava celebretur.

Ad 4. « In casu, de quo agitur, faciendum esse Officium S. Bernardi Abbatis, cum translatione alterius S. Ioachim in primam diem non impeditam. »

Ad 5. « Fieri non posse ad reversionem Officii perpetuo translati, sed in casu, Officium S. Malachiae recitandum esse semper die 2. Novembris, et translationem factam contra Decreta S. Congreg., deficientibus limitationis causis, non esse approbandam; Missas tamen in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum dicendas de Requiem, licet Officium fiat de S. Malachia sub rit. dup. min. »

Ad 6. « Affirmative. » Atque ita in posterum servari mandavit. » Die 22. Martii 1817.

4531. CALATHAERONEN.

SSm̄us Dominus Noster Pius VII. Pont. Max. supplicante Serenissimo Principe Ferdinando IV., utriusque Siciliae Rege, divisus, ac dismembratis quindecim Terris ab extensa nimis Syracusana Dioecesi; Decretalibus Literis datis idibus Septembris anni proxime elapsi Calathaeronensem Dioecesim erexit a civitate eiusdem nominis. Binae cum ea in civitate adessent Collegiatae Ecclesiae, certatum est in antecessum, cuinam ius, et honor Cathedralitatis competeret; verum loci commoditas dissidia composuit, et S. Iuliani Templum iure, et honore praefatis excelluit. Ecclesiae vero, cui a S. Iacobo titulus, attenta eiusdem insignitate, nomen elargitum Basilicae minoris ordinis, et ad statum, gradum, et conditionem huiusmodi Basilicarum evecta est. Hinc inter Capitula praefatarum Ecclesiarum dubitatum: An ex vi Decretalium Literarum Apostolicarum, quibus Collegiata Ecclesia S. Iacobi Calathaieron. ad statum, gradum, et conditionem Basilicae minoris evecta est, possit haec ipsa Ecclesia Conopoeum, (vulgo Padiglione), et Tintinnabulum gestare, quamvis de hoc peculiari privilegio sileant Apostolicae Literae?

Et S. R. C., supplicantibus pro huiusmodi

Dubii declaratione Cathedralis Ecclesiae Calathaieron. Canonicis, exquisito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto tradito, praeloque evulgato, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Domini Cardinalis Quarantotti loco Em̄i, et Rm̄i D. Card. Litta Ponentis, censuit rescribendum. Ad D. Secretarium cum SSmo. Die 22. Martii 1817.

Facta autem per me infrascriptum Sac. eiusdem Congreg. Secretarium de praemissis SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO relatione: eadem SANCTITAS SUA declaravit, atque decrevit: « Iuxta Congregationis votum, posse Capitulum Collegiatae Ecclesiae S. Iacobi Civitatis Calathaieron. vigore praefatarum Literarum Conopaeum, et Tintinnabulum gestare; verum in iis tantum solitis, et consuetis Ecclesiasticis functionibus, in quibus non concurrat cum altero Cathedralis Ecclesiae Capitulo, idque in Ecclesiae ambitu, vel intra limites tantum eiusdem Paroeciae, excepta dumtaxat ab hac limitatione selemni supplicatione ab eadem Collegiata fieri quotannis solita per vias Civitatis in die festo S. Iacobi eiusdem Ecclesiae Titularis. » Atque ita decrevit, statuit, et in posterum servari mandavit. Die 25. antedicti mensis, et anni.

4532. CAMERINEN.

Cum nonnulli ex Parochis intra fines Ducatus, et Dioecesis Camerinen., unum dumtaxat Principem Patronum in uno quoque loco sub utroque praecepto venerandum, colendumque contendere, scilicet S. Venantium Camerinensem, posthabitis peculiaribus cuiusque loci Patronis principalibus, in quorum festis sese exemptos assererent ab onere applicationis pro Populo, prout per plures annos egerant. Institutum praeterea fuit in Congregatione Ordinaria Sac. Rit. pro declaratione: An festum utriusque Principis Patroni Status scilicet Camerinen., et uniuscuiusque loci, celebrandum foret sub utroque precepto? Et num Parochi omnes in praefatis Festis tenerentur applicationi Missae pro Populo? Ac tandem quid agendum pro huiusmodi applicationibus omissis? ut in supplici libello, sequentis tenoris:

Em̄i, e Rm̄i Signori. « Lo stato di Camerino, » che forma Provincia separata affatto dall' Umbria, e dal Piceno, venera come Protettore » principale S. Venanzio Martire, e ne celebra » la Festa con rito doppio di 1. classe, coll' Octava, e ne osserva la Festa di precepto. »

» Quasi tutti i singoli Paesi contenuti dentro » i limiti di esso Stato, hanno i rispettivi particolari Protettori principali canonicamente elet-

» ti, confermati dalla Sagra Congregazione de'Riti,  
» e assegnati ai medesimi sempre dal Calendario  
» Diocesano di Camerino col rito conveniente a  
» tali Santi di doppio di 1. classe coll' Ottava ,  
» e con tal rito se ne celebra effettivamente in  
» ogni luogo la Festa. »

» Costa apertamente dalla Costituzione della  
» S. M. di Urbano VIII. , che comincia *Universa*  
» §. 2. , non che da moltissimi celebri Autori ,  
» segnatamente dai Salmaticesi , Ferraris , Me-  
» rati etc. , che tanto l' una , che l' altra Festa  
» di tali Protettori , del Protettore cioè di Pro-  
» vincia , e del Protettore del Luogo contenuto  
» nella stessa Provincia , siano di precetto coll' ob-  
» bligo di ascoltare la Messa , e di astenersi dalle  
» opere servili. »

» Alcuni Parrochi , ciò non ostante , sono fissi  
» nel sostenere , che la Festa del Protettore del  
» Luogo particolare non è di precetto , perchè si  
» osserva di precetto la Festa del Protettore della  
» Provincia , e si dispensano dall' applicare *pro*  
» *Populo* , e permettono le opere servili. »

» Per togliere tali disordini , e quelli , che da  
» essi derivano , si supplica per la formale di-  
» chiarazione , che l' una , e l' altra Festa dello  
» Stato , e Ducato di Camerino è *precectiva* , e  
» che sono tenuti a *rimettere* , o ad *ottenere l'as-*  
» *soluzione* per le Messe *pro Populo* da essi tra-  
» lasciate. Che ec. »

S. eadem R. C. , ad relationem Eñi , et Rñi  
D. Card. de Somalia eidem Congregationi Praefecti , ac Relatoris , habita prius informatione de  
praemissis per R. Vicarium Capitularem Camerinen.  
scripto pandita , respondit : « Servandum  
esse de praecepto utrumque Festum , et Parochos  
teneri ad applicationem Missae *pro Populo* , et

ad D. Secretarium cum SSmo. » Die 22. Mar-  
tii 1817. (1).

Facta autem , per me infrascriptum Secretarium de praemissis SSmo D. N. relatione , Sanctitas Sua S. C. sensum approbavit , et confirmavit , atque in posterum servari mandavit , annuitque pro absolutione quoad praeteritum. Die 25. Martii 1817.

4533. ORD. S. FRANCISCI REFORMAT.

IN BRASILIA.

Provincialis Minister Ord. S. Francisci Reformatorum in Brasilia , ad evitanda contentionum semina , quae oriri possunt inter Religiosos , et Tertiarios eiusdem Instituti , supplici porrecto libello a S. R. C. , petiit humillime resolutionem sequentium Dubiorum.

1. An Sacerdotes , sive saeculares , sive regulares diversorum Ordinum accedentes ad Sacrum faciendum in Cappella Tertiariorum prope , vel intra eorum Ecclesiam contenta , teneantur se conformare tam in Missa , quam in colore Calendario Fratrum , et Missam celebrare iuxta ritum servatum in Ecclesia Regulari Fratrum , cum talis Cappella non sit de iurisdictione ordinaria , et Tertiarii existant sub regimine Praelatorum Ordinis ?

2. An talis Cappella Tertiariorum uti debeat Calendario Romano , vel Franciscano ?

3. An in observatione , et exequutione Sacrorum Rituum , licet Saeculares sint , teneantur obedire sub peccato Praelato Regulari , vel eius Commissario ?

Et Sac. eadem Congregatio , exquisita prius Sententia alterius ex Magistris caeremoniarum Apostolicarum scriptis pandita , typisque divulgata , ad relationem Eñi , et Rñi D. Card. Quarantotti

(1) Sac. Congregationis responsum conforme est dispositioni Literarum Apostolicarum *Urbani PP. VIII. dat. Idibus Septembris ann. 1642. pro observatione Festorum* , ubi , enumeratis distincte Festis in universa Ecclesia sub utroque praecepto servandis ; ad peculiaria Regnorum , Provinciarum , Civitatum , Locorum quod attinet , sancitum legitur , quod eodem modo videlicet , cum praecepto audiendi Sacrum , et cessandi a servilibus , recolantur etiam Festa *unius ex principioribus Patronis in quocumque Regno , sive Provincia , et alterius pariter principalioris , in quacumque Civitate , oppido , vel pago , ubi hos Patronos haberi , et venerari contingat* : Cum autem Civitates , et Loca , quae nomine veniunt Status , seu Ducatus Camerini , minime pertineant ad Provincias limitrophas , sed unam separatam Provinciam constituent ; ideo , iuxta formam praefatae Constitutionis , ne dum tenentur ad solemnia Festi principalis Patroni universi Status , qui est *S. Venantius Martyr* ; verum etiam ad alterum principalis Patroni , ( si quis habeatur electus , et confirmatus , iuxta formam Decretorum generalium 23. Martii 1630. ) Civitatis , seu Loci ; ac proinde etiam Parochi in respectivis civitatibus , oppidis , vel pagis ad applicationem Sacrificii pro populo tenentur.

Poenitentis, rescribendum censuit, ut infra: vide-  
licet.

Ad 1. Affirmative, quatenus Cappella fuerit  
intra Ecclesiam, iis tamen solum diebus, qui-  
bus Festum cum solemnitate, ac populi frequen-  
tia peragitur, et color ab Ecclesia servatus se-  
cundum Rubricas non congruit Celebrantium Of-  
ficio, Missali tamen Romano ab exteris Sacer-  
dotibus adhibito: Quatenus vero Cappella fuerit  
prope, sed extra eandem Ecclesiam, pariter Af-  
firmative, si eadem Cappella ad Tertiarios profes-  
sos pertinuerit; sed Negative, si memorata Cap-  
pella Tertiariorum saecularium fuerit, nisi hi  
gaudeant Indulto extensionis Privilegiorum, ut  
decisum fuit in Bracharen. 27. Augusti 1707. in  
responsione ad Dub. 5., et in Alerien. die 1. Se-  
ptembris 1708.

Ad 2. « Provisum in primo. »

Ad 3. « Tertiarios saeculares non teneri obe-  
dire sub peccato Praelato regulari, sive eius Com-  
missario. » Die 22. Martii 1817.

4534.

#### PUTEOLANA.

Zelo gloriae Domini, animarumque salutis  
corruptus Puteolanus Episcopus sui muneris par-  
tes esse apprime novit panem esurientibus fran-  
gere, gregemque sibi commissum pascere. Hinc  
singulis Dominicis diebus eidem in more est, in-  
structa Catechesi, per se ipsum populo ad maius

Templum confluenti, Christianae Religionis ru-  
dimenta tradere, nonnullis superadditis precibus  
ante Augustissimum Eucharistiae Sacramentum,  
quo cum Gregem benedici congauget. Haec, ut  
debitis reverentia, et decore fiant; mandat, ac  
praecipit, ut, expleta Vesperarum recitatione, lo-  
cum habeant, Canonicis interea sibi concionanti  
assistentibus, et Completorium post praedictas  
functiones persolventibus. Verum tamen id aegre  
ferentes Canonici, institerunt in S. R. C., pro  
sequentium Dubiorum resolutione.

1. An Episcopus censuris, et poenis, vel di-  
tributionum amissione valeat Canonicis Ecclesiae  
Cathedralis praescribere, ut Catechismo intersint,  
quem ad populum habet, eidemque in Ambone  
concionanti assistere, ubi solent alii Verbi Dei  
Praecones, si id faciat talari habitu indutus, vel  
cum Mozzetta, et Stola? (1)

2. An idem Episcopus possit praescribere, ut  
Vesperis in Choro peractis, recitatio Completorii  
suspendatur, usque dum Sacra Pyxis in maioris  
Altaris Tabernaculo collocetur, Catechismus,  
vel Concio ad Populum absolvatur, quaedam Ora-  
tiones recitentur in conspectu SSmi Sacramenti,  
et fiat cum eo benedictio, quod est contra Ec-  
clesiae Puteolanae consuetudinem, cum eiusdem  
Canonici soleant post Vesperas statim Completo-  
rium recitare? (2)

(1) Plura occurrunt Sacrae Congregationis Decreta, quibus firmatum est, Canonicos concionanti  
Episcopo assistentiam praestare debere, dumtaxat quando pontificalibus est indutus, servata forma  
Libri caeremonialis; sed non teneri, si Episcopus extra Pontificalia cum simplici Mozzetta, et Stola  
verbo Dei velit pascere suas oves. Ita responsum lego Die 19. Decembris 1643., et rursus in Nolana  
23. Martii 1686., in respons. ad Dub. 1., et in Calaritana 3. Decembris 1701. in respons. ad Dub. 2.  
Praesertim vero in Pacten. 19. Martii 1760., ubi Dubium idem erat, ac illud a Puteolanae Cathed-  
ralis Canonicis propositum, videlicet: *An ab ipsis debeat assistentia Rmo eorum Episcopo Pacten.  
pueros, plebemque docenti, Christianam Doctrinam?* Cui responsum fuit: *In casu, de quo agitur,  
assistentiam non deberi:*

(2) Huic Dubio occasionem dedit expositio Sacrae Pyxidis in maioris Altaris Tabernaculo, quae  
fieri solet *post Vesperas*; unde Canonici *Completorium* differre coguntur, ut interim concio habeatur,  
nonnullae recitentur preces, et populus, post benedictionem cum Sacra Pyxide ei impertitam, di-  
mittatur. Ne quis autem sit, qui credat, Sacram Congregationem, dum striete Dubio respondit,  
tacite saltem non reprobasse morem extrahendi Sacram Pyxidem e Tabernaculo, ad effectum eam  
exponendi sub Umbella, vel elargiendi populo benedictionem: etenim PP. EE. eidem S. C. praepositi,  
Dubio respondentes, haud ampliarunt examen ad id, quod non quaerebatur. Equidem caeremoniarum  
Magister, qui, ut super propositis Dubiis votum suum aperiret, rogatus fuit, morem exponendi  
Sacram Pyxidem sub umbella, vel e Tabernaculo extrahendi pro impertienda confluentibus bene-  
dictione, agnoscens esse contra receptos Ecclesiae ritus, opportune notavit: *de quo ritu hic agere  
ad me non pertinet.* Nam expositio cum Pyxide privata est, et sub ea conditione permittitur; *Dummodo  
e Tabernaculo non extrahatur:* veluti repetitis Decretis expresse iubent Sacra Congregatio Episcoporum,  
et Regularium die 9. Decembris 1602. altera Concilii Tridentini interpretum 17. Augusti 1630. 28. Fe-

Et Sacra eadem R. C., audita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris praelo tradita, atque evulgata, ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Card. Quarantotti, eiusdem Causae Relatoris, etsi commendatione dignum Em̄i PP. duxerunt zelum Puteolani Antistitis, nihilo tamen minus Canonice Procuratoribus scripto, et voce auditis, censuit respondendum: «Juxta votum, hoc est, de iure non teneri.» Die 22. Martii 1817.

4535.

#### MAZARIEN.

Concessionis Officii, et Missae propriae B. M. V. de Paradiso nuncupat. Patronae Principalis Mazarae ab Apostolica Sede confirmatae sub ritu dupl. 1. clas. cum Octava pro utroque Clero Civitatis, et Dioecesis recitan. die 4. Novembris Festo eiusdem B. M. V. Patronae de praecepto in Civitate Mazarae, eiusque Territorio; et approbationis Elogii legendi in Martyrologio: nec non Indulti recitandi idem Officium, et Missam propriam sub rit. dup. 2. class. absque Octava a Clero, et Monialibus Civitatis Mazarae tantum in Dominica II. Iulii: Instantibus Rm̄o Episcopo Mazarien., utroque Clero, Senatu, Populoque eiusdem Civitatis.

S. R. C., ad relationem Em̄i, et Rm̄i Domini Cardinalis Iulii Mariae de Somalia Praefecti, et Ponentis, rescribendum censuit. «Quoad Patronatum in decisio sub die 22. Martii 1806. Quoad Festum de praecepto; ad Dominum Secretarium cum Sanctissimo. Quoad Festum secundarium sub rit. dup. mai. In reliquis ad Em̄um Ponentem cum Domino Promotore Fidei.» Die 22. Martii 1817.

Facta autem per me infrascriptum Secretarium de praemissis SSm̄o D. N. Pio VII. Pont. Max. relatione, Sanctitas Sua in omnibus sensum Sac. Congregationis approbavit, potestatemque fecit

Rm̄o Episcopo Mazarien., ut quatenus ita in Domino expedire censuerit, dictum diem 4. Novembris festivum sub utroque praecepto in Civitate tantum valeat declarare: Officium vero cum Missa, de quibus in precibus, ab Em̄o, et Rm̄o D. Card. Praefecto una cum R. P. D. Cavalli Promotore Fidei revisis, ab Universo Civitatis, ac Dioecesis Mazarien. Clero in die 4. Novembris: a Clero item, et Monialibus Civitatis tantum in Dominica secunda Iulii recitari, ac celebrari posse, ut supra, sub praescripto in una quaque die ritū concessit, die 25. eiusdem Mensis, et Anni.

In folio Congregationis Ordinariae die 22. Martii 1806. legitur: -Mazarien. Confirmationis electionis in Compatronam Principalem Civitatis, et Dioecesis Mazarien. B. M. V., cuius Imago reveretur sub denominatione de Paradiso, nec non approbationis Officii proprii cum Missa.

Rescriptum. «Pro gratia confirmationis electionis B. M. V. in Patronam principalem cum Officio, et Missa, ut ad Nives etc., et ad mentem.»

4536.

#### DUBIORUM.

Cum caeremoniarum Magister, cui incumbit onus dirigendi Ecclesiasticas functiones in quadam Ecclesia Cathedrali, nonnullos animadvertit in illa mores, qui sacris ritibus aut minus conformes, aut etiam repugnantes ipsi visi sunt, hac super re consulit S. R. C., et sequentia Dubia eidem decidenda proposuit, videlicet.

1. Diebus Feriarum Adventus, et Quadragesimae, Vigiliarum, et Rogationum Canonice Cathedralis Ecclesiae non privilegiatae, si dies sit festivus, celebrare solent Missam de Feria post Tertiam, de Sancto vero occurrente post Nonam; quia, aiunt, se vicem gerere Episcopi. Quaeritur: an haec consuetudo sit toleranda, vel potius tamquam abusus tollenda? (1)

bruarii 1654., et 14. Aprilis 1674. ex Lib. 19. Decretorum p. 319., et Lib. 28. pag. 72., ac tandem S. R. C. in Savonen. 31. Martii 1642. Spartam hanc mirifice illustrat S. M. Benedict. XIV. tam ut Doctor privatus in altera ex suis Institutionibus Ecclesiasticis, quae est XXX. Latinae editionis, quam ut Pontifex in Epistola ad Cardinalem Guadagni suam in Urbe Vicarium dat. die 27. Iulii 1755. legenda in Bullario eiusdem Pontificis Tom. 4. pag. 317., et sequent. editionis Romanae. Hinc etiam fit, ut nec liceat Sacram Pyxidem loco Ostensorii radiati sub umbella exponere. Ita laudatus Pontifex in cit. Institut. num. 77. Penitus interdicitur Sacram Pyxidem ob privatam causam extra Tabernaculum afferri, ac velatam sub umbella collocari, cum nullum huius ritus vestigium apud Scriptores, nullaque Sedis Apostolicae consuetudo deprehendatur, quam sequi omnino debemus. Haec obiter adnotasse sufficiat.

(1) Dubium hoc vel non est satis clarum, vel male expositum. Quod in aliqua Cathedrali intervertatur ordo Horarum a Rubricis praescriptus, pro celebratione Missarum solemniū, dum eadem die canendae duo sunt, altera scilicet de Festo occurrente, altera de Feria, novum non est: et

2. An Magister caeremoniarum in egressu e Sacristia pro Matutinis, Laudibus, et Vesperis solemniter persolvendis praecedere debeat Presbyteris Pluvialibus indutis, et Ministris Sacris in celebratione Missae, vel cogi possit ire immediate ante Canonicum celebrantem, praesertim si Ministri sint Celebrante gradus inferioris? (1)

3. An Canonici Cathedralis, de qua supra, uti possint Palmatoria in celebratione Missae, etiam quando celebrant extra Cathedrali? Similiter in aliis functionibus ecclesiasticis, Vesperis, Benedictionibus etc. saltem ex praetextu obscuritatis in aliquibus casibus? (2)

4. In eadem Cathedrali, quando celebrat Ca-

utinam id genus abusus frequentes non essent! cum non desint multi, qui propriis student commodis potius, quam in sacris servandis ritibus legum ecclesiasticarum dispositioni obediant. Id vere novissimum est, et hactenus inauditum, quod Canonici aliqui praefatum pervertentes ordinem, se tueantur, aientes, vicem gerere Episcopi. Novissimum iure dixi, nam onera Missarum propria sunt Canonicorum, non autem Episcopi, cum is teneatur ad Missas Pontificales dumtaxat in solemnioribus festivitibus; et, dum id agit, ipse etiam Regulae Libri caeremonialis parere debet, quin pro lubitu queat horam diversam a Caeremoniali, vel Missali praescriptam indicere. Quamobrem data quoque falsa hypothesis, quod Canonici Cathedralis in Missarum solemnibus vices gererent Episcopi, non ideo possent turbare ordinem, si neque Episcopo id licet. Nec prodest consuetudo, quae, ut abusus, nequit praescriptionem inducere, eamque etsi immemorabilem Sac. Congregatio nihili pendendam duxit in *Venusina* die 9. Augusti 1760. et omnino servandas esse Rubricas respondit in una *Eremitarum Camaldulensium* sub die 22. Ianuarii 1701., et 19. Ianuarii 1743., licet obstarent peculiares Constitutiones, et consuetudo.

Nescio tandem, cur in dubium exponatur, quaestionem esse de Cathedrali non privilegiata, quasi in illis, quae pluribus auctae sunt privilegiis, fas esset ordinem a Rubricis praescriptum pro Missarum Solemnibus invertere. Sint insigniores, sint multis decoratae praerogativis: has inter non ulla erit, qua permittatur pro lubitu non statutis horis Missas canere, sed potius, secus ac Ecclesiasticae Leges iubent, illas inverso ordine celebrando, propriis commodis consulere.

Quoad horam celebrandi Missam conventualem videri etiam possunt Decreta in *Imolen.* 6. Augusti 1735. et 7. Iulii 1759., *Polena* 9. Maii 1739., et *Venusina* 9. Augusti 1760.

(1) Quamvis regula generalis sit, quod certus locus non sit assignandus caeremoniarum Magistro qui stare, aut discurrere debet pro officii ratione, ut omnia, quae ad sacras pertinent caeremonias rite, et recte peragantur, uti patet ex Decretis in nostra Collect. legendis: relate tamen ad speciem in dubio propositam clara est dispositio Caeremonialis lib. 2. cap. 3. num. 1. ubi legitur: *Coadunatis Canonicis, et aliis de Clero in Chorum, praedictus Canonicus Celebrans procedet e Sacristia hoc ordine: praecedunt duo Acolythy deferentes candelabra cum candelis accensis, deinde Caeremoniarius, et aliqui Ministri cottis induti, mox Presbyteri pluvialibus parati bini, et bini, ultimo loco Canonicus Celebrans pluviali indutus medius inter duos ex dictis Presbyteris, qui simbrias anteriores pluvialis ipsius parumper elevent.* Haec ideo regula tenenda est, et dum clara est Caeremonialis dispositio, minime attendi debent privatorum scriptorum placita, qui in diversas abeunt opiniones, ac varii sunt in assignando locum caeremoniarum Magistro.

(2) *Palmatoria*, seu *Bugia*, ut vulgari appellatur voce, non omnibus Praelatorum Collegiis indistincte, ac multo minus Ecclesiarum Cathedralium Canonicis convenit. Iure ea utuntur tam S. R. E. Cardinales, quam Episcopi; alii vero ex Indulto, quibus Pontificis auctoritate, et clementia concessum est. Non omnibus tamen, qui hoc gaudent privilegio, datum est eo frui ubique, et in omnibus ecclesiasticis functionibus, sed quisque debet se continere intra fines, quibus circumscribitur concessio, vel haec nobile aliquod Collegium respiciat, vel singulariter personas. Certum est autem, quod Canonicis Cathedralium Palmatoriae usus de iure non competit, neque eis licet vel in propria, vel in aliena Ecclesia publice, aut private huiusmodi adhibere instrumentum. Nec tam facile concedam id ipsos posse ex privilegio, quod nequeunt ex dispositione iuris; cum nec eo gaudeant Praelati utriusque Signaturae Referendarii, et Protonotarii Apostolici titulares, etiamsi celebrent in Ec-

nonicus, Diaconus, et Subdiaconus aliquando sunt inferioris ordinis: Queritur: an haec consuetudo retineri possit? et quatenus affirmative: an deceat Canonicum celebrantem esse in paramento pretioso, Diaconum, et Subdiaconum paratos esse inferiori Dalmatica, et Tunicella? (1)

5. An, celebrante Canonico Cathedralis, Diaconus itidem Canonicus, porrigendo Cochlear, Patenam, Calicem, teneatur osculari manum Celebrantis, vel potius, quia est Canonicus, oscula huiusmodi sint omittenda? (2)

6. An Canonici supradicti Cathedralis tenean-

clesis illarum Civitatum, quarum regimini praeficiuntur, veluti declaravit S. R. C. in *Caesenaten. die 9. Februarii 1675.* Et stricte ad Canonicos Cathedralium habetur declaratio eiusdem Sac. Rit. *Congregat. in Vicentina 11. Iulii 1699.* ut ex decreto, quod in nostra Collectione omissum, sed laudatum a pluribus de re liturgica Scriptoribus, praesertim vero a *san. mem. Benedicto XIV. de Sacrific. Missae, a Catalano ad Caeremoniale Episcoporum, a Merato ad Gavantum*, aliisque, et nos modo ex regestis authenticis nuper restitutis exscripsimus: *Vicentina - Humiliter Sac. Rit. Congregationi supplicantibus Capitulo, et Canonicis Cathedralis Ecclesiae Civitatis Vicentiae; quatenus ipsis usum Palmatoriae benigne concedere dignaretur: Sacra eadem Rit. Congregatio, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Noris, censuit respondendum: Negative. Die 11. Iulii 1699.* Quin immo, nisi palmatoriae usus sit expresse nominatim concessus, haud comprehenditur in Pontificalium Indulto, quo Insignium quarumdam Cathedralium Canonici decorantur, veluti colligimus ex Sac. Rit. Congregationis responso in *Urbinate. 29. Ianuarii 1752.* Non desunt tamen, qui Capitulum, seu Collegium, cui sunt adscripti, hoc privilegio ditatum fuisse contendunt, sed abusum, et indebiti honoris usurpationem privilegio tueri conantur, quod numquam extitit. Quod autem eo careant Canonici, de quibus hoc in dubio quaestio est, patet ex postrema dubii parte, in qua petitur: *An id ipsis liceat, ex praetextu obscuritatis in aliquibus casibus?* Quae sane petitio frustra fieret, si aliquo Apostolico Indulto Canonici illi donati fuissent. Cum vero quod primum ad tenebras depellendas (simplex tunc in usu erat candela) fuit adhibitum, temporis successu fuerit commutatum in instrumentum, et signum honoris, et dignitatis; ideo obscuritatis praetextus non id licitum reddit, quod ex praesenti Ecclesiae disciplina, quibusdam tantum Collegiis, et Personis iure competit, vel privilegio concessum est: aliis vero ad artificiale lumen, ingruentibus tenebris, praestandum, vel privilegio concessum esse debet supra candelabrum posita, non manu inservientis ministranda. Ita Sac. Rit. Congregatio die 10. Septembris 1701. in *Cortonen.* proposito dubio: *An in lectionibus canendis competere possit Canonicis usus instrumenti, vulgo bugia, vel usus Candelabri ab alio sustentati?* Respondit: *Negative; et si obscuritas ingrueret, poterit prope Legile apponi Candelabrum unum super pavimento cum facula accensa.*

(1) Etsi nulla lege praescriptum sit, ut Dalmatica, et Tunicella nedum in colore, de quo non est quaestio, verum etiam in qualitate inferiores non sint Casula, qua utitur Celebrans, congruit tamen, ut, quantum fieri potest, ab illa non differant, minime obstante, quod Celebrans sit Canonicus; in officio vero Diaconi, et Subdiaconi Beneficiati, aut simplices Sacerdotes ministrent. Quippe sacra haec indumenta non ad personae ornatum adhibentur, sed ecclesisticae functionis decori inserviunt. Verumtamen certa regula dari nequit, quia non omnes Ecclesiae sacris suppellectilibus aequae sunt instructae, et in aliquibus pretiosiores Casulae habentur ex pia fidelium largitione; desunt vero similes Dalmaticae, et Tunicellae, neque ad illas comparandas idonea suppetunt media. Curandum tamen, ne nimis differant.

(2) Clara est Rubrica *de Missa solemn. tit. 10. num. 4.*, nec non *Caeremonial. Episcop. lib. 1. cap. 18.* Nulla quippe fit distinctio inter Canonicos, Beneficiatos, ac simplices Presbyteros. Cuiusque namque ordinis hi sint, ac quaecumque dignitate fulgentes, si ministrant in Ordine diaconali, vel subdiaconali, debent manus Celebrantis osculari, toties quoties praescriptus ritus id exigit, quia tunc non attenditur personae dignitas, sed qualitas ministerii. Id adeo verum est, ut rogata Sac. haec Congregatio: *An Canonicus Patriarchalium Urbis, Diaconi munus exercens in Missa solemn. post petitam benedictionem Evangelii, teneatur osculari manus Celebrantis, etiamsi ipse Celebrans non sit Canonicus, neque*

tur Missas celebrare, ut quilibet alius Sacerdos simplex, an potius ipsis liceat cogere Clericos inservientes, ut deferant Calicem ad Altare, vel ab eo reportent, eum detegant, et cooperiant in Missa, aperiant Missale etc.? (1)

7. An Concionator, absente Episcopo, post reverentiam generalem factam Capitulo, deinde Populo, teneatur, vix incocepta Concione, iterum veniam exhibere, seu postulare a Canonicis, quia, ut aiunt, unum sunt cum Episcopo? (2)

8. An Magister caeremoniarum stare debeat, semper, reliquis Clericis, et Acolithis sedentibus in Vesperis, Matutinis, et Laudibus solemnibus?

9. An authenticum sit Decretum 29 Decembris 1638. his verbis conceptum: - Magistro caeremoniarum nullum competere locum in sedendo, sed stare debere, dum munus suum exercet, iuxta dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. 2. cap. 17.-? (3)

10. Cum quandoque aliquod Festum rit. dup. min. translatum reponi nequeat ante diem Commemorationis omnium Fidelium defunctorum: Quaeritur; an eiusdem Officium reponi possit, et debeat in dicta die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum? (4)

11. An omnes Capitulares teneantur obedire

*in aliqua ecclesiastica dignitate constitutus?* die 23. Aprilis 1690. respondit: *Teneri.* Quid plura quaerimus, ut concludi debeat Canonicum in officio Diaconi ministrantem teneri osculari manum Concanonici celebrantis?

(1) Plura sunt S. R. C. Decreta, quae statuunt Canonicis Cathedralium, Vicariis generalibus, Protonotariis Apostolicis honorariis etc. in Sacro privatim faciendo nullam distinctam honorificentiam deberi, eosdemque nihil differre a simplicibus Sacerdotibus. Quin immo, quamvis plura sint privilegia, quibus gaudent Abbates usum Pontificalium habentes, attamen dum privatim Sacrificium offerunt, nequeunt a simplici Sacerdote distingui, ut cautum est in Decreto generali iussu S. Mem. Alexandri VII. emanato, *sub die 27. Septembris 1669.* multo etiam minus permissum erit Dignitatibus, Canonicis, Vicariis, Protonotariis Apostolicis honorariis etc., quod Praelatis omnibus, qui usum Pontificalium habent, sed Episcopo sunt inferiores, vetitum est. Videri prae aliis possunt Decreta *in Oritana, Tudertina, Pisana, Caesenaten., Senen., Fulginaten., Aquilana, et Asculana.*

(2) Decisum iam fuit, quod soli Episcopo venia a Concionatore debetur, *in Asculana die 27. Maii, et 24. Septembris 1788.*

(3) Authenticum, et genuinum est *Decretum* editum *sub die 9. Decembris 1638.*, sed mendum irrepsit in citatione Caeremonialis, et legi debet *lib. 1. cap. 5.*, ubi revera agitur de caeremoniarum Magistris. Neque tamen ex eo consequitur, quod ille, qui Ecclesiasticas functiones dirigit, numquam sedere debeat. Equidem *Caeremoniale Episcoporum* nullum ei locum in sedendo assignat, quia regulas dumtaxat praebet in exercendo munere servandas, et certum est, quod in actuali exercitio non est ei sedendi locus. Iure laudatum Decretum dum praecipit *stare debet*, limitationem ponit *dum munus suum exercet.* Quid ergo prohibet, ne sedeat dum ab officio quiescit, nihilque est, quod eius vigilantiam requirat? Indecens immo esset, ut ipse staret satis diu inoperosus, quando omnes in Choro sedent Matutinas, et Vespertinas horas solemniter cum cantu persolventes; et Celebrans, Sacri Ministri, aliique nec assistentia indigent, nec directione. Quod autem non exprimit *Caeremoniale*, et forte obscurum est *in praefato Decreto*, declaratur per alia Sac. Congregationis Responsa, praesertim *in Patavina, et Viterbien.*

(4) Plura occurrunt in hoc dubio notanda. Regula generalis est, quod in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum fieri possit Officium de Festo Rit. dup. min. vel occurrente, vel etiam translato, cum omnibus tamen Missis privatis *de Requie.* Ita respondit S. R. C. in una *Urbis, in Curien., et in Einsidlen.* Et iure id quidem; nam Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum proprie non est Officium diei, sed potius quid superadditum Officio diei: quomobrem si aliud non occurrat Festum rit. dup., ea die fit de Octava omnium Sanctorum. Cur igitur non poterit de dup. min. vel occurrente, vel translato? Ne quis tamen secum reputet S. C. in aliam quandoque abiisse sententiam, cum de occurrente fieri posse negaverit, quod dicendum erit potiori iure de translato. Non enim primam repudiavit sententiam, quae firma manet, sed prae oculis habuit casuum diversitates,

Caeremoniarum Magistro ab Episcopo electo in his, quae Divinum Cultum respiciunt, vel potius considerari debeat tanquam Capitularium famulus? (1)

et peculiare circumstantias, quae concurrebant: ideoque iuxta eorundem casuum, et circumstantiarum varietatem, respondens, non declinavit a regula, sed limitationem posuit. Translationem Festi dup. min. occurrentis fieri debere respondit tam in *Viterbien. 5. Octobr. 1709.* quam in *Brixinen. 11. Julii 1716.*, sed in utroque casu res erat de Festis, quae, etiamsi essent rit. dup. min., nihilominus magnam habebant extrinsecam solemnitatem. In *Viterbien.* agebatur de Festo *Sanctorum Martyrum Valentini, et Hilarii, quorum corpora in Ecclesia Cathedrali asservantur, magna populi devotione, et concursu*: tantaque erat Festi celebritas, ut dubitatum fuerit, quod esset de praecepto servandum: merito igitur responsum: *transferendum esse Officium Sanctorum MM.* adiecta conditione, *dummodo Festum non sit de praecepto*; nam si fuisset de praecepto, fuisset etiam de eo faciendum, translata ad aliam diem commemoratione Fidelium defunctorum, uti fit quando haec occurrunt cum Dominica. In *Brixinen.* res erat de *S. Pirmino Episcopo*, cuius Festum transferendum dixit Sac. Congreg., non quia insignes Reliquiae asservabantur in Ecclesia Societatis Iesu Oeniponti, ut putat *Meratus ad Gavantum part. 1. tit. 5. num. 10.*, et in *Indiculo Decretorum num. 631.*, sed potius ob extrinsecum apparatus, populique frequentiam, de qua *Pittonius in Opusc. de Commemorat. omn. Fidelium defunctor. §. 2. num. 12.* ubi ait. *Ego enim, qui semel, atque iterum fui Oeniponti, rationem translationis esse puto, quia S. Pirminus est in magna veneratione apud populum illum, et in eius Festo, ut ibi audivi, est copiosus concursus, et adornatur Ecclesia pulcherrimo apparatu. Ad quid ergo pompa cum luctu, ad quid luctus cum pompis?* Sed et aliud Decretum est, quod pariter adversari regulae generali specietenus videtur. Petebat editor Calendarii Ord. Min. Obser. Reformat. S. Francisci: *An quando habentur tria Officia translata, unum classicum, alterum dup. mai., et tertium dup. min. quodnam ex his reponi debeat in die Commemorat. omn. defunct.: vel potius faciendum sit de Octav. omn. Sanctor.?* Cui Sac. Congr. sub die 27. Martii 1779. absolute respondit: *nullum ex translatis esse admittendum.* Huiusmodi responso nonnulli innixi putant Sac. Congr., prima repudiata sententia, in aliam longe diversam abiisse, et eiusdem Decreti, utpote posterioris dispositionem omnino esse servandam, etiam in occurrentia, vel translatione Festi ritu dup. min. Sed oppido falluntur, qui ita opinantur; etenim, firma manente regula, de qua in superioribus Decretis, non secus proposito dubio erat respondendum. Siquidem provisum fuerat occurrentiae, vel translationi Festi dumtaxat rit. dup. min. per annum, et ad hunc solummodo casum coaretatur facultas, quin extendi debeat, aut possit ad solemniora; quamobrem excipiuntur etiam duplicia minora, si fiant cum extrinseco apparatu, Populique frequentia, ut palam fit ex laudatis Decretis in *Viterbien. et Brixinen.* Enimvero, occurrente translatione plurium duplicium, cum servandus sit ordo a Rubricis praescriptus, et in repositione, maioris ritus habenda ratio; cumque non decent cum Missis *de Requie* Festum peragere rit. dup. mai. aut primae, et 2. Class., quae, ut plurimum, etiam extrinsecam habent celebritatem; neque iis anteferri liceat in repositione Festum rit. inferioris, secus ac iubent Rubricae; ideo in hoc casu particulari, similique translatorum concursu, maturo consilio Sac. Congregatio respondit: *Nullum ex translatis esse admittendum.* Videlicet non classicum, nec dup. mai., quia regula coaretatur *ad Festa dumtaxat rit. dup. min.* quae fiunt sine extrinseca solemnitate; non alterum *dup. min.*, quia non licet ordinem Rubricarum invertere, et in repositione Festum ritus inferioris solemniori anteferri. Patet igitur ex posterioribus hisce Decretis haud derogatum fuisse anterioribus, quibus statutum est de dup. min., aut occurrente, aut translato fieri posse in *die Commemorat. omn. defunctorum*, dummodo omnes Missae privatae celebrentur *de Requie.*

(1) Miror alicubi datam occasionem proponendi huiusmodi dubium. Vix enim induci possum, ut credam, aliquem reperiri, qui ita despiciat officium Magistri caeremoniarum, quod sane honorificum est, ut qui ad huiusmodi muneris exercitium assumitur, non secus habendus sit,



12. In praefata Cathedrali tempore Divini Officii exponitur Lignum Sanctae Cruceis, tam in Festo Inventionis, quam in altero Exaltationis. In Festo Inventionis celebrat Canonicus, et cum illo populo Benedictionem impertit antequam reponatur: in secundo, quia celebrat Beneficiatus sine ulla populi benedictione transfertur per Sacristam in suum repositum: Quaeritur: an haec distinctio attendenda sit, vel potius populus sit benedicendus etiam in Festo Exaltationis, in quo non celebrat Canonicus, sed Beneficiatus? (1)

13. In eadem Cathedrali singulis annis cele-

bratur Anniversarium pro anima . . . Summi Pontificis; in hoc Anniversario ad tumulum exponuntur Insignia rubri coloris auro intexta, sicuti Triregnum, Casula, Stola etc. Ulterius pro eodem Anniversario dicitur Invitatorium, unum Nocturnum, ut in secundis Feriis tempore Adventus, et Quadragesimae: ac tandem cantatur Missa tertia in ordine cum Oratione: *Deus indulgentiarum Domine etc.* Quaeritur 1. utrum haec Insignia rubri coloris apponi possint? 2. an in casu dicendi sint tres Nocturni, et Antiphonae sint duplicandae? 3. an dicta Missa et Oratio legi possit. (2)

ae si esset Capitularium famulus! Is namque ille est, qui sacras dirigit actiones, et vigil adest, ut Ecclesiae leges quoad ritus, et caeremonias adamussim serventur. Quamobrem omnes, etsi gradu longe maiores, in iis tamen quae ad Divinum Cultum pertinent, ei obtemperare tenentur. Ita iubet Caeremoniale Episcoporum. lib. I. cap. 5. num. 5. *Episcopi curae erit omnes tam Canonicos, quam alios de Choro praemonere, ut ipsis Caeremoniarum, in his, quae ad Divinum Cultum spectant, sine contradictione obediant; nec tantum eorum verbis acquiescant, sed ut oculos in ipsos convertentes observent; et illico illius nutu, aut levi aliquo signo, vel intuitu quod agendum sit significantibus, statim pareant.* Et S. C. in *Monopolitana* 17. Iulii 1734. respondit: *Omnes capitulares teneri obedire Magistro caerem. ab Episcopo electo, quoad ea, quae Divinum Cultum concernunt sub poena arbitrio Episcopi.* Atque adeo verum est, quod Magistri caeremoniarum officium honorabilioribus adnumeratur, ut ead. S. C. responderit: haud repugnare, quin ad illud exercendum assumatur Canonicus Cathedralis. Ita in *Licien.* 10. *Januarii* 1693. Quo iure igitur dicendus Capitularium famulus?

(1) Etsi nulla sit Rubrica, quae praecipiat populo impertiendam esse benedictionem cum vivificae Crucis Reliquia post eiusdem ostensionem, aut expositionem: mos tamen invaluit, ut id fiat. Dum in Basilica Vaticana ex alto podio *Cruz, Lancea, Sudarium* statis diebus, vel aliis datis occasionibus, solemniter ostenduntur, haud reconduntur in custodia, nisi prius, aut Episcopus, aut Canonicus Sacerdos cum iisdem confluenti populo benedixerit. Quod etiam accidit in aliis insignioribus Urbis Basilicis, in quibus populo ostenduntur Sacra Lysana, si aliqua adsit Reliquia Redemptoris Nostri Iesu Christi Sanguine, contactuque consecrata. Quid si res sit de Expositionibus, aut Processionibus, in quibus eadem SSmae Crucis Reliquia circumfertur? Sacrae huius Congregationis habemus responsum de benedictione populo cum eadem elargienda. Siquidem rogata: *An quando, post aliquam sacrae Crucis Expositionem, vel Processionem reponitur, benedicendus sit populus cum ipsa, ut nonnulli in hac provincia practicant, licet huiusmodi benedictio saltem relate ad Processionem, teste Tonellio S. Rit. lib. 3. cap. 2. §. 4. num. 6. nullibi praescribatur?* In *Brixien. sub die 15. Septembris* 1736. respondit: *Affirmative.* Quod sane responsum, cum positivum sit, firmat regulam, quod danda sit cum Crucis vexillo benedictio post eiusdem Processionem, et Expositionem. Id quod magis declaratur ex diversa formula, qua usa est eadem S. C. relate ad Reliquias in genere. In *Albinganen.* die 24. Iulii 1683. ad dubium: *Utrum post Processionem Reliquiarum impertiri populo debeat benedictio cum Reliquiis?* haud positive respondit, sed fieri posse censuit: *Posse, nullam tamen adesse obligationem.* Magnum quippe intercedit discrimen inter Reliquias Sanctorum, et instrumenta Passionis D. N. I. C. Cum igitur in Cathedrali, de qua agitur, in Festo tam Inventionis, quam Exaltationis SSmae Crucis sacra exponatur Reliquia, populus cum ea benedicendus erit ante repositionem, vel Canonicus sit qui celebrat, vel Beneficiatus. Non enim benedictio pendet a dignitate personae celebrantis, sed impertienda est ratione qualitatis Reliquiae.

(2) Dubium hoc tres continet partes. *Prima est*, de signis apponi solitis supra tumulum, vel castrum doloris: *Secunda*, circa Officium in Anniversario Summi Pontificis celebrandum versatur:

## DUBIA ADDITIONALIA.

Sacramentorum tam intra, quam extra Cathedralem Ecclesiam teneantur deponere Cappam, at-

## 1. An Canonici Cathedralis in administratione

*Tertia* est quoad Orationem, cum in Missa, tum in Officio in eodem Anniversario recitandam. Novum illud est, quod principio quaeritur: quis enim est, qui nesciat communem esse Ecclesiarum morem, supra castrum doloris in Anniversariis, vel nullum signum apponere, vel illud dumtaxat, quod designet qualitatem personae, cuius funebris memoria fit? Ideo, etiamsi Anniversaria celebrentur pro Animabus Summorum Pontificum, Cardinalium, Episcoporum, Sacerdotum, satis est *Triregnum, Mitram, Biretum rubrum, aut nigrum, nigri, aut violacei coloris Stola* imponere, ad distinguendum personae diversam dignitatem, et characterem. Dum igitur Anniversaria dies agitur alterius ex Summis Pontificibus, a more recedendum non est, neque apponendam Casulam cum Stola, quippe *Triregnum* satis superque est ad significandam supremam Personae, pro cuius anima funebre Officium peragitur, dignitatem. Quod si nec Casula, nec Stola tumulo apponenda sunt, frustra de colore disquirem. Insignia huiusmodi rubri coloris ea in Cathedrali adhiberi solent, forte quia Pontifex, dum exequiis interest, rubro utitur Pluviali, eiusdemque coloris Casula defuncti cadaver induitur: sed haec consuetudo Pontificiae Cappellae singularis, et peculiaris est in aliquibus dumtaxat functionibus, quae tamen antiquis ritibus nequit adnumerari, sed postremis saeculis inducta est; veluti demonstrat *Dominicus Giorgi* in erudito opusculo *Degli abiti sacri del Sommo Pontefice paonazzi, e negri*: Numquid autem quod proprium, et peculiare est Pontificiae Cappellae, extendere licet ad Insignia castro doloris imponenda, dum alicuius Summi Pontificis Anniversaria dies funebri pompa recolitur?

Ad secundam dubii partem quod attinet, breviter dicam. Quamvis Anniversarium aliquid habeat solemnitatis, et in eodem, si mortuorum Officium persolvatur, ut tres integri Nocturni cum *Invitatorio, et duplicatis Antiphonis* recitentur, in communi sit more, iuxta disposita in Rituali Romano; nihilominus improbanda non est consuetudo, si viget alicubi, unum tantum recitandi Nocturnum, nisi obstat Fundatorum voluntas de integro persolvendo Officio, vel etiam immemorabilis consuetudo. Non idem tamen dicendum de *Invitatorio, quod cum Psal. Venite etc.* legi dumtaxat debet, ex rubricarum Breviarii praescripto, dum Officium integrum est. Non omnia Anniversaria, vel ex consuetudine, vel ex Testatorum dispositione, adnexum habent Officium, et plura sunt, quae unica tantum Missa solemniter cantata, cum absolute circa castrum doloris persolvuntur: hinc fit, quod necesse non est Officium addere, vel, si addatur, non semper oportet illud integrum persolvi; at, si unum tantum Nocturnum recitetur, servanda est regula de non recitando *Invitatorio*. Equidem non ignoro Ritualis rubricam titulo de *Exequiis*, quae praecipit, quod *si ob temporis angustiam . . . Officium mortuorum cum tribus Nocturnis, et Laudibus, dici non potest . . . : dicatur saltem primum Nocturnum cum Laudibus, maxime ubi eiusmodi viget consuetudo, incipiendo ab Invitatorio - Regem, cui omnia vivunt, Venite etc.* Sed haec rubrica taxative disponit de Officio recitando in depositione defuncti, si rationabilis causa interveniat, ne integrum Officium peragatur. Quod tamen pro uno casu, moderando regulam generalem, statutum est, ne defuncti corpus sine Officio terrae tradatur, trahi nequit ad alios casus longe diversos, veluti est Anniversarium, in quo proinde, si *Invitatorium* dici velit, aut debeat ex voluntate Testatorum, vel petentium, omnes tres Nocturni cum duplicatis Antiphonis erunt recitandi. Sed quoniam, ut supra dictum est, in Anniversario ut plurimum solemnium, Missae non adiungitur Officium, nisi excepto casu iniunctae obligationis, aut consuetudinis; si spontanea, et libera sit, vel ex more inducta recitatio unius dumtaxat Nocturni, huic praemittendum non erit *Invitatorium*, repugnante Breviarii rubrica, videlicet: *Hoc Invitatorium dicitur tantum in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, et in die depositionis defuncti, quibus diebus dicuntur tres Nocturni infrascripti, et Antiphonae duplicantur. Aliis temporibus dicitur tantum unum Nocturnum cum Laudibus.* Quae Breviarii Rubrica ad duos tantum casus limitata, concordi Scriptorum sententia, et omnium Ecclesiarum usu, extenditur ad casus omnes, in quibus tres No-

que uti superpelliceo, et stola, iuxta Rituale Romanum? (1)

2. An teneantur dicti Canonici Cappam deponere, tam intra, quam extra Cathedralem, dum

verbum Dei praedicant, vel dum officium Sacerdotis assistentis in Missa novi Celebrantis, aliasque quascumque non capitulares functiones exercent? (2)

eterni recitantur. Aliquos non deesse fateor inter Rubricistas, qui limitationem Ritualis appositam pro depositione defuncti extendunt ad diem tertiam, septimam, trigesimam, et Anniversarium, inter quos adnumerantur *Gavantus*, et *Baruffaldus*, quibus alii Rubricarum expositores adhaerent. Sed praeterquamquod verba *Gavanti* satis clara non sunt, et in alium longe diversum sensum intelligi possunt, magis arridet *Bissi* sententia, qui in sua *Hierurgia* verbo *Invitatorium* §. 5., posita limitatione Ritualis, quaerit: *an autem etiam sit dicendum (Invitatorium cum uno dumtaxat Nocturno) in die tertio, septimo, et trigesimo, depositionis? affirmative respondet Gavantus. Ex rubrica quidem Breviarii citata contrarium colligi videtur, in qua habetur, quod Invitatorium dicitur tantum in die etc., et utique ly tantum restringit ad duos casus; nihilominus Gavantum non refello, si dicantur tres Nocturni; in eo namque casu semper esse dicendum Invitatorium, videtur sensum esse rubricae, et ita in praxi fuit explicatum, nec dissentit Guyetus lib. 4. cap. 23. quaest. 17.*

Succedit tertia Dubii pars, quae est de Missa solemnī in Anniversario Summi Pontificis. Ad reprobandum morem, de quo in eodem dubio, satis esset auctoritas Scriptorum de re liturgica, quos inter *Gavantus* ad Rubricas Missalis par. 4. titul. 17. num. 6. haec habet. *In die Depositionis, et Anniversario Summi Pontificis dicitur prima Missa, quia, quae raro adhibentur, pretiosa reputantur, neque quotidiana vilescunt consuetudine.* Amalar. lib. 3. cap. 40. *Et ideo Missa semel in anno constituta in Commemoratione omnium defunctorum dici iubetur in exequiis Summi Pontificis, et Episcoporum:* Et Meratus ad hunc locum: *Dicitur Missa, prout describitur a Gavanto supra cum Oratione Deus, qui inter Summos Sacerdotes etc. illa nempe, quae est prima inter Orationes diversas pro defunctis cum sua Secreta, et Postcommunio;* Quid tamen interest ad Scriptorum auctoritatem confugere, dum clara est, nec indiget interpretatione rubricarum regula? In illa, quae praemittitur Orationibus diversis pro defunctis, ita legitur: *In die Depositionis, et Anniversario Summi Pontificis dicitur prima Missa, praeter Orationes, quae dicuntur ut infra: Deus, qui inter Summos Sacerdotes etc.*—Cum igitur per hanc Rubricam regula servanda tradatur cum in exequiis, tum in Anniversario Summi Pontificis, eadem tenenda est, neque licet pro arbitrio praescriptae aliam sufficere Missam, ac diversas Orationes recitare.

(1) Clara, et generalis est rubrica Ritualis Romani tit. 1. num. 7., videlicet: *In omni Sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus, et desuper stola eius coloris, quem Sacramenti ritus exposcit.* Idipsum habetur, ut de aliis Synodis sileam, in Concilio Provinciali I. Mediolanensi, ubi *S. Carolus Borromaeus* expresse iubet, *ut Sacerdotes in Sacramentorum administratione semper superpelliceum, et stolam adhibeant;* et in Instructione de Sacramentorum administratione pariter mandat, *in omni Sacramentorum administratione semper superpelliceum decens, et stolam adhibebit.* Cum autem lex generalis sit, nulla excipitur persona quavis dignitate praefulgens: hinc fit, ut etiam Canonici usum Cappae magnae habentes, Sacramenta administraturi eam debeant deponere, et superpelliceum assumere. Quod declaratum video pluries ab hac S. Congregatione. Ita in una *Dubiorum Urbis: an Canonici usum Cappae habentibus liceat Sacramenta administrare cum solo Rochetto, et deposita Cappa:* sub die 12. Iulii 1628. responsum fuit: *Sacramenta esse administranda cum superpelliceo, et stola, iuxta Rituale Romanum.* Neque credas huiusmodi Decretum longo temporis decursu obliteratum in desuetudinem abiisse: nam eadem S. R. C. illud instauravit, et ad observantiam revocavit, simili quaestione proposita in Congregatione habita die 19. Iunii 1773. a *Canonici Collegiatae S. M. in Cosmedin Urbis.* Idipsum dispositum habetur in *Syracusana die 2. Augusti 1698., et in Pisaurina. 12. Decembris 1750.*

(2) Nemini dubium, quod Canonici Cappae magnae usum habentes, aut aliis honorificis Insigniis decorati, illam, vel ista adhibere possint in propria Ecclesia, vel assistentes, vel incedentes et sacras

3. An uti possint Clericis, et Caeremoniario, veste violacea indutis, eosque cogere ad sibi sic indutos serviendum in administratione Sacramentorum, atque in aliis quibuscumque functionibus functiones peragentes capitulariter, vel uti singuli operantes, excepto dumtaxat casu administrationis Sacramentorum, quae cum ex Rubricarum praescripto, tum ex Sacrae Congregationis Decretis, ut ad proximum Dubium notatum est, exigunt usum Superpellicei, et Stolae. Ideo si quis ex Canonicis conciones habeat ad Populum, vel Sacris explanandis Scripturis, vel ad instituendos, reformandosque mores Catechesibus, ac spiritualibus exercitationibus incumbat, poterit in propria Ecclesia uti Cappa, aliisque Canonicatus Insigniis pro temporum varietate. Haud tamen idipsum poterit in alienis Ecclesiis, vel intra, vel extra Dioecesim. Ita a Sac. Rit. Congregatione declaratum lego *die 10. Septembris 1650. et 12. Martii 1678.* praesertim vero habenda ratio est alterius Decreti *in Capuana 15. Julii 1651.* Siquidem *Canonici habentes ex Apostolico Indulto usum Cappae, et Rochetti, tam in eorum, quam in quibuslibet aliis Ecclesiis,* declarari postulabant; *num iisdem Insigniis uti possent in aliis Ecclesiis, dum Conciones habent;* quibus responsum fuit: *Id eis non licere, nisi in propria Ecclesia.* Ex quo Decreto colligimus, quod privilegia deferendi Canonicalia Insignia extra propriam Ecclesiam, ita sunt intelligenda, ut id liceat, quando Canonici capitulariter, vel in Processionibus incedunt, vel in alienis Ecclesiis sacras peragunt functiones, aut iisdem assistunt; Corpori siquidem concessa sunt, non Canonicis uti singulis. Quamobrem consequitur, quod Canonicus habens usum Rochetti, et Cappae extra Ecclesiam propriam concionaturus, aut aliam Ecclesiasticam functionem peracturus, uti non poterit privilegio Capitulo, et Canonicis unum corpus constituentibus concessio, nec proinde adhibere Rochettum, et Cappam, aut aliud honorificum Canonice Insigne. Ne quis tamen sit, qui credat antedictum Sacrae Congregationis responsum accipiendum ita esse, ut Canonicis in propria Ecclesia liceat uti Cappa, nedum in Concionibus habendis, verum etiam in Sacramentorum administratione, cum generalis sit dictio *Non licere, nisi in propria Ecclesia,* quae nullam ponere limitationem videtur. Nam responsum relativum est ad Dubium super intelligentia privilegii extra propriam Ecclesiam; et Sacra Congregatio significare, et declarare voluit, quod non omnia, quae fieri possunt in propria, aequae licent in aliena Ecclesia; quin tamen id permissum censuerit, quod iura vetant, quale est administratio Sacramentorum cum Cappa, et non cum Superpelliceo. Decreti igitur sensus est, quod Canonici possunt in propria Ecclesia uti singuli conciones habere, aliasque omnes functiones non capitulares peragere cum Cappa, excepta Sacramentorum administratione: extra vero propriam Ecclesiam nullibi, et in nulla omnino functione eadem, vel aliis Canonicatus Insigniis uti posse. Haud tamen inficior in more positum esse in Basilicis Urbis Sacramentum Poenitentiae administrari tam a Canonicis, quam a Beneficiatis Stola imposita supra Cappam in propria Ecclesia. Improbanda ne erit huiusmodi consuetudo, immo ne potius retinenda? Si mihi licet proprium expromere sensum, crederem morem hunc posse retineri, difficile namque esset illum abrumpere, et certum est Regulares, vel ex consuetudine, vel ex privilegio Sacramentum Poenitentiae administrare solitos, Stola dumtaxat adhibita, sine superpelliceo. Lex igitur coartari potest ad aliorum Sacramentorum administrationem Baptismatis scilicet, Eucharistiae, Matrimonii.

Quaeritur praeterea in eodem dubio. Num Canonicus, fungens officio Sacerdotis assistentis in Missa noviter ad Presbyteratus Ordinem evecto, debeat Cappam deponere? Nulla quod sciam, est lex, quae in tali occasione, et officio usum Cappae prohibeat Canonico in propria Ecclesia (in alienis servanda est regula generalis, de qua supra), quamobrem necesse non est, ut Sacerdos Assistens illam deponat, sed aequae poterit cum illa, vel cum superpelliceo supra Rochettum hoc munus explere; non enim res est de conficiendo, aut administrando Sacramento, sed de simplici assistentia Celebranti praestanda. Quoniam vero contingere potest, ut Sacerdos assistens debeat, aut tangere Calicem post Consecrationem, aut quid aliud agere immediate circa Sacramentum, proindeque stolam adhibeat; decens magis videtur, ut Cappam deponat, et induat Superpelliceum. Et revera si in Patriarchalibus, et insignioribus Urbis Basilicis, dum fit sollemnis ostensio Sacrarum Reliquiarum Canonici, qui assistunt Episcopo, aut alteri Sacerdoti sacram peragenti actionem, Cappa deposita, Superpelliceum

Ecclesiasticis non capitularibus, tam intra, quam extra Cathedralē? (1)

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito prius voto alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarato, typisque evulgato, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Dom. Card. Cacciapiatti Ponentis, rescribendum censuit: In omnibus iuxta votum, et quoad tertium detur Decretum generale: item simile Decretum detur quoad secundum ex Dubiis additionalibus, et ad Em̄um Ponentem, ad mentem; resolutiones autem ad singula dubia sunt quae sequuntur.

Ad 1. « Negative quoad primam partem; Affirmative quoad secundam. »

Ad 2. « Affirmative ad primam partem; Negative quoad secundam: et servandus modus praescriptus in Caeremoniali Episcoporum lib. 2. cap. 3. num. 1. »

Ad 3. « Negative in omnibus, nisi habeatur Apostolicum Indultum, de quo certioretur Sac. Cong., et detur Decretum generale. »

Ad 4. « Affirmative ad primam partem; et quoad secundam, congruere quod Dalmaticae, et Tunicellae, si fieri potest, conformes sint Planetae Celebrantis, quia sacra haec indumenta non ministrorum ornatui, sed ecclesiasticae functionis decori inserviunt. »

Ad 5. « Affirmative ad primam partem; Ne-

gative ad secundam, et detur Decretum in una Urbis 22. Aprilis 1690. »

Ad 6. « Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam, et dentur Decreta in Senen. 20. Iulii 1686. in Aquilana 22. Ianuarii 1735. ac in Asculana 24. Septembris 1788. »

Ad 7. « Negative, et detur Decretum in Asculana 24. Septembris 1788. »

Ad 8. « Affirmative dum munus actualiter exercet; secus Negative: et detur Decretum in Patavina 28. Novembris 1609. et 8. Maii 1617., et in Viterbien. 30. Aprilis 1701. »

Ad 9. « Decretum 29. Decembris 1628., quod relationem habet ad Caeremoniale Episcoporum lib. 1. cap. 5. authenticum esse; intelligendum tamen, quod non sit Caeremoniario locus in sedendo, quando actualiter suum exercere debet officium, et provisum in responsione ad 8. »

Ad 10. « Iam alias decisum, quod de Festo duplici min., vel occurrente, vel translato, fieri possit in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, Missas tamen privatas dicendas de Requiem in Una Urbis 5. Octobris 1686. in Curien. 19. Iunii 1700. ad dub. 5., et in Einsidlen. 5. Maii 1736. num. 11. ad alia dubia; quae Decreta S. C. declarat locum dumtaxat obtinere, si pro repositione Festi translati nullus supersit dies usque ad anni finem. »

Rochetto imponunt, potiori iure, ob rationem supra allatam maxime congruit, ut idem fiat, dum Canonicus assistentiam praestat Sacerdoti primum Sacrum Deo offerenti. Neque id adversatur S. Congregationis responso, quod, cum sit relativum ad Dubium: An teneantur deponere? facultatem importat, non inducit necessitatem. In hoc igitur crederem servari posse consuetudines Ecclesiarum.

(1) In qualibet Ecclesiastica functione illi adhiberi debent ministri, qui ad eam rite, diligenterque explendam sunt necessarii, iuxta regulas traditas tam a Rubricis, quam a Sac. Rit. Congregationis Decretis. Certum porro est, quod Canonici in functionibus non Capitularibus, praesertim extra Cathedralē ius nullum est cogendi Magistrum caeremoniarum, et Clericos violacea veste indutos ad sibi inserviendum. Visum est supra, Canonicos uti singulos extra propriam Ecclesiam in Ecclesiasticis functionibus vix, ac ne vix quidem a simplicibus Presbyteris distingui. Quaestio igitur coarctari debet ad functiones non Capitulares, quales sunt Missa privata, administratio non solemnium Sacramentorum in Cathedrali explenda. In his Canonicus eos adhibere potest ministros, quos exigit actio; Clerici vero, qui servitio Cathedrali sunt addicti, et inservire tenentur induti talari veste eius coloris, quo illa in Ecclesia distinguuntur. Quod vero attinet ad caeremoniarum Magistrum, huic vestis violaceae usus competit, dumtaxat in functionibus Pontificalibus, non autem in Capitularibus. Siquidem rogata Sac. Rit. Congregatio: *An Magister caeremoniarum electus a Canonicis pro functionibus canonicalibus ex permissione Capituli, uti valeat veste violacea, tam praesente, quam absente Episcopo?* respondit in Aquilana die 22. Ianuarii 1735. *Affirmative tantum in functionibus Episcopalibus, ex dispositione Caeremonialis, non vero ex dispositione Capituli.* Videri etiam potest *Bituntina* 31. Aug. 1737. Quod si non licet Capituli Caeremoniario uti violacea veste in functionibus Capitularibus, multo minus ei licebit in aliis non Capitularibus; in his videlicet, in quibus aliquis ex Canonicis vel Missam celebrat, vel Sacramenta administrat, vel alteri Ecclesiasticae functioni incumbit.

Ad 11. « Capitulares omnes teneri obedire caeremoniarum Magistro in iis, quae Divinum Cultum respiciunt, eundemque in sui muneris exercitio esse Capitularium Directorem, non famulum. »

Ad 12. « Negative quoad primam partem; Affirmative quoad secundam. »

Ad 13. « Quoad primum quaesitum relate ad Insignia coloris rubri Negative, et in casu, super tumulum apponi posse Triregnum simplex: ad secundum, servari posse consuetudinem recitandi unum dumtaxat Nocturnum, sed sine Invitatorio: ad tertium, Negative, et in casu dicendam primam Missam cum Oratione: *Deus, qui inter summos Sacerdotes etc.* »

#### DUBIA ADDITIONALIA.

Ad primum « Affirmative. »

Ad secundum « Negative in propria Ecclesia, etiam in Concionibus, aliisque functionibus, excepta Sacramentorum administratione, in qua utendum est superpelliceo, et stola, ut ad primum: Affirmative extra propriam Ecclesiam, et detur Decretum generale. »

Ad tertium in casu etc. « Negative. » Et ita etc. die 31. Maii 1817.

Facta autem per me subscriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua S. C. responsa approbavit, et confirmavit, et Decreta generalia, de quibus supra, typis impressa vulgari mandavit. Die 4. Iunii 1817.

#### 4537. DECRETUM GENERALE.

Pluribus Sac. Rit. Congregationis Decretis, ac praesertim in Urbinaten. diei 29. Ianuarii 1702. cautum est, ne Dignitatibus, et Canonicis Cathedralium Ecclesiarum, quamvis Pontificalium privilegio honestatis, liceat adhibere Palmatoriam tam in Missis lectis, et privatis, quam in solemnibus, et pontificalibus, quod potiori iure de caeteris quibuslibet Ecclesiasticis functionibus in propria, et in aliena Ecclesia intelligendum est. Alias quoque, ac speciatim in una Dubiorum die 10. Septembris 1650., in Capuana 15. Iulii 1651., et in Panormitana 12. Martii 1678. eadem Sac. Congregatio decrevit, ut Canonici, qui usu Cappae, et Rochetti donati sunt, hisce, aliisque sibi tributis honorum Insignibus utantur dumtaxat in propria Ecclesia: quod si privilegio polleant ea induendi etiam extra, non nisi in Supplicationibus, aliisque Ecclesiasticis functionibus, quibus capitulariter, non autem uti singuli intersunt, ea possint adhibere. Ast, cum adversus haec, aliaque id genus

Sac. Congregationis Decreta abusus haud mediocres irrepsisse dignoscantur, quemadmodum patet ex quaestionibus; et dubiis, quae saepenumero enodanda proponuntur; idcirco EE. PP. eidem Congregationi praepositi, id impensissime connitentes, ut quae de Sac. Ritibus, et Caeremoniis providentissime sancita sunt, sarta tecta serventur; et si quae perperam, atque ab eorum dispositione plane absona invaluerint, auferant: in Ordinario Conventu, habito sub infrascripta die, in Responsis ad dub. III., et ad II. ex additionalibus in una Dubiorum, de re utraque Generale Decretum, facto verbo cum SSmo, ferendum, atque edendam esse censuerunt: ideo declarant. (1)

1. « In Sacris functionibus sive publicis, sive privatis, non licere Dignitatibus, et Canonicis, Superioribus Regularibus, Praelatis quoque Romanae Curiae, Protonotariis Apostolicis honorariis, aliisque omnibus, quocumque nomine nuncupentur, quibus ex iure non competit, etiamsi habeant ex Indulto usum Mitrae, Palmatoriam adhibere, nisi Apostolico privilegio donentur, vel hoc personale sit, vel Corpori cuius membra sunt attributum, ita tamen, ut non aliter eo uti possint, quam servatis modo, et forma, et cum limitationibus, et conditionibus in Apostolica concessione praescriptis. »

2. « Dignitatibus vero, et Canonicis, etiamsi gaudeant Indulto deferendi Cappam, et Rochetum tam in propria, quam in alienis Ecclesiis; huiusmodi tamen, aliorumque Canonicalium Insignium usum extra propriam Ecclesiam licitum esse dumtaxat quando capitulariter incedunt, vel assistunt, et peragunt sacras functiones; non autem, si intersint uti singuli, nisi speciale privilegium, nedum Collegium comprehendat, verum etiam singulariter, et distincte ad personas extendatur. »

Et ita declaravit, decrevit, et servari mandavit, si SSmo videbitur, die 31. Maii 1817. Facta autem relatione etc. per me infrascriptum Secretarium S. R. C. de praemissis SSmo Domino Nostro Pio VII. Pont. Max., Sanctitas Sua Sac. Congregationis Decretum Apostolica confirmatione munitum, typis tradi, ac vulgari iussit, pridie Nonas Iunii MDCCCXVII.

#### 4538. CONIMBRIEN.

Institit in Sac. Rit. Congregatione Franciscus ab Annuntiatione Prior Regalis Monasterii S. Crucis Congregationis Canonicorum Regularium Ma-

(1) Vide supra adnotationes ad Dubium III. et ad II. ex Additionalibus praecedentis Decreti.

gni Parentis Augustini per Lusitaniam Generalis Praelatus in suo Territorio exempto Nullius Dioecesis, ut emergentia Dubia resolvere dignaretur.

1. Cum Congregatio Canonicorum Regularium Sanctae Crucis Conimbricen. Ordinis S. Augustini in Lusitaniae Regno summopere desideret uniformitatem Calendarii in tota Congregatione, et in insigni Collegiata de Cedofeita, quae ex concessione Apostolica praedictae Congregationis utitur Calendario; haberique non possit tam desiderata uniformitas in celebratione Festi S. Antonii Ulyssiponenensis, quod in Lusitaniae Regno sub ritu primae classis cum Octava celebratur; propterea quod ob occurrentiam cum Festo SS<sup>m</sup>i Corporis Christi, quod etiam sub eodem ritu cum Octava privilegiata, veluti Epiphaniae, celebratur, in primam diem Festo novem Lectionum non impeditam, sit aliquoties transferendum, qualis dies in

praefata Collegiata de Cedofeita a quinta die Iunii usque ad anni finem desideratur: idcirco humillimus EE. VV. Orator suppliciter deprecatur, ut hinc in posterum, quoties praedictum S. Antonii Festum die ipsi propria, idibus scilicet Iunii, vel etiam die octava Festi celebrari nequierit, diem Iunii vigesimam tertiam designare dignentur, in qua, tamquam in die propria hoc Festum in tota Congregatione celebretur cum commemoratione vero Festi novem Lectionum tunc occurrentis, si usque ad anni finem ulla non fuerit dies non impedita, in quam Festum occurrens transferatur. (1)

2. Insigni praefata Collegiata de Cedofeita, quae in Suburbii Civitatis Portuensis Lusitaniae Regni sita est, a die 5. Iunii usque ad ultimum anni finem nullam in Calendario habet diem, quae novem Lectionum Officio non sit impedita. Quo-

(1) Octava solemnitate SS<sup>m</sup>i Corporis Christi ex praescripto Rubricarum, et Decretorum S. R. C. pluribus gaudet privilegiis, quae inter illud praecipuum est, quod admittit dumtaxat duplicia occurrentia, sed non item translata, nisi sint duplicia primae, vel secundae classis, veluti habetur in *Ulyssiponen. die 5. Maii 1699*. Verumtamen ad pietatem magis, magisque fovendam erga tantum Divinae charitatis mysterium non se difficilem praebuit Apost. Sedes supplicationibus Regum, et Episcoporum petentium ampliori aliqua praerogativa idem Festum decorari. Ideo quandoque indulsit, ut in aliquibus Dioecibus, Provinciis, et Regnis ea solemnitate hoc Festum celebrari posset, ut dumtaxat admitteret duplicia primae, vel secundae classis, tam occurrentia, quam translata, vel tantum occurrentia: quandoque vero hanc Octavam elevavit ad instar solemnitate Epiphaniae, intra cuius Octavam fit tantum de *Patrono vel Titulari Ecclesiae, et Dedicatione eiusdem, non tamen in die Octava*, quae excludit quodcumque Festum occurrens, licet sit ritus dup. primae classis (*Rubic. tit. 7. de Octavis num. 3.*). Insigni hoc privilegio gaudet solemnitas Corporis Christi ex Apostolica concessione in Lusitaniae Regno; quamobrem si Festum dup. primae clas. occurrat in ipso die festo, vel in die octava, ulterius est transferendum, et infra Octavam locum tantummodo habere potest in casu occurrentiae. Casus aliquando datur occurrentiae Festi *S. Antonii Patavini*, quod eo in Regno solemnissimum est, ritumque obtinet primae classis cum Octava; sed illud accidit incommodi in huiusmodi occurrentia Congregationi Canonicorum Regularium Sanctae Crucis Conimbricen. Ordinis S. Augustini, ut, posita huiusmodi occurrentia, usque ad anni finem nullam habeant diem vacuum pro repositione. Quid ergo agendum? Reducendumne erit tantum Festum ad ritum simplicem per accidens? Id non patitur eiusdem celebritas. An vero, dum impedita est dies propria, alia certa nec in posterum immutanda pro responsione assignanda est, prout petitur? Id adversatur Rubricarum regulae de translatione Festorum. Facile tamen est remedium; nam Sac. Rit. Congregatio suo generali Decreto huic incommodo occurrit *sub die 30. Martii 1804.* declarando, Festa duplicia secundae classis (potiori iure idem dicendum de Festis primae classis) pro quorum repositione usque ad anni finem nulla dies vacua supersit, *transferenda esse in proximiorum diem, etiam impeditam Festo semidup., aut duplici, quod illo anno redigatur ad ritum simplicem, firmis remanentibus aliis declarationibus emanatis de Festis inferioris ritus in similibus casibus non transferendis, sed ad ritum simplicem redigendis.* Igitur in specie proposita Festum Sancti Antonii a praefatis Canonicis Regularibus transferri posse videtur ad primam diem impeditam Festo ritus semidup., et in huius defectu, ad proximiorum duplicem, ommissa tamen Octava, nisi dies aliqui infra eandem, a Festo computandi, supersint, veluti iubent Rubricae de Octavis.

modo ergo praefata Collegiata se gerere debet in occurso Festi S. Annae, quod in Lusitaniae Regno, ultima Iulii Dominica sub ritu duplici primae classis cum Octava celebratur, cum Festo S. Pantaleonis Martyris Civitatis Portuensis, eiusque suburbiorum Patroni, quod Festum sub eodem ritu cum Octava etiam celebratur? (1)

3. In Calendario Canonicorum Regularium S. Crucis Conimbricen. nullus in mense Decembris extat dies, qui Officio novem Lectionum non

sit impeditus. Quomodo ergo praefata Congregatio se gerere debet quando S. Andreae, vel Thomae Apostolorum Festum cum Dominica privilegiata occurrit? (2)

4. Cum sit decretum, quod, occurrente Festo duplici maiori die octava alicuius Festi, recitandum sit de die octava, translato Festo duplici maiori in primam diem non impeditam; quid erit agendum, quando usque ad anni finem, talis dies desideretur? (3)

(1) Ordo servandus est in celebratione Festorum, dum plura simul eadem die occurrunt. Nedum petenda ratio est a solemniori ritu, vel a sublimiori dignitate, verum etiam a particulari relatione, quam Festum habet ad Ecclesiam, vel locum, ubi celebratur. Quamobrem iure Sac. Rit. Congregatio hanc servandam regulam dedit, ut in simili occurrentia *primo fiat de Festo Ecclesiae particularis, 2. Ordinis, seu Religionis, 3. Dioecesis, 4. Nationis, 5. Ecclesiae Universalis.* Ita die 23. Iunii 1736. in *Einsidlen.* ad dub. 1., 20. *Maii* 1741. in *Vilnen.* ad dub. 6., et 29. *Ianuarii* 1746., in *Pannonitana.* Cum igitur *Sanctus Pantaleo* Civitatis Portuensis, et Suburbiorum sit Patronus principalis, anteferri debet in occurso Festo *Sanctae Annae*, quod licet eodem ritu cum Octava gaudeat, est tamen Festum Regni, quod ex praefata regula cedere debet Festo particularis Dioecesis. Quid ergo de Festo S. *Annae*, cum usque ad anni finem in Calendario dictorum Canonicorum Regularium nulla dies occurrat ferialis, aut ritus simpl., ad quam transferri valeat? an ad ritum simplicem per accidens reducendum? Huic occurrentiae provisum est per supra relatam generale Decretum anni 1804., ac propterea reponi poterit Festum S. *Annae* in proximiorum diem, etiamsi impedita sit Festo ritus semidup., vel etiam dupl.

(2) Casus, de quo in hoc dubio idem ille est, qui occasionem dedit saepe laudato Decr. anni 1804., quippe quia cum Festa *Sanctorum Apostolorum Andreae, et Thomae* sub anni finem celebrentur, et aliquando occurrunt in *Dominica 1<sup>a</sup> et 4<sup>a</sup> Adventus*, quarum prima reicit Festa cuiuscumque ritus; altera non alia admittit, praeter illa, quae sunt primae classis; facile est, ut nulla supersit dies vacua, pro eorumdem repositione; sed haud decere videtur, ut Festa secundae classis, quae, ut plurimum adnexum habent praeceptum audiendi Sacrum, et abstinendi a servilibus, redigantur ad ritum simpl. cum sola commem., et 9. Lectione historica: consulto idcirco S. R. C. sancivit, ut reponi possent in diem, licet impeditam Festo rit. semidup., vel etiam dup., generale Decretum extendens ad omnia Festa eiusdem ritus.

(3) Huic Dubio provisum est Decretis latis in *Hispalen.* 21. *Novembris* 1735. ad dub. 5., et in *una Ordinis Min. Capuccinorum die 8. Martii* 1738., Siquidem Festa duplicia, quae reponi nequeunt, redigenda sunt ad ritum simplicem, vel etiam, iuxta diversas occurrentias, in aliquo casu omittenda. Regula generalis est, ut de iis fiat, tamquam de simplici, deficientibus diebus pro repositione, etiamsi occurrant cum Festis solemnissimis primae classis, ut illa sunt *Ascensionis, et SSmi Corporis Christi*; veluti S. R. C. declaravit in *una Urbis, seu Ordinis Minor. Observ. Sancti Francisci ad dub. 3., et in altera Ordinis Minorum S. Francisci Provinciae Conceptionis Regno Portugalliae ad dub. 1. sub diebus 28. Martii* 1775., et 22. *Aprilis* 1780. Quod si incidant in solemnitates Paschatis, et Pentecostes, aut in alterum ex duobus sequentibus diebus; S. R. C. primum ampliavit iudicium, ut rem maturius examinaret, ut ex supra relato *Decreto anni 1775.*, deinde vero, quaestione iterum proposita ad dub. 1. et 2., videlicet: « An in casu, quo in Dominica » Paschae, et Pentecostes occurrant Officia semiduplicia, et duplicia minora, pro quorum translatione locus non supersit in toto anni Ecclesiastici decursu, de ipsis fieri debeat commemoratio in » eadem Dominica Paschae, et Pentecostes, in Vesp. et Laud. et Missis; an vero debeant prorsus » omitti, in casu etc.? an de iisdem semiduplicibus, et duplicibus possit fieri commemoratio in Fe-



5. Humillimus Orator suppliciter deprecatur, ut in primam, vel secundam Dominicam Septembris transferre dignetur obligationem, quam ex legato a quodam Domino Gomes suo Monasterio relicto habet celebrare faciendi quotannis in die 10. Decembris unum Sacrum solemne in Sacello S. Eulaliae dicato, quod non longe ab alvo fluvii Monde est situm, cum propter frequentes, copiososque imbres, tumidae inundationes Monde tunc temporis esse soleant, et praedictum S. Eulaliae Sacellum fluvialibus inundationibus undique circumdatum videatur, quod cum pietati obsit fidei-  
 lium, qui, semotis tam gravibus difficultatibus, vitaeque periculis, devotionis cultum S. Eulaliae tributari libenter accederent: ideo supra dictus Prior, ac Generalis, et humillimus Orator reve-

renter iam supra memoratam deprecatur gratiam.

Et S. eadem Congregatio, exquisita prius sententia alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto pandita, typisque evulgata, referente Eñño Dom. Card. Vidoni, respondendum censuit, ut infra, videlicet.

Ad 1. « Festum S. Antonii in casu etc. transferendum in proximiorum semiduplicem cum istius commemoratione tam in Laudibus, quam in utrisque Vesperis, et nona Lectione historica: in defectu autem semiduplicis ad proximiorum duplicem item cum istius Commemoratione etc. ut supra, et quoad Octavam serventur rubricae. »

Ad 2. « In praefato occursum faciendum esse Officium S. Pantaleonis, translato Festo S. Annae, servata forma responsionis ad primum. »

» ria II. et III. Paschae, et Pentecostes in utrisque Vesp., Laud., et Missa? » in altera Congregatione, sub die 15. Iunii 1776. respondit: *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam:* et idipsum confirmavit in laudato Decreto anni 1780. Sed cum ex multiplici Festorum Sanctorum additione, in quibusdam Dioecesibus, aut Ecclesiis particularibus, aut Ordinibus Regularibus tot occurrant Festa ritus dup., ut pro eis reponendis, dum transferri debent, desint dies feriales, aut ritus simplicis, a Sac. Rit. Cong. indultum aliquando fuit, ut huiusmodi Festa rit. dup. reponi possent in dies impeditos Festo rit. semidup., cum Commemoratione tamen Festi, quod locum cedit, ad utrasque Vesperas, et Laudes, ac 9. Lectione historica. Hoc privilegio donatae fuerunt *Patriarchales Basilicae Vaticanae, et Liberiana*, illudque postea, iisdem concurrentibus circumstantiis redundantiae Festorum duplicium, et deficientiae Feriarum, aut Officiorum ritus simplicis, ad alias Ecclesias, Dioeceses, et Regulares Ordines extensum fuit. Qui autem hoc gaudent privilegio, ita debent eo uti, ut non nisi tot transferant Officia rit. dup. in dies rit. semid., quot prope anni terminum deficient dies vel feriales, aut simplices pro eorumdem repositione. Consulendum etiam est, ut, si fieri potest, in singulis mensibus aliqua saltem dies supersit ritus semid.; ut praesertim in Altaribus privilegiatis celebrari possint Missae de Requiem. Id declaratum video a Sac. Rit. Cong. sequenti Decreto diei 12. Novembris 1814., quod licet peculiare sit pro quibusdam Monialibus Ordinis S. Benedicti, regulam praebere potest pro similibus concessionibus.

» PISAUREN. In Calendario, quo utuntur Moniales Ordinis S. Benedicti in Asceterio Civitatis Pisauri tot occurrunt Festa rit. dup., ut saepenumero, deficientibus diebus ritus simplicis, vel feriales, ac propterea liberis, pro illorum repositione, quae iuxta rubricas transferenda sunt, plura necessario reduci debeant ad rit. simpl., qui dicitur per accidens. Ut autem Abbatissa, et Moniales huic incommodo consulere, humillime petierunt a SSmo Domino Nostro Pio VII. Pont. Max. facultatem ea reponendi in dies ritus semidup., prout indultum novissime fuit Capitulo, et Canonicis Ecclesiae Cathedralis Pisauri: remissis autem a Sanctitate Sua huiusmodi precibus ad Sac. Rit. Congregationem, haec benigne concessit iisdem Monialibus, ut Festa duplicia, quae iuxta ipsarum Calendarium occurrunt in Dominicis privilegiatis, vel Octavis, Feriis, et Vigiliis item privilegiatis, vel aliis diebus solemnioris ritus Festo impeditis, si desint prope anni finem dies simplices, vel feriales, in quos transferri possint, tunc transferantur in dies Festorum semiduplicium, ita tamen, ut de Sancto, qui locum cedit, fiat commemoratio in Missa, Laudibus, et utrisque Vesp. cum 9. Lectione historica; declaravit insuper, tot dumtaxat duplicia frui posse privilegio repositionis in dies ritus semidup. quot prope anni terminum deerunt dies feriales, aut ritus simplicis: translationem vero ita faciendam esse in proximiores dies, ut in singulis mensibus aliqua dies ritus semidup. supersit pro celebratione Missarum de Requiem.

Ad 3. « Iam decisum in Decreto generali diei 13. Martii 1840. »

Ad 4. « Dentur Decreta in Hispalen. 21. Novembris 1735., et Ordinis Minorum Capuccinorum 8. Martii 1738., videlicet: Sanctos, qui in fine anni supersunt, quoties toti anni decursu de illis celebrari non valeat, tunc in illo anno diebus eorum propriis considerandos esse tamquam simplices, faciendo illorum Commemorationem, ut fit in semiduplicibus cum nona Lectione ad Matutinum, composita ex omnibus eorum Lectionibus propriis secundi Nocturni ad modum unius. »

Ad 5. « Ad D. Secretarium cum SSmo. Die 31. Maii 1817. »

Facta autem per me infrascriptum Secretarium de praemissis SSmo Dom. Nostro Pio VII. Pont. Max. relatione, Sanctitas Sua « S. Congregationis sensum adprobavit, et confirmavit; concessitque, ut Solemne sacrum ex legata obligatione quondam Dom. Gomez die 10. Decembris ad Sacellum S. Eulaliae persolvendum, celebrari queat in prima mensis Septembris Dominica, non omissis commemorationibus de Officio occurrenti. Atque ita servari mandavit, contrariis non obstantibus quibuscumque. » Die 4. Iunii 1817.

4539.

TURRITANA,

SEU ORD. MIN. CONVENT.

S. FRANCISCI.

Quoad S. Antonii Patavini Festum, instante Ministro Generali dieti Ordinis, Sac. Rit. Congregatio, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Cacciapiatti Ponentis, respondit: « Manuteneri in privativa possessione ad formam Decretorum. » Die 31. Maii 1817. (1)

4540.

ASTEN.

Aloysius Biandra Sacerdos Taurinen., olim Canonicus Regularis, et per Breve S. Mem. Pii

Papae VI. Abbas perpetuus Congregationis Lateranensis cum omnibus privilegiis Abbatibus competentibus, actualis Archipresbyter Ecclesiae parochialis antedictae suppressae Congregationis loci Neyve Dioecesis Asten. supplices porrexit preces Sac. Rit. Congregationi, quatenus declarare dignaretur, sibi licere in Ecclesiasticis eiusdem Paroeciae functionibus uti Abbatialibus privilegiis in memoratis Literis expressis, non obstante sequuta dictae Congregationis suppressione, dummodo non adsit Episcopus.

Et S. R. C., referente Emo, et Rmo Dom. Cardinali Cacciapiatti, respondendum censuit: « Negative, et consulendum Sanctissimo pro usu personali Mozzettae ad instar aliorum Parochorum. » Die 31. Maii 1817.

Facta autem per me infrascriptum Secretarium de praemissis SSmo Dom. Nostro relatione, Sanctitas Sua Sac. Congregationis sensum laudavit, concessitque Archipresbytero Oratori in omnibus parochialibus functionibus usum Mozzettae dumtaxat, instar aliorum Parochorum, contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 4. Iunii 1817.

4541.

URBIS, ET ORBIS.

Studio pietatis incensus in BEATISSIMAM VIRGINEM Doloris gladio transfixam Sanctissimus Dominus Noster PIUS SEPTIMUS Pontifex Maximus, iam inde ab anno 1814. die 18. Septembris benigne praeceperat Festum ipsius tertiae Dominicae Septembris in universo Catholico Orbe celebrari, prout Ordini Servorum Mariae, et quibusdam aliis Locis iam pridem concessum fuerat: quoties vero in ea Dominica incidere vel dies octava Nativitatis eiusdem B. V., in qua Festum habetur Sanctissimi ipsius Nominis, vel Festum S. Matthaei Apostoli, quae duo dumtaxat in Calendario Ecclesiae universae eo die impedimento

(1) Species haec erat. Fratres Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, sive ex privilegio, sive ex immemorabili consuetudine sunt in privativa possessione celebrandi solemne Festum S. Antonii Patavini, die 13. Iunii, praeviis publicis precibus per dies tres supra decem cum sequenti octiduo, et Responsorio. Item, devota supplicatione instituta, eiusdem Sancti simulacrum processionaliter cum pompa circumferendi, ac insuper quaeritandi elemosynas.

Nemo eos turbavit a pacifica hac possessione in Civitate, et Dioecesi Turritana, praesertim post annum 1742., quo tempore, insurgentibus adversus Parochias, et praefatum privativum ius impugnare conantibus, lite contestata coram Turritani Antistitis Vicario Generali, is favore Conventualium sententiam dixit, reiecitque Parochorum instantiam. Novissime tamen, hoc est anno 1814., excitata iterum fuit controversia a Parocho S. Donati. Delata quaestione ad Sac. Rit. Congregationem, re mature discussa, Emi Patres eidem praepositi, cum plene constare agnovissent de bono iure Fratrum Conventualium, eosdem manutenendos esse in privativa possessione decreverunt, prout alias resolutum fuerat, praesertim vero in causa Cremonen. die 22. Novembris 1664. et 14. Aprilis 1667. in Uritana die 22. Martii 1710.

esse possent, decrevit, ut ipsum Dolorum Festum in aliam proximiorum Dominicam transferretur non impeditam Officio ritus duplicis primae, vel secundae classis (1). Cum autem peculiaribus quaedam Festa Dioecesium, ac Locorum facile possint quandoque in eadem tertia Dominica Septembris occurrere, vel in proximiori, ad quam Festum Dolorum transferendum foret, nonnulla proposita sunt dubia, nimirum.

1. An simul, occurrente Festo Dolorum cum die octava Patroni, Titularis, aut Dedicationis Ecclesiae, quae, licet sit rit. dup. min., ex Rubricarum tamen praescripto praevalet Festo etiam rit. dup. mai., fieri debeat de eodem Festo Dolorum, an potius de Octava?

2. In casu translationis, si in sequentibus Dominicis, in quarum altera reponendum esset Festum Dolorum, occurrat aliud Festum eiusdem B. M. V., vel de Mercede, vel Rosarii, Puritatis, Maternitatis, etc. sub eodem ritu dupl. mai., faciendumne erit de occurrente, an de translato?

3. Si omnes Dominicae usque ad Adventum fuerint impeditae, omittendumne erit eo anno Festum Dolorum; an potius transferendum iuxta Rubricas in primam diem non impeditam post Dominicam tertiam Septembris?

SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER horum Dubiorum examen commisit Rmo Domino S. R. C. Praefecto, Promotori Fidei, eiusdem S. Congregationis Assessori, mihique subscripto Secretario: quamobrem, re mature discussa in conventu habito coram praefato Rmo Praefecto, responsum fuit.

Ad 1. « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam. »

(1) Vide Decretum concessionis quod legitur *Tom. III. Collectionis pag. 62. num. 4513.*

(2) Calendarium Romanum universale est, et ad totum catholicum orbem extenditur. Quapropter Calendaria particularia Dioecesium, Ecclesiarum, ac Ordinum Regularium in eo tantum differunt ab illo, quia retentis Officiis, quae omnibus praeceptive communia sunt, alia his adduntur, quae peculiariter pertinent ad Dioeceses, Ecclesias seu Religiones, ut illa sunt Titularis, Patroni principalis, Dedicationis, et alia, quae forte locum habent, vel ratione Corporum, et Reliquiarum insignium, vel ex concessione Apostolica. Neque iis, qui proprium Calendarium non habent, licet assumere Calendarium unius, vel alterius Dioecesis, quia, ut diximus, unum dumtaxat est Calendarium Romanum, quod universale sit. Id adeo verum est, ut supplicanti Clero *Civitatis et Dioecesis Bruynaten.* pro facultate sese conformandi *Calendario Metropolitanae Ianuensis* cum proprium non haberet; Sac. Rit. Congregatio respondit sub die 16. Septembris 1673: *Utantur Calendario Romano.* Cum itaque Capitulum Oppidi de Villafranca del Vierzo minime modo pertineat ad Dioecesium, vel Toletanam, vel Astoricensem, sed *Nullius* denominetur, et sit; plane consequitur, non posse arbitrarie in persolvendis horis Canonicis ordinem sequi *Calendarii Astoricensis*, sed debere universali Romano uti, additis illis tantummodo Festis, et Officiis, quae, ut notatum est, vel proprie ad eam pertinent Ecclesiam, vel a Sede Apostolica eidem sunt indulta.

Ad 2. « Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam. »

Ad 3. « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam. »

Praeterea, ad amputandas quaestiones, quae ulterius ex non praevisis casibus oriri possent, si Sanctissimo videbitur, moderando Decretum 18. Septembris 1814., declaratum fuit per modum regulae generalis, quod, impedita Dominica tertia Septembris ob occursum Festi rit. dupl. 1. vel 2. clas. vel diei octavae Patroni, Titularis, Dedicationis etc., praefatum Festum Dolorum transferri debeat in proximiorum Dominicam, etiam si incidat cum Festo ritus dup. min., dummodo non sit dies octava Patroni, Titularis, Dedicationis etc., quae licet gaudeat ritu dup. min., nihilominus, cum transferri nequeat, ab hac regula excipitur, ut provisum est supra ad primum. »

Et facta per me infrascriptum Secretarium relatione, Sanctissimus, in omnibus benigne annuendo, praefatas responsiones, et declarationes approbavit, et confirmavit, et per Decretum Generale publicari mandavit. Die 19. Augusti 1817.

4542.

NULLIUS

PROVINCIAE COMPOSTELLANAE.

Capitulum insignis Collegiatae Ecclesiae Oppidi Villafranca del Vierzo olim Dioecesis Astoricensis, in praesens vero Nullius in Hispaniarum Regno Legionensi, ope supplicis libelli ad Sac. Rit. Congr. accessit, solutionem efflagitans sequentium Dubiorum, videlicet.

1. Utrum Capitulum Oppidi Villafranca, cum ulterius non utatur Calendario Toletano, possit Astoricensi Ordinario uti? Et quatenus negative, quo Calendario uti debeat supradicta Capitularis Ecclesia? (2)

2. An, ad vitandum feriale Officium, possint in Feriis subrogari nonnullorum Sanctorum Officia, quorum recitatio non est Oppido Villafranca concessa, sed tantum nomina descripta sunt in notula elaborata anno 1744., ac dein aliqua ex parte mutata anno 1795.? (1)

3. An haec subrogatio sit licita, quando dubitatur de exacta prolationis forma tam ferialis, quam parvi Officii B. M. V. (2)?

4. Utrum huic Oppido Villafranca extendatur Decretum in Pernabucon. 14. Septembris an. 1745. (3)?

(1) Nemini licet, quacumque dignitate sit decoratus, addere Calendario aliqua pro lubitu Officia, licet Sanctorum sint, qui in Ecclesia universali coluntur, et in Martyrologio Romano locum habent. Non pro omnibus enim Sanctis vel iuxta antiquum Ecclesiae morem, vel formaliter canonizatis Officium pro Ecclesia universali indultum est, licet in aliquibus locis ex Apostolica concessione recitetur, quin eadem Apostolica Sede inconsulta, ad alias Dioeceses, Ecclesias, aut Regulares Ordines extendi valeat. Ideo Sac. Rit. Congregatio sub die 22. Aprilis 1741. in una Vilnen. respondit ad dubium quintum: *Satis vulgatum, pluribusque Decretis firmatum est, Officia particularibus locis concessa, quantumvis Sanctorum in Martyrologio Romano expressorum, Sede Apostolica inconsulta, non posse ab aliis recitari:* et in Polona die prima Decembris 1742. ad 1. quo quaerebatur: An servari posset consuetudo recitandi quaedam Officia ex adprobatis pro aliqua Dioecesi, licet non constaret de extensione ad alias, respondit: *Serventur Decreta a S. R. C. edita super Officiorum recitatione. Qui autem particularia Officia recitare desiderant, instent pro illorum approbatione, vel concessione.* Similiter cum in Dioecesi Varsavien. mos invaluisse recitandi Officia aliquorum Sanctorum, quin constaret de Apostolica concessione, S. R. C. expresse declaravit sub die 7. Maii 1746. ad dubium 4.: *Non posse continuari:* Servanda quippe sunt Decreta generalia, quae Breviario Romano praeficiuntur. Quod si aliqua adsit Reliquia insignis, vel Corpus alicuius Sancti ex descriptis in Martyrologio Romano, quamvis in Calendario universali nulla eiusdem memoria fiat, Festum tamen peragi poterit cum Officio, et Missa in ea dumtaxat Ecclesia, in qua Corpus, et Reliquia asservatur, dummodo tamen constet de identitate, iuxta modum a Trid. Synodo praescriptum sess. 25. *Decret. de invocat. venerat., et Reliq. Sanctorum*, rite probata. Enimvero Festa illa Sanctorum, de quibus quaestio proponitur in hoc dubio, proprie non pertinent ad Capitulum de Villafranca, quia non affertur aut ulla qualitas relationis desumenda ab Ecclesiae Titulo, vel Patronatu, aut Apostolica concessio: et certum est eadem recitandi consuetudinem recentem esse, cum antiquior notula anno 1744. consignetur: idecirco omittenda in posterum omnino sunt. Eoque magis quia ex expositione dubii nequimus assequi, an haec Festa certis diebus sint perpetuo affixa, an potius ad opportunitatem accommodentur. Nam cum in eodem exponatur, *an ad vitandum feriale Officium possit in Feriis subrogari nonnullorum Sanctorum Officium etc.?* iure potest dubitari, quod arbitraria sit et varia in singulis annis dispositio Officiorum illa in Ecclesia, ne unquam vel raro saltem ferialibus Officiis locus supersit. Quidquid tamen de hoc sit vel Officia affixa sint certis diebus, vel pro lubitu Feriis subrogentur, semper verum est ad evitanda ferialia Officia inductam consuetudinem addendi Calendario de Villafranca tot Sanctorum Officia sine titulo relationis, aut Apostolicae concessionis, quod repugnat Pontificiis Constitutionibus, et S. R. C. Decretis.

(2) Silentio potius praetereundum, quam discussioni subiiciendum fuisset hoc Dubium. Non enim credi potest Ecclesiasticos viros, qui componunt Capitulum de Villafranca, crassae adeo fuisse minervae, ut prorsus ignorarent formam recitandi feriale Officium, aut alterum, quod parvum dicimus B. M. Virginis. Qui tali ignorantia tenetur, sub gravi debet haurire scientiam, quam eius exigit status, et conditio. Omnes enim, qui ecclesiasticam militiam sequuntur, et ad Horas canonicas obligantur, ut easdem rite possint ordinare, Rubricarum scientia pollere debent. Neque ignorantia eos excusat a culpa, cum haec nequeat non esse crassa et supina.

(3) Pro diversitate casuum, et circumstantiarum S. R. C. varie quandoque respondit; unde est, ut qui simplici responsioni insistent, nec casuum diversitatem attendunt, eam inconstantiae insimu-

5. Utrum tolerari possit consuetudo ignoti tituli legendi Missam conventualem de Feria, vel Vigilia, dum in Choro dicitur Hora Prima; an saltem sine cantu legi possit post Nonam, assi-

stentibus iis, qui ad Chori servitium sunt adstricti? (1)

6. An omissio Officio Dicationis Ecclesiae Cathedralis Astoricensis, possit illud Collegiatae

lant; hi tamen queruntur immerito, censentes responsa adversis frontibus pugnare. Cum enim saepe saepius decidendi ratio a consuetudine petenda sit; nil mirum si aliquando S. Congregatio respondisse videatur secus, ac alias fecerat. Exemplum habemus in proposito Dubio, quod versatur circa additionem Officii parvi B. Mariae Virginis horis Canonicis, quae publice in Choro recitantur in diebus ferialibus, et ritus simplicis. Non enim omnibus aequae hoc onus iniunctum est, sed iis dumtaxat qui consuetudinem habent. Sanctus Pius V. in Constit. *Quod a nobis postulat etc.*, quae Breviario Romano praeficitur, declaravit illos, qui Divinum Officium recitare tenentur, dum illud private recitant, non esse simul adstrictos ad aliud parvum B. Mariae Virginis; voluit tamen omnino servari consuetudinem illarum Ecclesiarum, in quibus Officium parvum B. Mariae Virginis in Choro dici consueverat. Hinc S. R. C. propositis super hac re quaestionibus, inhaerendo *Pianae Constitutionis* dispositioni, semper rationem habuit Ecclesiarum consuetudinis, qua attenta, iuxta diversam casuum exigentiam, vario modo respondit, quin sibi contradiceret. In *Pernabucen.* tuto omitti posse in Choro Officium parvum declaravit, quia expositum fuerat: *Nullam adesse consuetudinem praedictum Officium parvum recitandi.* Sed ut caute procederet, neque videretur decidendi rationem petiisse a tenuitate praebendarum, aut a consuetudine, si quae forte erat, dispensasse, simul addidit clausulam: *non abrogata tamen consuetudine, quae in contrarium forte vigeret.* Atqui in Ecclesia Capitulari Oppidi de Villafranca vigeat consuetudo recitandi in Choro Officium parvum, et haec per contrarium inductum morem abrogata non est; ideo ad eam trahi nequit antedictum Decretum in *Pernabucen.*, in qua asserebatur, non adfuisse consuetudinem. Videtur idcirco Capitulum Oppidi Villafranca absolvendum non esse ab onere recitandi Officium parvum B. Mariae Virginis in Choro diebus ferialibus, et ritus simplicis, veluti alias declaraverat eadem Sac. Congregatio in Decretis legen. in hac Collectione.

(1) Duas partes hoc dubium habet. Primum quaeritur: num servanda sit consuetudo legendi Missam Conventualem de Feria, vel Vigilia, cum in Choro dicitur *Hora Prima*: deinde vero; num saltem sine cantu legi possit *post Nonam*? Non nisi crassa Rubricarum ignorantia hisce quaestionibus causam praebere poterat. Quis enim est, qui nesciat, Missam de Feria, aut de Vigilia, dum in Choro duo Conventuales cantandae sunt, matutinis omnibus Horis persolutis, ad *Nonam* usque inclusive canendam esse? Servandus quippe est ordo a Rubrica praescriptus *tit. 15. num. 2.* Audiendus *Meratus* hoc loc. addit. *ad Gavantum num. 3. Observare libet cum Turrino part. 2. sect. 5. cap. 2., quod si cantandae sunt plures Missae ob occursum Feriae maioris, v. gr. cum Festo duplici, cantetur Missa de Feria post Nonam, de Sancto post Tertiam... quia Rubrica generalis expresse praescribit Missam de Festo cantari post Tertiam, de Feria post Nonam.* Neque ordinem hunc invertere licet, veluti declaravit S. R. C., praesertim in *Nucerina* 16. Februarii 1630., ac in *una Ordinis Eremitarum Camaldulensium* 22. Ianuarii 1701. et 19. Ianuarii 1743. Id autem tanto cum rigore servandum est, ut nec prodesse valeat ad praescriptionem inducendam consuetudo, etsi immemorabilis, ut ex eiusdem Sac. Congregationis Decretis in *Polana* 9. Maii 1639. in *Imolen.* 7. Iulii 1759., et in *Venusina* 9. Augusti 1760. At in proposito dubio duplex detegitur error nullo modo excusandus. Alter est ordinis inversi, quoad horam celebrandi Missam de Feria: alter versatur circa modum persolvendi in Choro *horam Primam*, dum ad Aram fit feriale Sacrum, ita ut duo actiones distinctae, et successivae confundantur, et quodammodo, ut ita dicam, compenetrantur. Praeceptiva sunt verba rubricae, quae iubent, quod Missa, vel de Sancto, vel ferialis, statutis horis in Choro persolutis, succedat: *Missa Conventualis sequenti ordine DICI DEBET. In Festis duplicibus etc., dicta Hora Tertia. In Festis simplicibus etc., dicta Hora Sexta. In Adventu etc. Missa*

Oppidi Villafranca celebrari, cuius Templum tantum benedictum esse memoria extat, cum vetus perierit igne absumptum anno 1754.? (1)

7. An Officium S. Turibii Episcopi, et Patroni Astoricensis, quod fixum est Ferae secundae post Dominicam in Albis, quodque eodem

die in Oppido Villafranca recitatur cum obligatione audiendi Sacrum, debeat sub ritu duplici 1. vel 2. classis celebrari cum Octava? (2)

8. Utrum publicae venerationi exponi, ac processionaliter deferri possint Sanctorum Reliquiae, de quarum identitate, et authenticitate, certo non

*de tempore DEBET CANTARI POST NONAM.* Qui sane ordo tam stricte obligat, ut horam Missae de tempore variari non liceat, *quamvis sint dies solemnes.* Quod si non licet, dum in Choro Horae Canonicae persolvuntur, in altera eiusdem Ecclesiae Cappella aliam peragi functionem aliasve preces recitari: ut respondit Sac. Congreg. in *Neritonensis diei 15. Ianuarii 1659.*; multo minus licet in eodem Choro eodemque tempore Missam celebrari de Feria, et Horam Primam recitari, ac duas actiones distinctas, ac successivas simul confundere. Poteritne tamen ferialis Missa *post Nonam*, adstante Clero, legi sine cantu? Id quaeritur in secunda dubii parte. Regula servanda est, quae iubet Missas omnes conventuales, utpote solemnes, cantandas esse. S. R. C. sub die 3. Augusti 1737. in *Urbevetana super Dubiis* interrogata: *An quoties ex praescripto rubricae celebrandae et cantandae sunt in Ecclesia Cathedrali plures Missae, liceat aliquam ex illis planam celebrare?* absolute respondit: *Negative.*

(1) Capitulum, quod nullius est Dioecesis, solemniter celebrare debet dumtaxat anniversariam diem Consecrationis propriae Ecclesiae, dummodo tamen indubia documenta evincant, eandem certo consecratam fuisse. Unum quippe satis est dubium, ne Officium de dedicatione fiat. Ita respondit S. R. C. in *Alexandrina 18. Augusti 1629. Non posse celebrari Festum Consecrationis illius Ecclesiae, quam certum est, non fuisse consecratam, IMO NEQUE SI EST DUBIUM.* Igitur si vel simplex dubitandi ratio satis est, ne Dedicationis Officium recitetur, multo minus peragi Anniversarium poterit, si certum est, Ecclesiam simplici Benedictione, non autem Pontificalibus Caeremoniis ad Divinum cultum, et Sacrorum usum fuisse deputatam. Ad rem facit alterum Decretum in *Taurinensis die 21. Martii 1795.* scilicet, *non debere Officium peragere Dedicationis propriae Ecclesiae, quae non est consecrata.* Neque prodest, quod nova Ecclesia suffecta fuerit Templo solemniter consecrato, sed igne consumpto. Etenim recolenda non est memoria Dedicationis illius Ecclesiae, quae vel amplius non extat, vel temporis iniuria ob aliquod infortunium magna in parte deiecta, aut consumpta, consecrationis decus amisit. Videri possunt Decreta in *una Hollandiae 2. Iulii 1685.*, et in *alia Nullius Balneariae 15. Septembris 1815.*, ac praeterea *Cavalerius tom. 1. cap. 1. Decret. 4. circa finem*, et *Tetamus in Appendic. ad Diarium cap. 4. num. 5.*

(2) Cum Capitulum de Villafranca nullius sit Dioecesis, nec ullam habeat relationem ad Astoricensem, non tenetur, nec potest celebrare Festum S. *Turibii Episcopi* tamquam Patroni principalis eiusdem Astoricensis Dioecesis. Quoniam vero ex dubio discimus eiusdem S. *Turibii* Festum affixum esse Ferae secundae post Dominicam in Albis, e re nostra ducimus hic recolere, quae S. R. C. nuperrime declaravit tam in causa *Tuden.*, quam in *generali Decreto* relate ad Festum *Annunciationis B. Mariae Virginis* transferendum in diem Feriam secundam, aliquando quoad Chorum, et Forum, quandoque quoad Chorum dumtaxat, iuxta diversas occurrentias. Cum enim decisum fuerit per modum regulae generalis, quod, translato Festo Annunciationis ad Feriam secundam post Dominicam in Albis simul cum praecepto audiendi Sacrum, et abstinendi a servilibus, huic cedere debeant Festa etiam altioris ritus Patroni principalis, Titularis, vel Dedicationis Ecclesiae: maxime decet, ne illi Ferae fixe assignetur ulla ex his solemnioribus festivitatibus; immo expedire videtur, ut si aliquod Festum ritus duplicis primae, vel secundae classis, illi affixum reperitur, veluti in casu proposito illud est S. *Turibii Episcopi* in Dioecesi Astoricen.; exhibeantur preces Sac. Rit. Cong. pro perpetua commutatione diei. Ita a Monachis Cassinensibus provisum fuit *Festo S. Benedicti*, quod occurrens in Maiori Hebdomada, reponebatur in Feria 2. post Dominicam in Albis; verum ad evi-

constat? An de ipsis Officium recitari valeat in Ecclesia, in qua asservantur? (1)

Et Sac. eadem Congregatio, audito prius voto alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto pandito, typisque evulgato, ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Card. Bardaxi dictae causae Ponentis, respondit.

Ad 1. « Negative, et adhibendum esse Calendarium Romanum, exceptis Officiis peculiariter concessis Clero dumtaxat Urbis, vel totius Status Ecclesiastici, vel Italiae cum Insulis adiacentibus; iis vero additis, quae iuxta Rubricarum Regulas, et generalia S. R. C. Decreta, eiusdem Ecclesiae Oppidi Villafranca del Vierzo vere sunt propria.

Ad 2. « Negative. »

Ad 3. « Negative, et servantur Rubricae. »

Ad 4. « Negative. »

Ad 5. « Negative, et servantur Rubricae. »

Ad 6. « Negative. »

Ad 7. « Cum Capitulum Oppidi de Villafranca modo minime pertineat ad Dioecesim Astoricen., sed Nullius sit, omittere debet Officium S. Turibii, ut proprium eiusdem Astoricen. Dioecesis, cuius est principalis Patronus.

Ad 8. « In casu, de quo agitur, Negative ad utramque partem. » Et ita etc. Die 27. Septembris 1817.

Facta autem per me infrascriptum Secretarium de praemissis SSmo Dom. Nostro Pio VII. P. M. relatione, Sanctitas Sua Sac. Congregat. responsa approbavit, confirmavit, atque ita in supradieta Ecclesia servari mandavit. Die 30. Septembris 1817.

tandum occursum cum translatione *Festi Annunciationis B. Mariae Virginis*, ex indulto Sa. Mem. *Benedicti XIII.* et decreto *Sac. Rit. Congregationis in Fulden.* 6. Septembris 1747. modo transferri ad Feriam 3.

(1) Certum exploratumque est omnibus, Reliquias Sanctorum nec processionaliter deferri, nec publicae venerationi exponi posse, nisi fuerint ab loci Ordinario diligenter recognitae, adprobatae, et ne fraus fiat, eiusdem Ordinarii firmatae sigillis. Siquidem post Text. in *cap. Cum eo, de Reliq. et Venerat. Sanctorum* Concilium Tridentinum decrevit, iussitque, *nulla admittenda nova miracula, nec Reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente, et adprobante Episcopo.* Sess. 25. de *Invocat. Venerat.*, et *Reliq. Sanctorum.* Immo etiam Reliquiae a Rom. Pontifice adprobatae, recognoscendae sunt ab Episcopo loci Ordinario, priusquam venerationi exponantur; non quia denuo ab inferiori adprobandae, sed ut certo constet Romae fuisse adprobatas, nullaque sit dubitandi ratio de earumdem identitate, integritate, fidelique custodia, omnisque removeatur piae fraudis, dolique suspicio. Quamobrem Reliquiis, de quarum identitate certo non constet, Ecclesiasticus cultus nullatenus est exhibendus. Multo minus de Sanctis, ad quos eadem pertinere dicuntur, licebit Festum peragere cum Officio, et Missa. Servandae siquidem sunt conditiones Decreti generalis, quod praefigitur *Breviario Romano dat. 12. Augusti 1691.*, et a Sa. mem. *Innocentio XII. sub die 19. Octobris eiusdem anni probati, et confirmati.*

4543. NEAPOLITANA.

Alias sub die sexta Maii labentis anni ad humiles preces Sacerdotis Gregorii Speroni Caudatarii, et ab intimo Sacello Sanctissimi Domini Nostri Pii VII. Pont. Max. Postulatoris causae Ven. Servae Dei Sor. Mariae Franciscae a Vulneribus Domini N. I. C. Tertiariae Professae Ordini Min. exalceat. S. Petri de Aleantara Provinciae Neapolis, eadem Sanctitas Sua rescripsit: Dignitates, et Canonicos, qui in Civitate, vel Dioecesi Neapolitana Apostolicae Inquisitioni super virtutibus, et miraculis in specie dictae Ven. Servae Dei operam navabant, lucrari distributiones, nedum quotidianas, veluti San. Mem. *Benedictus XIV.* edixerat, verum etiam eas omnes, quae ex Legatis Piiis, ac dispositione Testatorum, Canonicorum praesentiam in Choro expresse exquirunt. Interea vero dubitatum cum fuerit, an huiusmodi Indultum, et declaratio unum tantummodo respiceret Processum Ven. Mariae Franciscae, de quo in precibus, an vero demonstrative intelligendum esset favore Dignitatum, et Canonicorum, ubique locorum, et quoadmodumque eiusmodi inquisitionibus adornandis, electis, et designatis, vel in posterum eligendis, et designandis; ideo Sacerdos Caietanus Festinese Metropolitanae Ecclesiae Canonicus, et Neapoli Vicarius Generalis humillime a SSmo Domino Nostro petiit declarationem dubii, de quo supra. Et Sanctitas Sua, ad mei infrascripti S. R. C. Secretarii relationem, ampliando Rescriptum diei 6. Maii currentis anni, declaravit, ac definit per modum Regulae: « Dignitatibus omnibus, et Canonicis ubique locorum, qui construendis in po-

sterum Apostolica, vel Ordinaria auctoritate Tabulis in Servorum Dei, ac Beatorum causis operam dabunt, licet e Choro absentibus ea de causa, nedum quotidianas distributiones deberi iuxta taxam San. Mem. Benedicti XIV., verum etiam alias omnes quocumque iure, titulo, et nomine, et quibusvis sub clausulis personale servitium exquirentes: Indultum autem, atque exemptionem huiusmodi iis dumtaxat diebus locum habere voluit, in quibus conficiendis, et adornandis Inquisitionibus incumbunt. » Atque ita decrevit, statuit, atque in posterum servari mandavit, contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 23. Decembris 1817. (1)

4544. DECRETUM GENERALE.

Per generale Decretum die 30. Decemb. 1783. editum, et a fel. rec. Pio PP. VI. confirmatum die 7. Ianuarii 1784. declaratum fuit: In celebratione Nuptiarum, quae fit extra Dominicam, vel alium diem festum de praecepto, seu in quo occurrat Dup. 1. vel 2. class., etiamsi fiat Officium, et Missa de Festo dup. per annum sive mai. sive min., dicendam esse Missam pro Sponso, et Sponsa in fine Missalis, post alias Missas Votivas specialiter assignatam: in diebus vero Dominicis, aliisque Festis de praecepto, ac dup. 1.

vel 2. class., dicendam esse Missam de Festo cum commemoratione Missae pro Sponso, et Sponsa: Verumtamen, cum interea nonnulla excitata fuerint dubia circa rubricam in hac celebranda Missa servandam, et Parochorum sensus sit varius, quippe quia aliqui eidem Missae Hymnum Angelicum adiicendum censent, cum *ÿ. Ite Missa est* in fine; alii vero etiam Symbolum Nicenum legendum putant, ea freti ratione quod haec Missa eeu solemniss, et pro re gravi haberi debeat: ideo ad amputandas controversias, et dubitationes, utque ab omnibus unus, idemque conveniens ritus servetur, Sacr. Rit. Congregatio, me subscripto Secretario referente, re mature discussa, declaravit, atque decrevit, quod firma remanente dispositione praefati Decreti quoad designationem dierum, in quibus Missa votiva pro Sponso, et Sponsa celebrari potest, eandem esse votivam privatam, proindeque semper legendam sine Hymno Angelico, et Symbolo Niceno, cum tribus Orationibus, prima videlicet eiusd. Missae votivae propria, ut habetur in fine Missal., 2. et 3. diei currentis, ut in Rubric. Tit. VII. num. 3. de Commemorat. *Benedicamus Domino* in fine, et *ultimo Evangel. S. Ioannis*. Et ita decrevit die 28. Februarii 1818. (2)

(1) Quamvis hoc Decretum pertineat dumtaxat ad Iudices, qui operam navare debeant instruendis Inquisitionibus, vel Ordinaria, vel Apostolica auctoritate in causis Servorum Dei, et Beatorum, nihilominus opportunum duximus, illud huic nostrae Collectioni adnectere, quia ut generale haberi potest, et explicat, quae forte in *taxa Benedicti XIV.* satis clara non sunt; quamobrem quaestionibus causam dederat. Siquidem in eadem *taxa* praecipitur, quod Canonici, et Dignitates pro huiusmodi assistentia in Iudices delegati, *neppure possono pretendere, o conseguire alcun emolumento.... tanto in Roma, che fuori: ma solo nei giorni di talè assistenza, se siano obbligati al Coro s'intendano dispensati dal medesimo, e lucrino le distribuzioni, come i presenti.* Quoniam vero aliquae sunt distributiones, praeter ordinarias, et quotidianas, vel ex piis legatis, vel ex peculiaribus Constitutionibus, vel ex alia quacumque causa, quibus gaudere nequeunt, nisi actu, et personaliter interessentes, quin ad eas lucrandas, prosit aut inclinata aetas, aut infirmitas, aut aliud cuiuscumque generis impedimentum: ideo Dubium, num *praefatae taxae dispositio* ad has etiam distributiones extendatur, per praesens autem Decretum omnis quaestio cessat, cum SANCTITAS SUA declaraverit, Canonicis, et Dignitatibus, ea de causa e Choro absentibus *deberi distributiones, nedum ordinarias, et quotidianas, verum etiam alias omnes quocumque iure, titulo, et nomine, et quibusvis sub clausulis personale servitium exquirentes.*

(2) Missa pro Sponso, et Sponsa, dum hanc celebrari licet, Votivis adnumerari certum est. Ad harum quippe classem refertur in Missarum Codice: quamobrem ritus servandi sunt a Rubricis pro Votivarum celebratione praescripti; etiamsi legatur, vel ex declaratione Rubricae, vel ex speciali indulto in diebus quoque ritus dup. per annum mai. vel min., servata forma *Decreti generalis* 20. Decembris 1783. quia ritus Officii diei non mutat naturam Missae Votivae, quae ab illo omnino differt. Mirum hinc est, quod non omnes aequè Parochi, hanc celebrantes Missam, unum, eundemque ritum tenere consueverint. Aliqui sunt, qui *hymnum Angelicum* addi debere arbitrantur, alii



Facta autem per me subscript. Secretarium relatione SSmo D. N. Pio VII. P. M., Sanctitas Sua praefatum Decretum approbavit, confirmavit, mandavitque praelo tradi, et publici iuris fieri. Die 3. Martii 1818.

4545. DE PRIVILEGIIS  
PROTONOTARIORUM TITULARIUM,  
SEU HONORARIORUM.

Quamquam plura de Protonotariis, quos Titulares, seu Honorarios dicunt, a Sacra Rituum Congregatione Decreta edita sint, prout videre

est in nuperrima Decretorum eiusdem Collectione, experientia tamen compertum est, complures abusus percrebuisse illorum culpa, qui nullis, licet ut plurimum nominibus commendati, talem honorem assequuti, vel iura sibi vindicare audent, quibus careant omnino, vel delatae Dignitatis Insignia indecore admodum adhibent, ut ne dum ipsorum splendorem haud referant pro Dignitate, sed labem potius Ordini spectatissimo parent.

Cum itaque crebrae de iis expostulationes ad

vero eo usque deveniunt, ut etiam *Symbolum* vel semper addendum asserant, rati quod praefata Missa censenda sit pro re gravi, vel si iuxta Rubricas in Missa Officio diei respondente legendum foret, quasi Missa votiva, quid commune haberet cum Officio occurrente. Haec opinio divisio praesenti Decreto causam dedit. Certum porro est Nuptiarum Missam non esse pro re gravi, quae publicum Ecclesiae, aut Communitatis bonum, utilitatemque respiciat, non cum cantu celebrari, non ullam habere extrinsecam solemnitatem, quae conditiones sunt, quibus concurrentibus, vel *Gloria*, vel *Credo*, vel utrumque addi debent, prout diversa Missae qualitas exigit; sed est Missa privata sine cantu, sine solemnitate, et pro uno privatorum hominum nubentium bono. Pluribus possem id demonstrare, sed in re satis clara frustra tempus tererem. Una sufficiet *Rubrica*. Nedum in Missali votivis adnumeratur Missa pro Sponso, et Sponsa: idcirco obtinet generalis regula: *In ipsis non dicitur Gloria in excelsis, nec Credo, nisi pro publica Ecclesiae causa*. Verum etiam in ea singula, quae servanda sunt speciatim, distincteque notantur; praesertim vero in fine haec habentur: *Dicto Benedicamus Domino, vel si Missa illius diei conveniat, Ite, Missa est* (videlicet si iuxta rubricas, praefatumque Decretum celebrata sit Missa de Dominica, aut Festo occurrente) *Sacerdos, antequam Populo benedicat, conversus ad Sponsum, et Sponsam dicat etc.* Igitur si in hac Missa (dum Votiva dicitur, non autem de Dominica, aut Festo occurrente) omittitur, *Ite, Missa est*, et ex rubricae praescripto dici debeat *Benedicamus Domino*, palam fit, nec *hymnum Angelicum* in ea sibi locum posse vindicare. Quoad *Symbolum*, praeterquamquod nulla ratio est, cur in Missa votiva lecta sine solemnitate, et ad publicum Ecclesiae, vel Communitatis bonum, utilitatemque non ordinata, dici possit; illud sufficit, quod, quando recitandum est, speciatim in Missali notatur; sed id certe non legitur in Missa pro Sponso, et Sponsa. Addam recentissimum Decretum ab hac Sac. Congregatione editum die 13. Martii 1804. Director Calendarii Clericorum Regularium Minorum Villae Matriten. quaerebat: Num sequendus esset Ordo cuiusdam Calendarii Dioecesei, iubentis in Missa votiva pro Sponso, et Sponsa *hymnum Angelicum, et unicam Orationem etc.*? et responsum fuit: *Servetur rubrica Missalis, et recens Decretum a S. R. C. die 20. Decembris 1783. emanatum, et a S. M. Pio VI. confirmatum*. Atqui ex Rubricarum lege *hymnus Angelicus* Missis votivis lectis addi non debet, nec dimittendus Populus cum *Ÿ. Ite, Missa est*, cuius loco Sacerdos ad Altare conversus dicit: *Benedicamus Domino*; plane consequitur Sacram Congregationem, respondendo: *Servetur Rubrica Missalis*: ne *hymnus Angelicus* legatur in votiva Nuptiarum Missa, clare decrevisse; addendo vero in reliquis, servandam esse formam *Decreti generalis anni 1783. declarasse, eandem Missam legi posse in duplicibus per annum, sive mai., sive min., sed per huiusmodi declarationem, aut, si vis, privilegium, non mutatur natura Missae votivae privatae, quae proinde exigenda est ad Rubricarum praescriptum, quemadmodum iubet prima pars responsionis: Servetur Rubrica Missalis.*

In hac autem Missa votiva praeter Orationem propriam eiusdem Missae, facienda est commemoratio de eo, de quo factum est Officium cum tertia Oratione ad formam Rubricarum. Praefatio vero vel de Missa diei, si habeatur propria, sin minus, communis, ultimum Evangelium semper S. Ioannis. Vide Guyetum in *Hortologia lib. 4. cap. 21. quaest. 12. et 14.*

Sanctissimum Dominum Nostrum Pium VII., humiliter etiam nomine plurium Episcoporum sint perlatae, Sanctitas Sua rem universam discutendam commisit Congregationi particulari Eminentissimorum, et Reverendissimorum Dominorum Cardinalium de Somalia Sacrae Rituum Congregationis Praefecti, Litta, et Antonii ab Auria, qui una cum eiusdem Sacrae Congregationis Assessore, et altero ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, meque infrascripto Secretario, omnibus praediti facultatibus necessariis, et opportunis, remedia proponerent, quae expedire magis viderentur, et certas praefinirent conditiones, et leges, quibus eorundem Privilegiorum modus, et usus contineretur.

Quare habito ad infrascriptum diem Conventu in aedibus memorati Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis de Somalia Praefecti, omnibusque serio diligenterque perpensis, id in primis communi sententia visum est decernere, ut nimirum personarum delectus haberetur in Protonotariatus honore deferendo, ut non nisi, qui rite, honeste, ac pro dignitate id honoris sustinere valeant, eodem ornentur.

Proferantur idcirco Testimonia, quibus constat indubie.

1. De nobili, vel honesta Familiae conditione.
2. De Aetate saltem annorum vigintiquinque.
3. De statu Clericali, et caelib.
4. De Laurea Doctoratus in utroque iure, vel in Sacra Theologia a probata Universitate, vel a Collegio Protonotariorum Participantium rite tributa.
5. De morum honestate, et gravitate, ac de bona apud omnes existimatione.

6. De annuo censu scutorum saltem biscentum vel ex Patrimonii Bonis, vel ex perpetuis Pensionibus, vel ex Ecclesiasticis Beneficiis.

Sit praeterea petitio testimonio commendata Ordinarii, qui, et de rebus hic adnotatis, ob sibi tradita documenta edoceat, et personam idoneam se censere testetur, quae Officium Protonotarii Titularis assequatur, illudque cum decore sustineat.

Quae quidem omnia luculenter probanda esse cautum est; quoties de honorario Protonotariatu assequendo postulatio praebatur, sive per Apostolicas Literas, sive per Diploma, quod a Collegio Protonotariorum participantium tribuatur, seu a caeteris quibuslibet, qui iure gaudent illum conferendi.

Hisce de electione Protonotariorum Titularium constitutis, cum eos longe differre palam sit ab

illis, qui sunt de Collegio Participantium, vel ad instar Participantium a Sanctissimo Domino Nostrum ex Romanae Curiae Praelatis adseiscuntur, decretum est, ea dumtaxat privilegia, iura, exemptiones, praeeminentias, praerogativas iisdem competere, quae infra singillatim enumerantur: aliis proinde, quibuscumque praesenti Decreto non descriptis, irritis declaratis, et deletis, et abrogatis, utpote quae ex falsa plerumque Diplomatum interpretatione, vel ex prava consuetudine, vel alio quovis praetextu usurpabantur, iisque insuper moderatis, ac reformatis, quae licet alias tribuerentur, gliscentibus tamen malis occasionem praebuisse dignoscuntur.

1. Igitur ius erit Protonotariis Apostolicis Titularibus extra Urbem dumtaxat, et quando eo loci, ubi degunt, non adsit Summus Pontifex, uti habitu Praelatitio, videlicet Veste Talari, et Palliolo nuncupato Mantelletto nigri coloris.

2. Eo habitu Praelatitio nigri coloris cum Rochetto subtus Palliolum uti poterunt Protonotarii in publicis Supplicationibus, aliisque Ecclesiae Functionibus; in reliquis vero Rochettum dimittant, simulque sciant se, licet forte plures insimul conveniant, non exinde constituere Collegium, nec corporatos censer.

3. Usus Collaris, et Caligarum coloris violacei omnino interdicitur, item et Vitta, seu Cordula in Pileo coloris violacei, seu etiam, quo nonnullorum audacia erupit, rosacei, aut rubei, quae nigri dumtaxat coloris esse poterunt: eiusdem coloris sit pariter Pileum cum lemniscis Stematibus imponendum.

4. Protonotarii Titulares, qui Dignitate, aut Canonicatu potiuntur, habitum gestent sui Ordinis, non vero Praelatitium in Choro, eoque considereant in loco, quem ex Beneficio eos deceat: quod si habitu Praelatitio uti velint, distributionibus quotidianis priventur, quae Sodalibus accrescant.

5. Habitu Praelatitio induti, omnibus Clericis, Sacerdotibus simplicibus, et etiam Canonicis praeferendi sunt singulatim sumptis, non vero in Collegium coeuntibus. Neutiquam etiam praeferos se esse arbitrentur aut Apostolicis Nunciis, aut utriusque Signaturae Referendariis, aliisve ex Romanae Curiae Praesulibus, etiamsi nullum ex sui muneris Insignibus ii gestent; dummodo de ipsorum gradu non lateat; item nec antecellant Vicariis Generalibus, aut Capitularibus, aut Abbatibus.

6. Sacrum operantes a simplicibus Sacerdotibus minime differunt; idcirco Sacras Vestes induant in Sacrario, uno tantum Ministro utantur,

ipsique Calicem deferant, detegant, cooperiant: item Libri Missarum folia evolvant; vetantur praeterea Palmatoriam, Canonem, Annulum, Pileolum adhibere.

7. Quando adstant ad Sacra cum habitu Praelatitio non genuflectant, sed caput inclinent, uti in more est apud Canonicos Cathedralium: duplici ductu thurificentur: consideant vero in loco per Caeremoniale Episcoporum constituto.

8. Conficere possunt Acta de Causis Beatificationis, et Canonizationis Servorum Dei; quo tamen privilegio uti nequeant, si eo loci alter sit e Protonotariis Participantibus.

9. Item rite eliguntur in Conservatores Ordinum Regularium, in Iudices Synodales, in Commissarios Apostolicos, et Iudices a Summo Pontifice adsciscendos pro causis Ecclesiasticis, et Beneficiariis. Item apud ipsos Professionem Fidei recte emittunt, qui ex officio ad eandem adstringuntur. Item coram ipsis Pensiones transferri possunt ab iis, qui eo gaudent privilegio.

10. Beneficia eorum, qui Protonotariatum Titularem per Apostolicas Literas, vel per Diploma Collegii Protonotariorum Participantium assequuti sunt, nonnisi ab Apostolica Sede conferri possunt.

11. In Civilibus Negotiis, nec non in Criminalibus, atque in vitae disciplina, Ordinariis Locorum obnoxios plane se esse noverint, nulla ratione ab ipsorum Iurisdictione liberos se comminiscantur.

12. Etsi habitum Praelatitium non gestent, gaudent tamen Privilegio Fori, dummodo in habitu, et Tonsura incedant.

13. Familiaribus Papae minime accensentur, cum hoc Privilegio gaudeant Protonotarii dumtaxat e Participantibus, vel Romanae Curiae Praelati, qui ex Pontificis benignitate iisdem aequiparantur.

14. Quae hic percensentur Privilegia ea sunt, quibus dumtaxat Protonotarii Titulares donatos se sciunt: qui secus facere, aliisque praeter memorata Privilegia, ac iuribus uti auserint, si ab Ordinario, tamquam ab Apostolica Sede Delegato, semel, et bis admoniti non paruerint, eo ipso privatos delato honore se sciunt.

15. Tandem qui Protonotariatu Titulari donati sint, vel per Apostolicas Literas, vel alio legitimo Diplomate, nequeant uti ipsius iuribus ad huiusce Decreti praestitutum constabilis, nisi antea, vel Apostolicas Literas, vel Diploma ipsum in Officio Secretarii Collegii Protonotariorum de numero participantium exhibuerint, qui in Co-

dicem referat nomen, cognomen, aetatem, patriam, qualitates novi Protonotarii Titularis, ac praeterea diem, ad quam vel Breve, vel Diploma datum est.

Idem porro Protonotariatus privilegium in Secretaria Protonotariorum Participantium recognitum exhibeant Ordinario, apud quem, vel apud aliam Personam in Ecclesiastica Dignitate constitutam, Fidei Professionem, et fidelitatis iuramentum emittant.

Quibus peractis, fas ipsis sit habitum sui gradus induere, Officium tenere, uti privilegiis, honoribus, praerogativis, quorum notula typis impressa, et ab aliquo ex Protonotariis Participantibus subscripta, et obsignata iisdem tradetur, ne quid adversus haec Decreta, ex ipsorum ignorantia peragi contingat.

Quare tum Literae Apostolicae in forma Brevis, tum Diplomata, quibus Protonotarii Titulares creantur, concinnanda erunt iuxta huiusce Decreti sententiam, ne qua ibidem ab eo aliena describantur.

Nihil autem hoc Decreto immutatum censeatur de amplioribus privilegiis, quibus Collegia quaedam, et Capitula ex Apostolico Indulto, etiam ad instar Protonotariorum Participantium alicubi gaudeant. Leges tamen, et condiciones in iisdem Indultis praefinitae, accurate, religioseque serventur: neque ulli fas sit concessionis limites pro suo arbitrio praetergredi, vel in Romana Curia id genus Insignia deferre, vel sibi singulatim, et extra Collegii functiones attributa existimare, quae Corpori tantummodo sunt collata.

Demum eadem particularis Congregatio censuit, rogandam esse Sanctitatem Suam, ut singula hoc Decreto proposita dignetur Constitutione Apostolica confirmare. Die 27. Aprilis 1818.

#### EX AUDIENTIA SANCTISSIMI

Die 9. Iunii 1818.

*Sanctissimus, me infrascripto Secretario referente, Resolutionem particularis Congregationis benigne adprobavit, et Apostolicam Constitutionem expediri iussit cum derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis.*

I. M. Card. Episc. Tusculanus de Somalia  
S. R. C. Praefectus.

Loco ✠ Sigilli

I. A. Sala S. R. C. Secretarius Coadiutor.

*Sequitur Constitutio SSmi Dom. Nostri PII PP. VII., qua confirmantur praefata Decreta.*

PIUS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Cum innumeri ubique terrarum extiterint Viri gloriosi, qui, saeviente adversus Christianum nomen Gentilium Potestatum furore, illud tamen confiteri coram hominibus haud veriti sint, duriora quaeque tormenta, mortemque ex cruciatuum vi immanissimam, laeto, constantique animo perpassi, sapienti profecto, providentissimo consilio novimus, vel a primis temporibus constitutum, ut tot tamque illustria facinora, nedum in eorum gloriam, sed et in caeterorum exemplum luculentissimum, et in maximam Fidei commendationem, quae tantam iniiciebat virtutem, diligenter scriptis, accurateque mandarentur. Hinc Sancti Clemens I., et Antherus item I. in Urbe, et per alias omnes Regiones, qua Dominicae Crucis professio late patebat, Viros adlegare, pietate, prudentia, studioque Religionis spectatos *Notarios* primum, ac deinde honoris, et dignitatis causa *Protonotarios* nuncupatos, quibus brevibus etiam, ubi ex hostium metu opus esset, notis referrent clanculum in Tabulas Martyrum nomina, factaque ab ipsis Martyria, et cunctas eorundem res praeclare gestas, ac verba cum primis graviora, quibus ex Divinitatis instinctu compellere Praesides, Tyrannosque, ac de Paganorum caecitate affari dissertissime consueverunt.

At pace demum Ecclesiae feliciter data, Martyriorumque propterea recensione cessante, non inde tamen Protonotariorum munus sublatum est, sed imo ex Sancti Iulii I. Praedecessoris Nostri auctoritate demandatum iisdem est, studiose describere, quae de Fide, ac Disciplina Sacrorum decernebantur, eaque, et caetera omnia rei Sacrae monumenta apte, periteque notare, atque una cum Actis Martyrum in Scriptoriis Ecclesiae recondita ad Posteritatis memoriam custodire.

Amplissimum ideo Protonotariorum Apostolicorum Officium habitum semper est, ac pro munere ipsius, Personarumque illud obeuntium ratione, omni prorsus aetate per Praedecessores Nostros illustribus Pontificiae benevolentiae testimoniis est honestatum. Nominatum prae caeteris volumus Sixtum V. felicis recordationis (1), qui cum eos septem dumtaxat, pro septem Urbis Regionibus designatos nactus esset, duodecim deinceps esse iussit, clarioribusque privilegiis dona-

tos, redditibus etiam cumulavit, quibus ad honoris dignitatem referendam necessaria suppeterent.

Cum vero praeter statos hosce Protonotarios, qui de numero Participantium vocati sunt, alios etiam, qui iisdem forsitan Adiutores adstarent, viros, et laude virtutum, et nobilitate generis, et meritis in rem et Sacram, et Publicam probatissimos in Urbe elegerint Romani Pontifices, eos etiam omnibus, quibus Protonotariorum Collegium potitur privilegiis, honorisque insignibus auctos decrevere.

His accesserunt exteri quidam Protonotarii in aliis Catholici Orbis regionibus in idem munus per Romanos Pontifices adsciti, pietate, doctrina, et satis honesta generis conditione commendati, peculiaribus privilegiis instructi: Verum (quae sane humanarum rerum conditio est plane colligenda) decursu temporis titulares id genus Protonotarii extra Urbem ex auctoritate statis quibusdam personis ad eos adsciscendos collata, vel ex Officii, quod gerebant, iure in eum gradum nullo delectu, nulloque discrimine obtrudi coeperunt, atque ita quod, vel sua aetate querebatur Sixtus IV. in ingentem multitudinem crevere (2); quo factum fuisse novimus, ne dum ut in contemptionem ipsi, despectumque adducerentur, sed et eo audaciae devenerint, ut Protonotariis de numero Participantium, aliisque, quos ex Romanis Praesulibus honoris causa a Pontificibus in eorundem privilegiorum communionem praemonuimus advocari, assimilatos se esse, iisdemque proinde iuribus potiri, quin et a debita in Antistites fide, et obsequio exsolutos se esse comminiscantur.

Cum igitur Venerabiles Fratres Episcopi complures, datis ad Nos Literis, innumeros exinde abusus invaluisse, expostularint; eumque pro commissa Nobis Dominicae Vineae procuratore succrescentes vepres ex ea evellere adigamur, opportune in eam rem consulere censuimus. Particulari ideo Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium de Somalia Sacrae Rituum Congregationis Praefecti, Litta, et Antonii ab Auria, nec non eiusdem Sacrae Rituum Congregationis Secretarii, Assessoris, et alterius ex Nostris Apostolicarum caeremoniarum Magistris, quibuslibet eidem attributis facultatibus, etiam extra ordinem necessariis, et opportunis, id demandavimus, ut omnia ea, quae circumferuntur Titularium huiusmodi Protonotariorum extra Urbem Privilegia, ad se-

(1) Constit. Rom. Pont. XIX.

(2) Extrav. 1. de Tregua, et pace in Comm.

veriores iuris Canones, atque Regulas expenderet, iisque ad ipsius iuris praeceptiones descriptis, caetera quaelibet ab iisdem absona abrogaret, ac certam, stabilemque methodum sanciret, qua et abusus, quos infeliciter percerebuisse perdolemus, convellerentur, et statae quaedam leges, conditionesque praefinirentur, quibus, et Personarum delectus habeatur, et usus Privilegiorum debitis limitibus contineatur, ac ne ulla imposterum honestissimo Protonotariorum coetui labes inspergatur, salubri consilio prospiciatur. Universa itaque rei ratione in examen deducta, Nostris hisce votis mirifice eadem peculiaris Congregatio obsecundavit, dataque sibi auctoritate utens opportune post multam, operosamque consultationem tulit demum, atque sancivit Decreta, quae sequuntur, videlicet.

**DECRETUM De Privilegiis etc.** *Hoc Decretum hic omittimus, quia supra per extensum relatum est.*

Haec igitur Nos, ut firmius maneant, omnibusque pateant, illa quidem approbatione non contenti, qua viva, ut dici solet, voce simul, ac Nobis a memoratae particularis Congregationis Secretario relata fuerunt, eadem confirmavimus; solemniter etiam edita Constitutione, quam Congregatio ipsa tantopere concupivit, ac a Nobis deprecari fecit, rursus approbari voluimus, et demandavimus, perinde ac Literis hisce Nostris vera efficimus, approbamus, et confirmamus, iisdemque novum, atque stabilius inviolabilis Apostolicae firmitatis, ac auctoritatis robur adiicimus: hisce praeterea significamus, ac omnibus expresse aperteque indicimus, ea Titularium, de quibus res est, Protonotariorum extra Urbem privilegia, quae in exscriptis illis eiusdem particularis Congregationis Decretis recensita non fuerint, tamquam intolerabiles abusus a Nobis plane interdicta, irrita, deleta, et abrogata intelligi, atque definiri, non secus ac solemniter interdicimus, delemus, abrogamus, et irrita esse iubemus, ac definimus. Quamobrem haec omnia novis non modo imposterum renuntiandis, sed etiam iampridem renuntiatis, et actu existentibus Titularibus huiusmodi Protonotariis, contraria qualibet, ac quantumvis antiqua possessione, usu, atque consuetudine penitus abrogata, iterum, iterumque solemniter, ac Nostrae Apostolicae auctoritatis significatione nunc interdicimus, auferimus, et abiudicamus, ac utrosque ab ipsa Nostrarum harum Literarum promulgationis die illis non nisi uti posse Privilegiis, Praerogativis, Habitu demum, et Insignibus, quae in exscriptis Decretis explicite approbata, et expresse recensita leguntur. Quae porro ne ab aliquo vel

ignorentur, vel sub fucata, et ficta effugii, aut tergiversationis specie violari audeant, Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis, tamquam ab Apostolica Sede delegatis ubique in suis Dioecesibus plenissime implenda, et exequenda deferimus. Quae profecto, qualibet contraria penitus sublata consuetudine, ubique vigere, ac in usu esse debere, quin a nemine, nec ab ipsis etiam locorum Ordinariis eadem valeant ullo modo praepediri, demandamus etiam, ac definimus.

Decernentes easdem praesentes Literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque Iudices, Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod earumdem praesentium Transumptis, etiam impressis, manu tamen Notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si originaliter exhibitae forent, vel ostensae.

Nulli ergo omnino hominum liceat Paginam hanc Nostrarum approbationis, confirmationis, roboris, adiectionis, indictionis, interdictionis, abrogationis, abiudicationis, declarationis, definitionis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo Decimo octavo; Idibus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Decimonono.

A. CARD. PRO-DATARIUS.  
H. CARD. CONSALVUS.

*Visa de Curia*  
D. TESTA.

Loco ✠ Plumbi

F. LAVIZZARIUS.

4546. URBIS  
CAPPELLAE PONTIFICIAE.

(1) Proposito in S. R. C. Dubio: An Presbyter graeci ritus, alter ex electis pro Mandato Feriae V. in Coena Domini, possit, et debeat Sacra

refici Eucharistia cum aliis duodecim ritu latino in Azymo? ad relationem Em̃i, et Rm̃i Domini Cardinalis Matthaei Sacri Collegii Decani, loco Em̃i, et Rm̃i Domini Cardinalis Iulii Mariae de Somalia Praefecti, et Ponentis, eadem Sacra Con-

(1) « Sacerdos graeci ritus arbitratus non sibi licere a patrio more recedere Feria V. in Coena Domini, et Communionem sumere cum aliis duodecim Presbyteris in Azymo, occasionem dedit quæstioni, quam SSm̃us D. N. Pius VII. Pont. Max. ad Sac. Rit. Congregationem remisit. Prusquam tamen proponeretur, Em̃us, et Rm̃us Dominus Cardinalis de Somalia Praefectus et Ponens dignatus fuit meum exquirere sensum: parui mandatis, brevesque aliquas adnotationes confeci, quas hic subiicio. »

La Comunione, che si premette alla Lavanda nella Feria V. della Settimana Maggiore, include il gran Mistero dell' Istituzione della Eucaristia. È dogma di Fede, che il Divin Redentore nel far ciò usasse il pane di frumento; ma non è ugualmente di Fede, che questo fosse azimo, piuttosto che fermentato. Pressochè gli Autori tutti tengono, che consecrasse in Azimo, per quella forte ragione, che l' ultima Cena fu nel tempo degli Azimi. Questo è il sentimento, che tiene la Chiesa Latina, la quale però sempre si è astenuta dal decidere la questione.

Certo è altresì, che la Chiesa Cattolica Romana (chechè sia della questione acutamente agitata da dotti Scrittori, se ne' primi secoli fosse in uso il fermentato, o se promiscuamente si l'azimo, che il fermentato si adoperasse) certo è, dico, che da molti secoli addietro non altro adopra, se non che l'azimo, e vieta onninamente il fermentato. Bramerebbe ancor la medesima l' uniformità delle altre Nazioni Cattoliche, presso le quali è in uso il fermentato: ma poichè è assai difficile cosa il togliere certe consuetudini radicate ne' Popoli, che sono tenaci nelle medesime; e trattandosi di punto non dogmatico, ma bensì di circostanza questionabile; Ella usa una saggia economia, affine di mantenere la concordia, la pace, l' unità fra le Nazioni, che, salvo il Dogma, discordano soltanto nel Rito; perciò providamente permette, che su questo articolo ciascuna Nazione mantenga il proprio rito, come venne dichiarato, dopo lunga discussione, nel Concilio Fiorentino. Quindi è, che la medesima è assai cauta, e dirò ancora difficile nell'accordare il passaggio dal Rito Greco al Latino, e nol concede, se non concorrono gravi, e ragionevoli motivi. Si può vedere la Costituzione di Benedetto XIV. *Etsi Pastoralis etc.* in data delli 26. Maggio 1742., in cui vengono prescritte le regole da doversi osservare rapporto agl' Italo-Greci.

Ma se al Dogma non appartiene la diversa modificazione della materia, cioè se la pasta, purchè sia di frumento, si adopri in azimo, o fermentato per la Consecrazione, e Comunione; vi può essere qualche caso, in cui venga permesso ai Greci di usar l'azimo. Non parlo dei Monaci di Grotta Ferrata, i quali, benchè siano di rito greco, nondimeno in vigore di Pontificia dispensa consacrano, e si comunicano in azimo, e forse che altre dispense esser vi possono simili a questa: ma limitandomi a quelli, i quali, seguendo il rito della loro nazione, usano il fermentato, mi attengo a quanto trovo disposto da *Benedetto XIV.* Vieta Egli ai laici di Rito latino il ricevere la Comunione in fermentato; diversamente dispone rapporto ai Greci, permettendo loro l' azimo, allorchè si trovano fuori delle rispettive Parocchie, nè hanno Sacerdoti del loro rito. Così nella sullodata Costituzione art. 6. §. 13. *Graecis tamen Laicis permittimus, ut ubi Parochiam Graecam non habent, possint, si velint, in Ecclesia latina Eucharistiam sub specie Azymi a Latinis Sacerdotibus sumere.* E siccome in alcuni luoghi vi era l'abuso, che promiscuamente i Latini si comunicavano in fermentato, e li Greci in azimo; prevedendo il savio Pontefice la somma difficoltà di estirparlo, non comandò, che assolutamente, e radicalmente si togliesse, ma volle, che i Vescovi si studiassero con dolci modi di abolirlo, procurando di ridurre tutti all'osservanza del proprio rito. *Siquidem haec consuetudo sine Populi offensione, animorumque commotione removeri non potest, Ordinarii curam suam suavissimis*

gregatio respondit: « In casu, de quo agitur, Affirmative, et ad me Secr. cum SSmo. » Die 22. Augusti 1818.

Facta autem per me infrascriptum Secr. relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congreg. « Decretum approbavit, et quatenus opus sit, dispensando,

*modis impendant, ut Latini semper in Azymo, Graeci autem, ubi propriam Parochiam habent, in Fermentato communicent.* Ciò vale lo stesso, che dire di chiuder gli occhi, e tollerare la consuetudine, benchè abusiva, quando non si possa togliere senza cagionar scandalo, ed eccitar turbolenze.

Venendo ora al caso, che dà luogo alla presente questione, voglio ammettere non essere di assoluta necessità, che il Prete di Rito Greco nel Giovedì Santo a motivo della Lavanda riceva in azimo la Comunione; vi trovo peraltro un titolo, e meglio ancor dirò, più titoli di somma convenienza. Imperciocchè, se vi è circostanza, nella quale concorra una assai forte ragione di avere per dispensato il Prete Greco dal Rito della sua Nazione, onde possa uniformarsi a quello della Chiesa Latina, appunto è la Comunione Eucaristica, che dai tredici Sacerdoti prescelti per la Lavanda si deve a questa premettere. Convieni all'unità dell'azione la conformità del Rito. Se la Comunione si premette ad imitazione degli Apostoli, che ricevertero dalle mani del Divin Redentore la sacra Eucaristia nella Istituzione di questo Sacramento; se una fu allora la qualità del pane a tal uopo usata; perchè mai il Prete Greco dovrà separarsi dagli altri, e non piuttosto nella identifica azione a quelli unirsi con partecipare del medesimo Sacrificio? Possono i laici Italo-Greci, come si è notato di sopra, trovandosi fuori delle loro Parocchie, ricevere in qualunque tempo la Comunione in azimo dai Preti Latini; e perchè nol potrà il Prete Greco una sola volta in una validissima circostanza, che lo esige; dovendosi il medesimo unire nell'istesso luogo, ed all'istesso oggetto agli altri rappresentanti gli Apostoli per assistere al medesimo sacrificio, e celebrare la memoria del gran mistero, di quel, che operò il nostro Divino Maestro, che prima di consumare la sua Passione, volle dar loro un pegno di amore da durare per tutti i secoli nella Istituzione dell'Eucaristia, ed un esempio di umiltà, con lavare ad essi i piedi? Una fu l'azione, una fu la qualità del pane adoperato da Gesù Cristo; dunque nella rappresentanza del Mistero deve mantenersi l'uniformità del Rito colla unità dell'azione.

Di più; da' medesimi Sacerdoti non solamente sono figurati gli Apostoli, ma a certo modo altresì tutti i fedeli di Cattolica Comunione, benchè di Rito non sostanzialmente diverso, sparsi per le varie Regioni dell'Orbe Cattolico, riuniti sotto il loro Capo il Romano Pontefice, che ad imitazione del Redentore si umilia a lavare ad essi i piedi. Quantunque poi la maggior parte de' Padri, ed Interpreti sostenghino seguita l'istituzione dell'Eucaristia dopo la Lavanda; non mancano però altri, i quali credono tale istituzione esser stata prima che Cristo lavasse i piedi agli Apostoli, appoggiati all'espressione dell'Evangelista S. Giovanni cap. 13. v. 2. 4.: *Et Coena facta - Surgit a Coena*; e si vuole, che il Divin Redentore ciò facesse per troncar la disputa insorta fra gli Apostoli sulla maggioranza; e con un esempio di tanta umiltà insegnar loro volesse, quale esser debba il carattere de' suoi Discepoli. (Si può vedere il Calmet a questo luogo). Attesa adunque la prima ragione desunta dalla rappresentanza, ed avutasi in qualche conto l'opinione non del tutto spregievole di quelli, che sostengono l'istituzione dell'Eucaristia preceduta alla Lavanda; sembra cosa assai conveniente, che i tredici Sacerdoti unitamente ricevano la Sacra Comunione prima di passare alla Sala della Lavanda; e sarebbe disdicevole, che rappresentandosi l'istituzione del Sacramento, non tutti al tempo stesso, e nello stesso Rito si comunicassero.

E poichè, come si è accennato, può con verità dirsi universale il sentimento, che tiene la Chiesa Romana, quantunque non formalmente deciso, che Gesù Cristo consecrasse in Azimo, essendo tale il pane comune, che dagli Ebrei si usava per la Festa degli Azimi, non trovo ripugnanza, che per questa ragione unita alla gravissima circostanza di osservare l'uniformità nella rappresentanza, che fa il Prete Greco cogli altri Sacerdoti prescelti per la successiva Lavanda, possa, e debba il medesimo partecipare in azimo della Sacra Eucaristia.

iussit, ut Presbyter graeci ritus in casu dumtaxat, de quo agitur, Sacram Eucharistiam sumat cum aliis duodecim Presbyteris in Azymo.» Die 25. Augusti 1818.

4547.

DUBIA.

*De Episcopis Titularibus.*

(1) Quum non una, eademque sit Auctorum omnino sententia, de privilegiis, quibus Episcopi,

La suddetta ragione tratta dalla qualità del pane usato da Gesù Cristo nella Cena Eucaristica, era di tanto peso presso gli Etiopi Cattolici, che quantunque seguissero il rito di consecrare in fermentato, nondimeno nella Feria V. della Settimana Maggiore usavano l'azimo. Si può vedere l'*Antoine de Euchar. in append. §. 1. de Materia*, ove vien riferito, che *Monachus Ordinis Sancti Antonii in declaratione coram amplissimis Cardinalibus facta anno 1594. rogatus: An Ethiopes celebrent in pane fermentato, vel in azymo?* respondit: *Ethiopes in fermentato celebrant, et illi, qui in azymo celebrant conficiunt etiam. Et nos in tota Ethiopia Feria V. in Coena Domini singulis annis in huius rei memoriam in azymis celebramus.*

Tanto più, che qui non si tratta *de Sacrificii confectione*, ma bensì *de Sacrae Eucharistiae participatione*. Imperciocchè, se, concorrendo una causa ragionevole, si accorda talvolta ai Sacerdoti Italo-Greci di poter consecrar in azimo fuori delle loro Parocchie, e Monasteri, ne' luoghi, ne' quali non possono avere il comodo di praticare il loro rito: perchè non si avrà ad accordare, o espressamente, o tacitamente la stessa dispensa, allorchè si tratta di sola partecipazione, che equivale alla Comunione *more laicorum*, in una circostanza, che richiede uniformità di rito, per ragione del Mistero, di cui si celebra la solenne memoria? Cosa sarebbe inconveniente, e ripugnante al buon ordine, che comunicandosi tutti gli altri rappresentanti gli Apostoli, e partecipando dello stesso Sacrificio, uno solo, cioè il Prete di rito greco a ciò mancasse, o in niun conto comunicandosi, ovvero celebrando, o ricevendo la S. Eucaristia anticipatamente nella Chiesa del suo rito, per usare del fermentato, e non dell'azimo.

Credo perciò, che il Sacerdote di rito greco non solo possa, ma debba altresì unitamente agli altri Sacerdoti destinati per la Lavanda assistere alla Messa, che a tal oggetto si celebra, e ricevere in azimo la Sacra Eucaristia. E quando ancor restasse qualche dubbio, potrebbe il Santo Padre torla di mezzo, concedendo per questo solo caso in perpetuo la dispensa; e perciò potrebbe essere il Rescritto: *Affirmative, et ad D. Secretarium cum SSmo.*

Rimetto questo mio qualunque siasi sentimento al più purgato giudizio dell' E. V. Rm̃a, che colla sua intelligenza saprà supplire al di più, che si sarebbe potuto dire a maggior dilucidazione del proposto Dubbio.

Così per verità ecc.

*Luigi Gardellini*

*Assessore della Congregazione de' Sacri Riti.*

(1) Quod Episcopi residentes in propria Dioecesi possint in Episcopali Palatio stabilem Cappellam erigere, in qua tam ipsi, quam alii Sacrum faciant, iura concedunt; et nemo est, qui de huiusmodi facultate excitet controversiam. Imo tales Cappellae a publicis vix, ac ne vix quidem differunt, ideoque festivis diebus quotquot ibi Missae intersunt, satisfaciunt praecepto. Tale privilegium tam late extenditur, ut valeat, etiam si Ecclesia suo sit viduata Pastore, vel Episcopus absit. Nedum enim ita respondit Sacra Congregatio in casu particulari, verum etiam per modum regulae edixit in generali Decreto die 2. Iulii 1661.: *In Cappella Palatii Episcopalis, etiam absente (Episcopo), vel vacante Sede, posse Missam celebrari, potissimum vero per Vicarium, nec non in diebus festis inibi Sacrum audientes implere praeceptum Ecclesiae; sique in casibus particularibus in posterum responderi mandavit.*

Verumtamen quaeri potest: num Episcopi vel de Residentia, vel Titulares queant ubique locorum absque speciali Indulto habere Sacellum domesticum; vel hospitantes domi cum Parentum, tum Ex-



Titulares praesertim gaudent, relate ad Missae celebrationem, dum in propria, vel aliena Dioecesi peragratur; ad quascumque eliminandas du-

bitationes, sequentia Dubia in Ordinario Conventu Sac. Rit. diei 22. Augusti labentis Em̄is, et Rm̄is Patribus enucleanda proposita sunt, nimirum:

traneorum, qui gaudent Oratorio privato, hoc uti valeant, ibique Missam celebrare, vel celebrari facere ultra Sacrum illis concessum, quibus privilegium datum est. Utrique quaestioni respondens *Andreucci* de *Episcopo Titulari part. 5. cap. unic. a num. 249. ad plures sequen.* affirmativam sententiam, ubi diversa proponit sibi hac super re dubia, suasque responsiones conformat sententiae, quam principio adoptaverat, videlicet, quod Episcopi Titulares *possunt in suo Palatio deputare locum stabilem, in quo indifferenter ab omnibus Missa celebretur*; ac plures pro se habere putat *Theologos, et Canonistas*. Nec secus opinari videtur *cl. Gatticus de usu Altaris portatilis cap. 12.* privilegio innixus Episcopis a iure concessio, *ne ulla dies sine Sacrificio transeat*, veluti habetur in cap. *Quoniam Episcopi, de privilegiis in 6.*: hanc tamen iis datam facultatem quosdam intra limites coerces, concluditque non licere, aut Sacrum fieri sine Episcopi praesentia, aut plures celebrari Missas; quia, sicuti Indultum personale est, et non locale, utpote quod datum est in spirituale Episcopi commodum, nequit ampliari, et finis stricte attendi debet, quem Pontifex habuit in concessione. Hinc Ara, quam in privata domo Episcopus componit, *ne ulla dies sine Sacrificio transeat*, nequit ullo modo confundi cum Sacra Episcopii Cappella, quae ut publica reputatur.

Itaque repudianda est *Andreucci* sententia; et *Gattici* opinio non sine aliqua distinctione amplectenda. Discrimine est opus, et distingui debet Oratorium domesticum ab Ara portatili, seu Viatoria. Si de illo res sit, certum est, non licere Episcopis sine Apostolico privilegio privata in domo stabile, fixumque Oratorium erigere; etiamsi non aliorum commodum, sed pro sui dumtaxat usu erigatur; sed neque fas ei erit uti Oratorio domestico aliis concessio, nisi servatis conditionibus, et limitationibus in Brevi, seu Pontificio Rescripto expressis.

Id adeo verum est, ut Episcopi Solio Assistentes, qui longe maioribus privilegiis cumulantur, praeter illa, quae omnibus Episcopis communia sunt, nequeat in privatis eorum domibus Oratorium instruere, nisi ex speciali Indulto *Gregorii XV.*, qui tamen huiusmodi Oratoria subiicit visitationi Cardinalis Vicarii in Urbe, et respectivi Ordinarii alibi; imo consuetas addit clausulas, et condiciones, et signanter illam celebrandi unicam Missam, vel ab alio Sacerdote celebratae interessendi: *dummodo in domo huiusmodi celebrandi alteri licentia concessa non fuerit*; quin ad satisfaciendum praeecepto aliis haec Missa prosit, exceptis dumtaxat Familiaribus actuali servitio necessariis. Videnda Constitutio *Gregorii Papae XV. die 17. Augusti 1606.* in magno Bullario Mainardi *tom. V. part. V. num. LXXI. §. 8.*

Verumtamen temporis successu, cum plures irrepsissent abusus, forte quia Episcopi etiam non Assistentes Oratorium domesticum simul confundentes cum Ara portatili, licere sibi arbitrabantur Sacrum facere in quolibet privato Sacello, minime servatis conditionibus, et clausulis apponi solitis; *Clemens XI.* Apostolicae auctoritatis robur adiecit generali Decreto Congregationis Concilii, iussitque: *In Oratoriis privatis non licere quibuscumque Sacerdotibus, etiamsi essent Episcopi, in iis celebrare diebus Paschatis etc. in reliquis vero diebus Sacerdotibus quibuscumque etiam Episcopis celebrare non licere, ubi etiam unica Missa, quae Indulto conceditur, fuerit celebrata etc.*

Etsi vero Episcopi nequeant in privatis domibus sine Apostolico Indulto Sacellum instruere, quod Oratorii domestici nomine venit, et teneantur se conformare legibus concessionis, si celebrare velint, vel Sacro adesse domi Laicorum, qui privilegio gaudent; non eis tamen interdictus est usus Arae portatilis in casibus a iure contemplatis ex dispositione *Bonifacii VIII.* relat. in cap. *Quoniam Episcopi, de privilegiis in 6.* Poterunt igitur in casibus a iure permissis amovibilem Aram componere etiam apud Laicos, qui domestico gaudent Sacello, neque hoc privilegium per Concilii Tridentini Decretum sublatum est, ut saepe declaravit Sacra Congregatio; praesertim vero patet ex lib. *Decretorum 12. pag. 120.* ubi legitur: *Sacra Congregatio etc. censuit, Cardinales non solum, ac Episco-*

1. « Se un Vescovo Titolare possa, senza uno » speciale Rescritto, erigere l'Altare ovunque » egli voglia, ancorchè nella casa di sua abita- » zione esista già una Cappella per uso dei suoi » Parenti? »

2. « Se possa, oltre la sua Messa, far cele- » brare altre Messe? »

3. « Se detta Messa, o Messe vagliano in adem- » pimento del precetto anche a' suoi Parenti seco » abitanti, ed alle persone non solo addette al

*pos, sine ulla Episcopi Dioecesei licentia, uti posse privilegio Altaris portatilis ad praescriptum Constitutionis felic. recordat. Bonifacii VIII., quae incipit: Quoniam Episcopi; nec huiusmodi privilegium sublatum fuisse Concilii Decreto cap. unic. sess. 22.*

Errant qui putant a Clemente XI. Privilegium hoc sublatum fuisse Decreto emanato 15. Decembris 1703., in quo legitur: *Episcopis, et his maioribus Praelatis, etiam Cardinalatus dignitate fulgentibus, neque sub praetextu privilegii clausi in corpore iuris, neque alio quoque titulo, nullo modo licere extra domum propriae habitationis in domibus laicis, etiam in propria Dioecesi, quod fortius intelligitur in aliena, erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare, sive celebrari facere etc.*

Non enim sapientissimus Pontifex eo privilegio privatos voluit Episcopos, sed abusus eliminandos iussit, qui irrepserant in sanctarum Sanctionum contemptum, ac Sancti Sacrificii irreverentiam, revocando usum Privilegii ad trames iuris, et ad casus, in quibus talis usus concessus est, adempta facultate illud perperam interpretandi, et extendendi pro lubitu ad casus omnes non contemplatos, sed arbitrarios. Talem esse sensum Clementini Decreti firmat Benedictus XIV. de Missae Sacrificio lib. 3. cap. 6. num. 6.: *Ratio, quae Pontificem ad illud condendum Decretum impulit, ea fuit, quod resciverat, nonneminem Episcoporum tam in sua, quam in aliena Dioecesi, domo sua egredi consuevisse, et ut primario cuiquam viro laico gratum faceret, qui non haberet privati Oratorii privilegium, ad illius domum se conferre, ibique vel ab aliquo Missam celebrare facere, aut etiam plures, si vir ille habuisset Oratorium privatum, ubi nonnisi unicam Missam eadem die liceret celebrari.* Episcopi etiam in aliena Dioecesi extra domum propriae habitationis, in privatis Laicorum domibus erigi faciunt Altare, ibique per unum, aut plures e suis Cappellanis vivificam Christi Hostiam immolari. Idcirco opus fuit Decretum Clementis XI. declarari etc. Id, quod factum fuit ab eius Successoribus Innocentio XIII. in Constitutione Apostolici Ministerii legen. in dicto Bullar. tom. XI. par. II. num. XXXIV. §. 24., et Benedicto XIII. iuxta Decretum, quod habetur in Concilio Romano tit. XV. cap. 3.: *Declaramus tamen, quod cum in praedicto Decreto (Clementis XI.) statuatur, non licere Episcopis extra domum propriae habitationis, in domibus laicis erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare, sive celebrari facere, huiusmodi prohibitio intelligenda non sit de domibus etiam laicis, in quibus ipsi Episcopi forte occasione visitationis, vel itineris hospitio excipiantur, et nec etiam quando Episcopi in casibus a iure permissis, vel de speciali Sedis Apostolicae licentia, absentes a domo propriae ordinariae habitationis moram idcirco faciant in aliena domo per modum similis habitationis; his enim casibus licita iis erit erectio Altaris, ad effectum praedictae celebrationis.*

Ex his consequitur, quod Episcopus domi commorans laicorum, qui Indulto gaudent Oratorii privati, haud possit hoc uti ultra terminos concessionis; valeat tamen in casibus dumtaxat a iure permissis, vel clare expressis, vel tacite contemplatis in sui commodum, Aram portatilem, seu viatoriam adhibere. Sed quoniam longe decentius videtur, Sacram Hostiam Deo offerre in fixo, ac stabili Altari, quam in Ara portatili, et mobili; idcirco Sacra Congregatio sapienti consilio, postquam ad trames iuris responderat primo ex propositis Dubiis Affirmative; addidit: *Verum consulendum SSmo pro extensione privilegii, videlicet, quod Episcopi in casibus a iure permissis hospites domi, vel parentum, vel extraneorum, qui gaudent indulto Oratorii domestici, possint, et valeant in eodem celebrare, vel celebrari facere loco, et vice Arae portatilis, quam tantum extra propriam Dioecesim iisdem indulget Bonifacius VIII. cap. Quoniam Episcopi, de privilegiis in 6.; servata in reliquis forma*

» suo servizio, ancorchè non necessarie nell'atto  
» della Messa, ma anche di servizio di detti suoi  
» Parenti seco abitanti? »

4. « Se possa celebrare, e far celebrare nei  
» giorni soliti eccettuarsi nell' Apostolico Indulto? »
5. « Se nel caso, che i suoi Parenti, quali già

*Decreti S. M. Clementis XI. iuxta tamen posteriores declarationes S. M. Innocentii XIII., et Concilii Romani sub Benedicto XIII. cap. XV. num. III.*

Neque tamen quis credat privilegium *Bonifacii VIII.* adeo esse effraene, ut sine ulla omnino limitatione possit pro lubitu extendi ad casus non contemplatos a iure, vel ita posse ampliari, ut Missa ad formam eiusdem privilegii celebrata, prosit pro adimplemento praecepti omnibus interessentibus, et assistentibus. Talis non est sensus Decretalis; neque *Innocentius XIII., et Benedictus XIII.* declarando Decretum *Clementis XI.* a iuris dispositione recesserunt. Quippe privilegium personale est, atque ideo concessum, ne contingat aliquam praeteriri diem, in qua Episcopus non celebret, vel saltem Sacro non assistat: ergo datum est ad solius Episcopi commodum, et spirituale solatium.

Id patet clarissime si spectetur cum causa, tum finis privilegii. Qua enim ratione motus *Bonifacius VIII.* indulsit Episcopis: *ut Altare possint habere viaticum, et in eo celebrare, vel facere celebrare ubicumque.* Vide quod sequitur. *Quia Episcopi se debent diversis ex causis a suis Ecclesiis, et Dioecesibus absentare frequenter, nec semper possunt commode ad Ecclesias accedere pro Missa celebranda, vel audienda in ipsis.* En igitur causa: qui vero finis? *sine qua* (Missa scilicet) *cos transire non decet absque causa rationabili ullam diem.* Non est ergo privilegium tam late accipiendum, ut vel Episcopus sine ulla rationabili causa ubique locorum Aram erigere possit; vel Sacrificium in ea oblatum valeat pro omnibus interessentibus in adimplementum praecepti, vel plures Missas ibi celebrari liceat. Merito igitur *Clemens XI.* non id, quod erat iure dispositum, deletum voluit, sed licentiam cohibuit, et sensim inductos abusus ex mala legis interpretatione eliminavit, veluti deinde ab eius Successoribus fuit declaratum.

Cum itaque Sacrae Congregationis rescriptum Pontificis auctoritate roboratum relationem habeat ad dispositionem iuris, plane consequitur ampliationem indulti ad Oratoria domestica, et Altaria fixa favore Episcoporum hospitantium in aedibus laicorum, in quibus tale Sacellum ex speciali privilegio existit, non plus eis indulgere, praeter id, quod *Pontifex Bonifacius* concesserat; sed dumtaxat in casu facultatem transferre ab Ara viatica ad Altare fixum, ne contingat in una eademque domo, uno eodemque tempore Sacrum fieri in Altari fixo vigore particularis indulti, aliam vero Missam celebrari in Ara mobili, et viatica, vi alterius privilegii clausi in corpore iuris. Atqui, attenda causa finali huiusmodi privilegii, Episcopo licet uti Ara viatica, ne ulla sit dies, in qua vel ipse non celebret, vel saltem Missae ab alio celebratae non assistat, iam quisque videt, planeque intelligit, ad unicam Missam in die contrahi novum indultum utendi Altari fixo, vice et loco Arae portatilis. Recte ideo *Gatticus loc. cit. num. 14.* adversus *Pasqualinum* limitavit privilegium ad unicam Missam, quippe ait: *Quantum ad finem attinet concessionis unica tantum permittitur Missa, camque proinde in singulari nominat Bonifacius, et distinctione facta, illam celebrandi, vel audiendi.* Sed quoniam maxime decet, ut Episcopus, Sacro peracto, alteri assistat, et hoc fere apud omnes positum in more est; ideoque Sacra Congregatio, ne Episcopi spirituali hoc solatio priverentur, equidem *dubio secundo* respondit ad iuris formam, sed simul addidit: *Consulendum Sanctissimo pro extensione privilegii ad alteram Missam, quam post Sacrum ab ipsis operatum Episcopi audire solent:* quia solius Pontificis est privilegia privilegii addere.

Hinc alterum descendit, quod, quum privilegium stricte datum sit Episcopis, nequit extendi ad domesticos, et familiares, qui frui dumtaxat poterunt speciali indulto ipsis concesso, servatis clausulis, et conditionibus in eodem appositis. Contra vero huius vigore Rescripti poterunt Episcopi in Ara fixa loco Arae portatilis celebrare, et celebrare facere in solemnioribus etiam diebus, in quibus alias non licet, quia *Bonifacius VIII.* nullam excipit diem, dummodo causa intercedat, cuius intuitu privilegium datum est.

» godono dell' Oratorio privato, avessero fatta celebrare la Messa, possa il Vescovo far celebrare un' altra Messa, oltre la sua? »

Sacra eadem Rituum Congreg., audito prius altero ex caeremoniarum Apostolicarum Magistris, qui suam scripto sententiam pandidit, typisque evulgavit, referente Eñño, et Rñño Domino Cardinali Matthaeio, loco Eñni, et Rñni Domini Cardinalis Iulii Mariae de Somalia Praefecti, et Ponentis absentis, respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative. Verum consulendum Sanctissimo pro extensione privilegii, videlicet, quod Episcopi, in casibus a iure permissis, hospitantes domi vel Parentum, vel Extraneorum, qui gaudent Indulto Oratorii domestici, possint, et valeant in eodem celebrare, vel celebrare facere, loco, et vice Arae portatilis, quam tantum extra propriam Dioecesim indulget Bonifacius VIII. cap. *Quoniam Episcopi*, De Privilegiis in 6., servata in reliquis forma Decreti S. M. Clementis XI., iuxta tamen posteriores declarationes S. M. Innocentii XIII., et Concilii Romani sub Benedicto XIII., cap. 15. num. 3. »

Ad 2. « Negative; verum consulendum Sanctissimo pro extensione Privilegiorum quoad unam Missam, quam, propria celebrata, Episcopi solent audire. »

Ad 3. « Affirmative quoad familiares dumtaxat eidem Episcopo actu necessarios; Negative quoad reliquos. »

Eadem de causa vel Episcopus celebret, aut celebrare faciat vigore Indulti tam in diebus solemnioribus, vel aliis festivis de praecepto, Missa non prodesse declaratur, nisi familiaribus illis, qui actu sunt necessarii, quia, ut supra probatum est, privilegium clausum in corpore iuris personale est favore Episcoporum, ne contingat ullum transire diem, quin Missam vel ipsi celebrent, vel celebrare faciant.

Hinc fit, ut vigore Indulti utendi Altari fixo, sive Oratorio domestico loco Arae viatoriae, de quo in responsionibus ad duo prima Dubia adprobata, et confirmata a *Sanctissimo Domino Nostro Pio VII. Pontifice Maximo*, poterit Episcopus Sacrum facere, vel audire in Ara fixa, etiamsi in eadem alia celebrata, vel celebranda sit Missa illorum favore, quibus peculiare privilegium cum consuetis clausulis, conditionibus, ac limitationibus datum est. Cum enim haec duo privilegia distincta sint, diversisque personis concessa, non ita confundi debent, ut unum impedimentum alteri afferat.

(1) « Quum Archiconfraternitas S. Mariae de Campo sancto mordicus conaretur tueri asserta privilegia, quibus innixa, sine ullo delectu quoscumque petentes sodalibus adscribere consueverat, ad hoc praecise, ut fruerentur Indulto Oratorii domestici, rogatus ego, ut pro veritate meum exponerem sensum, id pro modulo feci, ut sequitur. »

Due sono le questioni, che possono farsi intorno al privilegio, che si asserisce concesso da *Leone Decimo* a' Sacerdoti, e Cappellani della Compagnia di Maria SSma detta di Campo Santo, mercè il quale possono far uso dell'Altare portatile, e celebrarvi ancor prima dell'aurora.

La prima è, se veramente ancor sussista il menzionato privilegio, oppure sia stato rievocato.

Ad 4. « Affirmative. »

Ad 5. « Iam provisum in primo, atque secundo. » Die 22. Augusti 1818.

Facta autem relatione de praemissis SSmo Domino Nostro Pio VII. Pont. Max., Sanctitas Sua Sacrae Congregationis responsa adprobavit, confirmavit, et extensionem Privilegii, ut in responsione ad primum, et secundum ex propositis dubiis indulsit, contrariis non obstantibus. Die 25. eiusdem mensis, et anni.

« Quoniam per mox relatum Decretum provisum est Privilegio, quo gaudent Episcopi, adhibendi Aram Viatoriam: non ingratum fore arbitratus sum, si hic adicerem nuperrimam Encyclicam SSmi Domini Nostri Pii VII. Pont. Max. ad Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, et Priores, iurisdictionem quasi Episcopalem in Italia, et adiacentibus insulis exercentes; quae tolluntur, et irritantur abusus circa Aram portatilem, sive Oratorium domesticum, quo gaudent praesumunt adscripti inter sodales Archiconfraternitatis S. Mariae de Campo Sancto Urbis. »

4548.

PIUS PP. VII.

*Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, Salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

(1) Iamdiu ad Nos perlatum fuerat, complures Presbyteros in Neapolitano praesertim Regno degentes, id sibi arrogare voluisse, ut Altare portatile, seu Oratorium privatum in aedibus suae

habitationis erigerent, non ex aliquo speciali Apostolico Indulto sibi personaliter concesso, sed dumtaxat ex eo, quod nomen ipsi dederint Confraternitati in Cappella Sanctae Mariae Virginis Campi Sancti de Urbe erectae, asserentes tale privilegium Confratribus huius Confraternitatis, qui Prae-

ternitati in Cappella Sanctae Mariae Virginis Campi Sancti de Urbe erectae, asserentes tale privilegium Confratribus huius Confraternitatis, qui Prae-

La seconda, nell'ipotesi che sussista, si cerca, se debba limitarsi ad alcuni soltanto, oppure estendersi senza eccezione non che ai Fratelli, che formano l'Archiconfraternita, ma a tutti gli aggregati in varie parti dispersi.

Riguardo alla prima questione, lasciamo da parte ciò, che è estraneo dalla medesima, e limitiamoci al privilegio, quale non può negarsi essere esorbitantissimo; ed appunto per esser tale, sono intimamente persuaso, che fu compreso fra gli altri annullati dal *Sacro Concilio di Trento Sess. 22. cap. De observan. et vitan. in celebrat. Missar.*; giacchè quel Venerabil Consesso ebbe principalmente il fine di raffrenare, e moderare l'esorbitanza de' privilegi, per cui ne venivano gravissimi, ed innumerabili abusi.

Peraltro dall'Autore del Pro-memoria si pretende, che l'anzidetto privilegio tuttavia sussista per tre (da esso riputate) validissime ragioni, cioè 1. Perchè il Concilio di Trento parla delle facoltà illimitate, quali si erano arrogate i Vescovi, e non degl'Indulti Apostolici; 2. Perchè, quando ancora si voglia nella censura compreso, fu poscia restituito al suo pieno vigore da *Pio IV.* con una nuova Bolla confermatória; 3. Perchè li Sommi Pontefici *Pio VI.* e *Pio VII.* non hanno voluto derogare a si fatto Privilegio: onde si vuol dedurre, che lo abbiano approvato, e confermato. Se ben si riflette, e vengano esaminate queste tre ragioni con animo sgombro da prevenzione, si vedrà, che si risolvono in nulla.

Ed in quanto alla prima, non è altrimenti vero, che la censura del Decreto Tridentino si limiti all'oggetto di raffrenare li Vescovi nell'accordare simili Indulti. Si leggano attentamente le clausole amplissime aggiunte in specie al suddetto capo, quali si estendono anche a quello, che non è espresso nel Decreto, e derogano a tutti i privilegi, consuetudini ecc. *Haec igitur omnia summam enumerata sunt, omnibus locorum Ordinariis ita proponuntur, ut non solum ea ipsa, sed quaecumque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi a Sacrosancta Synodo potestate, ac etiam ut Delegati Sedis Apostolicae, prohibeant, emendent, corrigant, statuunt, atque ad ea inviolate servanda censuris ecclesiasticis, aliisque poenis, quae illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant: non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque.* Si ponga mente non solo a quel *summam enumerata*, ma molto più alli termini estensivi, ed ampliativi: *quaecumque alia huc pertinere visa fuerint*, e finalmente all'amplissima deroga dei privilegi ecc., e poi si dica, che l'effrenato Indulto di *Leone X.* non è compreso nella censura del Decreto.

Di più l'interpretare i Decreti del Concilio di Trento non è affare de' privati Scrittori, a' quali vien vietato il glossarli; motivo, per il quale non fu pubblicato il Settimo delle Decretali di *Clemente Ottavo*, perchè opportunamente fu previsto, che pubblicandosi, sarebbero stati glossati i Decreti del suddetto Concilio in esso inseriti, come era avvenuto riguardo agli altri libri del Diritto canonico. Vi è il Tribunal competente istituito da *Pio IV.* per l'esecuzione, confermato, ed esteso da *Sisto V.* per l'interpretazione dei Decreti; voglio dire la *Congregazione del Concilio*, alla quale perciò privatamente spetta l'interpretare, lo spiegare, e il dichiarare le questioni, che insorgono o sull'osservanza, o sull'intelligenza dei suddetti Decreti, non solamente riguardo alle cose espresse, ma altresì rapporto alle non espresse, e comprese sotto l'amplissima estensione: *quaecumque alia huc pertinere visa fuerint.* Or dunque in tutte le questioni a quel Tribunale portate, ha sempre il medesimo dichiarato, che pel menzionato Decreto restano annullati tutti i privilegi, non esclusi quelli, che hanno forza di legge universale, perchè inseriti in *corpore iuris.* Si veda *Gattico, De usu Altaris portatilis capo 13.*, *Giraldi al capo suddetto del Tridentino, Fagnano al capo In his, de Privilegiis, Benedetto XIV. De Sacrificio Missae lib. 3, cap. 6. num. 2.*, ed altri molti, che tralascio

lati, aut Presbyteri essent, ac etiam Cappellani a rec. mem. Leone PP. X. Praedecessore Nostro concessum fuisse. Hoc quoque addunt, quod licet

per successivam Sacri Concilii Tridentini talia privilegia abrogantis adprobationem a memorato Leone factam idem privilegium abrogatum remanserit,

per brevità. Non trovo alcuno degli Autori allegati, che si faccia carico di dimostrare, che vi sono alcuni privilegi non soggetti alla censura del Tridentino Decreto. Ecce tuano soltanto il diritto dei Vescovi di erigere l'Altare nelle proprie abitazioni. Qual' eccezione va presa così strettamente, e con tanto rigore, che nè ai Vescovi, nè a' Cardinali è lecito l'erigere l'Altare portatile senza legittima causa, ma arbitrariamente nelle altrui abitazioni, benchè essi vi celebrino, o vi facciano celebrare in loro presenza, come talvolta accadeva per abuso, oltre li casi contemplati dal Diritto. Così riferisce *Benedetto XIV. loc. cit. num. 6.*, onde *Clemente XI. sotto il giorno 15. Dicembre 1703.* pose riparo a tal inconveniente. Ecco il Decreto: *Ad abusus huiusmodi eliminandos etc., Sanctissimus Dominus Noster, ex unanimi voto S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, inhaerendo aliis declarationibus alias hac de re editis, expresse declarat Episcopis, et his maioribus Praelatis, etiam Cardinalatus dignitate fulgentibus, neque sub praetextu privilegii clausi in corpore iuris, neque alio quoque titulo, nullo modo licere extra domum propriae habitationis in domibus laicis etiam in propria Dioecesi ..... erigi Altare etc.* Qual Decreto fu preso con tale, e tanto rigore, che si credette non avere i Vescovi altra facoltà fuor di quella d'avere un solo Altare nel proprio Palazzo Vescovile, ma venne poi spiegato da *Innocenzo XIII.*, e da *Benedetto XIII.* nel Concilio Romano *cap. 15. num. 3.*, che si doveva intendere dell'abuso di portarsi alle case de' Laici, ed ivi, eretto l'Altare portatile, celebrarvi, o farvi celebrare la Messa. Ma non già, che non potessero i Vescovi erigere l'Altare nelle case, ove si trattenevano in occasione di visita, o per altra giusta ragione, a norma della Decretale di *Bonifacio VIII. in cap. Quoniam Episcopi, de Privilegiis in 6.* Se dunque il sullodato Decreto del Concilio è stato interpretato con tanto rigore, che appena preserva il diritto de' Vescovi per uso proprio, e ne' casi contemplati dal Diritto Canonico; vogliamo poi dire, che nella censura non si debba aver per compreso il Privilegio in questione?

Nè si deve trascurare, che il Decreto del Concilio non è limitato a soli Regolari, ma espressamente comprende ancora li Secolari: *Neve patiantur privatis in domibus Sanctum hoc Sacrificium a SAECULARIBUS, aut Regularibus quibuscumque peragi.* Dunque nella proibizione sono compresi tanto li Secolari, che i Regolari, ed in conseguenza i privilegi si degli uni, che degli altri cadono sotto la clausula derogatoria. Ma qui mi sento replicare; che le decisioni della Sacra Congregazione del Concilio parlano de' soli Regolari. È vero; ma qual conseguenza si può da ciò ritrarre? Oltre l'esser questo un' argomento negativo, che nulla prova; v'è poi la ragione, ed è lo strepito, ed impegno de' Regolari per sostenere i loro privilegi; onde il *Gattico loc. cit.* dice, *tanta contentione animorum disputatum est in favorem huius interpretationis* (cioè che non fossero cassati li privilegi, ma bensì soggetti per l'esecuzione all'approvazione de' Vescovi) *ut plusquam 25. Scriptores invenerim allegatos, qui tamen fere omnes causam suam tueri satagebant etc.* Quindi le querele portate alla suddetta Sacra Congregazione, ed i dubbii insorti per la diversità de' sentimenti. Onde la medesima fu obbligata a dichiarare l'abolizione de' privilegi. Allo stesso modo averebbe deciso, se fosse stato disputato del privilegio, che ora si vuol sostenere dall'Archiconfraternita di Campo Santo. Si questo, che quelli sono amplissimi, tutti accordati dall'Apostolica autorità, alcuni inseriti *in corpore iuris.* Qual sarà dunque la cagione, per cui nell'eguaglianza delle circostanze, alcuni abbiano ad aversi per annullati, e cassati, ed altri no? Per me dunque è cosa chiara, ed evidente, che la vantata *Bolla di Leone X.* è involta nell'abolizione degli altri privilegi.

Se non che (qui mi si replica), dato ancora, che la sudetta Bolla in vigore dell'accennato Decreto sia rimasta involta nell'abolizione degli altri privilegi, la posterior Bolla di *Pio IV.* la fa rivivere. Cosa è questa facile a dirsi; la difficoltà consiste nel sostenerla. Se è vero l'assioma, che *posteriora derogant prioribus*, la vantata conferma svanisce. Si combinino le diverse date, e poi

hoc tamen revixisse dicunt ex eo tempore, quo  
 rec. mem. Pius PP. IV. Praedecessor itidem No-  
 ster, ut Confratres Ecclesiasticos ad Cappellam  
 praedictam frequentandam, et socialia pia opera  
 ibi exercenda alacriores redderet, idem privilegium  
 confirmavit. Quamquam vero patet nihil horum

si decida. La Bolla confermativa del privilegio, portando la data *die decimatertia Januarii 1503. Pontificatus nostri anno quarto*, è anteriore alla Bolla, colla quale dallo stesso Pio IV. fu confermato il Concilio, il quale non prima di tal conferma acquistò forza di legge. Il concilio ebbe il suo compimento *alli 4. Decembre 1563.*, ed i Legati fecero istanza per la conferma *alli 26. Gennaio 1564.*, e sotto questo giorno fu data la Bolla *Benedictus Deus etc.* (Bollario Tom. 4. part. 2. pag. 168.) Ma se la Bolla confermativa del privilegio è anteriore, si rende certo, che venne rievocata dall'altra concistoriale, mercè la quale li Decreti del Concilio acquistarono fermezza Apostolica.

Se ciò non basta, v'è ancora di più. Dopo aver Pio IV. confermato il Concilio, dopo aver prefisso il tempo, in cui dovevano mettersi in osservanza i Decreti, dopo aver deputata una Congregazione di otto Cardinali, a quali fu commessa l'esecuzione; pubblicò altra Bolla *In Principis Apostolorum Sede etc.* data li 20. Febbraio 1565., colla quale vengono espressamente rievocati tutti i privilegi benchè effrenatissimi, precedentemente concessi a corporazioni, congregazioni, persone rispettabilissime, e perfino a Nunzi Apostolici, e Legati *a latere*. Troppo anderei in lungo, se volessi qui riportare l'enumerazione di tutti li corpi, e persone celebri, ed insigni, che vengono comprese nella legge. Ognuno si può sodisfare, leggendola *nell'anzidetto Tomo del Bollario pag. 214.* Ora chi vorrà darsi a credere, che dalla legge universale andassero esenti gli esorbitanti privilegi, de' quali si pretende arricchita la compagnia di Campo Santo? È dunque da conchiudere, che a sostenere il vantato privilegio nè vale la Bolla di Leone X, nè giova la confermativa di Pio IV., ma restano ambedue annullate per il Decreto del Concilio, che quantunque anteriore alla seconda, è però posteriore in quanto all'aver acquistata forza di legge in virtù della conferma Apostolica ad esso data un' anno dopo l'accennata Bolla emanata a favore della Compagnia di Campo Santo. Ma quando ancora si volesse su ciò questionare, tronca ogni disputa la Costituzione *In principis Apostolorum Sede*, che annulla tutti i privilegi.

Ciò è tanto chiaro, che non fa d'uopo il trattenerci sulla seconda revoca fatta da Clemente XI. *nell'anno 1703.*; e perciò passo ad esaminare la terza ragione. Con somma franchezza nel *Pro-memoria* si asserisce, che l'impugnare la sussistenza della Bolla di Leone X. e successiva conferma di Pio IV. è contro la *decisa intenzione dei due Sommi Pontefici Pio VI. e Pio VII.* come si promette di dimostrare. Se è così, è finita ogni questione. Domando però io: ove è questa dimostrazione? su quali fondamenti s'appoggia? Per quanto vedo, tutta la dimostrazione si risolve in nude, e vuote parole. Si dice: *Egli è noto, che il gran Pontefice Pio VI. nell'anno nono in circa del suo Pontificato, esaminato codesto privilegio, non volle derogarvi.* Ma a chi mai è noto? esternò forse il Santo Padre questa sua indiretta approvazione in qualche piena Congregazione avanti a se adunata, o la rese pubblica con suo speciale rescritto? Nulla di ciò. S'asserisce; *Egli è noto*, ma non si produce alcun' argomento, che il faccia noto. Peraltro diamo per un momento, che sia noto; si conviene vedere ciò, che si debba, non ciò, che si voglia aver per noto. Può ben stare, che il Santo Padre non abbia voluto fare alcun atto positivo contrario, senza che questo porti tacita approvazione. Può aver creduto non esser necessaria nuova deroga; bastando che al supposto privilegio abbia derogato il Concilio, ed in seguito Pio. IV. colle due sopraccennate Bolle. Se Pio VI. avesse voluto approvare, o avere per tuttavia sussistente il privilegio gli era facile il farlo con suo Breve, anzi si rendeva necessario per impor fine alle dispute.

Nè diversamente dee dirsi del contegno, che si pretende tenuto dal *presente Sommo Pontefice Pio VII.* Tutto il fondamento è appoggiato all'assertiva dell'autore del *Pro-memoria*. Una pruova di tal sorte non si ammetterebbe, neppure in una questione triobelare. A buon conto si confessa, che v'erano de' ricorsi per l'abuso del supposto privilegio. A buon conto per porvi rimedio fu minu-

operum a praedictis Ecclesiasticis domicilium extra Urbem habentibus expleri minime posse, idem tamen privilegium sibi postulant, non alia de causa,

nisi quia ipsorum nomina in Confratrum Catalogo fuerint adnotata, quasi id non solis iis, qui re ipsa Confratres essent, sed etiam pro aliis, qui

tato il Breve derogatorio, o sia declaratorio della nullità; e questa minuta si trova trasmessa alla Segreteria del Tribunale del Vicariato, ed ivi si custodisce. Tutto questo è certo, il di più consiste in nude parole. Ma la sudetta minuta non è sottoscritta; ma non è stata ridotta a pubblico legale Pontificio Breve. Ciò che prova? Non altro, se non che la detta minuta non può avere alcuna forza; ma non già, che il Pontefice persuaso della sussistenza del Privilegio, abbia creduto indoveroso il derogarvi. (Ciò tanto è vero, che se allora non si potè dare esecuzione al Breve già minutato per le dolorose sopraggiunte vicende; peraltro, dopo il ritorno del Santo Padre alla sua Sede, una delle sue prime cure è stata quella di troncargli il corso agli abusi, come gli ha tolti, e provveduto all'avvenire colla presente Enciclica.)

Da tutte queste ragioni io sono pienamente persuaso, e convinto, che il decantato Privilegio è del tutto abolito, e più non esiste. Si passi ora alla seconda questione, nella quale (data l'ipotesi, che il Privilegio sussista); si cerca, se sia limitato, e ristretto, ovvero di tanta estensione, quanta si pretende da chi sostiene il preteso diritto dell'Arciconfraternita. Considerata bene la Bolla di Leone X., io sono d'avviso, che il privilegio si debba intendere per concesso soltanto a quelli, che ascritti in Roma, ove è fondata la Confraternita, nella medesima attualmente esercitano quelle opere di pietà, che sono proprie della medesima, e furono il motivo, onde il Pontefice accordasse sì questo, che gli altri privilegi contenuti nella Bolla.

Si veda qual fu la causa motrice. La premura, che *quaecumque pia opera, et pia Christifidelium devotione ordinata, ut perpetuis futuris temporibus persistent... et, ut ad praemissa Christifidelium vota facilius concurrant, fideles ipsos quibusdam spiritualibus, et allecctivis muneribus libenter prosequimur.* Ed atteso che gli ascritti alla Confraternita, fra l'altre opere di pietà, s'impiegavano a pro degl'infermi sì nel loro Spedale, che nelle case, ed a pro de' pellegrini quà, e là per Roma dispersi, con seppellire i defonti nel loro cimiterio, come diffusamente viene dichiarato nella detta Bolla: per animare i fratelli al proseguimento di opere così pie, ed insieme laboriose, Leone X. si mosse a decorare la medesima d'amplissimi privilegi, e specialmente di quello, che dà motivo alla presente questione. Giova quì trascrivere interamente la particola: *Licetque eisdem confratribus, qui Praelati, aut Presbyteri fuerint, ac etiam Cappellani praefatis habere Altare portatile cum debitis reverentia, et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus, et honestis sine iuris alieni praecedente, etiam antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, CUM QUALITAS NEGOTIORUM PRO TEMPORE INGRUENTIUM ID EXIGERIT, ita tamen, quod id eis, aut Sacerdotibus taliter celebrantibus ad culpam nequeat imputari.*

Se dunque il privilegio è accordato a contemplazione delle opere di carità cristiana, che sono proprie dell'istituto, nell'assistere gl'infermi, nell'aiutare i Pellegrini, in dar sepoltura ai defonti; ne viene per conseguenza, che a poter far'uso del Privilegio, si rende necessario impiegarsi in tali opere, onde si deve credere, che la mente del concedente sia stata di accordarlo a' Prelati, Preti, e Cappellani, che ascritti all'Arciconfraternita, e dimoranti in Roma, si esercitano, per quanto loro è permesso, con tutto l'impegno nelle opere suddette. Sarebbe una stravaganza il supporre, che Leone X. abbia voluto render partecipi de' privilegi tutti indistintamente, cioè sì quelli, che attualmente s'impiegano nell'opere dell'Istituto, e gl'altri, che, abitando lungi da Roma, non hanno altro fine nel dare il nome alla compagnia di Campo Santo, se non quello di godere li privilegi. Chi pensasse così, farebbe un torto alla memoria di Leone X.

Ma dove è la facoltà concessa all'Arciconfraternita d'accordare l'aggregazione a chiunque la chiede, benchè assente, e domiciliato in lontane regioni? Potrà la medesima aggregare altre Confraternite, che si conformino in *substantialibus* all'Istituto, secondo le regole prescritte da Cle-



a longe nomen dedissent, sit concessum. Quamobrem iure quidem optimo Fraternitates, et Discretiones Vestrae horum postulantibus obstiterunt,

et obstant. Haec iamdiu, ut diximus, ad nos fuerant perlata, verum ob temporum iniquitatem, et superventam rerum omnium eversionem, abu-

mente VIII., ma non godere d'una effrenatissima facoltà di comunicare agl'individui ascritti, e lontani li privilegii, senza far distinzione fra quelli, che si ascrivono per esercitare le opere di pietà, per le quali sono stati accordati gl'indulti; e quelli, che domiciliati assai lungi da Roma, nè vogliono, nè possono impiegarsi nelle medesime, bastando loro godere de' privilegii senza soggiacere ai pesi. È del tutto incredibile che Leone X. abbia voluto accordare un indulto così esorbitante, che avrebbe prodotti infiniti disordini, come pur troppo è accaduto per la falsa, ed arbitraria interpretazione contraria allo spirito del medesimo, ed alla mente del concedente, come ne fanno fede le querele avanzate da' Vescovi.

Anzi che tanto è lontano, che il Papa abbia voluto lasciare aperta la strada ad una libertà così effrenata, ed illimitata; che v'è ragione più tosto da credere, che abbia voluto limitare il privilegio anche a favore di quelli, che *actu inserviunt*, cosichè vada congiunto l'indulto coll'esercizio. Non per niente è apposta quella clausola condizionale: *cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit*. L'istesso è, che dire, doversi intendere l'uso dell'Altare portatile, e la facoltà di celebrare *ante diurnam lucem* non arbitrariamente, non in qualunque tempo, occasione, e luogo; ma bensì allor quando l'occupazione, e l'opera impiegata per l'Arciconfraternita l'esigono. Ivi non si parla di qualunque negozio, di qualunque affare, ma di negozii, ed affari relativi all'Arciconfraternita. Che se l'indulto fosse semplice, generale, ed assoluto, sarebbe fuor di luogo, e superflua la sudetta clausola. Quando che è certo, che nella parte dispositiva delle Bolle, e de' Brevi, nulla v'è, che debba aversi per superfluo, e non siavi inserito per qualche ragione.

Che se dunque v'è giusto motivo per credere, che l'indulto (nell'ipotesi, che sussista) sia condizionato, e limitato anche a favore di quelli, che s'impiegano lodevolmente nell'esercizio dell'Istituto, compresi perciò ancora i Cappellani amovibili: dovremo poi dire, che il medesimo si debba indistintamente estendere a tutti gli aggregati, benchè questi non abbiano in vista, che la sola partecipazione del privilegio, ma non già l'esercizio delle opere, per le quali fu il privilegio concesso? Una tale interpretazione ripugna al buon senso, onde non può esser ammessa per verun modo.

Ma si vada più avanti. L'uso dell'Altare portatile non si concede, che a' Sovrani, a' Cardinali, e Vescovi (benchè a questi limitato sia il privilegio per li soli luoghi, ne quali essi o stabilmente, o accidentalmente dimorano, e nelli soli casi permessi dal Diritto) a' Missionarii nelle parti degli Infedeli; ed a' naviganti, sempre però con alcune condizioni, restrizioni e riserve. L'indulto dell'Oratorio domestico a' soli nobili, o che vivono *more nobilium*, o che, avendo altronde meriti personali, soffrono incomodi di salute, onde o non possono, oppure riesce loro assai grave portarsi alla Chiesa per celebrarvi, o assistere alla Messa. Ma se sussistesse il Privilegio di Campo Santo nella pienezza dell'estensione, alla quale è stato portato dall'abuso, ne verrebbe una stravagantissima conseguenza, cioè, che la sudetta Arciconfraternita goda un'indulto così illimitato, ed esteso, che supera le facoltà accordate alla stessa Segreteria de' Brevi, la quale nondimeno non ne fa uso, che dopo esser stata riferita l'istanza al Papa, che è il solo concedente. Di più, che l'individui aggregati, nell'estensione del privilegio, sarebbero superiori ai Vescovi, poichè questi non possono far uso dell'Altare portatile, se non che in occasione di visita, o d'alloggio dentro o fuori di Diocesi, e ne' casi contemplati dalla legge, nè fuori dell'Episcopio possono avere l'Oratorio domestico fisso, se non ottengono uno speciale indulto, e sono tenuti alle condizioni, limitazioni, e clausole contenute nel medesimo. Quando che quelli a capriccio porterebbero il loro Altare portatile ovunque loro piacesse, o per proprio, o per altrui comodo. E volendosi restringere la questione all'Oratorio domestico, in molti, e senza dubbio nel maggior numero, mancherebbero le qualità, e condizioni volute dalla Segreteria de' Brevi, anderebbero esenti dalla visita, ed approvazione

sum huiusmodi radicibus tollere nequimus. Nunc autem, pace divinitus restituta, eo citius illum eruendum arbitramur, quo callidius nonnulli ad superandam vestram repugnantiam, per publica etiam scripta contenderunt, ut accepimus, abusum eundem ex diuturniore Nostro silentio adprobatum remanere. Nos igitur dictorum Praedecessorum Literas Apostolicas desuper expeditas praesentibus pro insertis habentes, privilegium huiusmodi Altaris Portatilis, seu Oratorii privati, licet pro Ecclesiasticis Confratribus tantum, non autem pro simplicibus Adscriptis concessum, et respective confirmatum Auctoritate Apostolica, tenore praesentium abolemus, et abrogamus; et Oratoria privata (si quae ubique fuerint taliter erecta) supprimimus. Ne autem hinc perantiquam Confraternitatem, in qua haud obscuri nominis Viri floruerunt, minoris facere videamur, neque Ecclesiasticorum Confratrum zelus quidquam ibi detrimenti capiat, imo potius augeatur, eisdem Ecclesiasticis, nempe Curiae Nostrae Romanae Praelatis, Presbyteris, et Cappellanis nunc, et pro tempore existentibus, Confratribus eiusdem Confraternitatis (minime vero in eorum Catalogo simpliciter adscriptis) ut ipsi, postquam ex iurato suorum Guardianorum testimonio constare fecerint Dilecto Filio Nostro in Alma Urbe Vicario in Spiritualibus Generali, se per quinquennium, aut saltem per triennium Functionibus Socialibus iuxta Confraternitatis Statuta fieri consuetis assidue adfuisse, in privato domus suae habitationis in eadem dumtaxat Urbe Nostra existente Oratorio ad hoc decenter muro extructo, et ornato, seu extruendo, et ornando ab om-

nibus domesticis usibus libero per ipsum Vicarium prius visitando, et approbando, ac de eiusdem Vicarii licentia eius arbitrio duratura, unam Missam pro unoquoque die, dummodo in eadem domo celebrandi licentia, quae adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per se ipsos celebrare, seu per quemcumque Sacerdotem approbatum saecularem, seu de Superiorum suorum licentia Regularem, sine tamen quorumcumque Iurium Parochialium praeiudicio, ac Paschatis Resurrectionis, et Pentecostes, ac Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, aliisque solemnioribus anni festis diebus exceptis, in sua, consanguineorum, et affinium secum insimul in eadem domo habitantium praesentia; (ita tamen, ut hi consanguinei, et affines Missam huiusmodi dumtaxat audire, numquam vero celebrari facere valeant) celebrari facere libere, et licite possint, Auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus. Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Leonis, et Pii Praedecessorum Literis, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, caeterisque in contrarium quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium Literarum transumptis, seu exemplis impressis, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XIX. mensis Aprilis MDCCCXVI. Pontificatus Nostri Anno Decimo-septimo.

Pro Dom. Card. Braschio de Honestis  
G. Bernius Substitutus.

Loco ✠ Sigilli Annuli Piscatoris.

de' rispettivi Vescovi. Inconvenienti grandissimi, che portano più gravi disordini lesivi di quella decenza, riverenza, e religione, onde trattar si devono li Divini Misteri. Non sò, se in vista di tali ragioni vi sarà alcuno, che ancor persista in voler sostenere il vantato privilegio ampliato, ed esteso dall' abuso.

Atteso dunque quanto finora s'è detto, ponderate l' addotte ragioni, ed altre, che si potrebbero recare, se facesse di bisogno; per la verità ricercato, giudico, che l' Indulto di Leone X. poi confermato da Pio IV. sia stato abolito, e cassato unitamente agli altri privilegi dal Decreto del Concilio di Trento, e dalle due Bolle dello stesso Pio IV. *Benedictus Deus, di Gennaio 1564.*, ed *In Principis Apostolorum Sede, del Febbraio 1565.* In oltre credo per verità, secondo l' intimo mio sentimento, che il Privilegio, giusta la mente del concedente, dovesse andar congiunto coll' esercizio dell' opere pie proprie dell' Istituto, non mai esteso agli aggregati per godere la sola comunicazione del Privilegio. Per conseguenza credo, che, ripristinandosi dall' autorità Apostolica il privilegio derogato, e soppresso, questo non dovrebbe valere, che ai soli confrati, che possono, e vogliono, e per quanto loro è possibile, esercitano l' opere di pietà, e carità cristiana, a contemplazione delle quali fu concesso il privilegio. Ben' inteso però che in vigor dell' indulto, per Altare portatile si debba intendere l' Oratorio Domestico, quale facilmente si confonde coll' Altare portatile.

Che è quanto per verità etc. Salvo etc.

4549. HISPALEN.

RESOLUTIONIS DUBIORUM.

Provincialis Minister Ordinis Minorum in Angelorum Provincia S. Francisci in Hispania Frater Ioannes Matthaeus Sanchez, infrascripta Dubia Ennis Patribus Sacrae Rituum Congregationi praepositis enodanda, atque enucleanda proposuit.

I. (1). Cum iam declaratum sit a S. R. C. Re-

sponsorium. « Haec est vero fraternitas » locum habere solum in Martyribus fratribus secundum carnem, non vero secundum institutum Ordinis Regularis; Quæritur an praefatum Responsorium dici debeat in Martyribus nostri Ordinis, extante Rubrica peculiari nostri Breviarii?

II. (2) An licitum sit in *Confiteor* ad Primam, Completorium, et Missam, et in Orationibus, ubi

(1) In communi plurimorum Martyrum ad R. VIII. vel II. sequens legitur Rubrica: *Sequens Responsorium* (Haec est vera fraternitas) *dicitur post 8. vel 2. lectionem in Festo plurimorum Martyrum fratrum*. Dubitatum aliquando fuit; num haec Rubrica intelligenda esset dumtaxat de fratribus secundum carnem, vel eos etiam comprehenderet, qui spirituali foedere unum, idemque Institutum profitentur, et uti fratres habentur, et nuncupantur. Strictè sumendam esse Rubricam de fratribus sanguinis vinculo coniunctis, et ex eodem genitore progenitis vere talibus, Rubricarum expositores, Ecclesiae praxis, Sacrae huius Congregationis Decreta plane evincunt. Unus ex Scriptoribus sat erit *Gavantus*, qui ad hunc locum *Rubric. Breviar. sect. 8. cap. 2. num. 9.* haec habet: *Responsorium*, Haec est vera fraternitas: *non dicitur unquam, nisi vere hi sint fratres secundum carnem: quod si cum fratribus carnalibus celebrentur alii non fratres, in eodem festo, non dicitur*. Hanc autem Rubricae interpretationem praxis Ecclesiae probat, si in *Breviario* mutandum esse Responsorium notatur in eo tantum casu, in quo de solis Martyribus fratribus Officium fit. Id adeo verum est, ut nec Responsorium mutatur in Festo *Sanctorum Eustachii, coniugis, et filiorum*, qui simul, eodemque Martyrii genere interiere, quia licet filii inter se fratres sint secundum carnem, coniunguntur tamen in eodem Officio cum Patre, et Matre. Declarationes accedunt Sac. huius Congregationis in una *Ordinis Sancti Benedicti ad dub. 3. quaesiti 3. die 10. Iunii 1690.*, et clarius recentissime in una *Ordinis Clericorum Minorum Villae Matriten. die 13. Martii 1804.* Nihilominus haec regula, etsi generalis, suas patitur limitationes, si aliquis religiosus Ordo gaudeat peculiari privilegio legendi R. *Haec est vera fraternitas*, dum fit Officium plurimorum Martyrum eiusdem instituti. Hoc fruuntur indulto Fratres Minores Sancti Francisci ex eorum Rubricis post maturum examen approbatis, et confirmatis a *felice. record. Pio PP. Sexto*, occasione novae editionis Breviarii trium Ordinum. Si quidem *num. 196.* habetur: R. *ultimum . . . . in Officio plurium Martyrum fratrum (sive fratres fuerint secundum carnem, sive nostrae Religionis filii) esse debet*. Porro haec Rubrica exceptionem regulae ponit, cui non detrahit postrema declaratio anni 1804., qua S. R. C. generali quaesito: *an rubrica etc. intelligenda sit nedum de fratribus secundum carnem, sed etiam de ipsis secundum institutum Ordinis?* Respondit *Negative*. Nec secus poterat, cum in proposito dubio relatio haberetur ad Rubricam generalem Breviarii, quin ulla fieret mentio peculiaris indulti, quo gaudent Fratres Minores. Diversa vero ratio est in praesenti quaestione, quae exceptionem ponit ex peculiari privilegio. Ne sit autem qui arbitretur, responsum S. C. ad hoc primum dubium pugnare cum Decretis supra indicatis. A casuum quippe diversitate diversa petenda est decidendi ratio.

(2) Sac. haec Congregatio adprobavit anno 1666. sub die 13. Februarii nedum Rubricas peculiare Ordinis Minorum, verum etiam notanda quaedam ad easdem, seu excepta ex eiusdem S. C. resolutionibus, quarum altera est: *in Missa dicendum est Confiteor pure, et simpliciter, prout habetur in Missali Romano absque additione alicuius Sancti etiam Patroni, qui in sola Oratione A cunctis, et postcommun. Mundet addendus est, et in una Ordin. Min. de observ. Provinciae Conceptionis B. M. V. in Regno Portugalliae ad quaesitum: An in oratione, et versiculis B. Francisci possit addi a Franciscanis B. Patris nostri: sub die 18. Decembris 1779. respondit Negative.* Huiusmodi autem Decreta generalem ponunt regulam; sed quoniam in nova editione Breviarii trium Ordinum legitur sequens rubrica *num. 158.: Omnibus hoc Breviario utentibus licitum est in Confiteor ad Primam et Completorium, et Missam post nomina Ss. Apostolorum addere nomen B. Patris*

Sanctus Pater Franciscus nominatur, addere nomen *Patris nostri*, cum hoc expresse legatur in Rubrica peculiari nostri Breviarii?

III. (1) Cum iuxta Constitutiones nostri Ordinis quatuor fieri debeant quotannis Anniversaria pro universis fratribus, propinquis, benefactori-

*nostri Francisci; eaque Patris nostri appellatio, licet iisdem pariter in v. ora pro nobis etc., et in orationibus seu Breviarii, seu Missalis, in quibus Seraphicus idem Patriarcha nominatur etc.* ideo haec specialis facultas, Pontificis adprobatione, et auctoritate roborata, ut praefatis Decretis posterior est, ita id licitum facit utentibus *Breviario trium Ordinum*, quod sine huiusmodi privilegio foret licitum.

(1) Hoc dubium tres habet partes. *In prima* quaeritur, num quatuor Anniversaria, quae fiunt pro universis fratribus, benefactoribus etc., celebrari possint occurrente Officio rit. dup. min. *In secunda*: an in commemoratione generalissima omnium defunctorum Ordinis omitti debeant Psalmi *Lauda anima mea Dominum*, et *De profundis*. *In tertia*: an versiculi Nocturnorum dici debeant in singulari, quando pro uno fit Officium defunctorum?

Praemittenda est Breviarii trium Ordinum Rubrica num. 214.: *Quatuor a nostratibus Officia generalia pro defunctis debent quotannis fieri. Tria pro universis Fratribus, eorumque, et nostris propinquis, et benefactoribus; quartum pro Patribus, et Matribus Fratrum omnium etc. His addendum generalissimum aliud pro Fratribus, et Sororibus omnium statuum trium Ordinum etc.* Et relate ad illa, quae generalia sunt, sed non generalissima, altera attendi debet Rubrica num. 222. videlicet: *Pro aliis vero quatuor Officiis praeter dies pro generalissimo impeditos, impediti quoque sunt illi, in quibus duplicia minora quaecumque vel occurrunt, vel reponi debent.* Posita autem hac rubrica, quae sit ratio dubitandi quoad primam Dubii partem, non intelligo; quandoquidem regula celebrari vetat quatuor illa generalia Anniversaria in occursu Officii etiam ritus dup. min.: forte enim huius quaestioni occasionem dederunt plura Decreta in hac Collectione legenda, quibus declaratur Anniversaria quaedam celebrari posse etiam in occursu Festi rit. dup. mai. Sed quaenam sunt Anniversaria, quae hoc gaudent privilegio? Non alia praeter illa, quae ex dispositione Testatorum quotannis, recurrente ipsorum obitus die, solemniter cum cantu celebranda sunt. Haud igitur privilegium huiusmodi trahi potest ad alia Anniversaria, quae pro lubitu fiunt, aut ex consuetudine, aut ex quadam lege Instituti, aut ex alia quacumque causa. Nemo ignorat, privilegia stricte esse accipienda, neque extendi posse ad casus non expressos. Itaque nedum attenda peculiari *Franciscanorum rubrica de non celebrandis Anniversariis in quocumque Festo rit. dup., et Sacrae huius Congregationis Decreto in una Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci Provinciae maioris Poloniae 11. Maii 1754.* quatuor illa Anniversaria, de quibus in dubio, celebrari minime poterunt in occursu cuiuscumque Festi ritus duplicis per annum.

Venio nunc ad illud generalissimum, quod ex peculiari *Franciscanorum rubrica num. 215.* fieri debet post Festum Sanctorum trium Ordinum, die item proxime non impedita. Hoc autem celebrari poterit, etiamsi occurrat Festum rit. dup. min. cum in altera *rubrica num. 219.* dies impediti enumerentur festivi de praecepto, aut in quibus expositum est Augustissimum Sacramentum, aut occurrunt Festa ritus dup. mai. vel altioris. Ita etiam declaratum video ab hac Sacra Congregatione in *Einsidlen. 5. Maii 1736.* Et iure id quidem. Nam Anniversarium, in quo fit commemoratio solemnissimum omnium defunctorum alicuius regularis Instituti per Christianum Orbem extensi, aequiparatur solemnitati commemorationis omnium fidelium, iisdemque gaudet privilegiis, uti colligitur ex Decreto supra laudato, dummodo tamen certa habeatur assignata dies, ut in more est apud Franciscanos, qui hanc commemorationem facere teneantur post Festum omnium Sanctorum Ordinis, nisi occurrat aut Festum de praecepto aut Officium dup. primae, vel secundae classis, aut etiam rit. dup. mai. Et revera si commemoratio omnium fidelium defunctorum, quae communis est omnibus Ecclesiis, gaudet indulto, ut de ea fiat, etiamsi habeatur Festum rit. dup. min., vel occurrens, vel translatum, cur nequibit eodem frui commemoratio defunctorum alicuius Ordinis regularis, quae non minus celebris est respective ad eiusdem Ordinis Ecclesias, in quibus eadem statuta die peragi debet?

bus, et Patribus, et Matribus Fratrum omnium; Queritur: An haec Anniversaria celebrari possint in Festo duplici minori: et, an omitti possint

Psalmi *Lauda anima mea Dominum*, et *De profundis* in Officio generalissimo defunctorum nostri Ordinis, extante consuetudine, sicut in die

Altera hic quaestio fieri potuisset, nimirum: *an, si fiat ea die Officium Fest. rit. dup. min., vel occurrentis, vel translati, Missae privatae celebrari debeant de Festo, vel de requiem?* Dubium solvit praefatum Decretum in *Ensidlen.*, in quo legitur: *Omnes Missae privatae dicuntur pro defunctis in paramentis nigris: Cavalerius tamen oper. tom. 3. cap. 7. decret. 2. num. 2. dubium excitat: An item Missae privatae de Requiem dici debeant, aut possint si pro Anniversario non applicentur?* Et in negativam propendit sententiam: *Quia privilegium in gratiam defunctorum, de quibus commemoratio sollemnis agitur, et in uberius eorundem suffragium, quo Missae de requiem pro eis de Festo gaudere creduntur, praecipue factum extitit.* Huic opinioni adhaerendum non esse videtur; ex ea namque sequeretur, quod minime posset in Ecclesiis Regularium, ubi fit generalis isthaec commemoratio, si incidat cum Festo rit. dup. min., dici Missa *de requiem* pro defuncto in particulari, sed possit dumtaxat, si applicetur generatim pro omnibus; contra ac statuit S. C. quoad commemorationem omnium Fidelium defunctorum in una *Dalmatiarum 4. Aug. 1663. Ordinis Capuccinorum 15. Febr. 1710., et in Aquen. 2. Septemb. 1741.* Errat autem, aut non clare se explicat Scriptor caeteroqui doctissimus, addens: *Idem iudicium facito de commemoratione omnium Fidelium defunctorum, ita ut, occurrente Festo duplici minori, solum illae Missae de requiem dici queant, quae pro defunctis generatim applicari debent.* Illud enim generatim cum accipi possit de applicatione indistincte pro omnibus, indiget declaratione, videlicet, quod iuxta Decretorum sensum omnes Missae privatae celebrari debeant *de requiem*; et quod applicari nequeant, nisi pro defunctis, vel in genere pro omnibus, vel in specie pro uno, alterove. Pari modo eadem regula sequenda est in commemoratione generalissima defunctorum alicuius Ordinis regularis, ita ut in Ecclesiis, in quibus haec fit commemoratio aliae privatae Missae celebrandae non sint, nisi *de requiem* pro defunctis cum libera applicatione pro omnibus, vel pro aliquo defuncto in specie; etiam si is non pertineat ad illud institutum, pro cuius Alumni fit commemoratio. Quamobrem si quis ea die, in qua generalissimum hoc fit Anniversarium, velit, aut teneatur legere Missam occurrenti Officio convenientem, id facere nequibit ea in Ecclesia, in qua Missae omnes privatae esse debent *de requiem*, sed poterit alia in Ecclesia suae devotioni, aut oneri satisfacere.

Altera dubii pars si decidenda foret iuxta *Breviarii Romani rubricas, et Sacrae huius Congregationis Decreta*, quibus declaratur, si quid in illis obscurum est, *negativo responso* absolvi posset. Siquidem *Rubrica* interpretatione non indiget, eum ad preces Vesperarum Officii defunctorum aperte iubeat: *Hi Psalmi* (videlicet, *Lauda anima mea Dominum* ad Vesperas, *De profundis* ad Laudes) *non dicuntur in die omnium Fidelium defunctorum, neque in die obitus, seu depositionis defuncti.* At huiusmodi exceptio non extenditur ad commemorationes generales, quae fiunt ab Ordinibus regularibus, quia Sacra Congregatio rogata hac super re pro parte Monachorum Sancti Benedicti *sub die 28. Augusti 1782. iussit servari Decretum in Collen. 5. Iulii 1698.* videlicet *Psalmi Lauda anima mea Dominum, et De profundis omittuntur in precibus post Officium in die generalis commemorationis omnium Fidelium defunctorum, et in die obitus, et depositionis defuncti dumtaxat, caeteris autem diebus semper, et omnino dicantur.* Lex tamen silet, ubi intercedit privilegium. Ita porro est in specie nostra, cum in praefato Breviario trium Ordinum, Apostolica auctoritate roborato, generali rubricae addatur: *Nec apud nos in Officio generalissimo, nimirum praefati Psalmi omittuntur in generali commemoratione defunctorum trium Ordinum.*

Tertia Dubii pars nihil habet ambiguum, quod interpretatione indigeat, aut declaratione. Rubrica praefati Breviarii trium Ordinum ad Vesperas Officii mortuorum notat, quid sit immutandum, dum pro uno tantum peraguntur Suffragia: En Rubrica: *cum Officium, eiusque pars pro uno dicitur, hi solum duo ʒʒ. (scilicet: Requiem aeternam dona ei Domine. Rj. Et lux perpetua luceat ei. ʒ. Re-*

Commemorationis defunctorum; et an Versiculi Nocturnorum dici possint in singulari, quando pro uno fit Officium Defunctorum?

IV. (1) An in Festivitate S. Eulaliae Emeritensis Virginis, et Martyris, quae celebratur in Hispania ritu duplici minori, Lectiones I. Nocturni debeant recitari de Scriptura, vel potius de communi, cum hoc Festum habeat prima Responsoria propria, et hoc videatur magis conforme cum usu Breviarii Romani?

V. (2) Cum in aliquibus Breviariis in Festis SS. Canuti, Hermenegildi, Wenceslai, et Venantii MM. legatur Homilia S. Hieronymi Presbyteri super Evangelio, *Nolite arbitrari*: Quaeritur: an haec Homilia recitari debeat in dictis Festivitatibus, vel quae reperitur in aliis Breviariis super Evangelio, *Si quis venit, Si quis vult*?

VI. (3) An in Festo Patrocinii B. M. V. cum trasferatur ad Adventum, Officium sumi debeat ex dicto tempore, vel potius de Festo B. M. V. ad

quiescat in pace. Rj. Amen). *Post Orationem cum suis Responsionibus dicuntur in singulari numero, ut et statim ante Orationem Rj. Erue Domine Animam eius, et sequens ψ. Requiescat in pace. Reliqua omnia in Vesp. Matutin. et Laudibus dicuntur, ut iacent, sive pro uno, sive pro pluribus recitentur: Quid clarius?*

(1) Non est ulla dubitandi ratio, dum tam Rubrica generalis Breviarii Romani, quam peculiaris Breviarii trium Ordinum clare disponunt, *ut in Officio rit. dup. min. legantur Lectiones de Scriptura occurrente*. At haec iuris ecclesiastici dispositio fallit dumtaxat, si ab Apostolica Sede indultae fuerint Lectiones aut propriae, aut de communi. S. R. C. ad quaesitum: *Quid pro Lectionibus primi Nocturni in Festo S. Mariae Magdalenae de Pazzis? leguntur enim in aliquibus Monasteriis Lectiones In lectulo meo etc. Demum quid in Officio S. Alexii, in quo quaedam Breviaria assignant pro Lectionibus primi Nocturni, Beatus vir etc.? Respondit in saepe laudata Einsidlen. In utroque casu nihil innovandum, et servetur Rubrica Breviarii Romani, dicendo Lectiones de Scriptura, nisi adsit concessio specialis pro recitatione aliarum Lectionum*. Neque prodest ad effectum variandi Lectiones in Officio S. Eulaliae, quod ad Lectiones primi Nocturni habeantur Responsoria propria. Non enim ex hoc necessario sequitur, quod etiam Lectiones propriae esse debeant, vel sumendae sint ex communi. Rubrica generalem dat regulam, non distinguit, non limitat, non excipit: ergo ad literam servanda est, nisi in casu particulari per Apostolicum Indultum non sit aliter dispositum.

(2) Miror, dum lego a Franciscanis huiusmodi Dubia excitari. Suum habent Breviarium post maturum examen recognitum, et adprobatum a *felic. record. Pio VI.*, et Romanis typis anno 1785. eusum, evulgatumque. Lectiones, et Homilias legant, quae in eodem assignantur; nec sint solliciti, si quid diversum in aliis Breviariis habeatur.

(3) Cum Festum Patrocinii B. Mariae Virginis non ad ullum Mysterium referatur, sed ideo institutum fuerit, ut eius meritis, et precibus nobis Deus propotius fiat; peculiarem, et propriam non habet Missam, sed illam ex Votivis, quae tempori convenit. Quoniam autem pro eo recolendo statuta est vel Dominica II. Novembris, vel alia certa dies intra eundem mensem, bene stat, quod ex Votivis legi illa debeat, quae in Missali assignatur, videlicet a *Pentecoste ad Adventum*, quin aliqua tradita fuerit regula pro casu translationis ad tempus *Adventus*; nec proinde decisum, utrum hoc adveniente casu, eadem retinenda sit Missa, an potius in aliam temporis propriam commutanda. Nam Decretis S. R. C. Festa, quae sunt certis affixa diebus, dum impedimentum occurrit, omitti debent, non transferri. Sed haec regula, quoad Festum Patrocinii modo fallit, quia in aliquibus locis gaudet translatione, ac praesertim in Statu Ecclesiastico, ubi in praeepto est ex lege lata a *S. M. Benedicto XIV.* ideo quandoque accidit (in iis praesertim Ecclesiis, quae Officiis novem Lectionum abundant) ut, impedita *Dominica II. Novembris* ob decursum vel Octavae omnium Sanctorum, vel Festi altioris ritus, solemnitatis Patrocinii translatio protrahi debeat usque *ad Adventum*. Quae igitur Missa erit legenda? Id nondum declaratum fuerat a S. R. C., quia ad hanc usque diem quaestionem hanc definiendam nemo proposuit: et quamquam Editor Calendarii Clericorum Regularium Minorum Villae Matriten. sollicitus fuerit de Vesperis ordinandis in concurrentia Festi Patrocinii translati, cum Festo Expectationis Partus B. M. V. ut *ex Decreto 7. Martii 1779.* non ullum movit Dubium quoad Missam-

Nives? Et cum in aliquibus Breviariis in Antiphona ad *Magnificat*, et Responsorium VIII. legantur, *Tuum Sanctum Patrocinium*, et in aliis, *Tuam*

*Sanctam Festivitatem*: Quaeritur, quaenam ex his duabus Lectionibus amplecti debeat?

VII. (1) Cum Festum S. Caietani Confessoris

Haec igitur quaestio enodanda supererat. Itaque cum, ut principio notatum est, huiusmodi Festum neque ad peculiare Mysterium referatur, neque habeat Missam propriam, ei forte congruere possent *Officium*, et *Missa de tempore Adventus*, si dies adsignata semper incideret in Adventu; quemadmodum in *Basilica Patriarchali S. Mariae Maioris*, ubi Festum *Translationis Imaginis* affixum est Dominicae ultimae Ianuarii, et semper de eo fit ex peculiari privilegio, etiam in occursu Septuagesimae, Sexagesimae, aut Quinquagesimae, assignatum est *Officium cum Missa B. M. V. de tempore a Nativitate ad Purificationem*. Sed quoniam *Missa de Patrocinio* non est votiva, nec votivum est *Officium*; et raro, ac accidentaliter accidit, ut Festi translatio protrahenda sit usque ad *Adventum*, non universaliter ab omnibus, sed ab aliquibus tantum, qui illud transferendi in casu impedimenti gaudent indulto, nec pro repositione ullam habent diem liberam ante *Adventum*; magis expedire videtur, quod nihil immutetur, nisi *Antiphona IX. ad Matutinum* in *Officio*, et *vers. ad Graduale* in *Missa*. Secus enim in casu praefatae translationis opus foret aliud ordinare *Officium*, quod tempori quidem congrueret, quin tamen necessario id requirat Festivitatis obiectum; cum illud, quod recitamus, aptissimum sit ad implorandum potentissimum Deiparae *Patrocinium*.

Quoad secundam Dubii partem in *Antiphona*, et R. VII. magis convenire videtur Lectio: *Tuum Sanctum Patrocinium*: quam: *Tuam Sanctam Festivitatem*: praesertim apud Franciscanos ex peculiari Rubrica, quae legitur ad Dominicam secundam Novembris, videlicet. *Omnia, ut in Festo ad Nives, et in Officio parvo, praeter lectiones secundi Nocturni. In fine Antiphona ad Magnificat, et R. VII. dicitur. Tuum Sanctum Patrocinium.*

(1) Dubium hoc locum non habet, in quo consistat, utpote ortum ex arbitraria remotione *Festi S. Caietani* a propria Sede, et translatione ad alteram, videlicet a die 7. Augusti, in qua illud ponit nuperrimum Breviarium trium Ordinum, ad 6. Septembris, ut in illa collocari posset *Officium Beati Vincentii ab Aquila* postmodum concessum Ordini Minoritico. Equidem me non latet, plura esse Sacrae huius Congregationis Decreta, quae praelationem dant *Officio* particulari Ordinis, vel Religionis prae altero Ecclesiae universalis aequalis ritus. His forte Decretis innixus Director Calendarii Ordinis Minoritici, arbitratus est, sibi licere amotionem *S. Caietani* a propria sede, ut in eo collocaret suum *B. Vincentium ab Aquila*. Sed is sua est opinione deceptus. Etenim Decreta illa ordinem ponunt servandum in *occurrentia* plurium Festorum aequalis ritus eadem die. Ita in *Einsidlen. ad Dubium: An in occurrentia Festorum eiusdem ritus etc. in Vilnen. ad dub. 6., et in Panormitana etc.* Ita etiam in peculiari Rubrica Breviarii trium Ordinum num. 83. Verum huiusmodi Decreta nullam dant regulam quoad designationem dierum, in quibus collocanda sunt *Officia* noviter concessa, si dies, in quibus ponenda forent, pleni sint *Officiis* aequalis ritus. Non haec sunt a suis sedibus amovenda, ut cedant locum aliis, quae supervenerunt sub obtentu, quod nova *Officia* sint propria Ecclesiae particularis, vel indulta alicui Ordini Regulari; sed haec amandanda sunt ad proximos dies non impeditos. Non enim valet illatio ab *occurrentia* ad assignationem, ac si regula, quae obtinet in plurium *Officiorum* *occurrentia*, aequae tenenda esset in assignatione perpetuae sedis novis *Officiis*. Contra vero certum est, *occurrentia* paribus, non esse exturbandum illum, qui in possessione est. Igitur in proposito casu corrigendum, quod est male gestum; et *S. Caietani* festivitas propriae sedi, a qua mota fuerat, restituenda.

Cum itaque, restituta festivitate *S. Caietani* propriae sedi, cesset casus *occurrentiae cum Dominica XIV. post Pentecosten*, vanum videtur illam enodare quaestionem, quae ancipites facit utentes Breviario trium Ordinum. Nihilominus, quatenus daretur casus parum dissimilis *occurrentiae* (quod tamen difficillimum puto saltem quoad Evangelium simul, et Antiphonas ad *Magnificat*, et *Benedictus*), iuvat in hoc tantisper immorari. Si desit Rubrica, regulam dabunt similes casus. Quoad Evangelium praesto est exemplum in *Festo expectationis Partus Beatae Mariae Virginis*, quod quandoque

incidit in Dominicam XIV. post Pentecosten.; Quæritur: an Lectiones III. Nocturni debeant esse de Festo sine IX. Lectione Dominicæ, vel de Communi Confessorum non Pontificum cum IX. Lectione Dominicæ? Et an pariter Antiphona

nae ad *Benedictus*, vel ad *Magnificat* desumerendæ sint de Communi Confessorum, vel variandæ non sint, cum sufficiat additio, *Alleluia*, quod repetitur in Antiphona Dominicæ.

VIII. (1) An cum recitatur Matutinum pro occurrit in *Feria IV. Temporum hyemalium*. Idem porro est *Evangelium*. Quid igitur? Lege *Rubricam*. Si hoc Festum venerit in *Feria IV. quatuor Temporum Adventus*, loco sequentis *Homiliae*, leguntur tres lectiones *Homiliae eiusdem Feriae IV.* Præterea idem video decretum a Sacra Congregatione in casu, quo Festum *SS. Cosmæ, et Damiani* transferendum erat ad *Vigiliam omnium Sanctorum*. Nam cum idem in utroque esset *Evangelium*, Sacra Congregatio sub die 18. *Septembris 1706.* respondit: *Nihil immutandum, sed recitandum Evangelium, et respectivè Homiliam omnium Sanctorum.* In hypothesi igitur, quod detur casus, si nedum idem sit *Evangelium*, sed etiam eadem sint *Lectiones ex Homilia*, omnis quaestio cessat, nec mutandum est, quod utrique est commune: si vero idem sit *Evangelium*, sed *Homilia* diversa, retento *Evangelio* utrique commune præferenda erit in *Officio Homilia Dominicæ, Vigiliae, vel Feriæ*, et in fine *Missæ* de Sancto occurrente loco *Evangelii proprii de Dominica etc.*, quod lectum iam est, legendum *Evangelium S. Ioannis. In principio etc.* Quod si eadem simul sint *Antiphonæ*, petenda a *Rubricis* regula. Titulo de *commemorationum*. 8. habetur. *Si Antiphonæ, et versus Festi, de quo fit commemoratio sumenda essent ex eodem communi, unde assumpta sunt in Officio diei in Festo, commemorationes variantur, ita ut in Vesperis sumantur ex Laudibus, et in Laudibus ex primis Vesperis ex eodem communi.* Hac retenta *Rubrica*, si casus daretur, de quo in proposito Dubio, vel ab illo diversus, quamvis similis quoad *Antiphonarum occurrentiam*, eadem ita erunt commutandæ, ut retenta ad *Vesperas* *Antiphona* propria commemorationis *Dominicæ*, illa ex *Laudibus* sumatur pro Sancto, de quo fit *Officium*, et in *Laudibus* pro eodem illa, quæ erat *Dominicæ ad Vesperas*.

(1) Cur nam excitetur hoc dubium, et quænam sit dubitandi ratio, nec video, nec intelligo. Nonne clara est *Rubrica* de *Antiphonis finalibus B. M. V. num. 3.*, ubi legitur: *Dicuntur autem flexis genibus, præterquam in diebus Dominicis a primis Vesperis Sabbati, et toto tempore Paschali: ad quem Rubricæ locum notat el. Gavantus num. 17.: Dicuntur flexis genibus præterquam in diebus Dominicis a primis Vesperis Sabbati ex Concilio Niceno etc. Synodo Turonensi ob Dominicam Resurrectionem: et num. 19. etiam clarius: Sicuti hic standi ritus incipit a primis Vesperis Dominicæ, non a media nocte, ita desinit in occasu Solis eiusdem Dominicæ more Indulgentiarum; et post occasum Solis non est amplius standum in Oratione: Itaque si Rubrica præcipit standum esse in Dominicis; si id fit ob Dominicam Resurrectionem; si a primis Vesperis usque ad occasum Solis Dominicæ non genuflectitur; si regula standi urget ratione diei, non ratione Officii; recta consequitur, quod recitans *Matutinum* cum *Laudibus* pro *Feria secunda* ante occasum Solis diei *Dominicæ*, ad *finalem Antiphonam* stare debet. Iure autem dixi, standum esse ratione diei, non ratione Officii; nam etiam in hypothesi, quod *rubrica* satis clara non esset, et ambiguitatem involveret; nihilominus ex constanti *Ecclesiæ praxi* omne *Dubium* solvitur. Nonne stamus in *Dominicis*, etiamsi hæc vacent, prout accidit in illis, quæ occurrunt a *Nativitate Domini ad Epiphaniam*? Nonne flexis genibus recitamus *finalem Antiphonam*, dum reponitur *Officium Dominicæ die feriale, scilicet 30. Decembris*, vel dum anticipatur pariter in *Feria una ex Dominicis post Epiphaniam, vel 23. post Pentecosten.*? Longe secus fieri opus foret, si regula standi non a qualitate diei, sed a qualitate Officii, petenda esset. Igitur quodvis *Officium* sit, satis est, quod in *Dominica* persolvatur ante terminum præscriptum ad standum, ne sit genuflectendum. Quoniam vero termini diei *Dominicæ* non sunt a media ad mediam noctem, sed a primis *Vesperis* ad *Solis occasum*; ideo cessat regula standi, si post occasum *Solis* recitetur *Matutinum* pro sequenti *Feria secunda*. Apte igitur *Gavantus* prosequitur: *Quod hi notent, qui Vespere recitant Officium Feriæ secundæ post salutationis Angelicæ signum datum sub noctem.**



Feria II. in Dominica praecedenti ante solis occasum, genuflecti debeat ad Antiphonam finalem B. M. V.

IX. (1) An Officium Parvum B. M. V. recitari debeat in Choro (extante laudabili consuetudine) in Festis duplicibus, et in Octavis Resurrectionis, et Pentecosten., non obstante Rubrica Breviarii?

X. (2) An Sacerdos genuflectere debeat utroque genu in Missis privatis ad verba *Et Incarnatus est*?

Et Sacra eadem Congregatio, referente Eñño, et Rñño Dom. Cardinali Matthaeio Sacri Collegii Decano, audito prius voto alterius ex Apostolicarum

caeremoniarum Magistris scripto exarato, typisque vulgato, respondendum censuit.

Ad 1. «Affirmative iuxta peculiarem Rubricam Breviarii trium Ordinum num. 196.»

Ad 2. «Affirmative iuxta praefati Breviarii Rubric. num. 158.»

Ad 3. «Quatuor Anniversaria, de quibus in dubio, celebranda non esse in occursu cuiuscumque duplicis, etiam rit. dup. min.: illud, quod generalissimum dicitur, celebrari posse, quamvis fiat Offic. dup. min., iuxta peculiarem Rubricam laudati Breviarii num. 214. 219., et 222.: praeterea in eiusdem generalissimi Anniversarii Officio servandam esse aliam peculiarem Rubricam de

(1) Hac super controversia videri potest adnotatio ad dubium quartum Decreti supra *relati*. Sed quoniam non simpliciter petitur, num in Choro recitandum sit *Officium parvum B. M. V.*; sed etiam quaeritur: num retinenda sit laudabilis consuetudo illud legendi in duplicibus, nec num Octavis Paschatis, et Pentecosten.; ideo iis, quae dicta sunt, aliquid pro casuum diversitate adiciendum superest. Rubrica, quae habetur in Breviario Romano ante Officium parvum B. M. V. haec est: *Non dicitur quando fit Officium novem Lectionum, nec in Vigilia Nativitatis Domini, nec in Feriis maioris hebdomadae, nec infra Octavas Paschatis, et Pentecosten.* Qua posita, et literaliter accepta Rubrica, negativo responso absolvenda foret omnis quaestio, et omittendum praefatum Officium etiam in semiduplicibus, quia in his aequae ac in duplicibus leguntur novem Lectiones. Atqui seus censuit Sacra Rit. Congregatio in Troiana 1. Septembris 1607. proposito Dubio respondens: *Dictam Ecclesiae Troianae laudabilem consuetudinem recitandi Officium parvum B. M. V. in Choro etiam in Dominicis diebus, et Festis semiduplicibus servandam esse: et iure id quidem. Nam S. Pius V. in Constitutione: Quod a nobis postulat etc.* sub initium Breviarii Romani legenda, postquam decreverat absolvendos esse ab onere Officii parvi persolventes privatim horas Canonicas, continuo addidit: *Hoc autem concedimus sine praeiudicio S. consuetudinis illarum Ecclesiarum, in quibus Officium Parvum Beatae Mariae semper Virginis in Choro dici consueverat:* Generalis cum sit huiusmodi reservatio, quin Constitutio coerceat, vel declaret consuetudinem retinendam esse dumtaxat in diebus ferialibus, aut festivis ritus simplicis; palam fit, sapientissimum Pontificem praeservatum voluisse laudabilem morem recitandi Officium Parvum etiam in duplicibus. Videri possunt haec super re *Gavantus* ad Rubricas Breviarii *sect. 9. cap. 1. num. 5. et seq.* et *Guyetus* in *Heortologia lib. 4. cap. 19. quaest. 4. et 5.*

(2) Etsi Rubrica Missalis simpliciter iubet: *Cum dicit* (scilicet Celebrans) et *Incarnatus est, usque ad: et Homo factus est, inclusive, genuflectit.* Nec tamen declarat, num utroque genu, vel unico faciendum id sit; nihilominus universalis Ecclesiae consuetudo ea est, ut unico genu hoc fiat; et ratio est, ut Celebrans sit ad surgendum expeditior. Ad hunc Rubricae locum Meratus inquit: *Genuflectit unico genu, extendendo hinc inde digitos iunctos, et utramque manum usque ad pulsus extra Corporale super Altare ad facilius surgendum.* Quinimo etiam in die *Natalis Domini, et in Festo Annunciationis B. M. V.* genuflectendum esse unico genu in Missis lectis, Scriptores de re Liturgica docent, et praxis Ecclesiae probat; quamvis in Missa solemniori ad illius versiculi cantum tam Sacerdos, quam Ministri, omnesque de Clero genuflectant utroque genu, ac in genuflexione perseverent usque ad finem versus. Ita etiam Hagerer. in Ritu exacto servando in tit. 6. §. *in hoc Symbolo:* Ubi agens de genuflexione ad verba: *Et incarnatus etc.* haec habet, *quod in Missis privatis etiam in Festo Annunciationis Beatae Mariae Virginis, et in tribus Missis de Nativitate Domini, non utroque, sed unico genu solummodo genuflectendum esse etc.*

omittendis Psalmis *Lauda anima mea Dominum*, ac *De Profundis*. Tandem quoad versiculos dum Officium fit pro uno defuncto, servandam esse Rubricam, quae habetur ad calcem Officii defunctorum in dicto Breviario trium Ordinum. »

Ad 4. « Servandam esse Rubricam Breviarii Romani 26. de Lectionibus. »

Ad 5. « Legenda esse Evangelia, et Homilias, quae in Breviario assignantur. »

Ad 6. « Nihil immutandum praeter IX. Antiphon. subrogatur *Angelus Domini etc.* et  $\psi$ . Gradualis in Missa. In Antiphona, et Responsorio legendum: *Tuum Sanctum Patrocinium.* »

Ad 7. « Reponatur Officium S. Caietani in propria sede die 7. Augusti, et illud B. Vincentii ab Aquila transferatur in primam diem non impeditam. »

Ad 8. « Negative, et standum esse, dum Matutinum recitetur ante Solis occasum. »

Ad 9. « Servandam esse laudabilem consuetudinem etiam in Festis duplic. per Annum, non autem in Octavis Paschatis, Resurrectionis, et Pentecosten. »

Ad 10. « Genuflectendum esse unico genu. » Et ita decrevit 22. Augusti 1818.

Facta autem per me infrascriptum Secretarium de praemissis SSmo D. Nostro Pio PP. VII. Pontifici Maximo relatione; Sanctitas Sua Sacrae Congregationis responsa approbavit, confirmavit, atque ita in posterum a dicti Ordinis, et Provinciae Religiosis servari mandavit. Die 25. Augusti 1818.

4550. TUDERTINA.

(1) Proposita in Sacra Rituum Congregatione

(1) S. C. indulgens Parochis Tudertinis facultatem deferendi Stolam in Ecclesiasticis functionibus, posuit limitationem, simulque conditionem: *in casu, de quo agitur: dummodo collegialiter incedant:* ne per indultum aliquid additum Parochorum iuribus censeatur, et ne quod Collegio concessum est, singula membra sibi datum arbitrentur. Etenim non ita convenit Parochis Stolae delatio, ut semper, et ubique pro lubitu sine discrimine, extra exercitium officii, simulque ordinis, ea uti possint. Errant qui putant Stolam esse iurisdictionis signum. Distinctivum officii est in illis dumtaxat actionibus, quae sacrum illud exigunt indumentum: et quamquam agatur de actibus, qui omnibus Sacerdotibus communes esse possunt, nequeunt tamen exerceri sine speciali mandato, nisi a Parochis. Siquidem Stola Sacerdotalis est indumentum, quod omnibus Presbyteris aequè convenit, sed non semper; bene vero in conficiendis, et administrandis Sacramentis, ac in Sacramentalibus. Ideo nec Episcopi Stola utuntur, nisi dum Pontificalia, aut Sacerdotalia munera exercent, vel aliud praestant, quod, servata forma *Libri Caeremonialis*, Stolae exigat delationem. Sac. Rit. Congr. neque Hebdomadario in canendis Divinis Officiis fas esse Stolam adhibere pluries declaravit, quod *tantum in Sacramentorum administratione, et confectione adhiberi debeat.* Ita in Alexanen. die 7. Septembris 1658. in altera Dalmatarum 4. Augusti 1663. et nuperrime sub die 7. Septembris 1816. nedum idipsum generali Decreto confirmatum fuit, sed insuper additum: *Consuetudinem in contrarium esse ab usum per locorum Ordinarios omnino eliminandum.* Neque ad contrarium morem, quem potius reprobandum ab usum dicam, cohonestandum quaeri posse quis effugium putet ab antiqua Ecclesiae disciplina, Canonibus Synodorum, et Sanctorum exemplis. Primis namque Ecclesiae saeculis longe diversa erat Stolae forma, diversus usus. Tunc enim multo latior, et extensior vestis erat quotidiana, qua Sacerdotes a Laicis, et inferioribus Clericis distinguebantur. Hinc in Epistola *Nicolai I. ad Galliarum Episcopos*, legitur: *Per quam (scilicet Stolam) quid aliud, quam Sacerdotii declarantur Insignia?* et in Capitularibus Caroli Magni, et Ludovici Pii cap. 81. statutum est, ut *Presbyteri sine intermissione utantur Orario propter differentiam Sacerdotii dignitatis.* Concilium Moguntinum anni 817. Can. 28. iubet: *ut Presbyteri Stolam deferant sine intermissione;* et Roterius Veronensis Episcopus in Epist. Synodic. tom. 2. Spicileg. praecipit: *ut nullus Sacerdos sine Stola in itinere incedat.* Etsi vero aevo S. Thomae Cantauriensis Stolae forma ab antiqua iam fuisset immutata, et diversus eiusdem usus evasisset, nihilominus: *Stolam iugum Christi suave deferebat circa collum diebus, ac noctibus.* Apud Mabillonium in Praefat. ad Saecul. Benedic. num. CVIII.

Certum est tamen id a pluribus saeculis obtinuisse, ut Stola rationem dumtaxat habeat sacri indumenti, ac propterea nequeat adhiberi, nisi in confectione, et administratione Sacramentorum, et in Sacramentalibus, iuxta Rubricarum, et Ritualis dispositionem. Nullibi vero legitur, quod delatio Stolae nedum signum sit Sacerdotalis Dignitatis, quando exercitium Ordinis eiusdem usum requi-

diei 27. Septembris superioris anni per Em̄um, et Rm̄um Dominum Cardinalem Vidoni Ponentem Causa super iure deferendi Stolam in publicis Functionibus pro Parochis Civitatis Tuderti: Sa-

era Rituum Congregatio respondit: « Dilata, et audiatur Episcopus, et Capitulum. » Quibus auditis, iterum proposita per eundem Em̄um Ponentem, pervenisque hinc inde rationibus deductis,

rit, verum etiam habeatur ut signum iurisdictionis. Veteris disciplinae immutatio quoad formam, et usum, nequit efficere, ut quod prius ponebat discrimen inter Sacerdotes, et Laicos, ac inferiores Clericos, evaserit postea iurisdictionis inditium, ita ut Stolae delatio ex iure competat Parochis in quibusdam actionibus, quae sicut cum exercitio Ordinis coniunctae non sunt, ita nequeunt Stolae usum exigere. Solus Romanus Pontifex in signum supremae universalis potestatis, quam a Deo sibi datam habet, et exercet in toto Orbe Catholico, Stolam non solum ad Aram, sacrisque actionibus, sed ubique defert. Ideo legitur in Caeremoniali S. R. E. Augustini Patritii sub nomine Marcelli Corcyrensis evulgato, quod Pontifex: *numquam debet exire in publicum sine Stola*. Non me latet, Scriptores nonnullos, ac eos praesertim, qui agunt de re Parochiali quoad usum Stolae relate ad Parochos iurisdictionis nomen usurpare. Sed si bene sentio, iurisdictionis nomen confundunt cum Officii simul, ac Ordinis exercitio. Nemo invidet Parochis delationem Stolae in quibusdam actibus, qui ad ipsos privative pertinent, neque ab aliis possunt exerceri, nisi de Parochi iussu, aut consensu; et Stola utique in his denotat officium, quod exercent, non autem iurisdictionem, nisi iurdictio lato modo accipiatur pro actuali exercitio officii, quod exigit Stolae usum. Id verificatur in funeribus defunctorum, in quibus Parochi Stolam adhibent quousque exercent Officium, deponunt dum alter subintrat in eodem munere. Hinc fit, ut Parochus, associando funus Stolam retineat in transitu per alterius Territorium, exuat vero, dum ultimum vale dicit defuncto ad ianuam Ecclesiae, in qua est tumulandus. Cur autem ita? quia transiens per alterius territorium actu exercet officium, quod Stolam requirit: perventus ad Ecclesiam tumultantem, eiusdem officii exercitium cessat. Quod si revera Stola esset signum iurisdictionis, dimittenda foret, statim ac alienum territorium ingreditur. Atque ita Sac. Romanae Rotae intelligendae sunt Decisiones, quae afferri possent.

Quod si Stolae delatio signum esset iurisdictionis *Benedictus XIV.* haud concessisset Parochorum Collegio eiusdem usum in publicis supplicationibus ipso Supremo Pastore praesente; sed honorificum hoc signum eis dedit, ut nobile ipsorum Collegium a caeteris Presbyteris distingueretur, eodem ferme modo, quo Capitula distinguuntur ex usu Rochetti, Almutiae, aliisque id genus Insigniis. Sed quoniam Privilegia: *non extenduntur de casu ad casum*, ut ait Fagnanus in 5. *Decret. cap. 21. ne pro dilat. de poenitentia, et remissione, et cap. Olim, De verb. signific.* Ideo idem Sapientissimus Pontifex, dum Collegium Parochorum illo insignivit Privilegio, cautum simul voluit, ne uti eodem possent illi ex Parochorum coetu, qui a Collegio separati cum suis incederent Capitulis, veluti apparet ex edictali lege evulgata ab tunc temporis Cardinali Vicario, et asservata in Vicariatus Secretariae Tabulario.

Hinc fit, ut Stolae usus in Parochis haberi nequeat tamquam signum iurisdictionis, nisi lato modo accipiatur pro exercitio proprii officii, ita ut officium sit cum actuali Ordinis exercitio coniunctum. Qua significatione retenta, vix usurpari poterit iurisdictionis vocabulum quoad delationem cadaverum, et exequias super iis peragendas. Adhibent utique Stolam in aliis pluribus functionibus, quae ad ipsos privative spectant; sed ideo adhibent, quia huiusmodi actiones Stolae delationem necessario requirunt, uti sunt Sacramenta, Sacramentalia etc., minime vero ad demonstrandum per extrinsecum illud signum, quod ipsi sunt designati Ministri, et iurisdictione fruuntur. Quod si actio non exigeret Stolae usum, et nihilominus eam Parochus deferre vellet, interverteretur ordo adhibendi sacra paramenta, Stolaeque delatio ut vana quaedam ostentatio habenda foret. Pone casum, quod in solemnibus supplicatione ducenda per ambitum alicuius Parochiae, Sanctissimum Sacramentum deferat aut Cardinalis, aut Episcopus, aut Canonicus, aut alius simplex Sacerdos; is dumtaxat debet uti Stola, neque Parocho licet eiusdem delatio, quia actu non exercet officium Sacerdotale erga Sacramentum. Quod si alicubi id fiat, reprobatus abusus est, et ad vanam ostentationem referendus, quasi Parocho liceret adhibere Stolam sine actuali exercitio Ordinis per ambitum Parochiae. Si Episcopus in sua

Sacra Congregatio rescribendum censuit: « Pro gratia, iuxta petita in casu, de quo agitur, dummodo incedant collegialiter. » Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 22. Augusti 1818.

4551. LITERAE APOSTOLICAE

IN FORMA BREVIS SUPER OBSERVANTIA,  
ET REDUCTIONE FESTORUM  
PRO UTRIUSQUE SICILIAE REGNO.

*Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis,  
et Episcopis, ac Dilectis Filiis Ordinariis,  
et Capitulis Ecclesiarum vacantium  
Regni Utriusque Siciliae.*

PIUS PP. VII.

*Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, Salutem  
et Apostolicam Benedictionem.*

(1) Paternae charitati, qua Christifideles omnes in Domino complectimur, illud maxime consen-

taneum videtur, ut dum spirituali Populorum utilitati prospicimus, temporalibus eorum necessitatibus opportune, ac salubriter pro temporum, ac locorum ratione providere non recusemus. His igitur de causis propenso excepimus animo preces carissimi in Christo Filii nostri Ferdinandi regni utriusque Siciliae Regis Illustris, qui cum a diebus festorum, summa licet sapientia, et magna cum animarum utilitate iam in Ecclesia institutorum, in suis citra, et trans Pharam ditionibus numero sensim tractu temporis adaueto, non levia incommoda quoad Subditorum suorum temporalia negotia, praesentium temporum inopia, prodire videat, eis pro suo in subiectos sibi Populos studio consulere cupiens, a Nobis flagitavit, ut eosdem a nonnullorum festorum dierum praecepto solutos omnino esse, iisque diebus laboriosis exercitationi-

Dioecesi Processionem sequitur, in qua vel Canonicus, vel alter Sacerdos defert aut Sanctissimum Sacramentum, aut Sanctorum Reliquias, non sibi Stolum imponit, quia actu non exercet officium Pontificale, aut Sacerdotale, licet in sua Dioecesi plenam habeat, et exerceat iurisdictionem; eritne permittendum Parocho intra limites Parochiae, quod Episcopo in sua Dioecesi non licet? Patet ergo delationem Stolae non esse signum iurisdictionis. Atque heic loci sciscitari quis posset; an Parocho fas sit assumere Stolum, dum assistit Baptismatis, et Matrimonii Sacramentis ab altero administratis? Pro negativa standum esse non dubito; quia simplex praesentia, etsi necessaria, non est Sacerdotalis officii actuale exercitium: clarius dicam: praesentia Parochi non est cum Ordinis exercitium in actuali Sacramenti administratione coniuncta. Si praesentia requiritur, haec suum denotat ius, non autem Stolae delatio, quam actio sine actuali Ordinis exercitio non exigit. Actio cum tali exercitio coniungitur, ut supra notatum est, in delatione, et funere defuncti. In his namque Parochus non solum praestat praesentiam, sed actu exercet officium, in quo Stola adhibenda est, intonando Psalmos, recitando Preces, aspergendo aqua benedicta cadaver, aliasque ad Ritualis praescriptum sacras caeremonias peragendo. Contra vero in administrandis Sacramentis Matrimonii, et Baptismatis, ille dumtaxat Stolum deferre debet, qui actu administrat, non autem Parochus, qui simpliciter assistit; et licet id ratione muneris faciat, officium tamen Ordinis non exercet. Neque arbitretur quispiam a Parochis hisce in casibus adhibendam Stolum saltem ut muneris distinctivum. Non enim hoc est a iure datum, vel privilegio concessum. Non a iure, quia, si evolvas universos Iuris Canonici Codices, habebis Stolum esse dumtaxat Sacerdotale indumentum. Non ex privilegio, quia si rationem habeas illius, quo *Benedictus XIV.* Collegium Parochorum Urbis decoravit, fatearis oportet indultum fuisse non singulis, sed universo corpori, dum omnes scilicet collegialiter conveniunt, ac proinde Privilegium Benedictinum trahi non posse ad casus, in quibus unus Parochus praestat suam praesentiam, sed officium, quod Stolum requirat, actu non exercet. Mei instituti ratio non fert, ut haec in re illustranda diutius immerer. Quae dixi sat, superque esse arbitror, ut quisque intelligat, Sacram Congregationem iure merito in Decreto supra relato eum limitationem, tum conditionem apposuisse, ne Parochi, eo freti indulto, abutantur, putentque sibi licitum usum Stolae extra casus a Sacra Congregatione contemplatos, veluti sunt interventus ad Synodum, publicae Supplicationes, aliaeque functiones, in quibus Parochi unitim, et collegialiter conveniunt. Si quis plura velit, consulere poterit Tractatum: *de Sacris utensilibus cl. Viri Fabii de Albertis cap. 3. 7. et 8.*

(1) Necessarium esse duximus tam hasce, quam sequentes Apostolicas Literas praemittere, quia subiicienda sunt postea nonnulla S. R. C. Decreta, quibus exorta inde dubia enodantur, et propositis quaestionibus super eorundem Brevium intelligentia satisfit.

bus, servilibusque operibus vacare posse, Apostolica auctoritate Nostra, indulgeamus. Itaque eiusdem Regis votis, quantum in Domino possumus obsequi, ac Populorum necessitatibus, et conscientiae consulere volentes, Vobis, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, committimus, et mandamus, ut in praefatis Ditionibus, unusquisque in sua Dioecesi, novam hanc de festis diebus, ac de vigiliis observandis, legem, in quam, maturo consilio, ac perpensis omnibus, descendimus, auctoritate Nostra Apostolica enunciet, ac edicat.

Retineantur nempe, praeter universos dies Dominicos per annum, Festa sequentia: videlicet, Circumcisionis Domini Nostri Iesu Christi, Epiphaniae Domini, Purificationis Beatissimae Virginis Mariae, Annunciationis eiusdem Beatissimae Virginis; S. Ioseph Patriarchae, Ascensionis Domini in Coelum; Solemnitas Corporis Domini, Festum S. Ioannis Baptistae, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, Assumptionis Beatae Mariae Virginis in Coelum, Nativitatis eiusdem Beatissimae Virginis, Omnium Sanctorum, Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae, Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi. Pro Urbe Neapolis tantum retineantur Festa SS. Ianuarii, et Antonii de Padua; ac pro Urbe Panormi Festum S. Rosaliae Virginis. Festa autem Patronorum principalium singularum Civitatum, Oppidorum, et Locorum, quibus adiunctum sit praeceptum abstinendi ab operibus servilibus, transferantur cum respectiva Officiorum, et Missarum celebratione ad proximum diem Dominicum, eoque impedito, ad diem Dominicum proxime sequentem. In praedictis igitur omnibus festis diebus, pro veteri Ecclesiae Catholicae instituto, Christifideles Sacris adesse, et a servilibus operibus abstinere omnino debent.

Lex autem ieiunii in Ditionibus citra, et trans Pharum, praeter Quadragesimam, et quatuor anni Tempora, observabitur in Vigiliis Pentecostes, S. Ioannis Baptistae, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae, Festi Omnium Sanctorum, Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi; et in universa parte Regni trans Pharum in vigilia Conceptionis B. M. Virginis. In reliquis vero Festis supra non recensitis, non solum laboriosas artium exercitationes, et servilia opera permittimus, et indulgemus, sed insuper eosdem Christifideles ab obligatione audiendi Missam in praedictis Festis, et in diebus praecedentibus, seu vigiliis, ieiunandi (dummodo aliunde vel ratione Quadragesimae, vel ratione quatuor Temporum ieiunium non praecipitur), de

Apostolicae benignitatis dispensatione absolvimus, et liberamus.

Sed quoniam dum populorum conscientiae consulimus, et eorum, qui in sudore vultus sui panem comedunt, indigentiae providemus, Sanctorum venerationem, et salutarem Christifidelium poenitentiam minuere non intendimus; ideo Sanctorum, ac Solemnitatum Officia, et Missas, tam in iisdem abrogatis Festis, quam in eorum Vigiliis retineri, et sicut prius in quacumque Ecclesia celebrari mandamus. Sacrum vero ieiunium, quod in praedictis Vigiliis, et aliis pariter per praesentem abrogatis, habebatur, in singulas Ferias sextas, et Sabbathata sacri Adventus transferendum, ibidemque quotannis servandum edicimus, et constituimus.

Ut autem non solum Clerici, et divites homines saeculares, qui etiam diebus non festis Sacrosancto Missae Sacrificio, ac Divinis Officiis, quod vehementer cupimus, adesse possunt, sed etiam ii, qui rusticis detenti laboribus Ecclesias diebus tantum festis adeunt, Sanctorum Apostolorum, ac Martyrum, quorum Solemnitates superius abrogavimus, memoriam servant, ac venerentur; volumus, ac praecipimus, ut die vigesima nona Iunii ultra praecipuam Sanctorum Petri, et Pauli Solemnitatem, etiam aliorum Apostolorum, et Martyrum memoria celebretur. Quare die vigesima nona Iunii in Calendariis Ecclesiasticis ita Festum inscribendum erit: « Sanctorum Petri, et Pauli, et Commemoratio omnium Sanctorum Apostolorum, ac Sanctorum Martyrum: » ac tam in Officio, quam in Missa addentur Commemorationes de Communi Apostolorum, et de Communi plurimorum Martyrum.

Haec nos, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, non minus spiritualem, quam temporalem Populorum istorum utilitatem intuentes sancienda esse iudicavimus. Plurimum vero in solitudine, ac Pastoralis vigilantia vestra confidimus, vos sedulitate, studioque vestro effecturos, ne quid e Divino Cultu detractum videri possit, sed quo minor festorum dierum factus est numerus, eo maior sit in Populorum animis pietatis fervor, ac devotio. Proinde vehementer cupimus, et in Domino Vos hortamur, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, ut Populos spirituali curae vestrae commissos diligenter edocendos curetis, quae ad iustam, legitimamque dierum festorum celebrationem pertinent, quo ardore, quaque spiritus humilitate adstare Sanctissimo Altaris Sacrificio, quo studio, qua frequentia Divinis Officiis, Sacris Concionibus, et Christianae Doctrinae Institutio-

nibus interesse debeant, et diligentissimam detis operam, ne per eos dies Christifidelium corda crapula, et ebrietate, et saecularibus cogitationibus graventur. Quae omnia a Pastoralis sollicitudine Vestra Nobis maxime pollicentes in Pontificiae Charitatis pignus Apostolicam Benedictionem Vobis, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, vestraeque fidei commissis Populis peramanter impertimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die decima Aprilis MDCCCXVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimono.

H. Card. Consalvus.

4552. ALTERUM BREVE  
SUPER EADEM RE.

*Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis,  
et Episcopis, ac dilectis Filiis coeteris Ordinariis  
Regni utriusque Siciliae.*

PIUS PAPA VII.

*Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii Salutem,  
et Apostolicam Benedictionem.*

Per Apostolicas in forma Brevis Literas, quas dedimus hoc ipso anno die 10. Aprilis, precibus annuentes Carissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi Regni utriusque Siciliae Regis Illustris, et Pontificiae Auctoritatis benignitate indulsum quorundam dierum festorum imminutionem, ut Populi sub illius regimine degentes libere possint per eos dies servilibus operibus vacare, ad temporum, in quibus versamur, inopiam aliquo pacto sublevandam. Cum vero iis Nostris Literis cautum fuisset, ut Festa etiam Patronorum Principalium singularum Civitatum, Oppidorum, et Locorum transferri debeant cum utroque praecepto in proximum diem Dominicum, eoque impedito, in diem Dominicum proxime sequentem, postulationes complures ad Nos sunt perlatae, ut Festa illa statis, ut in praeterito tempore, diebus celebrari possint, quin memoratae translationi locus fiat. Quae quidem preces nedum vota Populorum ostendunt, qui eos ipsos dies maiori caeremonia, ac religione colere cupiunt, quos maiorum pietas, vel a priscis temporibus ob ingentia in se collata beneficia Coelitibus Statoribus, Sospitibusque suis dedicarat, verum ad eas etiam difficultates praecidendas conferre dignoscuntur, quae ex memorata translatione oriri possent, praesertim si Festa illa vel Quadragesimae, vel Adventus tempore, aut anno exeunte occurrant. Quare hisce supplicationibus

inclinati indulgemus, ut utriusque Siciliae Antistites, re prius cum suis Capitulis mature perpensa, collatisque cum iisdem consiliis, rite ac recte possint Festa Patronorum Principalium cum utroque praecepto ad praefinitos dies, ut antea, per suarum Dioecesium Loca retinere, quoties ita in Domino magis expedire censuerint, inspectis Populorum, locorumque peculiaribus circumstantiis, ne praecipua, quae ad Indultum reductionis, et translationis dierum festorum Nos impulit causa, sublevandae nimirum inopiae, suo quandoque frustreretur effectu: ea tamen lege, ut, quando res sit de Patronis Dioecesium, praeceptum non protendatur ultra Civitatem principalem, vel ultra ea loca, quae, cum peculiari Patrono careant, Festum Patroni Dioecesis ex Rubricarum praescripto pari solemnitate celebrare tenentur. Quod vero ad Dioeceses, Loca, quae Indulto translationis utentur, si forte dubia, quaestionesque orientur, (quemadmodum iam ex delatis ad Nos precibus orta esse comperimus) de Octavis praesertim, aliisque Officiis concurrentibus, eadem a Congregatione Sacrorum Rituum diligenti subiciantur examini, ut, pro casuum diversitate, Apostolica Auctoritate Nostra opportune consulatur.

Non obstantibus memoratis in forma Brevis Literis diei 10. Aprilis, quibus ad praemissorum dumtaxat effectum, illis alias in suo robore permansuris derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die decimaquinta Octobris MDCCCXVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimono.

H. Card. Consalvus.

4553. NEAPOLITANA.

Benedictus Valle Presbyter Congregationis S. Philippi Neri Director Calendarii Neapolitani, humiliter exposuit, quod occasione Brevis SSmi Domini Nostri Pii VII. Pont. Max. dat. 10. Aprilis labentis anni super reductione Festorum pro utriusque Siciliae Regno nonnulla exorta sunt dubia circa Festa principalium Patronorum transferenda ad proximam Dominicam, quae S. R. C. declaranda proposuit, videlicet.

1. An translatio Festorum Patronorum principalium intelligenda sit de tempore tantum sequenti? et in casu, quod intelligi debeat etiam de praecedenti, quae regula habenda, si de praecedenti, vel de sequenti? (1)

(1) Dubium hoc obscurum est. Videtur tamen in eo postulari; num amovenda sint a propria sede, ut ad proximam Dominicam transferantur, illa Patronorum Festa, quae de praecepto serva-

2. An Festa Patronorum principalium haberi debeant tamquam Festa mobilia? (1)

3. An, translato Festo Patroni principalis in diem Dominicum, transferri debeat simul in Sabbathum dictae Dominicae praecedentem Officium, et Missa de Vigilia? (2)

4. An, translato Festo Patroni principalis in diem Dominicum, transferatur etiam tota Octava,

vel reliqui dies Octavae, si supersint? Et in casu, quo transferri debeat Festum Patroni principalis in diem Dominicum, et celebrari cum tota Octava, quae regula habenda circa lectiones Nocturnorum, cum in Octavario Romano R. P. Gavanti non semper assignentur, eo quod Officium Octavae fixum erat certis diebus, uti videre est in Octavario Romano? (3)

bantur, priusquam prodiret Apostolicum indultum reductionis, et translationis Festorum pro utriusque Siciliae Regno, an potius ratio dumtaxat habenda sit eorum Sanctorum, qui in posterum in principes Patronos erunt forte assumendi? Clara namque est dispositio Brevis, quae comprehendit Patronos omnes tam electos, quam eligendos; nulla quippe fit distinctio, imo directe de Patronorum Festis agitur: *quibus adiunctum sit praeceptum abstinendi ab operibus servilibus*, quae dictio intelligenda praesertim est cum de praeterito, tum de praesenti statu; ita ut sensus sit: *Festa illa Patronorum, quae huc usque in die propria solemniter sub utroque praecepto servata sunt, in posterum transferantur ad proximum diem Dominicum*: Quod vero aequè provisum sit Festis illorum Sanctorum, quorum electio in Patronos alicuius Civitatis, vel Loci in posterum fiet, non est dubitandum. Quamobrem sapienter Sacra Congregatio respondit: *Dispositionem Brevis comprehendere omnia Festa Patronorum principalium tum quoad tempus praecedens, quam quoad subsequens*.

(1) Festa Patronorum perpetuo affixa certae Dominicae immediate post diem propriam, vel alteri pro casuum diversitate assignatae, adnumerandae non sunt Festis mobilibus, nisi lato modo, quia scilicet non semper eadem die mensis celebrantur: habent tamen certam sedem, a qua non nisi accidentaliter queunt amoveri. Vere mobilia censentur, et sunt illa, quae pendent a Cyclo Paschali, idcirco et Festa, de quibus modo res est, mobilia dicenda forent, si Dominica assignata esset ex. gr. tertia post Pascha, quarta post Pentecosten etc., quae singulis annis variant.

(2) In Literis Apostolicis in forma Brevis datis a S. M. Pio VI. super reductione Festorum pro Dioecibus subiectis in temporalibus Potentissimo Regi Borussiae, indulta legitur translatio ad Sabbathum vigiliae Festorum, quae a die propria amota in Dominica infra Octavam reponenda perpetuo erant. Cum igitur par sit ratio, eadem dispositio sequenda erit. Immo si fieri contingat de loci Patrono in die Dominico, et feria secunda occurrat Festum, quod vigilia gaudet, in praecedenti Sabbatho anticipanda, haec pro utroque prodesse posse videtur. Sed quia contingere potest, ut utriusque vigilia proprium Officium habeat, et non tantum onus abstinentiae, et ieiunii; ideo diversa ratio tenenda est, et in casibus particularibus recurrendum ad Sacram Rit. Congregationem, quae, iuxta eorumdem diversitatem, providebit. Id melius declarabitur in altera ex sequentibus adnotationibus.

(3) Si Festo Patroni principalis assignata est in perpetuum certa determinata Dominica nunquam in posterum varianda, nisi per accidens in occurso Festi aequalis ritus, sed maioris dignitatis; recta consequitur, quod gaudere debet omnibus indultis, privilegiis, praerogativis, quae principalium Patronorum Festis competunt, ac proinde etiam Octava. Quid autem si non habeantur Lectiones propriae pro singulis Octavae diebus? Provisum satis est per Rubricam, quae *tit. de Octavis num. 4.* generalem dat regulam; deinde vero, quia aliquando propriae lectiones desunt quoad Patronos principales locorum, ita prosequitur: *Infra Octavas vero Patroni, vel Titularis Ecclesiae, vel alterius Festi, quod in aliquibus Ecclesiis consuevit una cum Octava celebrari, si apud illas Ecclesias non habeantur propriae, et approbatae lectiones pro secundo, et tertio Nocturno, infra Octavam repetantur lectiones positae in Communi Sanctorum, si de Sanctis fiat Octava, alioquin, Lectiones diei Festi*: Non ita multo post, adprobante S. R. Congregatione, evulgatum fuit *Octavarium Romanum a cl. P. Gavanto*, qui in praefatione adnotat ad praefatam rubricam: *Hinc habentur in hoc scilicet Octavario approbatae lectiones pro Octavis propriis, et communibus Sanctorum. Quod si in tertio Nocturno communes non deseriant aliquibus Festis, quae videlicet proprium habent Evangelium; eo casu post dictum Festum (in quo legi debet*

5. An simul cum Festo Patroni principalis in diem Dominicum translato, transferantur simul omnes solemnitates, concessiones, privilegia, indulta, indulgentiae, prohibitiones Missarum in Oratorii privati etc. eidem Festo adnexae?

6. Occurrente Festo Patroni principalis, eo

quod transfertur in diem Dominicum, cum Festo primae classis, vel Ecclesiae particularis, vel Ordinis, vel Dioecesis, vel Nationis, vel Ecclesiae universalis, de quo celebrandum erit Officium? id est: quae Festa vel solemnitates impediunt fieri Festum Patroni principalis? (1)

*proprium Evangelium cum sua Homilia) in sequentibus diebus infra Octavam lege Evangelium in Missa, et Officio vel primum, vel aliud congruentius de communi cum suis Homiliis . . . in die vero octava legatur in tertio Nocturno, ut in die festo, si propriis careat: Quatenus huiusmodi teneantur regulae, difficillimum erit, dari easum, cui per easdem satis consultum non sit.*

(1) Cum agatur de Locorum peculiaribus Patronis, nulla habenda ratio est regulae, quae in plurimum Officiorum aequalis ritus occurrentia obtinet. Res est de perpetua translatione ad Dominicam. In hac autem plura occurrere, et varia impedimenta possunt, quibus generali dispositione opportune provideri nequit. Ideo S. Congregatio, postquam generaliter respondit, Dominicas primae, et secundae classis, et Festa aequalis ritus, sed maioris dignitatis impedimentum ponere; simul addidit: *Si Dubia occurrant, habebitur ratio in casibus particularibus.* Forte tamen aliquis rogabit, curnam Dominicae secundae classis, hoc est inferioris ritus, nequeant admittere huiusmodi Patronorum Festa, quae, ut supra dictum est, habere debent ut propriam, perpetuamque sedem diem Dominicum, in quem transferuntur; quandoquidem iubet rubrica, ut in Dominica secundae classis fiat de Festo dupl. primae classis occurrente? Facile dubium solvitur, si advertatur, rubricam loqui de accidentaliter occurrentia, non autem de assignatione perpetua Dominicae 2. classis pro celebrando Festo rit. dupl. 1. classis. Porro id accideret quoad Festa illorum Sanctorum Patronorum, quae semper, aut fere semper incidunt in Adventu, et Quadragesima. Nullatenus proinde licet huiusmodi Festa non accidentaliter, sed perpetuo transferri ad aliquam ex Dominicis secundae classis, quae iuxta Ecclesiae instituta, plenae sunt mysteriis, ac solemnibus adnumerantur. Quid igitur? Ubi nam huiusmodi Festa collocanda? Ut mihi videtur illis, quae occurrunt a Septuagesima ad Dominicam in Albis, aliqua assignari poterit ex Dominicis post Pascha; aliis vero, quae cadunt in Adventu, per anticipationem aliqua ex Dominicis mensis Novembris. De hac anticipationem exemplum habemus in praefato *Brevi S. M. Pii Sexti* pro Dioecibus in temporalibus subiectis Borussiae Regi, in quo assignatur pro Festo *S. Laurentii* Dominica anteedens, quia subsequens reservabatur *Solemnitati Assumptionis B. Mariae Virginis*. Rogata vero Sac. Rit. Congreg. in *Gnesnen*; quid agendum de Festo *S. Ioannis Baptistae*, ubi est Patronus principalis, si in sequenti Dominica faciendum sit de Festo *SS. Apostolorum Petri, et Pauli*? Item de *Nativitate B. M. V.* si in sequenti Dominica occurrat *Festum SS. Crucis Titularis*? Ac tandem de Festo *SS. Apostolorum Simonis, et Iudae*, ubi erant principales Patroni, impedita sequenti Dominica, ob occursum *Festi omnium Sanctorum*? noluit rem definire, sed respondit: *Ad Secretarium cum Sanctissimo. Sanctissimus vero iuxta mentem Congregationis declaravit, ad 1.: Si Festum SS. Apostolorum Petri, et Pauli occurrat vel in Sabbatho, vel in Dominica, vel in Feria secunda post Festum S. Ioannis Baptistae, eo casu tantum in iis locis, ubi S. Ioannes Baptista est principalis Patronus oppidi vel pagi, eius Festum transferendum esse cum Officio, et Missa ad Dominicam praecedentem cum Vigilia in Sabbatho etiam praecedenti; ad 3.: Festum Nativitatis B. M. V. transferendum esse ad Dominicam praecedentem; ad 5.: Ut ad primum.* Ita autem provisum, ut simul consultum foret occurrentiae Vigiliae, quia utraque habebat Officium, et Missam propriam. In casu autem nostro omnino necessaria est anticipatio, quia, cum anni cursus complementum habeat in mense Decembri, nulla Dominica superest assignanda Festo Patroni, quod cadit in Adventu, et Festis Natalitiis. Obiiciet fortasse quis, Sacram Congregationem ad *dubium 7. antedictae Gnesnen.* plaudendo voto Magistri caeremoniarum, qui insinuaverat, celebrandam esse solemnitatem in Dominica privilegiata; Officium vero transferendum iuxta Rubricas, anticipationem denegasse. Enimvero proposito



7. De quo faciendum Officium illo die, qui remanet vacuus ob translationem Festi Patroni principalis in diem Dominicum?

8. An illa Festa, quae ab Ordinariis locorum assignata fuerant (aliis diebus) tamquam propriis, ratione occurrence cum Festo Patroni principalis, sublato nunc hoc perpetuo impedimento, quia Festa Patronorum principalium habent saltem rationem Festorum Mobilium, possint, et debeant illa praedicta Festa olim amota a propriis sedibus, celebrari, vel retrogradi suis diebus, quibus assignata fuerunt ab initio in Calendario Romano?

9. An, et quando Festum Patroni principalis transfertur in diem Dominicum, debeat in Feria 6. dictae Dominicae praecedente annuntiari in Martyrologio Vigilia, si adsit, et in Sabbatho annuntiari Festum Patroni, quod celebratur die Dominica, et in Sabbatho sequenti annuntiari Octava? (1)

10. Cum in praedicta Bulla mandetur inscribendi ita Festum die 29. Iunii in Calendariis Ecclesiasticis: Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, et Commemorationis omnium Sanctorum Apostolorum, et Sanctorum Martyrum; Quaeritur: an in Martyrologio debeat aliquid addi?

11. Cum in eadem Bulla praescribantur in Officio, et Missa die 29. Iunii Commemorationes de communi Apostolorum, et plurimorum Martyrum, ratione Commemorationum praedictarum in antecedenti quaesito; Quaeritur: an illae sint, quae olim praescriptae fuerunt pro statu Romano, occasione reductionis Festorum, cum in Communi-bus Apostolorum, et Martyrum non adsint Commemorationes omnium Apostolorum, et Martyrum.

12. Cum multa sint loca, quae non habent

Patronum principalem; Quaeritur: an possint, et debeant celebrare uti Patronum principalem Festum S. Ianuarii, qui est Patronus principalis totius partis Regni Siciliae, citra Pharum, (cuius Festum usque ad emanationem praefatae Bullae celebrabatur in Dioecesi Neapolis cum duplici obligatione audiendi Sacrum, et abstinendi a servilibus operibus, et in reliqua parte Regni cum onere tantum audiendi Sacrum) transferendo pro illis praedictis locis in diem Dominicum Festum S. Ianuarii?

13. In casu, quod Festum Patroni principalis cadat in aliquem ex diebus infra Octavam Nativitatis Domini, vel quia transfertur a propria die in diem Dominicum, vel quia sit unum ex Festis Natalis Domini subsequentibus, vel quia fuerit assignatum infra eandem Octavam: quae regula habenda erit? (2)

14. SS<sup>m</sup>us Dominus Noster Pius PP. VII. in una Urbis, et Orbis data die 18. Septembris 1814. decrevit, ut in posterum occurrente Festo septem Dolorum B. M. V., quod est assignatum Dominicae tertiae Septembris, cum Octava Nativitatis B. M. V., vel cum Festo S. Matthaei Apostoli, transferatur praedictum Festum Dolorum in primam ex Dominicis sequentibus non impeditam Festo dupl. 1. vel 2. clas. Quaeritur: Occurrente praedicto Festo Dolorum cum die Octavae, uti accidit in Dioecesi Neapolis anno 1819., quod occurrit Festum Dolorum cum die octavae S. Ianuarii Ep. et Mart., fieri debeat Festum Dolorum cum commemorat. Octavae, vel de die Octavae? Et in casu, quod fieri debeat de die Octavae, et transferri in diem Dominicam sequentem Festum

dubio secus respondendum non erat, cum non alia, nisi de anticipatione duorum Festorum particularium quaestio esset: sed quoniam modo innumeris fere, diversisque casibus consulendum est, neque omnibus, et singulis una eademque regula aptari potest; ideo Sac. Congregatio respondit, habendam esse rationem in casibus particularibus, quia, attentis peculiaribus circumstantiis singulorum, prout magis expediens erit, providebit. Nam, nisi Festis illis, quae perpetuo occurrant in Adventu, vel Quadragesima provisum fuerit vel per anticipationem, vel per translationem ad certam, fixamque Dominicam, eorundem Octavae non accidentaliter, sed constanter necessario perirent.

(1) Si annuntiatur in Martyrologio pridie quam celebretur Festum, quod transfertur accidentaliter, potiori iure annuntiandum erit in Sabbatho illud, quod a sua sede perpetuo amotum collocatur in Dominica infra Octavam, vel in alia perpetuo assignata iuxta casuum diversitatem, tamquam in sede propria. Et quoniam translatio accidentaliter non est, sed perpetua, secumque trahit Octavam, et Vigiliam; illa annuntiari debet in subsequenti Sabbatho, haec autem in feria sexta Festum praecedente, quatenus tamen Vigilia habeat Officium; nam illa improprie Vigilia dicitur, quae solum habet abstinentiam, et ieiunium; ideoque non annuntiatur in martyrologio.

(2) Cum iuxta casuum diversitatem non una generalis regula aequae omnibus inservire possit, iure ideoque Sac. Cong. respondit: *In casibus particularibus providebitur.*

Dolorum; tunc occurrente Festo Dolorum, cum Festo S. Rosarii B. M. V., quod est ritus dupl. mai.; Quæritur: an fieri debeat Festum Dolorum, an Festum SSm̃i Rosarii? (1)

Et Sac. Congregatio particularis ad huiusmodi effectum a SSm̃o Domino Nostro specialiter deputata cum facultatibus etc., respondit.

Ad 1. « Dispositionem Brevis comprehendere omnia Festa Patronorum principalium tam quoad tempus præcedens, quam quoad subsequens: quoad vero regulam tenendam, provisum in sequentibus. »

Ad 2. « Negative, cum huiusmodi Festa certis Dominicis infra eorundem Octavam sint perpetuo assignata, et nisi per accidens transferenda erunt. »

Ad 3. « Affirmative quoad ieiunium, et abstinentiam, ac etiam quoad Officium Vigiliæ, quatenus Festa sint ex illis, quæ gaudent Vigilia quoad Chorum. »

Ad 4. « Ad primam partem: Si Festum fiat in Dominica fixe assignata, retinet integram Octavam, quia hæc habetur ut dies propria: ea vero accidentaliter impedita, si ulterius sit transferendum, Octava perit. Quoad secundam partem, provisum per Rubricam de Octavis num. 4., et per regulam traditam a Gavanto in præfat. ad Octavarium Romanum: Quod si adhuc super hoc dubia occurrant, habebitur ratio in casibus particularibus. »

Ad 5. « Affirmative, quia Dominica, in qua Festum erit perpetuo fixum, perinde habenda est, ac si esset dies propria. »

Ad 6. « Impedimentum ponunt Dominicæ omnes 1. et 2. clas., vel in quibus occurrunt Festa 1. class. maioris dignitatis. Quoad reliquam dubii partem, si dubia occurrant, habebitur ratio in casibus particularibus. »

Ad 7. « Faciendum Officium de Feria, nisi aliquod Festum prius translatum reponendum sit. »

Ad 8. « Affirmative, nisi ex hoc sequatur non

levis perturbatio, et confusio in ordinando Calendario. »

Ad 9. « Affirmative in Sabbatho præcedenti quoad Festum: Affirmative etiam quoad Vigiliam in Feria VI., si adiunctum habeat Officium: secus Negative. »

Ad 10. « Addi poterit Martyrologio post annuntiatum Festum Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli: item Commemoratio omnium Sanctorum Apostolorum, et Sanctorum Martyrum. »

Ad 11. « Affirmative. »

Ad 12. « Provisum in primo Brevis, in quo habetur, quod pro Urbe Neapolis tantum retineatur Festum S. Ianuarii; in reliqua parte Regni idem Festum retinere debet propriam sedem, et ritum, sed sine præcepto audiendi Sacrum. Quoad loca vero, quæ non habent Patronum principalem, satis provisum in secundo Brevis die 15. Octobris labentis anni, quod iubet, ut Civitates, et Loca, quæ peculiarem Patronum non habent, Festum Patroni principalis Diocesis pari solemnitate celebrare teneantur. »

Ad 13. « In casibus particularibus providebitur: et S. R. C. pro casuum diversitate aliam Dominicam assignabit tamquam diem propriam. »

Ad 14. « Provisum per Decretum generale die 19. Augusti 1817. »

Et ita etc. Die 18. Octobris 1818.

4554. AQUILANA.

Canonicus Paschasius Melchiorri vices agens Archipresbyteri loci Petrellæ Provinciæ Aquilanae occasione Brevis SSm̃i Dom. Nostri Pii VII. Pont. Max. dat. 10. Aprilis labentis anni super reductione Festorum pro utriusque Siciliae Regno, sequentia Dubia Sac. Rit. Congregationi declaranda proposuit, videlicet.

1. « La Festa di S. Antonio di Padova nel 1801. » fu elevata al rito di doppio di prima classe, e » stabilita di doppio precetto coll'Ottava, e col- » l'Indulgenza plenaria. Ora che è stata tolta per » le Provincie; Quæritur: se s'intenda ritornata

(1) Cum aliqua dubia exorta fuerint circa Festum Dolorum B. M. Virginis, quando accedit, ut sit transferendum, Sacra Rit. Congregatio per subsequens Decretum die 19. Augusti 1817., prævio maturo examine, quaestiones omnes exortas, et quæ exoriri possent in posterum, solvit, et quid agendum iuxta diversas occurrentias provide sanxit. Præsertim vero, annuente SSm̃o, declaratum fuit per modum regulæ generalis, quod, impedita Dominica tertia Septembris ob occursum Festi ritus dupl. 1., vel 2. Class., vel diei Octavæ Patroni, Titularis, Dedicacionis etc., præfatum Festum Dolorum transferri debeat in proximiorum Dominicam, etiamsi incidat cum Festo ritus dup. min., dummodo non sit dies Octavæ Patroni, Titularis, Dedicacionis etc., quæ, licet gaudeat rit. dup. min., nihilominus, quum transferri nequeat, ab hac regula excipitur.

» al rito di doppio minore, ed abolita l'Indulgenza? (1)

2. » La Festa del principal Protettore di ciascun Luogo essendo trasferita alla Domenica prossima, supponendosi, che resti fermo il rito di doppio di prima classe; *Quaeritur*: se debba farsene anche l'Ottava, onde verrebbero ad occuparsi due Domeniche; oppure s'intenda abolita l'Ottava? (2)

3. » Sulla stessa Festa del principal Protettore: *Quaeritur*: come s'intenda il caso, che sia impedita la Domenica? S'intenderà impedita, se sia una delle Domeniche di prima classe, come sarebbe la prima Domenica dell'Avvento, e la prima di Quaresima etc. o s'intenderà impedita, se occorre qualunque Santo di rito doppio? (3)

4. » Finalmente *Quaeritur primo*, se li Parrochi siano tenuti continuare ad applicare pro populo la Messa nei giorni di quelle Feste di un solo precetto, che sono state abrogate; *Secundo*, se debba continuarsi a dir cantata la Messa Parrocchiale nei detti giorni? (4)

Et Sacra Rituum Congregatio particularis, ad

huiusmodi effectum a SSmo Dom. Nostro specialiter deputata cum facultatibus etc., me infra-scripto Secretario referente, declaravit.

Ad 1. « Si S. Antonius Patavinus est principalis Patronus, eius Festum transferendum erit ad Dominicam infra Octavam, servata forma Brevis cum omnibus Indulgentiis, privilegiis, praerogativis competentibus principalibus Patronis: Quatenus vero Patronus non sit, sed alio titulo elevatum fuerit Festum ad ritum dupl. 1. class. cum Octava, retinere poterit hunc ritum simul cum Indulgentia, sed in die propria: cessabit vero praeceptum audiendi Sacrum, et abstinendi a servilibus. »

Ad 2. « Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam, quia Dominica, in qua fixe celebrandum in posterum erit Festum principalis Patroni censetur, et evadit dies propria. »

Ad 3. « Declarantur impeditae omnes Dominicae 1. et 2. class., et etiam illae, in quibus occurrit aliquod solemne Festum rit. dupl. 1. class., et maioris Dignitatis, quo in evento recurendum erit ad Sac. Rit. Congregationem, quae, iuxta casum particularium exigentiam, providebit. »

(1) Duo sunt, quae SSms Dominus Noster per Literas in forma Brevis expeditas die 10. Aprilis anni proximi praeteriti ad consulendum conscientiae, simulque succurrendum egestati, et necessitatibus eorum, qui ex labore, et industria vivunt, provide, elementerque indulsit. *Primum*, quod in utriusque Siciliae Regno, praeter Festa nominatim enumerata rigorose servanda sub utroque praeepto; in aliis nedum possint servilia opera exerceri, verum etiam cesset stricta obligatio interessendi Sacro. *Secundum*, quod Festa Patronorum principalium una cum Officio, et Missa transferantur ad diem Dominicum proxime sequentem. Sed per huiusmodi dispositiones nihil prorsus immutatum fuit quoad ritum Officiorum, nec derogatum specialibus concessionibus, nisi in ea parte, quae respicit praeeptum, quod modo per praefatum Breve sublatum est. Hisee adnumeratur Festum S. Antonii Patavini elevatum ad rit. dupl. 1. class. cum Octava, et sub utroque praeepto servandum. Quippe per antedicti Brevis indultum remissum est onus illud sub praeepto servandi, sed nihil innovatum quoad ritum, et indulgentiam. Quod si S. Antonius in aliqua Civitate, vel Loco sit unicus, et principalis Patronus, iuxta formam praefati Brevis, ad proximum sequentem Dominicum diem eiusdem Festum erit perpetuo transferendum, nisi Episcopus, utens facultate sibi tributa in altero Brevis sub datum diei 15. Octobris, eiusdemque servata forma, indulgeat, ut propriam sedem retinere valeat cum omnibus praerogativis ac privilegiis, quibus Patronorum Festa distinguuntur.

(2) Vide adnotationem in Neapolitana ad dub. 4.

(3) Vide adnotationem in eadem ad dub. 6.

(4) Quum per Pontificium Indultum nihil sit immutandum quoad ecclesiastica Officia, recta consequitur, Parochos, recurrentibus Festis, in quibus populus solutus est ab obligatione audiendi Sacrum, teneri ad applicationem Missae pro populo eodem prorsus modo, quo tenebantur priusquam concederetur Indultum. Atque ita declaratum fuit a Sac. Congregatione Concilii die 28. Martii 1801. in Camerinen., in qua, propositis duobus dubiis, videlicet 1. *An diebus festis de praeepto a san. mem. Pio VI. suppressis sit applicanda in futurum Missa pro populo in casu etc.*? 2. *An sit consulendum SSmo pro absoluteione quoad praeteritum in casu etc.*? responsum fuit: Ad 1., et 2. *Affirmative.*

Ad 4. « Affirmative ad utramque partem, quia satis declaratum est in praefato Brevis Apostolico nihil esse innovandum, quoad Chorum relate ad Festa, in quorum occursum sublatum est praereceptum audiendi Sacrum. Quoad vero Festa Patronorum, cum ista reponenda sint in Dominicum diem infra Octavam tamquam in diem proprium, simul cum Officio, et Missa transferenda etiam est solemnitas tam quoad Forum, quam quoad Chorum. » Et ita etc. Die 18. Oct. 1818. 4555.

ALIPHANA.

Rm̄us Episcopus Aliphanus pro intelligentia Brevis SS̄mi Dom. Nostri Pii VII. Pont. Max. super reductione Festorum pro utriusque Siciliae Regno, infrascripta dubia decidenda proposuit S. R. C., videlicet.

1. « Essendosi coll'ultima Costituzione dei 10. » Aprile corrente anno ordinato, che le Feste dei » Santi Protettori principali de' Luoghi, alle quali » era annesso l'obbligo di astenersi dalle opere » servili, si trasferiscano con la rispettiva cele- » brazione degli Ufficii, e delle Messe al pros-

» simo giorno di Domenica, si domanda, se detta » traslazione di Officio, e Messa si debba inten- » dere: *quoad solemnitatem tantum*, ovvero *ad litteram*, cioè, se i Santi Patroni fissati nei » giorni proprii nel Calendario, debbano fissarsi » nei giorni di Domenica. Questo importerebbe la » riforma del Calendario. Potrebbero restare gli » Ufficii, e Messa nel giorno proprio, e poi nella » Domenica celebrarsi la Messa votiva, coi Ve- » speri, e il rimanente della Solennità. Si chiede » su di ciò uno schiarimento. (1)

2. « Li Canonici di queste Collegiate erano » obbligati a convenire tutti nei Vesperti, e Messe » cantate, anche nelle Feste di un sol precetto, » come degli Apostoli ec. Essendosi ora dette » Feste coll'ultima concessione soppresses nel Regno » di Napoli; si domanda, se siano esonerati dal » detto obbligo; tanto più, che il canto è stato » istituito per il popolo, il quale non convenendo » in dette Feste, perchè soppresses, pare che, sop- » presse le Feste, sia stato soppresso anche il » canto. (2)

(1) Tam clara est dispositio primi Brevis, ut dubitandi locum non relinquat. En verba Indulti: *Festa autem Patronorum principalium . . . transferantur cum respectivis Officiorum, et Missarum celebratione ad proximum diem Dominicum.* Lex igitur non solam extrinsecam solemnitatem transferendam esse iubet, verum etiam quaeque ad ecclesiasticum ritum pertinent peragi mandat. Clarius dicam, vigore Indulti Festum Patroni principalis celebrandum est in die Dominico tamquam in propria sede tam quoad chorum, quam quoad forum. Quae igitur ratio excitandi dubium? Quod si vota Populi requirant, ne Festum principalis Patroni amoveatur a sua sede, ac postulent, ut solemniter celebretur ut antea in die propria, poterit Ordinarius uti facultate ei concessa in *posteriori Brevis diei 15. Octobris labentis anni*, servatis tamen conditionibus in illo praescriptis. Quae vero in Calendario contingere poterit singulis annis variatio, non est causa sufficiens declinandi a dispositione *primi Brevis*. Eoque magis, quia variatio huiusmodi tanta non est, quae magnam inferat vel perturbationem, vel confusionem in Calendario. Nonne multo plures variationes sunt, quae singulis annis fieri debent ob diversum occursum Festorum Mobilium?

(2) Nec item video, cur hoc dubium excitetur. Clara est primi Brevis dispositio: *Sanctorum, et Solemnitatum Officia, et Missas tam in iisdem abrogatis Festis, quam in eorum Vigiliis retineri sicut prius, et in quacumque Ecclesia celebrari mandamus.* Et iure quidem; nam potissima ratio, qua SS̄nus Dominus Noster reductionem Festorum pro utriusque Siciliae Regno clementer indulsit, ea fuit, ut Populorum conscientiae consulere, et eorum, qui in sudore vultus sui panem comedunt, indigentiae provideret; quae ratio non valet quoad Ecclesiarum onera, et Chori servitium, nec indultum datum est ad Clericorum commodum. Silentio potius tegenda est, quam excutienda futilis illa ratio, quod cantus intercipiendus sit, quia populus, festis sublatis, in Ecclesiam frequens non convenit. Numquid enim cantus in sacris peragendis Officiis inductus est pro adventante populo, et non potius ad honorandum Deum hymnis, et canticis? Sublata equidem sunt Festa ad succurrendum populorum, ac eorum praesertim, qui ex industria vivunt, egestati, et necessitatibus; sed non ideo cessare debent Sacerdotes, Levitae, et Clerici, qui ad chorale onus tenentur, vel Ecclesiarum servitio sunt addicti, a consuetis Ecclesiasticis Officiis, quae cum cantu aut ex instituto, aut ex consuetudine, aut ratione Festi, quod celebratur, aut ex alia quacumque causa, peragi solent.

Et S. R. C. particularis a SSmo Dom. Nostro ad huiusmodi effectum specialiter deputata cum facultatibus etc., me infrascripto Secretario referente, declaravit.

Ad 1. « Brevis dispositionem accipiendam esse ad litteram, videlicet de perpetua translatione Festi principalis Patroni, tam quoad Officium, et Missam, quam quoad extrinsecam solemnitatem, ad Dominicam infra Octavam, quae habenda erit ut dies propria, cum omnibus privilegiis, et praerogativis, quibus gaudent Festa Patronorum principalium. »

Ad 2. « Quoad Chorum, et Ecclesiasticas functiones peragi solitas, nihil omnino innovandum, relate ad Festa, in quibus populus solutus est a praecepto audiendi Sacrum, et Cantus institutus est ad Deum honorandum, non ad populum alliciendum: quoad vero Festa Patronorum, perpetuo ad diem Dominicam translata, cum Missa, et Officio, translata etiam censetur solemnitas Chori. » Et ita etc. Die 18. Octobris 1818.

4556.

BITUNTINA.

Licet SSms Dom. Noster Pius VII. Pontifex Maximus, dum consulere volens populorum necessitati, et conscientiae, quorundam Festorum de praecepto reductionem indulsit pro utroque Siciliae Regno, expresse mandaverit: « Sanctorum, et Solemnitatum Officia, et Missas tam in iisdem abrogatis Festis, quam in eorum vigiliis retineri, et sicut prius in quacumque Ecclesia celebrari: » nihilominus non defuere, qui perperam interpretantes huiusmodi praeceptivam dispositionem, arbitrati sunt sub eadem non comprehendendi servitium, ordinem, et directionem Chori; ideo Capitulum, et Canonici Cathedralis Bituntinae ad amputandas controversias a nonnullis excitatas, quaestionem hanc declarandam Sacrae Rit. Congregationi proposuerunt.

Et Sac. Rit. Congregatio particularis a SSmo Dom. Nostro Pio VII. Pont. Max. ad huiusmodi effectum specialiter deputata cum facultatibus etc., declaravit: « Dispositionem praefatam Brevis Apostolici intelligendam esse etiam de Chori servitio, ordine, et directione; ac propterea nihil innovandum esse expresse mandavit, sed tam quoad interessentiam, quam quoad Caeremonias et Solemnitatem, eundem servandum ordinem in posterum, qui huc usque servari consuevit (1). Die 18. Octobris 1818.

4557.

TARENTINA.

Rms Episcopus Tarentinus Sacrae Rit. Con-

gregationi humiliter exposuit, quod ad formam Brevis SSmi Dom. Nostri Pii VII. Pont. Max. dat. sub die 10. Aprilis labentis anni pro utriusque Siciliae Regno, Festa Patronorum principalium transferenda sunt cum Officio, et Missa ad proximam sequentem Dominicam. Sed cum ipse dubitet, num ea Dominica, ad quam fieri debeat translatio, habenda sit ut dies fixa; an vero mobilis ad effectum celebrandi idem Festum cum, vel sine Octava; idcirco id petiit declarari.

Et eadem Sac. Rit. Congregatio particularis a Sanctitate Sua ad huiusmodi effectum specialiter deputata cum facultatibus etc., respondit: « Dominicam, in qua perpetuo reponendum erit Festum Patroni principalis habendam esse ut diem propriam, ac proinde gaudere Octava, et omnibus privilegiis, et praerogativis, quae Festis Patronorum principalium conveniunt; Octavam vero perire, si ob aliquod impedimentum per accidens Festum sit transferendum. »

Et ita etc. Die 18. Octobris 1818.

4558.

CAIETANA.

Expositum fuit S. R. C., quod, supplicante Carolo Pergamo tunc temporis Caietano Antistite, fel. rec. Pius VI. indulsit, quod Patronus principalis cuiuscumque loci Dioecesis, celebrari debeat sub rit. dup. 1. class. in loco proprio cum Octava, et sub rit. dup. 2. class. in reliquis locis Dioecesis. Sed quoniam in Apostolico Brevis dat. sub die 10. Aprilis labentis anni pro reductione Festorum in utriusque Siciliae Regno, praecipitur, ut Festa Patronorum principalium in perpetuum transferantur ad proximum diem Dominicum, simul cum eadem solemnitate, Officio, et Missa; hinc duo excitata fuerunt Dubia, quorum declaratio petitur a S. Rit. Congregatione.

1. Quaeritur primo: utrum in diebus respectivae horum Sanctorum Patronorum principalium festivitatis, qui infra hebdomadas cadunt, fieri possint Officia, et Missae eorum Sanctorum, qui alias celebrari deberent diebus illis Dominicis, quibus in posterum substituenda erunt Officia, et Missae dierum SS. Patronorum? Praevidetur enim nullam de Sanctis in Dominicis istis per ordinem incidentibus fieri posse memoriam, quia eorum translationi ultra illos dies Dominicos locus non erit, praesertim in Dioecesi Caietana, propter tot alios Sanctos remittendos, et peculiariter celebrandos ob Indultum Pii Papae VI. a praedicto Episcopo Caietano Pergamo impetratum.

(1) Vide adnotationem ad dubium secundum in Aliphana.

2. Quaeritur secundo, an huiusmodi Sanctos non Patronos, sed ritus duplicis, remitti permittatur diebus Dominicis vacantibus, praeter Quadagesimam, et Adventum? (1)

Et S. R. C. particularis ad huiusmodi effectum a SSmo deputata cum omnibus facultatibus etc., declaravit.

Ad 1. « Translationem Festorum Patronorum principalium ad proximam Dominicam faciendam esse dumtaxat in Civitatibus, et Locis, in quibus tales revera sunt: in aliis vero locis in quibus ex speciali Indulto gaudent ritu dup. 2. cl., sed qualitatem non habent proprii principalis Patroni, ac propterea nec adiunctum praeceptum, transferenda non sunt, sed retinere debent diem propriam. Cum vero in qualibet Civitate, vel Loco unus tantum principalis Patronus cum solemnitate, duplicique praecepto recolendus sit; difficile erit, quod nulla supersit dies vacua pro reponendo Festo occurrente in die Dominica, ad quam transferendum erit Festum Patroni. Quod si casus accidat,

Festum, quod locum cedit, reducendum erit ad rit. simplicem per accidens. »

Ad 2. « Negative, et satis provisum in primo. » Et ita etc. Die 18. Octobris 1818.

4559. REGNI HISPANIARUM.

Director Divini Officii in universa Provincia Beticae inferioris, Fr. Blasius a Doloribus, Sacerdos Ordinis Carmelitarum Discalceatorum in Collegio Hispalen. Regni Hispaniarum, anceps, num se bene gerant Religiosae illarum Regionum recitando quotannis in Episcopalibus Civitatibus Officium Dedicacionis Cathedralis in Dioecesano Calendario assignatum, licet unam, alteramve constet consecratam haudquaquam fuisse, deque aliis idipsum dubitari possit; ad quamlibet conscientiae anxietatem tollendam, a S. R. C. petiit declarari.

1. An Regulares utriusque sexus teneantur, vel possint recitare Officium Dedicacionis in Calendario Dioecesano assignatum de illis Cathedralibus, quae certo non sunt consecratae, vel de earum consecratione prudenter dubitatur? (2)

(1) Non nisi Rubricarum ignorantia huic Dubio occasionem dare poterat. Nam Officium Dominicæ saltem est ritus semidupl., idcirco semper fieri debet de ea, nisi occurrant Festa maioris ritus, et locum cedit translatis eo tantum in casu, quo Pontifex iubeat, ut aliquod Officium rit. dupl., cui sit dies Dominica assignata, in occursu impedimenti, transferatur ad alteram Dominicam similiter non impeditam, uti accidit quoad Festum Dolorum B. M. V., quod impedita Dominica 3. Septembris, ad aliam Dominicam transferendum est, ut ex Decreto generali diei 18. Septembris 1814.

(2) Curnam a Directore Calendarii pro Ordine Carmelitarum Discalceatorum Provinciae Beticae inferioris huiusmodi excitentur Dubia, nec video, nec intelligo. Numquid ad Regulares pertinet inquirere de Ecclesiarum Cathedralium Consecratione? Numquid ab illis, ad quos non attinet, proponenda sunt hypothetica Dubia, quae licet in abstracto ad Regulae generalis normam exigenda sint, in casibus tamen particularibus, seu, ut Scholastici dicunt, in concreto, ob peculiare circumstantias, quae concurrunt, praesumptiones, illationes, et coniecturas, longe secus sunt enodanda? Ideo, si quis generaliter quaerat: num fieri debeat Anniversarium Consecrationis Ecclesiarum, quae certe consecratae non sunt, aut de quarum Dedicacione merito dubitatur, negativo responso erit dimittendus. Si vero quaestio sit: num Ecclesia N., de cuius Consecratione nullum habetur signum, nullaque superest scripta memoria, revera dedicata fuerit? Dubitandi rationes erunt expendendae, priusquam resolutio prodeat. Fieri enim potest, ut nullum prorsus in parietibus signum supersit, aut sculpta epigraphes, aut in Tabulariis peractae Consecrationis memoria; nec tamen decidendum est consecratam non fuisse: nam negligi non debent, imo multum pendendae sunt praesumptiones, ex quibus inferitur, quod factum revera id fuerit, quod factum fuisse ob temporum iniuriam ignoratur. Si constanter in Calendariis fiat Consecrationis mentio; si quotannis Anniversaria dies cum Officio, et Missa celebretur, id satis superque erit ut habeatur valida peractae Consecrationis praesumptio. Ideo S. Rit. Congregatio, licet sub die 18. Augusti 1629. decrevisset: *Non posse celebrari Festum Consecrationis illius Ecclesiae, quam certum est non fuisse consecratam, imo neque, si est dubium, quod nuperrime eadem S. Cong. confirmavit die 22. Aprilis 1780. in una Ordinis S. Benedicti Congregationis Vallisoletanae in Hispaniis, declaravit tamen: Quoad Ecclesias, de quarum Consecratione dubitatur, stante asserta immemorabili consuetudine (celebrandi scilicet Anniversarium cum Officio, et Missa) nihil innovandum.* Nam ex consuetudine celebrandi Anniversarium iure merito conici po-

2. Et quatenus negative, an hoc anno permitti possit haec recitatio, quae assignata est in Directorio Officii Divini iam vulgato in praedieta Provincia Carmelitarum Discalceatorum?

Et Sac. eadem Congregatio, exquisita prius sententia alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto tradita, prae loque cusa, referente Eñõ, et Rñõ D. Card. Iul. Maria de Somalia eiusdem Congreg. Praefecto, et Ponente, respondendum censuit: *Iuxta votum, vide licet.*

Ad 1. « Si Officium Dicationis Ecclesiarum Cathedralium in Calendario propriae Dioecesis est assignatum, illudque ab Episcopis, et Cleris Beticae Provinciae persolvitur, ad illius recitationem omnes etiam tenentur Regulares utriusque sexus,

quibus permissum non est de illarum Consecratione dubia excitare. »

Ad 2. « Provisum in primo. »

Et ita pronuntiavit etc. die 15. Maii 1819. 4560.

ASSISIEN.

Patriarchalis Ecclesia, in qua Corpus S. Francisci Conf. Assisii requiescit, ex Indulto Apostolico Sacratissimi Principis Pii VII. Pont. Max. privilegio gaudet Missae votivae quotidianae de eodem Sancto; exceptis dumtaxat Solemnitatibus Natalis D. N. I. C., et Paschatis Resurrectionis, et Pentecostes. Porro ex hac concessione sequentia excitata sunt Dubia, quae in supplici Libello Sac. Rit. Congregationi resolvenda proposita fuerunt.

1. An diebus Dominicis in praefata Missa votiva Symbolum dici debeat? (1)

terat Consecratio illa, de qua dubitabatur; quod etiam clarius declaratum video in Ferentina die 27. Novembris 1706. Quamvis enim scripturae, monumenta, signum Crucis in pariete, et alia similia Consecrationem indicantia, nullibi haberentur de Ecclesia Cathedrali, quia tamen Anniversarium *sub fide maiorum recolebatur*, ideo responsum fuit: *Ecclesiam Cathedrali non indigere nova Consecratione.*

Cum itaque in propositis Dubiis quaestionem excitet de Consecratione Ecclesiarum Cathedralium Provinciae Beticae Director Calendarii Carmelitarum Discalceatorum, minime attendi debet generalis assertio; *an Regulares teneantur peragere Anniversarium Dicationis Cathedralium, quae certo consecratae non sunt, vel de quarum Consecratione prudenter dubitatur.* Satis enim est, quod in Calendario Dioecesano assignata sit dies Consecrationis Anniversaria, ut Regulares se illi conforment, et ad legum Ecclesiasticarum praescripta Dicationis Festum celebrent. Etenim simul ac Calendarium Consecrationis notat diem, hoc sufficit, ne de Consecratione dubitetur; licet monumenta perierint, et circumstantiae temporis, Episcopi consecrantis, idque genus aliae lateant sub antiquitatis caligine. Quaero tamen: Ecclesiae, quas Carmelitarum Calendarista fidenter adfirmat certo non esse consecratas, antiquis adnumerantur, vel novo molimine recenter fuerunt extractae? Si primum dicit, haud poterit negativum argumentum adhibere contra praesumptionem, quae oritur ex Calendario Dioecesano, et Anniversaria Festi celebratione. Si alterum velit; in specie designet Ecclesias, quas ipse certo scit consecratas non esse. Quamquam id ad ipsum non pertinet. Siquidem poterunt Regulares excitare quaestiones de Ecclesiis ipsorum iuri subiectis, ut sciant in Dubiis quid facto opus sit: non autem ciere turbas de Ecclesiis Cathedralibus etc., de quarum Consecratione, ut Officium ab ipsis fiat, satis est, quod in Calendario Dioecesano dies Anniversaria notetur. Ad loci Ordinarium, ad Capitulum, ad Chori, Officiorum, et Ecclesiasticarum functionum Directorem attinet investigare, num revera Cathedralis Ecclesia sacris caeremoniis fuerit dedicata. Quatenus vero certa desint signa, ipsorum est inquirere, num tales concurrant circumstantiae, quae valeant praesumptionem inducere, et certitudinem illam, quam moralem dicimus. Sacra igitur Congregatio proposito dubio respondens non recessit a sententia alias firmata de Officio omittendo Dicationis Ecclesiarum, quae certe consecratae non sunt, aut de quarum Consecratione iure dubitatur; sed simul declaravit incompetentiam instantis pro resolutione Dubii, et praesumptionem, moralemque certitudinem, quae oritur ex more recolendi cum Officio, et Missa Anniversariam memoriam, satis esse, ne de peracta Consecratione dubitandum sit, etsi nulla supersit scripta in tabulariis memoria, vel in pariete signum.

(1) Etsi ex Rubricarum praescripto in singulis diebus Dominicis, vel fiat Officium de Dominica, sive de Sanctis, Missa carere *Symbolo* nunquam debeat: haec tamen regula suas habet limitationes, nec *Symbolum* admittunt Missae votivae privatae, si quae in die Dominico celebrentur. Equidem,

2. An in Duplicibus primae, et secundae classis recitanda sit Collecta a Majoribus imperata? (1)

3. An in praedicta Missa votiva S. Francisci, Oratio: *A cunctis*, quando dicenda est, permutari debeat in aliam B. M. V. *Concede*, prout in Missa

si spectetur Rubrica, nequeunt in die Dominico Missae votivae celebrari, nisi solemnes sint, et pro publico Ecclesiae bono, in quibus dicitur *Credo*, et etiam *Hymnus Angelicus*, quatenus Missae qualitati convenient; quod adeo verum est, ut Sacra Rit. Congregatio, quamvis indulserit Missam Votivam pro Sponso, et Sponsa, etiam occurrente Festo ritus dupl., quod non sit primae, vel secundae classis; exceptit tamen dies Dominicos, vel alios de praecepto servandos, eo quia Missa votiva pro Sponso, et Sponsa non est pro re gravi, publicoque Ecclesiae bono, sed privatis adnumeratur. Verumtamen quod dispositione Iuris non admittitur, quandoque fit ex privilegio. Ita accidit in Basilica Lauretana, ubi Missae omnes, quae in Sacello Almae Domus celebrantur, quibusdam dumtaxat solemnioribus exceptis diebus, Votivae semper sunt de *Sancta Maria*. Ita etiam in Patriarchali Ecclesia Assisiensi Votivam de *Sancto Francisco* quotidie celebrari speciali Privilegio concessum est. Ac tandem *S. Congregatio Concilii* indulget Sacerdotibus visus tenuitate laborantibus, ut quam memoriter tenent, vel sine multa difficultate legere possunt, Missam Votivam *B. Mariae Virginis*, etiam in diebus Dominicis, ac solemnioribus festivitatibus valeant celebrare. Huiusmodi autem Missae Votivae, quae ex Apostolico indulto leguntur in diebus Dominicis, nequeunt habere *Symbolum*. Possem id comprobare auctoritate Scriptorum de re liturgica, ac praesertim *Merati ad Gavantum part. 1. tit. 4. section. IX. num. 46.*, et *Guyeti in Hortologia lib. 4. cap. 21. num. 13*. Sed quid iuvat privatas Auctorum sententias perquirere, et afferre, dum S. R. Congregationis Decreta omnes dirimunt controversias? Quoad Almam Domum Lauretanam ad Dubium: *Quando celebrantur Missae Votivae de B. Virgine in praenarratis festis diebus* (videlicet in Dominicis, nec non in Festis Apostolorum, ac aliis duplicibus) *ac etiam infra Octavas, an ratione praedictarum Festivitatum in eis Credo recitari debeat?* Sub die 13. Ianuarii 1674. responsum fuit: *Negative, nisi in illis Missis votivis tantum, quae solemniter pro re gravi, et publica Ecclesiae causa celebrantur*. Et quoad Sacerdotes caecutientes ad quaesitum: *An semper (Sacerdos ex indulto celebrans Missam B. Mariae Virginis) in Dominicis dicere debeat Credo?* sub die 12. Novembris 1806. declaratum fuit *etiam in Dominicis omittendum Symbolum*. Si rationem quaeras, cur omittendum sit, facile est eam reperire: quia nempe huiusmodi Missae votivae ex indulto celebrandae nihil habere debent commune cum Missa, et Officio Dominicarum. Eademque de causa non dicitur *Symbolum* in *Missae Litaniarum Maiorum*, etiamsi Festum *S. Marci* occurrat in *Dominica in Albis*. Rogata namque S. R. Congregatio in Mutinen. die 25. Septembris 1688., *an in Missa Rogationum in Festo S. Marci incidente in Dominicam in Albis dicendum esset Credo?* respondit *Negative*, rationemque addidit, scilicet, *Non est dicendum Credo, quia est Missa Ferialis*, et confirmatum idipsum fuit die 25. Septembris 1706. Nam, occasione impressionis novi Missalis, inter alia petatum fuit; *utrum in Rubrica tit. 11. de Symbolo addendum sit, illud dici non debere in Missa de Rogationibus in die S. Marci, quando Festum cadit in Dominica?* Cui quaesito respondens Sacra Congregatio iussit: *Imprimatur in principio Missalis cum aliis Decretis illud emanatum sub die 25. Sept. 1688. in una Mutinen.* Si igitur in Missa Rogationum dici nequit *Symbolum*, quia Missa Ferialis est, ita etiam omittendum erit in Missa Votiva privata, quae licet vigore Privilegii legatur in Dominica, non desinit esse Votiva. Iure igitur Sacra Congregatio proposito dubio respondit: *iuxta alias resoluta negative.*

(1) Quod Oratio, sive Collecta a Superioribus imperata sit omittenda in Festis Rit. dup. 1. classis certum est, quam quod maxime. Declaratum id lego a Sac. Congregat. die 7. Augusti 1627., quae ad Dubium: *an Oratio, Deus refugium nostrum, quando Sanctissimus eam pro re gravi dicendam iubet, dicenda sit etiam in Festis primae classis?* respondit: *Non esse dicendam*. Nondum tamen definitum fuit: num eadem regula locum obtineat in duplicibus secundae classis, quamobrem iure *Cl. Vir. Ioannes Canonicus Fornici* alter ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris hac super re consultus, censuit id, quod nulla est certa lege sancitum, ex rubricarum dispositione deductive esse



votiva Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli  
volunt aliqui Rubricistae? (1)

Et Eni, ac Rm̄i PP. Sacrae eidem Congregationi praepositi, exquisito prius voto alterius ex

firmandum. Quamvis enim duplicia primae, vel secundae classis, quoad maiorem, minoremve solemnitatem, et permulta privilegia inter se differant; pleraque tamen habent, quae sunt utrique communia, atque haec inter illud est, quoad neutra admittat commemorationes de *infra Octavas Festorum*, nisi haec ex solemnioribus sint, quae a regula generali excipiuntur: hinc ob paritatem rationis dici posse videtur, neutri Orationem imperatam esse adiciendam. Dubium tamen oritur, quia si occurrat in dupl. secundae classis Festum rit. simpl., fit de hoc commemoratio in Missis privatis, quamvis in dupl. primae classis non fiat. Cur igitur dicenda non erit Oratio imperata, si legitur de Festo simplici? Enimvero illatio non valet: Ideo Missa in Festo rit. dupl. secundae classis admittit commemorationem Festi simplicis, quia nisi ea fieret in Missis privatis, eo anno foret omnino omittenda; imo et etiam semper quoad simplicia illa, quae quotannis incidunt cum dupl. secundae classis, veluti est Festum *Sancti Adriani Martyris* in solemnitate Nativitatis B. Mariae Virginis. Id vero non accidit de die *infra Octavam*, quia si haec silet occurrente duplici secundae classis, obtinet tamen in aliis diebus. Concludi hinc posse videtur, quod nec Oratio imperata locum habere debet, quia si in occurso duplicis secundae classis non legatur, dicitur tamen in reliquis anni diebus non exceptis. In occurso duplicis secundae classis non legatur, dicitur tamen in reliquis anni diebus non exceptis. His accedit principum Ecclesiarum Urbis praxis, quam sequendam esse putat *Clar. Gavantus part. 1. tit. IX. ad num. 16.* qui, postquam dixerat ex Decreto S. Congregationis, Orationem imperatam omittendam esse in dupl. primae classis, ita prosequitur. *In aliis vero secundae classis communior usus insigniorum Ecclesiarum Urbis est, ut neque dicatur in Missis privatis, nedum in solemnibus, a qua sola excluditur commemoratio de Festo simplici: quae consuetudo mihi placet.* Sed quoniam nec ulla habetur positiva lex, quae in simili occurso omittendam eam esse iubeat, neque ullum Decretum, quo declaretur id, quod non est iure definitum, ac varia insuper est Sacerdotum, et Ecclesiarum praxis; ideo sapienti consilio S. Rit. Congregatio confirmans Decretum alias latum de omittenda Oratione imperata in duplicibus primae classis, quoad alia secundae classis arbitrio Sacerdotum relinquit eam addere, vel omittere in Missis lectis. Excipit tamen Missam Conventualem, quae sicut ex rubricarum praescripto respuit commemorationem Festi simplicis, ita nec admittit Orationem imperatam.

(1) Cum de uno, eodemque simul Officium, et Commemorationem fieri vetitum sit, ut omnes norunt, pari ex ratione recolenda iterum non est in secunda Oratione memoria illius Sancti, cuius in honorem oblatum est Sacrificium, vel haec Officio respondeat, vel Missa ex illis sit, quas Votivas dicimus: servari nihilominus in his debent qualitas, et numerus Orationum, quas Rubrica praescribit. Quid igitur agendum, si celebretur Missa votiva de Sancto Titulari, in qua secunda Oratio debet esse *A cunctis*, et per *litter. N.* ibi signatam eiusdem Titularis memoria recolenda indicatur? Satis ne erit, eadem Oratione retenta, nomen Titularis omittere, vel potius aliam, quae prima est ad petenda suffragia Sanctorum, illi sufficere? Regula peti nequit a Rubrica, quae in Missis votivis de B. M. V., ne iterum de ea fiat, Orationi *A cunctis*, alteram de *Spiritu Sancto* substituendam iubet; et in illis de Sanctis Apostolis Petro, et Paulo Orationem *Concede nos famulos tuos* de B. M. In neutra ex his Missis potest surrogari Oratio *Concede*, quae, inter diversas prima est, quia in hoc etiam cum B. M. V., tum Sanctorum Apostolorum peculiaris fit mentio: nihilominus cl. *Gavantus* ex hac Rubrica quaestionem sibi proponit *part. 1. tit. IX. num. 15. An similem ob causam in Missa votiva de Patrono, seu Titulari, qui nominatur in litt. N. in Oratione A cunctis debeat fieri similis mutatio?* et respondet: *Satis esse in eo casu vel tacere in Oratione A cunctis nomen Patroni, seu Titularis, ne de eodem bis fiat mentio in Collectis; vel nominare poteris vice illius alium pro tua devotione.* *Gavanto* adhaeret *Guyetus Lib. 3. cap. 29. quaest. 7.* Bene quidem: sed haec est privata Scriptorum sententia, quam Sacra Congregatio non rejicit, imo adprobat; tanti tamen non est ponderis, ut pro certa regula habenda sit, et non alius potius Sacerdotum arbitrio relinquendus modus, scilicet Orationem *A Cunctis* commutandi in aliam *Concede*, quae similiter est ad petenda suffragia

Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis pandito, typisque etiam evulgato, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Domini Card. Quarantotti Pontentis, respondendum censuerunt: *Iuxta votum*, videlicet.

Ad 1. « Iuxta alias resoluta Negative. »

Ad 2. « Negative in duplicibus primae classis, ut alias responsum fuit. Quoad duplicia vero secundae classis poterit ad libitum Celebrantis legi, vel omitti Collecta imperata in Missis privatis tantum; in Conventuali, et solemnī omittenda. »

Ad 3. « Vel omittendum nomen S. Francisci in Oratione *A cunctis*; aut legendam Orationem ad poscenda suffragia, quae incipit *Concede*, etc.

Et ita responderunt, die 15. Maii 1819.

4561. PISAUREN.

Impetrata, Apostolicae Sedis Indulto, per Capitulum Cathedralis Pisaurē. extensione Missarum, et Officiorum sub ritu dup. min. SSrum Romanorum Pontificum, Directorii Extensor, in

Calendarii reformatione assignavit Officio S. Gregorii PP. VII., quod iam sub ritu dupl. celebrabatur, propriam sedem, nimirum diem 25. Maii, quae est dies fixa pro universali Ecclesia, amandato ad diem 28. eiusdem mensis altero S. Urbani Pont., et Mart., cuius tamquam simplici dicta die 25. memoria colebatur. Cum autem, re maturius perpensa, congruere magis videatur, ut S. Urbani Pont., et Mart. Festum ad rit. dup. elevatum antiquam repetat sedem, translato ad diem 28. Maii Festo S. Gregorii PP. Conf.; sed dubitari possit, utrum, necne id praestari valeat ab Ordinario, et utrum conveniens sit, et rationabile; ideo delata res est definienda a S. R. C., sequenti proposito Dubio, cui et alterum accessit, videlicet.

1. An in casu proposito Ordinarius possit transferre Officium S. Gregorii VII. a die 25. ad diem 28., et Officium S. Urbani a die 28. ad diem 25., et an rationabile sit quod fiat? (1)

Sanctorum? Non alia certe de causa, nisi liberum sit Sacerdoti vel unam potius quam aliam legere, dum alterutra districte non praecipitur; vel in aliqua circumstantia, veluti illa est, de qua in Dubio proposito, praeceptam in aliam commutare. En igitur ratio, qua Sacra Congregatio facultatem relinquendam esse duxit Sacerdotibus vel omittendi in Oratione *A cunctis* nomen Titularis, vel Patroni, vel potius legendi illam, quae prima est inter diversas, scilicet *Concede quaesumus* etc.

(1) Regula generalis est, quod nemini liceat a propriis sedibus Officia Sanctorum amovere. Non enim exturbanda possessio est, nisi validae concurrant circumstantiae, quae ad id quodammodo impellant. Hoc adeo verum est, ut S. R. C. declaraverit, amotionem huiusmodi, respectivamque translationem nec fieri posse ab Episcopo loci Ordinario. Ita in *Syracusana* 7. Decembris 1630. nam, ut in altero Decreto die 24. Novembris 1685. sancitum est *Sanctis in Calendario Romano descriptis extra proprios dies non potuisse, nec posse assignari alteram diem fixam, et sedem propriam, absque auctoritate Sedis Apostolicae*. Dubium oriri posset quoad Officia de novo concessa, quae vel pro Ecclesia Universali, vel pro aliquo Regno, Provincia, Dioecesi etc., si non in propria (quod saepe nequit) in die prima non impedita collocantur; accidit quandoque, ut aliquo in loco alius Sancti sub eadem die celebretur Officium aequalis, vel etiam solemnioris Ritus; quid igitur in hoc casu? Indulget S. Congregatio, ut Officio noviter concesso assignetur ab Episcopo prima dies vacua, ut patet ex Decretis, doctis adnotationibus a *P. Cavalieri* illustratis *Tom. 1. cap. 9. Decret. 12. et 13.* Videndus etiam *Tetamus in Append. ad Diarium Liturgico-Canonico-Morale cap. 1. §. 2. num. 19.* In casu proposito id accidit, cum enim Capitulo, Canonicis, et Clero Cathedralis Pisaurēnsis facta potestas fuerit recolendi sub ritu duplici Festa Sanctorum Romanorum Pontificum, novis hisce Festis certae assignandae erant sedes, quatenus alia Festa aequalis, vel superioris ritus iam pridem occupassent dies ad ea celebranda in Martyrologio notatos. Hac in specie Calendarii Director consulto (annuente et adprobante Episcopo) ad proximiores non impeditos dies numquam postea immutandos potuit Officia illa noviter concessa amandare, quae in propriis, ab aliis iam praeoccupatis, locum habere nequebant. Quod si id pro regulae generalis limitatione tenendum est, multo etiam magis obtinet in speciali casu occurrence duorum Officiorum ex noviter concessis in eadem die, veluti reapse illa sunt *Sanctorum Urbani Papae, et Mart., et S. Gregorii VII. P. et Conf.* quorum memoria fiebat die 25. Maii, eo tamen discrimine, quod Festum S. Gregorii gaudebat ritu duplici, illud *Sancti Urbani* ritu simplici, sive potius solam habebat commemorationem. Postquam vero sub uno, eodemque ritu utrumque

2. In tertia Dominica cuiuslibet Mensis, ex antiqua consuetudine in solempni Missa duae consecrantur Hostiae, quarum una in usum Sacrificii, altera pro publica veneratione in Ostensorio collocatur; confectaque celebratione processionally per Ecclesiam gestatur. Cum vero tempore Quadragesimae, et Adventus supplicatio per Ec-

clesiam omittatur, ex eo quod praefato tempore scamnis referta ipsa reperiatur, pro commoditate populi ad audiendum verbum Dei accurrentis, dubium propositum est: An, omissa in casu supplicatione, commemoratio Sanctissimi Sacramenti in Missa Solempni debeat omitti?(1)

Et Sac. eadem Congregatio, exquisita prius

Festum celebrari concessum est, cum nequeant in uno Officio simul comprehendi, quia *Urbanus* Martyribus adnumeratur, *Gregorius* Confessoribus; necesse hinc est, alterutri aliam assignare sedem. Cuiam vero? Illi certe, qui licet potior in Ritu fuerit, posterior tamen est in Veneratione, et Cultu, ac utpote Confessor in paritate cedere debet Martyri, qui longe prius propriam habebat sedem in die 25. *Maii*, licet ritu simplici gauderet; ergo cum modo par sit utriusque ritus, a propria Sede *S. Urbanus* exturbandus non est, proptereaque transferendus *S. Gregorius VII.* ad primam diem non impeditam; in hoc quippe casu non est voluntaria, et arbitraria immutatio, sed necessaria, ac, ut ita dicam, coactiva. Neque in contrarium sensum valet ratio ex eo petenda, quia Calendarii Director, ut primum indulta fuerunt Pisaurensi Cathedrali Summorum Pontificum Officia, illud *S. Urbani* amovit, transtulitque ad diem 28. *Maii*. Nam quod perperam gestum est pro infecto habetur, et corrigendum erratum. Minus vero altera prodest reponenda in more universalis Ecclesiae celebrandi Festum *S. Gregorii VII.* die 25. Siquidem longe priusquam de hoc Sancto memoria fieret, universalis Ecclesia *S. Urbanum*, licet ritu simplici, venerabatur, et modo etiam simul cum *Sancto Gregorio* veneratur, de uno faciens Officium, de altero simplicem commemorationem. Sed fieri id nequit, ubi aequali ritu uterque colitur. Utique servari uniformitas debet, sed quantum fieri potest: secus peculiaria locorum Officia forent expungenda, quia huiusmodi turbant uniformitatem: ideo qui indulto gaudent celebrandi sub ritu duplici Festa Sanctorum Pontificum, cum nequeant semper sequi Calendarium Universale, se conformare debent Calendariis principum Urbis Ecclesiarum, quae in iisdem celebrandis Officiis, dum nihil obstat, ordinem tenent in Martyrologio; sin minus, quod posterius est ad primam diem non impeditam amandant, tamquam ad propriam sedem. In eo tamen erratum est, quod *S. Gregorio VII.* assignata sit dies 28., quae non est libera, cum in ea communiter fiat de *S. Bonifacio IV. P. et Conf.*, cuius natalitia dies pariter est 25. *Maii*, sed in assignatione proximioris diei, *S. Gregorio* praepositur, quia isto anterior est. Quamobrem rite notavit diligens caeremoniarum Magister ab hac *S. R. C.* rogatus in suo dissertissimo Voto, quod Pisaurense Capitulum eundem ordinem tenere debet, quem tenent Calendaria Patriarchalium, et Collegiatarum Urbis, in quibus dies 28. assignata est *S. Bonifacio IV.*, et 29. *S. Gregorio VII.* De hac re forte nimis. Non inutilem tamen adnotationem hanc fore arbitror, cum quia licet agatur de casu particulari, nihilominus regulam praebet in similibus servandam, cum non uni Pisaurensi Cathedrali, sed pluribus Dioecesibus indulta sint Officia Sanctorum Romanorum Pontificum.

(1) Cum Missa celebretur pro exponendo Augustissimo Eucharistiae Sacramento, cumque in ea duo consecrentur Hostiae, altera pro Sacrificio, altera pro expositione facienda post Missam, plane consequitur in eadem legendam esse Collectam de Sacramento. Nemo est qui de hoc questionem moveat. Plura sunt *S. R. C.* Decreta, quae pro huiusmodi Missa certas dant regulas omnino servandas: praecipue vero in *Fanen.* 6. Decembris 1653.: siquidem a Sodalitate Sanctissimi Sacramenti qualibet tertia Dominica in singulis mensibus supplex instruebatur agmen ad Sacram circumferendam Eucharistiam. Excitata controversia, num quae praecedebat Missa, cantanda esset de Dominica cum commemoratione Sacramenti, vel potius de Sacramento, cum commemoratione Dominiicae? Dubium delatum fuit ad Sac. Rit. Congreg., quae illud diremit, respondens: *Missam in dicto casu celebrandam esse de Dominica, seu de Festo duplici, si in illa die occurrat cum commemoratione Sanctissimi Sacramenti ad formam Rubricarum Missalis.* Heic autem loci abs re non est perconctari, quonam in loco haec Collecta ponenda sit? Huic dubio per eandem Sac. Congrega-

sententia alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto pandita, typisque evulgata ad relationem Em̄i, ac Rm̄i D. Card. Vidoni respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative, in casu, de quo agitur, quoad utramque Dubii partem, et Officium S. Gregorii VII. transferendum esse non in diem 28., in quo incidit Festum S. Bonifacii Papae, et Conf., sed in diem 29. iuxta Proprium Sanctorum Summorum Pontificum.»

Ad 2. « Commemorationem SSm̄i Sacramenti in praefata Missa solemniter faciendam esse, licet accidentaliter omittatur Processio.»

Et ita respondit, atque decrevit, die 15. Maii 1819.

tionem provisum fuit, data regula, quod commemoratio Sanctissimi Sacramenti fiat post omnes Orationes de praecepto, et in dupl. primae, vel secundae classis unienda sit Orationi Festi sub unica conclusione, vel Orationi Dominicae, si in ea occurrat Festum primae, vel secundae classis. Ita in *Burgen.* 23. Iunii 1736., in *Aguen.* 3. Martii 1661., et *Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci Provinciae Conceptionis B. M. V. in Regno Portugalliae.* Quid autem si post Missam non sequatur Processio? Eritne hoc in casu omittenda commemoratio? Cur dubium hoc proponatur, non video; cum nulla occurrat dubitandi ratio, quippe Commemoratio fit non ex causa Processionis, quae extrinsecam auget solemnitatem, sed ex motivo venerationis debitae Sanctissimo Sacramento, quod palam Fidelium oculis adorandum exponitur, vel statim post Missam collocetur in Throno, vel processionaliter circumferatur. Plura addere possem ad spartam hanc illustrandam, libenter tamen abstineo. Cum enim, ut piis nonnullis, doctisque Viris id poscentibus, morem gererem, dare constituerim Commentaria quaedam ad Instructionem *Clementis XI. de Oratione* 40. horarum ad enodandas quaestiones, quae saepe insurgunt, incompto sermone, sed opportune digesta: Sacrae Liturgiae studiosi habere in iis poterunt tum quae ad huiusmodi Dubii solutionem conducunt, tum alia plura, quae circa expositiones tam publicas, quam privatas versantur.

(1) Consecratio tam Altaris stabilis, quam Arae Viatoriae, seu portatilis quoad essentielles preces, ritus, solemnitates eadem omnino est; in eo tamen differt, quod Altare portatile, seu lapis, in cuius medio Sacrae Reliquiae reconduntur, in superficie dumtaxat sacra linitur unctione; contra vero in Altari fixo nec transferendo, alia adhibetur sacra unctio, qua lapis in angulis coniungitur, et connectitur cum inferiori stipite, seu structura; atque hoc pacto non unus lapis, sed integrum Altare consecratum censetur. Ideo execratur Ara portatilis, si vel enormiter fracta fuerit, aut violatum Reliquiarum sepulcrum: execratur vero Altare fixum, etiamsi sine violatione sepulcri, vel solus lapis a stipite amoveatur. Ita *Alexander III. Cap. Ad haec, de Consecrat. Ecclesiae, vel Altaris:* « Ad haec si Altare motum fuerit, aut Lapis ille solummodo suppositus, qui sigillum continet, confractus, aut enormiter diminutus extiterit, debet denuo consecrari. » Et in *Cap. Quod, eod. titulo:* « Altare vero, in quo tabula, cui consecrationis Benedictio Pontificali ministerio adhibetur, semota fuerit, vel enormiter fracta, debet non immerito consecrari. » Et quamquam non desint, qui putant Altare fixum consecrationem amittere, etiamsi Altare integrum de loco, in quo extractum fuit, sacrisque caeremoniis delibutum, alio transferatur; communis tamen sententia est, quod hoc in casu necessaria non sit nova consecratio. Ratio est, quia licet Altare fixum in hoc differre videatur ab Altari portatili, quod hoc sit transferibile de uno loco ad alium, ipsum vero non ita, proindeque fixum dicatur, et immobile. Tamen haec differentia est mere extrinseca, accidentalis, et respectiva ad ipsum locum potius, quam inter ipsa Altaria; nam ratio formalis, per quam Altare fixum intrinsece differt a portatili, proprie in eo consistit, quod Altare

4562. SENOGALLIEN.

Demissa nimis facies Arae maxime Cathedralis Ecclesiae Senogallien., in altiore formam reducta nuper cum fuerit, superiorem lapidem Altaris eiusdem mensam efformantem a suo stipite amovere necessario oportuit; constat autem Altare illud ad modum fixi fuisse consecratum cum sigillis, atque unctionibus mensam inter, et stipitem; hinc diversa Canonicorum studia quoad necessitatem illum iterum consecrandi. Ea propter a Sacra Rit. Congregatione petitum responderi. Utrum, amota mensa ab Altari ad modum fixi, et non portatilis consecrati, necessario nova indigeat consecratione? (1)

Et Sac. eadem Congregatio, me infrascripto

eiusdem Secretario referente, « In Casu, de quo agitur Altare denuo consecrandum esse decrevit, die 15. Maii 1819.»

4563. DECRETUM GENERALE.

Quamvis S. R. C. sub die 15. Martii 1664. reprohaverit morem, qui forte alicubi obtinuerat conficiendi Amictus, Albas, Tobaleas Altarium, nec non Corporalia, et Pallas ex tela quadam composita ex lino, et gossipio subtilissimo; nihilominus novissimis temporibus adeo invaluit abusus, ut, constanti Ecclesiae disciplina posthabita, nonnullis in Ecclesiis non alia adhibeantur suppellectilia, vel ad sacrificandum, vel ad Altarium usum, nisi ex simplici gossipio confecta. Ad hanc corruptelam, quam bene multi consuetudinis nomine cohonestare nituntur, radicitus evellendam, studia converterunt Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi: solliciti idcirco, ut quod usque ab Ecclesiae primordiis quoad sacra indumenta, et su-

pellectilia ob reales, et mysticas significationes, inductum est, retineatur, restituatur, et in posterum omnino servetur; declararunt, et decreverunt, ab antiquo more sub quolibet praetextu, colore, ac titulo non esse recedendum; et eadem sacra Indumenta, ac suppellectilia conficienda esse ex Lino, aut Cannabe, non autem ex alia quacunque materia, etsi munditie, candore, ac tenacitate Linum, aut Cannabem aemulante, et aequante: Aliqua tamen indulgentia utentes, permiserunt, ut Amictus, Albae, Tobaleae, Mappulae, si quae ex gossipio habentur, adhiberi interea possint, usque dum consumentur: Sed cum huiusmodi Sepellectilia renovanda erunt, ne ex alia materia fiant, nisi ex Lino, vel Cannabe, praeceperunt. Districte vero iusserunt, ut Corporalia, Pallae, ac Purificatoria, post lapsum unius Mensis a praesentis Decreti publicatione, Linea omnino sint, vel ex Cannabe, interdicto, et vetito aliorum usu, quae ex gossipio supererunt. Et ita decreverunt, ac ubique locorum, si SSmo

fixum habet, ac essentialiter importat coniunctionem Tabulae cum sua structura inferiori, seu basi, cui Tabula proinde necessario debet esse unita: ubi e contra Altare portatile de sua natura importat esse a basi seiunctum; propter hoc enim portatile est, quia de se habet seiunctionem a basi; alias non esset amplius Altare portatile, sed fixum. Hinc essentia Altaris fixi vere, ac proprie consistit in dicta coniunctione, hoc est in mensa, seu tabula unita cum basi, fixationeque in tali loco, ideo importat, quia ibi ipsum voluit qui illud construere fecit: quod proinde ipsimet Altari est quid extrinsecum, et accidentale. Poterat enim alibi illud idem construi. Quare cum Altare supponatur eandem coniunctionem servare, Tabulae scilicet cum sua basi, non obstante ipsius translatione de uno in alium locum; dicendum est, quod adhuc retinet suum esse, ac per consequens, suam consecrationem, quae eidem accesserat: *accessorium namque cum fundetur super principali, naturam sequi congruit principalis: ex Reg. 42. de Reg. iuris in 6.* Propterea, ut verificetur illud *mota*, non est necesse, quod Tabula fuerit translata de uno in alium locum, sed sufficit, quod fuerit a sua basi disiuncta; et sic per hoc Altare nova indigeat consecratione. Hinc Glossa cum ad *Can. Si motum, tum ad Cap. Ad haec I. §. Altare; Panormitanus ibid.* alique per Altare intelligunt ipsam Altaris Tabulam, quae connexa est cum sua structura inferiori; per motum vero intelligunt advenientem disiunctionem eiusdem Tabulae, vel etiam Lapidis consecrati ab ipsa inferiori structura; adeo ut sensus illius Textus: *Si Altare motum fuerit etc.* sit iste: *Si ipsa Tabula, aut Lapis consecratus Altaris disiunctus, seu disiuncta fuerit a sua inferiori structura; Altare debet denuo consecrari.* Quod si Tabula, quam mensam dicimus, lapideo, stabilique Altari superposita, licet tantae dimensionis sit, ut subiectam structuram superet, vel saltem aequet, numquam tamen coniuncta, et unita fuisset cum inferiori stipite, et per Sacram unctionem quodammodo in angulis colligata, per amotionem, et translationem de loco ad locum haud amitteret Consecrationem, quia hoc in casu, non aliam rationem haberet, nisi Altaris portatilis, quod execratur dumtaxat, vel per enormem fracturam, vel per violationem sepulcri Reliquiarum. Quoniam igitur in proposita facti specie res sit de Altari fixo, et stabili, ac superpositus Lapis Arae maximae amotus fuerit ab inferiori stipite, cui per Sacram unctionem coniunctus fuerat, plane consequitur per huiusmodi amotionem execratum Altare fuisse, novaque indigere Consecratione, quemadmodum S. Rit. Congregatio declaravit.

Domino Nostro placuerit, servari mandarunt, die 15. Maii 1819. (1)

Facta autem per me Secretarium SSmo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua Decretum Sac. Cong. approbavit, confirmavit, typisque editum publicari praecepit; ac praeterea iussit, ut locorum Ordinarii eiusdem observantiae sedulo incumbant; die 18. eiusdem Mensis, et Anni.

4564. BONONIEN. CONCORDIAE.

Quum quaestiones exortae inter Capitulum, et Canonicos Insignis Collegiatae Ecclesiae S. Petronii Bononiae ex una, et Primicerium primam Dignitatem eiusdem Collegiatae partibus ex altera circa quasdam honorificentias, et praerogativas, quas idem Primicerius sibi vel ex privilegio, vel ex consuetudine tuebatur; et Capitulum non in omnibus eidem competere contendebat; compositae

tandem fuerint per praesentem concordiam ab utraque parte admissam, et adprobatam cum omnibus, et singulis articulis in eadem contentis, ut sequitur.

Articoli di Concordia

*Fra il Rmo Monsig. Tommaso Ciambaloni Primicerio, ed il Rmo Capitolo dell' Insigne Collegiata di S. Petronio.*

1. Si conviene, che il Primicerio procuri di entrare in Coro unitamente al Capitolo; se poi per accidente vi si recasse in tempo della Divina Salmodia, seguirà l'esempio de' suoi Antecessori con aspettare il momento, in cui tutti sieno in piedi. Dandosi il caso, (quale procurerà d'evitare) d'entrare in Coro, mentre si siede, si alzeranno li Signori Canonici, e si riporranno a sedere, dopochè il Primicerio nel piano del Coro avrà salutato *hinc inde* il Coro stesso.

(1) Huic generali Decreto occasionem dedit Dubium excitatum a pio quodam Sacerdote, et S. Rit. Congregationi ad definiendum propositum, quod sequentis tenoris est: *Cum variis ab hinc annis in permultis Ecclesiis tum Romae, tum aliarum Civitatum, et Ditionum consuetudo inducta sit, in choralibus indumentis, nempe in Superpelliceis, et Rochettis, nec non in Sacris Supellectilibus tam pro Sacerdotibus celebrantibus, quam pro usu Altarium, in Tobaleis videlicet, Amictis, Albis, Purificatoriis, ac etiam in Corporalibus, eorumque Pallis, utendi Tela ex Gossipio (vulgo Mussolo, o Dobletto) loco lini contexta: quaeritur: Utrum consuetudo ista sit toleranda? Etenim haec super re variae sunt Scriptorum cum Theologorum, tum de Sacris Ritibus pertractantium sententiae. Aliqui putant id licere, alii vero nefas esse volunt adhibere pro hisce Supellectilibus, et Indumentis aliam telam, quae specie differat a Lino, vel Cannabe, licet candore, munditie, textura dissimilis non videatur. Verumtamen nec in unum simul conveniunt illi, qui secundam hanc tenent sententiam. Quippe eorum quidam nullum ponunt discrimen inter Supellectilia, et Supellectilia; sed volunt, telam ex Gossipio adhiberi posse etiam in iis, quae immediate Sacrificio inserviunt, veluti sunt Corporalia ex contactu Corporis Christi sacra, Pallae ad tegendum, Purificatoria ad abstergendum Calicem, et Sacerdotis digitos destinata: Alii vero admittunt ex Gossipio confici posse Sacerdotalia Indumenta, Amictus videlicet, et Albas, Tobaleas insuper, quibus Altare operiendum est; non item tamen Corporalia, Pallas, Purificatoria, quae cum propius Sacris Mysteriis inserviant, non ex alia materia, quam ex lino, vel cannabe confecta adhibenda esse in Sacrificio existimant. Sacra autem Congregatio, ut quaestiones abrumperet, ac dubia removeret, quae ex diversis Scriptorum opinionibus oriuntur, rationibus hinc inde allatis mature discussis, ab antiquo, probatoque more Ecclesiae, adhibendi scilicet pro omnibus praefatis indumentis, et Supellectilibus Telam contextam ex lino, vel cannabe, recedendum non esse, eundemque ad omnimodam observantiam revocandum decrevit: proindeque inductam in aliquibus Ecclesiis consuetudinem conficiendi Indumenta, et Supellectilia pro Sacris celebrandis Mysteriis ex alia materia a lino, vel cannabe diversa reprobavit, et tamquam abusum, ac corruptelam iure merito eliminandam edixit. De Superpelliceis, et Rochettis nihil pro nunc decernendum duxit, quia huiusmodi vestes neque pertinent ad immediatum Sacrificii, et Altaris usum, neque Supellectilibus Sacerdotalibus ad sacrificandum stricte necessariis adnumerantur, sed haberi possunt potius, ut Choralia Indumenta.*

Decretum autem huiusmodi, cum generale sit, et a Supremo Pastore adprobatum, confirmatumque, praeceptivam obligationem importat; ideo Sanctitas Sua districte iubet, ut Locorum Ordinarii eiusdem observantiae sedulo incumbant, ne ullus sit, qui latam legem sub quolibet praetextu, vel titulo audeat eludere.

2. Convengono i Signori Canonici, che nelle solennità si dia al Primicerio il distintivo di un cuscino con panno di lana; intervenendo poi il medesimo in Coro negli altri giorni, si dovrà contentare del primo stallo.

3. Resta fermo, che il Coro debba cominciare dalla parte, alla quale spetta nel turno ebdomario. In quanto poi all'intonazione delle Antifone, Pace, ed incensazione, si conviene, che debba principiarsi dalla parte del più degno.

4. Si conviene, che al Primicerio, come prima Dignità del Capitolo, si dia la trina incensazione, ogni qualvolta però non siavi presente il Cardinal Arcivescovo, o altro Cardinale.

5. Si conviene altresì, che ogni qualvolta il Primicerio canterà Messa nella propria Chiesa, o farà altra funzione, che richieda l'assistenza Canonica, sarà dai Canonici assistito. Che se poi cantasse i Vespri, gli si dovrà l'assistenza dei Beneficiati, o Cappellani, secondo l'uso della Chiesa.

6. Si conviene, che nel mezzo del Capitolo si ponga il parato privatamente pel Primicerio.

7. Dovendosi adunare il Capitolo, se questo è del numero degli ordinarii, o per qualche urgenza, che non ammetta dilazione, dovrà intimarsi dal solo Camerlengo: accadendo poi da doversi tenere Capitoli straordinarii, che danno luogo a dilazione, non saranno convocati, se non coll'intelligenza del Primicerio.

8. Riguardo poi alle lettere, e plichi diretti al Capitolo, trattandosi d'affari urgenti, potranno aprirsi dal Camerlengo, o da chi ne fa le veci, con dargli corso, secondo esige la qualità dell'affare; che se poi nelle suddette lettere, o plichi si trattasse d'affari, che ammettono dilazione, si conviene, che il Camerlengo, o chi ne esercita le veci, ne partecipi la notizia al Primicerio.

9. Riguardo alla direzione della Sacristia, e l'assunteria, ossia deputazione di due Canonici, ed ogni altro atto relativo a questo oggetto, si conviene, che debba essere mantenuto il sistema fissato pel buon regolamento della Sacristia fin dall'anno 1759., cogli attributi ulteriori, che convengono al Primicerio, pe' quali egli percepisce annui scudi venti dalla Fabbrica.

10. Non si controverte, che il Primicerio debba tenere la chiave della custodia, che racchiude la testa di S. Petronio: riguardo poi alla custodia delli tre Altari, cioè l'Altare maggiore, del Sacramento, e del Coretto, si manterrà in possesso il Primicerio attuale, finchè esso riterrà il Primiceriato, senza che da tale atto possa intendersi

pregiudicato il Capitolo, ed aversi per acquistato alcun diritto a favore de' successori.

11. Non si controvertono al Primicerio le onorificenze, e i diritti legittimamente introdotti, e goduti dalli suoi antecessori nel tempo del Governo Pontificio, a norma però dei presenti temperamenti contenuti in questa amichevole concordia, diretta a troncare le dispute, ed a fissare uno stabile regolamento.

12. Finalmente si conviene, che accadendo qualche sconcerto in Sacristia, ove si trovi presente il Primicerio, ad esso apparterrà il richiamare la quiete e la concordia, e rimediare al disordine: se poi egli non fosse presente, apparterrà di ciò fare alli due Canonici deputati a presiedere, ed invigilare sulla Sacristia; ed in mancanza di questi, al più degno, che ivi si trovi. Accadendo questioni in Capitolo, il Primicerio avrà il diritto di dire pel primo il suo parere; la decisione però apparterrà privatamente al Capitolo colla maggioranza de' voti.

Quumque, ut huiusmodi concordia Apostolica firmitate roboretur, supplices preces ad hanc obtinendam porrectae fuerint SS<sup>mo</sup> Domino Nostro Pio VII. Pont. Max.; Eadem Sanctitas Sua ad relationem Emi, et Rmi Domini Card. de Somalia S. R. C. Praefecti *benigne annuit*, ut ex sequenti Rescripto eiusdem Emi, ac Rmi Dom., videlicet: ex Audientia SS<sup>mi</sup>: die 16. Ian. 1820.: «Utendo facultatibus a SS<sup>mo</sup> Dom. Nostro Pio VII. Pont. Max. Nobis in audientia sub hac die specialiter impertitis, adprobamus, et confirmamus insertam concordiam initam inter Primicerium primam Dignitatem ex una, et Capitulum, ac Canonicos Insignis Collegiatae S. Petronii Bononiae partibus ex altera, cui, et omnibus, ac singulis articulis in ea contentis, Eadem Sanctitas Sua Apostolicae firmitatis pondus adiecit, indulgendo, et derogando, si quae in eadem concordia, contentisque Articulis sunt, quae indulgentia, aut derogatione indigeant. Quibuscumque in contrarium disponentibus minime obstantibus.» Et ita etc. Die 16. Ian. 1820.

4565.

CIVITATEN.

PROVINCIAE COMPOSTELLANAE  
SUPER RESOLUTIONE DUBIORUM.

R<sup>mus</sup> Episcopus Civitaten. Provinciae Compostellanae pro Ordinum collatione, nec non Ecclesiarum, atque Altarium consecratione, aliisque benedictionibus, iuxta Pontificalis Romani Rubricas accurate, et ad praescriptum disciplinae Ecclesiae peragendis, Sac. Rit. Congregationi humillime supplicavit, ut iis, quae subiacent, responsum reddere dignaretur.

1. Cum nec in Pontificali, nec alibi reperiantur, quae dicenda, quaeque facienda sint, dum plures Arae consecrantur simul; Quaeritur, si quae in Pontificali pro consecratione Altaris portatilis sunt in singulari, dicenda sint in plurali, v. g. hos Lapides, has tabulas, has Petras, et similia; cum Altare sit ipse Christus, et nihil dicat Pontificale?

2. An sufficiat ter tantum ante Tabulas consecrandas dicere: *Deus in adiutorium meum intende*, pro omnibus Aris simul consecrandis (1)?

3. In verbis *Sanctificetur*, et *Consecretur* sunt quinque Crucis signa in Pontificali; et Rubrica

dicat, quod Pontifex facit Crucem cum pollice; sufficitne facere unam tantum Crucem pollice, et unam tantum benedicendo manu, quoties haec verba proferenda sunt in qualibet Ara (2)?

4. Pontifex aspergit tribus vicibus in circuitu Tabulam, seu Aram, et dicit Antiphonam, et Psalmum *Miserere*, et Orationem sequentem, et tribus vicibus incensat in circuitu Tabulam, seu Aram, et dicit Psalmum *Quam dilecta*. Sufficitne aspergere, et incensare tribus vicibus tantum in circuitu omnium Tabularum simul consecrandarum tamquam in unum iunctarum, et semel dicere Orationem, et Psalmos praedictos (3)?

(1) In hoc Sacrae Congregationis ad primum, et secundum Dubium responso nihil occurrit, quod illustrandum, aut magis sit declarandum: imo certa datur regula servanda in similibus, si in *Pontificali Libro*, praeter *Ordinationes*, pro quibus apte Rubrica distinguit, quae super omnibus, et quae super singulis Ordinandis dicenda sunt, aut agenda, aliae occurrant Consecrationes, atque Benedictiones, quarum ritus unam dumtaxat respiciunt personam, aut res, si ad plures sint transferendi. Discrimine quippe est opus; alia enim praeparatoria sunt; alia Benedictioni, aut Consecrationi essentialia: alia demum ad gratiarum actionem referuntur. Itaque preces, quae fiunt vel ad implorandum Dei praesidium, vel pro re bene gesta ei debitas grates reddendum, nequeunt ex Ecclesiae instituto omitti; verumtamen haberi dumtaxat possunt, ut quaedam rerum, vel personarum Benedictioni, aut Consecrationi adiuncta; ideo et semel, et in plurali dicendae; nec toties reiterandae, iuxta numerum rerum, et personarum. Etenim preces, et Psalmi, qui ante Consecrationem leguntur, qui infra eandem actionem praemittuntur unctionibus, et signis ab Episcopo peragendis, aut, expleta iam Consecratione, recitantur; proprie non constituunt ritum super persona, aut re consecranda exequendum; eo tamen diriguntur, ut Deus suam elargiatur gratiam, et acceptum, gratumque habeat cum quod agendum est, tum quod agitur, et actum est. Secus vero dicendum de unctionibus, adspersionibus, signis, formulis, precibus, quae ab ipso Episcopo fiunt, et pronunciantur, coniungendo simul preces, et formulas cum actionibus. Ea namque essentialiter ritum important Benedictionis, et Consecrationis. Ideo dum Episcopus pollice dexterae manus signat Cruces, cum aqua benedicta, oleo Catechumenorum, et Chrysmate tabulas ad praescriptum Pontificalis iungit, simultanee formulas, Benedictionesque pronuntians, necessario, et actiones, et preces, sive Benedictiones repetere debet super qualibet tabula consecranda, quia actiones, et preces in his simul coniunguntur, et essentialiter ad ritum Consecrationis referuntur, imo ipsam Consecrationem perficiunt. Sacra autem Congregatio huiusmodi adhibita distinctione, nedum propositis dubiis respondit; verum etiam certam dedit regulam in similibus, si quae forte occurrant, omnino tenendam.

(2) Huius Dubii solutio plane consequitur ex regula generali, quam Sacra Congregatio constituit in *responsione ad 1. et 2.*

(3) Standum Libri Pontificalis praescripto, ad cuius normam thurificatio per gyrum in consecratione Altaris facienda est. Haud enim oportet singulas circuire tabulas, dum plures simul sacrandae sunt; sed satis est de latere ad latus thurificare mensam, in qua sitae reperiuntur; etenim huiusmodi thurificationes perinde habentur, ac actus praeparatorii ad unctiones cum oleo catechumenorum singulariter ab Episcopo peragendas supra quamque tabulam. Dum autem thurificatio per gyrum fit, bonus odor supra tabulas omnes, quae in mensa sunt, diffunditur. Id adeo verum est, ut, linente Episcopo oleo catechumenorum Aras, cum ipse simul thuribulum fumigantem agitare per gyrum nequeat, et interea non sit a thurificatione cessandum; id, ut fiat a Sacerdote Superpelliceo induto Libri Pontificalis Rubrica praecipit. Excipienda tamen est postrema thurificatio, quae secus ac aliae, de quibus supra, reiteranda est super singulis Aris; non enim actio praeparatoria, sed essentialis est,



5. Inter ea, quae pro Altaris Consecratione parari debent, ordinatur media libra thuris, cuius medietas sit in granis. Estne eadem sumenda pro singulis simul consecrandis, aut sufficit sumere pro omnibus simul quantitatem thuris pro arbitrio (1)?

6. Sufficitne celebrare Missam super unam

et fieri debet ab Episcopo non circum, sed *supra tabulam in modum Crucis*; canente interim Choro Antiphonam: *Omnis terra etc.*

(1) Dum Pontificale certam quantitatem thuris parandam esse iubet ad thurificandum, et creandum, non illam taxative designat, sed demonstrative, illam scilicet, quae pro numero Altaria necessaria censetur. Quum autem ut plurimum mobilia Altaria plura sint, quae simul consecrantur, pro eorumdem maiori, vel minori numero, maius minusque esse debet thuris pondus. Ideo in parvo Pontificali Romae evulgato anno 1759. (cuius exemplaria rarissima sunt) de ritu consecrandi plures Aras portatiles, non thuris quantitas specificatur, sed expresse dicitur quod *paratur sufficiens quantitas thuris, cuius medietas sit in granis.*

(2) Iubet Rubrica praefati parvi Pontificalis, quod, extersis tabulis per ministros cum panno lineo, vel Episcopus paret se ad celebrandum, si voluerit, vel faciat per aliquem Sacerdotem super una ex tabulis consecratis celebrare Missam, quae erit ut in Missali in ipsa die consecrationis Altaris. Soluta igitur quaestio est, et omnis cessat ratio dubitandi.

(3) Tam clare, et dilucide suum pro veritate super hoc quaesito, et duobus sequentibus votum aperuit cl. vir Ioannes Canonicus Fornici, alter ex Sedis Apostolicae Caeremoniarum Magistris, et Congreg. Caeremonialis a Secretis, ut iis, quae ab eodem scite, docteq. allata sunt, frustra aliquid adicerem.

De primo agens quaesito, sic inquit: « Cum a praeis Ecclesiae Saeculis, ut patet ex Concilio Carthaginensi 10. Canon. II. Clavium traditione initientur Ostiarii, qui in Hierarchia Ecclesiastica primum gradum constituunt, et quos quam antiquos fuisse in Ecclesia Romana docet nos egregie illa Sancti Cornelii Papae Epistola ad Fabium Episcopum Antiochenum apud Eusebium lib. 6. cap. 43. Historiae etc. recte praescribit Pontificalis Rubrica, ut pro ipsis ordinandis Ostiariis, Ecclesiae claves parentur. Sunt enim claves signum potestatis spiritualis, quae confertur Ostiariis, de quorum munere agit Sanctus Isidorus Hispalensis, De officiis lib. 2. cap. 15. Eorum quippe est aperire, et claudere Ecclesiam, res ad eam pertinentes custodire, Fideles admittere, Infideles, et Excommunicatos modeste repellere, convocare Populum ad praestandum Deo cultum, et Foeminas ab Altari, in quo celebratur, discrete arcere. Iam vero, si quae ab Ostiario custodienda sunt, non pluribus clavibus, sed una tantum recluduntur; si Ecclesia vel Oratorium una tantum clavi aperiatur, et claudatur, ii praesertim, qui sequuntur sententiam aliquorum Doctorum, inter quos recensetur Beatus Alphonsus de Ligorio, profecto tenere debent unam tantum clavem Oratorii, vel Ecclesiae materiam esse sufficientem pro Ordinatione Ostiariorum. Legitur enim in Examine Ordinandorum ex eius doctrina desumpto, cap. 3. art. 2. sect. 1. de Ostiariatu: Quod Claves in Ordinatione Ostiariatus esse debent propriae Ecclesiae, nec possint aliae substitui: Igitur si claves tradendae debent esse propriae Ecclesiae, nec aliae possunt substitui in Oratorio, vel Ecclesia, quae unam tantum habet clavem, aut nemo ordinari potest in ea Ostiarius, aut in eius Ordinatione una tantum clavis eidem est tradenda. Et fortasse Episcopus Orator tenet et ipse, quod revera, dum Ostiariatus Ordinem confert, debeant parari, et in promptu esse claves Ecclesiae, in qua tenet Ordinationem.

Verum Ostiarii non ordinantur pro aperienda Ecclesia, eaque claudenda, et custodiendis iis omnibus, quae in eadem custodiuntur, in qua ordinantur. Non enim ordinantur Ostiarii pro una tantum Ecclesia, sed traditione clavium designantur, et constituuntur in Ordine Ostiariatus, pro quibuscumque aperiendis, et claudendis Ecclesiis, ac pro aliis muneribus perfungendis in qua-

tantum Aram antea consecratam, vel extunc consecratis (2)?

7. In Ordinatione Pontifex tradit Ostiariis claves Ecclesiae. 1º. In Oratorio, seu Ecclesia, quae unam tantum habeat clavem, haec una clavis estne sufficiens pro materia remota Ostiariatus (3)?

2º. Ostiarii debentne singuli successive tan-

gere Claves? Sufficitne simul tangere, et non successive, et super duos, vel tres, aut quatuor simul tangentes materiam proferre formam Ordinationis (1)?

30. Similiter ex Pontificali debent successive tangere Calicem, et Patenam Subdiaconi, et Pre-

sbyteri in eorum Ordinatione. Sufficitne quod simul tangant, et non successive singuli, et super duos, aut tres, aut quatuor simul tangentes materiam, proferre formam, dum Pontificale dicit: *Accipite* (2)?

8. Caditne sub praecepto assistere, et cele-

» cumque Ecclesia. Hinc est quod Theologi fere omnes tenent, pro clavibus Ecclesiae, quae iuxta  
» Rubricas parari debent, quasque debent Ostiarii tangere, non designari claves Ecclesiae proprias,  
» sed quascumque claves, dummodo aptae sint ad aperiendum, et in praxi hoc ab omnibus Epi-  
» scopis in Ordinatione Ostiariorum servatur. Nec obstat, quod in traditione clavium, quae non sint  
» propriae Ecclesiae, non amplius verificentur verba, quae proferuntur ab Episcopo aiente; *Sic*  
» *agite, quasi reddituri Deo rationem pro iis rebus, quae his clavibus recluduntur*: Nam claves,  
» quae traduntur Ostiariis, sunt *signum demonstrativum* iurisdictionis aperiendi, claudendi quas-  
» cumque Ecclesias, et custodiendi, quae in Ecclesiis custodiuntur, non *taxativum* ad ea tantum  
» custodienda, quae traditis clavibus recluduntur. Traditio potius unius clavis aliquo modo obsta-  
» ret praedictis verbis, quae in numero plurali exprimuntur, non in singulari.

» Quibus positis, quamvis signum demonstrativum Iurisdictionis, quae confertur Ostiariis tam  
» una clavis, quam plures efficiant, ac propterea non dubitarem, unam tantum clavem esse ma-  
» teriam sufficientem pro Ordinatione Ostiariorum; cum tamen hoc *signum sit Indicativum* Iuris-  
» dictionis pro quacumque Ecclesia, non *taxativum* pro ea, in qua ordinantur; et multo magis,  
» ne ex affirmativa responsione huius Sacrae Congregationis ad propositum dubium deducatur, et  
» confirmetur aliquorum opinio, quod claves tradendae debeant esse propriae Ecclesiae, nec possint  
» aliae substitui, unde in Oratorio, seu Ecclesia, quae unam tantum habet clavem, haec sola tra-  
» denda sit, respondendum censerem: *Quamvis una clavis posset esse materia sufficiens pro Ordina-*  
» *tione Ostiariatus, servandam tamen esse Rubricam, quae praecipit, claves esse tradendas, quae*  
» *sive argenteae sint, vel ferreae, sive lignae, dummodo aptae sint ad aperiendum, constituunt*  
» *materiam remotam huius Ordinis.* »

(1) Pergit ad secundam Dubii partem, inquires « Clara est quoad secundam dispositio Rubricae.  
» *Pontifex accipit, et tradit omnibus claves Ecclesiae, quas successive manu dextera singuli tan-*  
» *gunt, Pontifice dicente: Sic agite quasi reddituri Deo rationem pro iis rebus, quae his clavi-*  
» *bus recluduntur.* Claves ergo non accipiendae sunt successive ab omnibus, sed omnibus traden-  
» dae ab Episcopo, ut singuli Ordinandi illas tangant manu dextera. Quotquot ergo eodem tempore  
» possunt tangere claves, possunt eodem tempore ordinari Ostiarii, Pontifice dicente: *Sic agite etc.*  
» Et quoniam impossibile est, quod, si permulti sint Ostiarii, omnes tangant claves, quas tradit Epi-  
» scopus; hinc est, quod eodem tempore ordinari possunt, ut fit in Patriarchali Lateranensi Basilica;  
» duo, vel tres, qui simul tangunt claves, de novo repetita forma super alios successive tangentes. »

(2) Tandem ad tertiam dubii partem sic ait: « Traditio Calicis cum Patena, prout exponitur in  
» tertio dubio, tam fit Subdiaconis, quam Presbyteris, dum ordinantur; ea tantum differentia, quod  
» Subdiaconis traditur Calix vacuus cum Patena vacua superposita; Presbyteris Calix cum vino, et  
» aqua, et Patena superposita cum Hostia. Verum si de Subdiaconis loquatur dubium, error irre-  
» psit in indicatione formae: *Accipite*; cum formula pro Subdiaconis sit: *Videte cuius ministerium*  
» *vobis traditur etc.* Si vero de Presbyteris, maior est error, quia non legitur in Pontificali pro  
» ordinatione Presbyteratus, quando eis traditur Calix cum Patena, *Accipite*, sed *Accipe*: Forma  
» ergo in traditione Calicis, et Patenae pro Ordinatione plurium Subdiaconorum ponitur in plurali;  
» in Ordinatione Presbyterorum praescribitur in singulari, *Accipe*. Hinc evidentissime deducitur, quin  
» aliae Theologicae rationes adducantur, quod super duos, vel tres Subdiaconos ordinandos, qui  
» revera successive tangant eodem tempore Calicem et Patenam, proferri potest forma: *Videte*: In  
» ordinatione vero Presbyterorum, cuilibet esse Calicem cum Patena tradendum, et in huiusmodi

brare in Vesperis, Matutinis, Laudibus, et Missa in diebus, in quibus Pontificale, et Caeremoniale loquuntur de caeremoniis observandis a Pontifice, seu Episcopo (1)?

9. Ceditne sub praecepto Anniversarium pro antecessore Episcopo defuncto omnibus annis, ut in Caeremoniali (2)?

traditione cuilibet esse formam repetendam: *Accipe*: Haec enim est pro Presbyterorum ordinatione dispositio Rubricae Pontificalis: *Episcopus unicuique cum Oleo Catechumenorum inungit ambas manus simul iunctas, dicens: Consecrare, et sanctificare digneris Domine: Et postquam omnium Ordinandorum fuerint manus unctae, et consecratae, necnon panniculo albo simul alligatae, cuilibet successive tradit Calicem cum vino, et aqua, et Patenam superpositam cum Hostia, quam Ordinandus accipit inter indicem et medium digitum, cuppam Calicis, et Patenam simul tangens, eodem Pontifice singulis dicente: Accipe potestatem offerre Sacrificium Deo etc.*»

(1) Quamquam Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 34., enumerando Festivitates, in quibus solemne est, ut Episcopus vel pontificaliter celebret, vel in pontificalibus Sacris Mysteriis assistat, non praeceptiva verba adhibeat, sed iis utatur, quae congruentiam, decentiam, facultatem important, videlicet *debet, poterit, etc.* nihilominus solemniores aliqui sunt dies, in quibus, nisi legitime impeditus fuerit, per se ipsum omnino celebrare tenetur. Sunt autem dies Nativitatis Domini, et Dominica Sancta Paschae. Quoad hosce dies idem Caeremoniale forma utitur prorsus diversa, quae praeceptiva est. Agens lib. 2. cap. 14. de Festo Nativitatis Domini, ponit in arbitrio Episcopi primam Missam in nocte, non ita tamen quoad tertiam: *Episcopus vero (sic num. 11.) non sumet Purificationem (si in nocte celebraverit) et in fine post Benedictionem non dabit Indulgentiam, quia in tertia Missa, QUAM OMNINO CANTABIT EPISCOPUS IN DIE, erit Indulgentia publica*: Et cap. 29. num. 1. legitur: *In die Paschae Resurrectionis D. N. I. C. Episcopus, nisi aliquo legitimo impedimento fuerit praepeditus, MISSAM SOLEMNEM OMNINO CELEBRARE DEBET*. Ubi notandum est, quod ad praeceptum imponendum satis erat verbum *debet*; additur tamen illud *omnino*, ut sciant Episcopi, gravem sibi obligationem inesse celebrandi pontificaliter Missam in diebus Nativitatis Domini, et Paschatis, nisi legitimum intercedat impedimentum; in aliis vero diebus magnae solemnitatis, qui enumerantur cap. 34. num. 1. licet non urgeat praeceptum, deest, et congruit, ut Episcopi Sacrum solemne per se ipsos faciant. Quod si non legitime impediti negligerent, populo ipsis commisso occasionem scandali, et offensionis praerberent.

(2) Nedum decet, verum etiam omnino debet Anniversarium celebrari pro Episcopo ultimo loco defuncto. Rubrica namque *Caeremonialis lib. 2. cap. 36.* praeceptivis utitur verbis. *Episcopus vivens Praedecessoris sui proxime ante ipsum defuncti memoriam habere debet, et pro eius Anima singulis annis in die obitus anniversarium celebrare, vel saltem Missae pro eius anima ab aliqua Dignitate, vel Canonico celebrandae, praesens assistere, et in fine absolvere*. Ideo S. R. C., instante Episcopo Signino pro declaratione dubii: *An ipse posset compellere Canonicos ad canendam Missam pro Anniversario Episcopi ultimo loco defuncti?* Eadem S. C. sub die 23. Novembris 1653. respondit: *In hoc servandam esse dispositionem Caeremonialis: quod perinde valet, ac si respondisset: affirmative, et compelli posse Canonicos ad praescriptum Anniversarium, quod Caeremoniale omnino praecipit per verbum debet.*

(3) Licet Episcopis, qua funguntur ordinaria auctoritate, publici Sacelli erectionem queant permittere, ut Sacrum in eo fiat, non ad alicuius privatae familiae commodum, sed et ad aliorum extraneorum utilitatem; ideo tale Sacellum, sive Oratorium, quod parva Ecclesia est, ostium apertum habere debet in viam publicam, ut cunctis pateat ingressus: intra vero privatae domus parietes, nemo, praeter Romanum Pontificem, indulgere potest, ut domestica Oratoria, ad ibi Sacrum faciendum, erigantur. In Dubio autem, quod proponitur, quamvis non sit clare expressum, prae-

10. Potestne Episcopus vel per se ipsum, vel per alium Sacerdotem benedicere Oratorium Monialium S. Augustini, quae, destituta earum Conventu, vitam degunt in quadam domo, ut possint Sacramenta Confessionis, et Sacrae Eucharistiae recipere, cum absque clausura vivant (3)?

11. Minores Ordines post meridiem Feriae VI.

ante Sabbatum Ordinum, possuntne conferri, uti fit (1)?

Et sacra eadem Rituum Congregatio, exquirit prius sententia, et voto alterius ex Aposto-

sumi tamen potest privilegium ab Apostolica Sede concessum, cum agitur de Sacello domestico, pro commoditate Monialium provisionaliter ibi sine clausurae lege commorantium. Posito autem, quod revera Apostolicum non desit Indultum, et legitime Oratorium fuerit erectum; cum privatam sit, solemniter benedicendum non est, nisi adhiberi velit Benedictio domus, vel loci, quae nullam solemnitatem habet, et fieri potest privatim a quolibet Sacerdote quocumque tempore. Equidem Rituale Romanum ritus, preces, sacrasque caeremonias praescribit, tam pro minoribus Ecclesiis, quam pro parvis Oratoriis benedicendis; verum ibi agitur de Oratoriis publicis, quae cunctis patent, et in viam publicam habent apertum ostium; sed huiusmodi ritus trahi nequeunt ad Oratoria domestica. Non inficior *Gatticum* in Tractatu *de Oratoriis domesticis cap. 12.* in ea opinione versari, quod Oratoria ipsa domestica consueverint benedici, et consecrari, ante quam in iisdem Missae Sacrificium celebraretur. Sed id a iure, quo vivimus, alienum est, ac propterea idem *Gatticus* ibidem *num. 20.* benedicenda esse Oratoria domestica omnino negat. Videatur *Baruffaldus* ad Ritual. Rom. *tit. 72. num. 18. et 19.* nec non *Catalanus* ad idem Ritual. Rom. *tit. 8. cap. 19. n. 10.*, ubi docet: « Oratoria in domibus privatis erecta, ut in iis Sacrificium Missae celebretur, nequaquam benedici debere praescriptis in Rituali precibus pro Benedictione novae Ecclesiae, vel Oratorii publici; et ratio est, quia Oratoria illa non perpetuo Deo devoentur, sed pro libito illius, qui gaudet huiusmodi Indulto ab Apostolica Sede obtento, in alios usus converti solent, vel saltem post illius mortem Sacrificio inepta redduntur. Sed neque conveniens est, ut privatae domus Oratoria, passim illa praerogativa decorentur, quae praecipue pro publicis Oratoriis a Rituali praescripta est. Ut enim maiores Ecclesiae a minoribus sive ab Oratoriis publicis circa ritum Dedicacionis distinguuntur (nam illae, ut dictum est, Pontificali Consecratione indigent, ista vero Sacerdotali dumtaxat Benedictione) ita par esse videtur, ut privata Oratoria a publicis differant circa ritum Benedictionis, quae in Rituali solum pro novis Ecclesiis, publicisque Oratoriis assignatur. Caeterum docet laudatus *Gatticus*, satis esse, si Oratoria privatarum domorum, antequam Sacrificium Missae in iis celebretur, aqua benedicta aspergantur, et super illa recitetur communis, ac generalis precum formula, quam pro nova benedicenda domo Rituale nostrum proponit. »

(1) Quidquid sit de iure antiquo quoad statuta tempora pro conferendis minoribus Ordinibus certam modo regulam tradit *Pontificale Romanum*, ubi in *Titulo de Ordinibus conferendis* sic legitur: *Tempora Ordinationum sunt: Sabbata in omnibus quatuor temporibus, Sabbatum ante Dominicam de Passione, et Sabbatum Sanctum. Clericatus, seu prima Tonsura quocumque die, hora, et loco conferri potest. Minores vero Ordines possunt dari singulis Dominicis, et Festivis diebus duplicibus ubicumque, et mane tantum.* Etsi vero haec sit tenenda regula, attamen in Ordinationibus Generalibus variis in Ecclesiis consuetudo invaluit conferendi Minores Ordines non in Sabbato, sed in Feria sexta immediate ante post meridiem; quae consuetudo, ut ait *Layman* ad *cap. De eo 3. de temporibus Ordinationum, reprobare non potest.* Et revera plures sunt Scriptorum, qui testantur morem conferendi Minores Ordines vespere Ferae sextae quatuor Temporibus. Ita *Gobat. tom. 1. tract. 8. num. 52.* *Escobar in Theologia Morali lib. 32. cap. 18. num. 230.* *Rossignoli de Ordinibus Ecclesiasticis art. 1. quaest. 2. part. 7. num. 4.* *Henriquez in Summa lib. 10. cap. 12. num. 2.* *Reinfestuel. lib. 1. decret. tit. 1. num. 31.* bene plurimos alios brevitate ergo praetermittimus. Imo morem hunc ubique fere receptum testatur *Fagnanus in tit. cap. De eo, num. 14.*; ipse tamen in sensu est, quod huiusmodi consuetudo, utpote abusiva, prorsus sit abroganda. Id, ut fieri possit, et optandum, et curandum est. Sed quoniam consuetudines, quae profundas fixere radices, difficillime eradicari possunt; ideo Apostolica Sedes, dum iubet, ut curae omnes ad eas tollendas adhibeantur, nihilominus, ubi difficile est eas abrumpere, tolerandas esse permisit. Ita in simili quaestione respondit Sacra Congregatio Concilii. Siquidem rogata ab Episcopo *Portallegren: An supposita consuetudine immemorabili, licitum sit conferre primam Tonsuram, et minores Ordines Feria sexta post prandium*

hearum caeremoniarum magistris scripto exarata, typisque evulgata, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Dom. Cardinalis Iulii Mariae de Somalia Sac. eidem Congr. Praefecti, et Ponentis, respondendum censuit, ut infra sequitur, videlicet.

Ad primum: « Quando Episcopi ritum Consecrationis, seu Benedictionis, in Pontificali pro uno tantum praescriptum, exercere debent pro pluribus, regulam certam pro his, quae semel in plurali dicenda sunt, quaeque cuilibet repetenda in singulari, desumant ex eodem Pontificali in collatione Ordinum pro pluribus, ita videlicet, ut Psalmi, Antiphonae, Preces recitandae a Choro, vel etiam a solo Episcopo, quae cum actionibus non coniunguntur, semel, et respective in plurali dicantur; actiones vero cum adiunctis formulis, uti sunt Cruces, et Uctiones, super singulis Aris ab Episcopo reiterentur.

Ad secundum: « Affirmative, ut ad primum. »

Ad tertium: « Negative, sed signa Crucis cum pollice, et manu benedicendo toties faciendae sunt, quoties cum signo Crucis adnotatur forma sanctificationis, et consecrationis quam proferre debet Episcopus iuxta praescriptum Rubricae, prius in medio Tabulae, deinde in quatuor cornibus illiusmet Tabulae, et idem successive facere, et repetere super singulis lapideis Tabulis consecrandis. »

Ad quartum: « Affirmative ad utramque partem, videlicet sufficere aspergere, et incensare tribus vicibus tantum in circuitu omnium Tabularum, et semel dicere Antiphonas, Orationem, et Psalmum *Miserere*, non vero Psalmum *Quam dilecta* ( ut perperam ponitur in dubio ), qui non dicitur dum tribus vicibus per gyrum thurificatio fit, sed dicitur semel dum Oleo Catechumenorum liniuntur Tabulae. Excipienda tamen est postrema thurificatio ante Orationem: *Descendat, quaesumus, Domine* etc. iteranda supra singulas Aras. »

Ad quintum: « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, dummodo quantitas thuris cum ad thurificandum, tum ad cremandum in Aris satis sit pro numero Tabularum. »

Ad sextum: « Post peractam Consecrationem Altarium portatilium Missam vel per Episcopum,

vel per aliquem Sacerdotem celebrandam esse super unam dumtaxat ex Tabulis consecratis. »

Ad septimum: « Ad primum quaesitum Dubii 7., quamvis una clavis esse possit materia sufficiens pro Ordinatione Ostiarii, servandam tamen esse Rubricam, quae praecipit claves esse tradendas, quae sive argenteae sint, sive ferreae, sive lignae, dummodo aptae sint ad aperiendum, constituunt materiam remotam huius Ordinis. Ad quaesitum secundum: Affirmative ad utramque partem; dummodo qui simul ordinantur Ostiarii tangant manu dextera claves, dum Episcopus proferat formulam. Ad quaesitum tertium: Affirmative quoad Subdiaconos: Negative quoad Presbyteros: siquidem iuxta Pontificali Rubricam in Ordinatione Subdiaconorum super duos, vel tres simul manu dextera tangentes Calicem cum Patena potest ab Episcopo proferri forma: *Videte cuius ministerium vobis traditur* etc. In Ordinatione vero Presbyterorum cuilibet tradendus est Calix cum vino, et aqua, et Patena cum Hostia, et cuilibet formula repetenda est in singulari: *Accipe potestatem* etc. »

Ad octavum: « Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 14. num. 11. et cap. 29. num. 1. positivum praeceptum imponit Episcopo legitime non impedito celebrandi per seipsum in die Sancto Paschae, et tertiam Missam in die Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi; in aliis vero solemnioribus enumeratis in cap. 34. num. 2. deest, maximeque convenit, ut Sacrum solemne faciat, prout etiam, ut Pontificalibus indutus in aliis, quae ibidem indicantur num. 4. Vesperis, Matutinis, Laudibus, et Missae per Dignitatem, vel Canonicum celebratae assistat. »

Ad nonum: « Affirmative. »

Ad decimum: « Negative, cum Oratoria privata nunquam benedicantur ritu praescripto in Rituali Romano pro publicis Oratoriis. »

Ad undecimum: « Servandam esse resolutionem S. Congregationis Concilii, quae sub die 13. Aprilis 1720. in Portallegren. simili Dubio respondit: Affirmative quoad primam Tonsuram; et quoad caeteros minores Ordines consuetudinem immemorabilem tolerari posse; sed expedire, ut Epi-

ante diem Sabbati quatuor Temporum in casu etc.? sub die 13. Aprilis 1790. hoc dedit responsum: Affirmative quoad primam Tonsuram; et quoad caeteros minores Ordines consuetudinem immemorabilem tolerari posse; sed expedire, ut Episcopus se conformet Pontificali Romano De minoribus Ordinibus. Ubi notandum est, quod non alia consuetudo toleranda sit, quam quae revera immemorabilis; sed etiam, si talis sit, mentem tamen Sacrae Congregationis esse, ut corrigatur ita, ut in posterum ordo praescriptus a Pontificali Romano omnino servetur.

scopus se conformet Pontificali Romano titulo De minoribus Ordinibus.»

Atque ita statuit, et decrevit, die 11. Martii 1820.

4566. MAZARIEN. RESOLUTIONIS  
DUBIORUM.

Dioecesis Mazarien. de anno 1804. obtinuit ab hac Sancta Apostolica Sede indultum agendi postrema mensis Augusti die Festum S. Conradi Confes., et die septima subsequentis Septembris alterum B. M. V. de Iubino nuncupat. sub rit. dup. Cum autem in primo ex his diebus Ecclesia Collegiata Castrī Veterani dictae Dioecesis, celebritatem recolat propriae Dedicacionis; et in altero Octava dies solemnī finem imponat recordacioni; indulta Officia cedere necessario locum debuerant, erantque ea propter transferenda in primam diem non impeditam Officio IX. lectionum,

iuxta Rubricas, ceu reapse assignata fuit Festo S. Raymundi Nonnati, cuius pariter Officium a propria sede removendum fuit. Verumtamen illius Chori Praefectus vigesimam septimam diem mensis Octobris Festo B. M. V. de Iubino, nonam autem supra vigesimam Novembris S. Conradi Officio pro ingenio suo assignavit, etiamsi plures post Octavam Dedicacionis dies non impediti Officio IX. lectionum haberentur. Ea propter Sacerdos Gaspar Maggio Ecclesiae illius Collegiatae Beneficiatus, et Caeremoniarum Magister muneris sui partes esse arbitratus est, Sac. Rit. Congregationem rogare pro resolutione sequentium Dubiorum.

1. Utrum talis assignatio fieri potuerit a praedicto Decano, vel debuerit fieri ab Ordinario Dioecetano? (1)

2. An, quia assignatio diei facta non fuit

(1) Cum Officia concessa ab Apostolica Sede Clero Civitatis, et Dioecesis Mazarien. pro diebus sacris B. Mariae Virgini nuncupatae de Iubino, et S. Conrado Confessori nequirent obtinere assignatam sedem in Ecclesia Collegiata Castriveterani eiusdem Dioecesis, ob occursum Dedicacionis, huiusque diei Octavae; erant necessario transferenda ad alias dies tamquam ad sedes proprias, in perpetuum retinendas, et nunquam in posterum immutandas. Factum id revera fuit a Chori Praefecto. Aegre hoc tulit illius Ecclesiae caeremoniarum Magister; quamobrem rem detulit ad Sac. Rit. Congregationem, quaesivitque; num ad Episcopum pertineret quod Chori Praefectus perperam sibi usurpaverat. Verum non hoc erat postulandum, immo potius; num recte, servataque Rubricarum forma, et S. R. C. Decretorum dispositione, facta fuerit dierum assignatio. Etenim vel Episcopus, vel Chori Praefectus, vel caeremoniis Praepositus, vel Calendarii Director, vel alter quilibet ille sit, cui de iure id competat; certum tamen est, quod nova Festa, quae propriam sedem impeditam, et ab altero iam occupatam inveniunt, transferenda in perpetuum sunt ad proximiores dies, qui primi occurrunt vacui; neque fas est alios pro arbitrio, et commoditate seligere. De iure antiquo in casu huiusmodi impediti Sac. Rit. Congregatio novam assignationem sibi reservaverat. Et merito quidem; ne quispiam sibi datum crederet ad placitum Rubricas interpretari. Sed postea certa data fuit regula ubique servanda, quin opus foret ad eandem pro assignatione confugere. Plura sunt Decreta, quae hoc evincunt. Unum afferre sufficiat. Cum satis clara non viderentur, nec omnia simul convenire S. Congregationis Responsa, postulatum fuit in Wilnen., quomodo ea essent intelligenda? Et sub die 22. Aprilis 1741. declaratum lego: *Serventur posteriora, et ultima S. R. C. Decreta: per quae assignatio alterius diei Officio in perpetuum impedito fieri potest, S. Congregatione inconsulta, prout ex Decretis 2. Iulii 1712. et 20. Novembris 1717.* Quoniam vero, licet praefatum Decretum assignationem perpetuam demandet, clare tamen non designat primam diem non impeditam; alia non desunt, quae elucidant id, quod in illo omissum fuerat. Ita in *Brugen. 23. Iunii 1736. in Tergestina die 22. Iulii 1742.*, praecipue vero in *Frisigen. 22. Augusti 1744.*, et in *una Ordinis Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis Poloniae 15 Maii 1745.* Verumtamen, etsi certa sit regula reponendi Festum perpetuo translatum in primam diem non impeditam, ita ut nemini liceat ab ea declinare; nihilominus eadem S. Cong. iubet, ne id privata auctoritate fiat, sed omnino vult, ut Ordinarius cognoscat causas, et ordinem translationis. Ita in *Hispalen. 26. Novembris 1735. Sanctis qui perpetuo sunt transferendi, sit assignanda dies fixa, et commisit eidem Archiepiscopo, ut pro unica vice deveniat ad hanc designationem dierum.* Et longe clarius in laudata *Frisigen.*, ubi legitur; *Prima dies proxime non impedita assignanda est cuilibet Festo a suo die ob perpetuum*

prima die non impedita, iuxta Rubricas Breviarii Romani de translatione Festorum, et multa S. R. C. Decreta, talis error debeat corrigi, et illis legibus conformari? (1)

3. An consuetudo quindecim annorum possit suffragari huiusmodi assignationi perperam factae? (2)

4. An in vigiliis Apostolorum, eo quia per Bullam SSm̃i Dom. Nostri Pii Papae VII. die 10. Aprilis 1818. pro Siciliae Regno abrogata fuerunt Ieiunia, genuflectendum sit a Choro ad preces

Officii, et in Missa de iisdem Vigiliis, eo quia in dicta Bulla legitur: Officia, et Missas tam in iisdem abrogatis Festis, quam in eorum Vigiliis retineri, et sicut prius celebrari mandamus? (3)

5. An Oratio Exaltationis Sanctae Crucis concludi debeat per eundem *Dominum Nostrum*; eo quia diversimode legatur? Ac etiam; An occurrente commemoratione Octavae omnium Sanctorum, et B. M. Virginis de Paradiso, debeat poni prius de B. Maria Virgine, vel posterius? (4)

*impedimentum translato, ita ut dies propria, et fixa Festi translati, iustificatis tamen apud Reverendissimum Episcopum loci Ordinarium translatorum numero, et causis, dierumque assignatorum ordine, et qualitate.* In casu autem proposito nec Episcopo, nec Directori Calendarii, nec alteri cuilibet fas erat in assignatione dierum praeterire proximiores non impeditos, et Festa, quae locum habere nequibant in propria sede longius amandare. Quamobrem proposito Dubio in abstracto respondendum fuisset: *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.* Sed in concreto casu recte, sapienterque Sac. Congregatio a Dubio declinans, satius duxit regulam dare omnino servandam, videlicet: *Dies assignanda erat iuxta Rubricas, et Decreta, ut in secundo:* Atque hoc pacto unica responsione utrique Dubio satisfacit. Neque novum est, ut S. Cong. Dubiis non directe respondeat, sed maioris claritatis ergo generalem det regulam. Possem hoc pluribus comprobare exemplis; unum sufficiat in casu omnino simili. Proposito namque Dubio a Provinciali S. Ioaachim in Regno Poloniae Ordinis Discalceatorum SSm̃ae Trinitatis: *Quis debeat diem assignare tamquam propriam Festis illis, quae perpetuo impedita manent ratione alterius Festi occurrentis?* Sacra Congregatio nullam rationem habuit personae, a qua facienda esset assignatio: sed satius duxit regulam dare, quae tenenda foret, videlicet: *Quando plura Officia de praeepto eadem die in aliquibus locis ita fixe occurrunt, ut translatio alicuius, seu aliquorum sit perpetua, tunc prima dies proxima non impedita assignata censetur in perpetuum pro die propria Festi respective translati.* Cum enim assignatio facienda sit iuxta dispositionem iuris, et non alias, otiosum erat quaerere a quo facienda esset.

(1) Nihil occurrit speciali animadversione dignum quoad hoc Dubium, quod cum primo est coniungendum.

(2) Consuetudo, de qua in Dubio, ut talis nec haberi, nec nomine tenus appellari potest. Quod ex errore, vel ex ignorantia factum est, corrigi omnino debet, ac tolli, neque ullo tempore potest praescriptionem inducere, praesertim si recens est, et cum lata lege pugnet. Id revera accidit in allata facti specie, ut supra notatum est. Quamquam nec admittenda foret, nullamque vim obtineret, dato etiam, quod non recens esset, sed antiqua; cum nec laudabilis, nec rationalis sit quales esse illas oportet, quae servari posse iura concedunt.

(3) Nescio, num ignorantiae crassae, et supinae, an potius, quod est longe deterius, taedio tenuissimi laboris, propriaeque commoditati indulgendi desideriotribuendum sit, quod aliquis adinveniatur, qui secum reputet non esse genuflectendum in Officio Vigiliae, eo quia Apostolica auctoritate, populus solutus est a lege abstinenteriae, et Ieiunii. Clara enim est litera Brevis, qua absolute praecipitur, nihil innovandum esse per Apostolicum Indultum quoad Missam, Officium et alias Ecclesiasticas Functiones. Itaque, si abrogata lege abstinenteriae, et Ieiunii, Officium tamen de Vigilia (nisi aliud occurrat novem lectionum) est recitandum, si in Choro celebranda Missa est de eadem Vigilia, etiamsi altera conventualis celebrata fuerit de Festo occurrente, quisque videt, planeque intelligit, praeservatam esse dispositionem Rubricarum, quae ritum praescribunt cum standi, tum genuflectendi in Officio, et Missa de Vigilia.

(4) Duo sunt quaestiones, quae sub hoc Dubio enodandae proponuntur. Prima versatur circa

Et Sac. eadem Congregatio, audito prius altero ex Caeremoniarum Apostolicarum Magistris, qui suam sententiam praelo cusam dedit, ad re-

lationem Eñi, et Rñi Dom. Card. Vidoni dictae Causae Ponentis, rescribendum censuit ut infra, videlicet.

modum, quo concludi debet Oratio in Festo *Exaltationis S. Crucis*. Secunda, de quo fieri debeat prima commemoratio, si duo simul concurrant Octavae, scilicet B. Mariae Virginis de Paradiso, et omnium Sanctorum.

De prima dicam. Varii sunt modi, quibus concludi debent Orationes; neque a praescripto Rubricarum, quae dant regulam, est declinandum. Nulla est conclusio, etsi brevis, quae D. N. I. C., cuius passione, et meritis redempti sumus, nomine non absolvatur; sed non aequalis semper est modus; cum iuxta diversas relationes dici debeat vel: *Qui vivis, et regnas*; vel: *Qui vivit, et regnat*; vel: *Per eundem Dominum etc.*: nihilominus aliquae Orationes occurrunt, in quarum conclusione quaeri potest, num unus potius, quam alter modus sit adhibendus: Ad harum classem illa referri posse videtur, quam legimus in *Officio et Missa Exaltationis S. Crucis*. In fere omnibus Missalibus, et Breviariis conclusio est: *Per eundem Dominum nostrum etc.* Aliqui sunt tamen, qui putant simpliciter esse legendum: *Per Dominum nostrum Iesum Christum etc.*: eo quia nec in prima, nec in secunda parte Orationis Iesu Nomen occurrit, innixi rubricae *XVI. de Oratione num. 4.*, ubi legitur; *Si Oratio dirigatur ad Filium, concluditur: Qui vivis, et regnas: Si in principio Orationis fiat mentio Filii, dicatur: Per eundem. Si in fine Orationis, dicatur: Qui tecum vivit, et regnat.* Et re quidem vera generalis haec regula est, sed non ita accipienda, ut ad effectum variandi conclusionem necesse omnino sit, ut explicite Iesus in prima, vel in secunda Orationis parte nominetur; satis est, quod memoretur mysterium *ad Filium hominem factum* pertinens, cuius nomen subintelligitur. Oratio, de qua disputatur, est de Crucis mysterio, et Redemptione per Crucem operata. Redemptio autem necessario personae Filii Reparatoris referenda est, non alteri. De Filio igitur tam in Orationis exordio, quam eius in fine per verba: *Cuius mysterium, eius redemptionis mentio fit.* Ideo conclusio esse debet: *Per eundem etc.* Imploramus enim a Patre, ut per mysterium Crucis praemium, quod per ipsam Crucem a persona Filii nobis comparatum est, assequi in caelesti patria mereamur. Atque en ratio, ob quam nedum in recentibus, verum etiam in antiquis Missalibus, et Breviariis legitur conclusio *Per eundem*, quae proinde sine ulla innovatione retinenda est.

His accedit, quod S. Congregatio in similibus quaestionibus recedere nunquam voluit ab iis, quae probavit, ac sacravit antiquitas. Cum novum Missale eudendum esset typis de Propaganda Fide, plures quaestiones enodandae S. R. Congregationi propositae fuerunt, quas inter 8.: *Utrum in Missali corrigenda sint quae diversa inveniuntur a Sacris Bibliis in principio Epistolarum, et in literis assignatis?* et 22.: *An in benedictione incensi ad Offertorium, ubi dicitur: Per intercessionem B. Michaelis Archangeli stantis a dexteris Altaris incensi, pro Michaelae reponendum sit nomen Gabrielis, qui apparuit Zachariae stans a dexteris Altaris Incensi?* Eadem S. C. sub die 25. Septembris 1706. ad utramque respondit: *Nihil innovandum.* Exorta controversia circa *Communicantes proprium dicendum in Festo Pentecostes* (quia in quibusdam Missalibus legitur: *Ignis linguis: in aliis quampluribus legitur: Innumeris linguis; et cum ex hac lectione varia haud modica exorta sit controversia, ad eam dirimendam petitur a S. R. C., quatenus declarare dignetur, quaenam ex dictis duabus lectionibus amplecti debeat?* Et quatenus S. C. sub die 13. Martii 1804., praesciendando a maiori, minorive proprietate verborum, decidendi rationem petit ex conformitate lectionis cum antiquis Missalibus, ideoque respondit: *Lectionem: Innumeris linguis, esse conformem Missali ab Urbano VIII. recognito.* Quo sane responso S. C. satis, superque ostendit, nihil esse in Missali innovandum post ultimam correctionem, et reformationem peractam sub *Urbano VIII.* Cum igitur conclusio Orationis in Festo *Exaltationis S. Crucis* non alia sit in antiquis, ac recentibus Missalibus, quam *Per eundem etc.* haec est retinenda. Praestat et aliud afferre responsum, quo idipsum magis comprobatur. Dubitatum fuit: utrum Oratio pro Rege concludenda esset: *Per Domi-*



Ad 1. « Assignandi erunt dies primi non impediti, iuxta Sac. Congregationis Decreta. »

Ad 2. « Affirmative. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Cum per Apostolicum Indultum in casu, de quo agitur, abrogatis vigiliis quoad ieiunium, et abstinentiam, nihil immutatum fuerit quoad ritus, et functiones Ecclesiasticas, imo expresse cautum sit, ut retineantur, et serventur; ideo preces Officii, et in Missa de Vigilia erit generalitern ad formam Rubricarum. »

Ad 5. « Ad primam Dubii partem, nihil im-

mutandum, et retinendam esse conclusionem: *per eundem etc.* Ad secundam: In aequalitate ritus praecedere debere commemorationem B. Mariae Virginis; quod si huius Festum, quamvis gaudeat Octava, sit tamen secundae classis, praefendam esse Commemorationem Omnium Sanctorum, cuius Festum est primae Classis.»

Atque ita statuit, respondit, atque decrevit, et in Collegiata antedicta servari mandavit. Die 11. Martii 1820.

4567.

BAREN. (1)

De tempore, cuius initii memoria non extat,

*num nostrum etc.*, aut: *Qui vivis, et regnas etc.*, quia eadem videtur dirigi ad Filium, quia specialiter dicitur: *Via, veritas, et vita*: et S. C. sub die 3. Martii 1761. respondit: *Conclusio Orationis pro Rege debet esse: Per Dominum nostrum etc.*: neque ita decrevit, eo quia aequae Patri, ac Filio proprie conveniunt verba illa *Via, veritas, et vita*: verum, quia: *Ita habent autographa Missalia S. Pii V., Clementis VIII., et Urbani itidem VIII.*

Succedit Dubii pars altera, quae est de concursu duarum Octavarum, videlicet *B. M. V. de Paradiso nuncupatae, et omnium Sanctorum*: Cuinam ex istis praelatio debetur? quaenam in diebus infra Octavam non impeditis Officium obtinebit? quaenam simplicem commemorationem? Decidendi ratio, vel a dignitate simul, et ritu petenda est, vel a ritu dumtaxat. Si duo Octavae concurrant aequalis ritus, cum in diebus infra Octavam non impeditis de utraque fieri nequeat Officium, in praelatione maior dignitas attendi debet. Quatenus verò diversus sit ritus, et Octava dignioris sit secundae classis, altera de minus digno sit primae class., non amplius dignitas, sed sola qualitas ritus regulam dat praelationi. Ita decretum lego a S. C. Quaesitum fuit in *Curien.* 19. Iunii 1700., de quo fieri deberet Officium de die infra Octavam, concurrente illa Patroni principalis, cuius Festum gaudebat ritu primae classis, et altera *B. M. V. secundae classis?* et S. C. respondit: *Recitandum Officium de Patrono principali cum commemoratione Octavae B. M. V., et in una Ordinis Barnabitarum in simili concursu Octavae Patroni loci cum Octava Conceptionis B. M. V. sub die 13. Septembris 1710.* S. C. sancivit: *Fiat Officium de Octava S. Patroni loci, cum commemoratione Octavae Conceptionis.* Quoniam autem in Dubio reticebatur ritus, quo gaudet *Festum B. M. V. de Paradiso*: ideo S. C. non absolute respondit, sed distinxit casum a casu, ei decernendo praelationem ob dignitatem in aequalitate ritus, iuxta Rubricas, et Tabellam de occurrence; secus vero in ritus disparitate, quum praefendum sit etiam in diebus infra Octavam Festum illud, quod potioris est ritus, iuxta decreta in similibus edita.

(1) Pia Legata cum onere aliquid agendi, quod vel adversatur, vel minus convenit praescriptis ab Ecclesia ritibus, aut acceptanda non sunt; aut, si acceptentur, pro eorundem tamen commutatione, et reformatione Summo Pontifici supplicandum; aut appositae conditiones perinde habendae, ac non fuissent, et adimplendae in iis tantum partibus, quibus sacrae leges non obstant. Haec est Sacrae huius Congregationis constans disciplina. Delata ad eam quaestione: an servanda esset pia quaedam dispositio celebrandi in Ecclesia Sanctae Mariae supra Minervam quolibet die Dominico ad aliquod Altare Missam de Resurrectione Domini: eadem S. C. sub die 23. Martii 1630. respondit: *Agendum cum SSmo pro commutatione voluntatis*: ita etiam cum quoddam Legatum relictum fuisset Ecclesiae Sanctae Agathae in regione Transtyberim Urbis, cum onere celebrandi Missam de S. Rocho die 16. Augusti, dubitatum fuit: num id liceret, tum quia ea dies impedita erat Officio Sancti Hyacinthi, tum quia Missa Sancti Rochi celebrari nequit nisi in Ecclesiis sub eius nomine Deo dicatis? Et S. R. C. sub die 18. Iulii 1671. respondit: *Ad SSmum, qui declaravit: Satisfaciendum voluntati legantis cum Missa Sancti Hyacinthi*: Etenim conditiones appositae in huiusmodi piis Legatis irri-

Capitulum Collegiatae Aquaevivae in districtu Diocesis Baren. Legatum habet ex traditione cum adjuncto onere Sacerdoti conventualem Missam celebraturo, recitandi Passionem D.N.I.C. secundum Ioannem singulis diebus a die festo Resurrectionis Domini, usque ad Festum S. Lucae Evangelistae: dum autem id constanti traditione fertur, foundationis documenta omnino deficiunt, et ritus istiusmodi nedum Ecclesiasticae Liturgiae incongruus, sed etiam Capitulo nimis gravis videtur; supplices ideo Capitulum, et Canonici SSmo Domino Nostro Pio VII. Pont. Max. dederunt preces, postulantes dicti oneris absolutionem, seu dispensationem. Et Sanctitas Sua, attentis expositis, aliisque peculiaribus circumstantiis, meque infrascripto referente, Capituli oratoris precibus ita annuendum esse censuit, ut singulis Feriis sextis, conventuali Missa absoluta, Celebrans, sacris vestibus in Sacristia depositis, ac superpelliceo tantum indutus, legat D. N. I. C. Passionem secundum Ioannem in adimplementum dicti oneris, quaecumque fuerit illius origo; exceptas tamen ab hac lege voluit Ferias sextas occurrentes infra Octavas privilegatas, vel in quibus fiat Officium de Festo duplici primae, vel secundae classis, vel et quandoque de Vigilia Nativitatis D. N. I. C., in quibus pro oneris implemento sat erit specialis in Memento mortuorum commemoratio pro fundatore, vel fundatoribus. Quod si in fundatione habeantur clausulae, et conditiones, quae derogatione, et dispensatione indigeant, iisdem per praesentem

commutationis formam derogavit, ac dispensavit. Quibuscumque in contrarium facientibus minime obstantibus, die 11. Iulii 1820.

4568.

BOVEN.

SSmo Domino Nostro Pio VII. Pont. Max. exposuit Rms Episcopus Boven. suae Cathedralis Capitulum, et Clerum haudquaquam posse, absque valetudinis detrimento, statis horis hyemali tempore Ecclesiam illam in montanis positam, et humiditatibus, ac frigori inclementer obnoxiam petere Sacris interfuturum, et Divina persolutorum; proptereaque petiit humiliter, ut antedictis Capitulo, et Clero facultas fieret, in posterum ea tempestate semel in die, et opportuniore hora ad eandem accedere, Horarum Canoniarum onus adimplendi causa, Missaeque conventuales celebrationem. Et Sanctitas Sua, attentis expositis, ac veris existentibus narratis, me infrascripto S. R. C. Assessore referente, Rmi Episcopi precibus annuendo, benigne indulisit, ut Canonici, aliique Sacerdotes, et Clerici Cathedralis Boven. servitio addicti, possint et valeant hyemali tempore, nimirum post Festum Sanctorum omnium, usque ad maiorem Hebdomadam exclusive, semel in die ad eandem Ecclesiam accedere, ibique tam Matutinas, quam Vespertinas Horas, nec non conventualem Missam, sine interruptione, persolvere, ita tamen ut Completorio post Meridiem finis imponatur. Diebus vero Dominicis, Festivis, et magnae solemnitatis, statis horis de more Divinis in Choro vacandum fore decrevit. Quibus-

tantur, sed non irritant, veluti eadem Sacra Congregatio pariter declaravit. Nam, cum expositum fuisset, contingere nonnunquam pia Legata relinqui cum onere celebrandi Officia alicuius Sancti sub altiori ritu, quam qui a Sede Apostolica est illi praescriptus; quaesitum fuit: *Quid his in casibus statuendum sit?* Et S. R. C. dedit regulam, respondens: *Secundum ea, quae proponuntur, conditionem huiusmodi vitiari, et non vitiare. Sed in praedictis casibus indulgendum sit, ut Officia huiusmodi quoad pompam extrinsecam, non autem quoad Ritum Ecclesiasticum, solemnius celebrentur.* Non enim in laicorum potestate est hoc modo indirecte in Ritus Ecclesiae legem dicere; nec expedit Ecclesiae per has appositae conditiones Legatorum huiusmodi effectu privari. Nec aliter respondit in una *Nullius Diocesis Provinciae Treviren.* 6. Aprilis 1646.

Legatum autem, de quo in praesenti Decreto Sacrae Liturgiae minime conveniebat, nec tamen absoluta dispensatio erat indulgenda; verum commutanda dispositio erat, reformanda, et ad eum aptanda modum, qui a licito Ritu non dissentiret. Ita revera factum est, simulque provisum dispositioni Fundatoris, et Ritus Ecclesiastici congruentiae. Neque aliter responderat S. R. C. in casu simili. *In Conversanen.* agebatur de Legato cum apposita conditione *celebrandi singulis diebus Veneris (Missam) de Passione, et cum onere, terminata Missa, post Evangelium* In principio erat Verbum etc. *recitandi ipsam Passionem secundum Ioannem.* Et S. R. C. sub die 31. Augusti 1669. animadvertens, dispositionem esse contra Ritus Ecclesiasticos, rem composuit, commutando modum, videlicet: *Recitandam esse (Passionem Domini) post finem Missae, exutis vestibus Sacerdotalibus, et cum sola cotta in Allari, vel in Sacristia.*

cumque in contrarium non obstantibus, die 11. Julii 1820. (1)

4569. DE INVENTO CORPORE  
S. FRANCISCI  
UNIVERSI ORDINIS FRATRUM  
MINORUM FUNDATORIS. (2)  
PIUS PAPA VII.

*Ad perpetuam Rei Memoriam.*

Assisiensem Basilicam, quam Gregorius IX. ob S. FRANCISCI Minoritarum Parentis honorem, atque ad sacrum ipsius Corpus loco honestissimo condendum molitione admirabili, opereque magnifico extruendam ab inchoato curavit, caeterique Romani Pontifices Praedecessores Nostri omni cultu exornarunt, insignique copia privi- legiorum prae caeteris Aedibus auxere, eam Nobis singulari quadam Divinae Providentiae dispensatione datum est illo dignitatis, ac gloriae splendore cumulare, qui ad perfectum, absolutumque eiusdem decus desiderari unice videbatur. Comuni quippe consensione percubuerat, sub Ara principe eiusdem Basilicae locum esse, in quo Viri sanctissimi Corpus extaret. Verum Eo sic disponente, cuius imperscrutabilia iudicia sunt,

nondum adinveniri posse, atque in lucem, aspectumque hominum proferri Thesaurum omni auro pretiosorem, lectissima tanti Patris Familia, et res Christiana universa condolebat. Imo quae in causis id genus Sanctae huiusce Sedis provida est iugiter, et cauta moderatio, visum fuit Paulo V. fel. rec. decreto ex ipsius auctoritate per Alphonsum Vice-comitem Cardinalem Ordinis Conventualium Patronum edito, diserte cavere, ut perquirere ipsum, fossionesque, aut aliud quidpiam in eum finem ibidem pertentare, fas esset nemini.

Illuxit tamen tempus a Deo praefinitum, quod incensa omnium vota tantopere adproperabant, quo nimirum Vas illud Spiritus Sancti protrahendum foret in lucem: Nostraeque humilitati tot inter tantasque Summi Pontificatus sollicitudines fatiscenti eam Deus Omnipotens delatam voluit consolationem, ut nos suspicativissimae huiusce faustitatis administros clementer adsciverit. Cum enim, conficiente Domino miserationes, viasque aperiente mirabilium suorum, certis quibusdam, gravibusque ex rationibus compulsi, memorato Pauli V. interdicto derogandum esse duxerimus, precibusque annuerimus a Dilecto Filio Iosepho

(1) Etsi iure cautum sit, ut Horae canonicae statis horis in Cathedralibus, et Collegiatis Ecclesiis persolvantur: nihilominus nonnullae quandoque concurrunt circumstantiae, quae plane suadent, aliquid remittendum, aliquid esse indulgendum. Id accidit in casu proposito, quum Cathedralis Ecclesia in montanis sita sit, aedes Canonicorum, aliorumque inservitium longe distent, difficilis sit accessus hyemali tempore ob aëris inclementiam, et viarum difficultatem. Hisce incommodis occurrere volens Sacratissimus Princeps, ita legis rigorem temperavit, ut Ecclesia debito non fraudetur servitio, et personarum incolumitati provisum foret.

(2) Erit forte nonnemo, qui discere cupiat, quo tempore, qua occasione, quorum studiis, quibus mediis, et quomodo post sex fere saeculorum fugam inventum tandem sit *Corpus Sancti Francisci Parentis, et Fundatoris universi Ordinis Fratrum Minorum*; ac praeterea, quibusnam evincatur argumentis, Sacras illas exuvias revera esse Sancti huius Patriarchae, et non potius alterius ignoti nominis Caelicolae reconditi in subterranea cella, cui imminet Ara maxima Assisiensis Basilicae, distinctae titulo, et nomine Sancti Francisci, in cuius honorem, et ad sacrum eius Corpus honorifice deponendum, asservandumque, a Fundamentis excitata fuit? Mei Instituti ratio non patitur, ut huiusmodi satisfaciam quaesitis. Longum quippe opus aggrederer, quod certe componi nequiret cum brevibus hisce adnotationibus, si vellem dumtaxat in compendium redigere id, quod in rem hanc dilucide, solide, invicte praestitum est a clarissimis viris *Advocato Francisco Guadagni, et Advocato Carolo Fea*. A primo cum in eruditissima, et eleganti Dissertatione: *De invento Corpore Divi Francisci Ordinis Minorum Parentis*; tum in altera parte, in qua praestantissimus Auctor totus fuit in refutandis obiectis, ne quid superesset in re tam gravi aut ambiguum, aut non satis explanatum. Ab altero in egregio, erudito, numerisque omnibus absoluto opere typis R. C. A. nuper divulgato, cui titulus: *Descrizione ragionata della Sacrosanta Patriarcale Basilica, e Cappella Papale di S. Francesco di Assisi, nella quale recentemente si è ritrovato il Sepolcro, ed il Corpo di sì gran Santo*. Spartam hanc uterque ita illustravit, ut ne quid insuper quaerendum, optandumque videatur.

Maria de Bonis, Ordinis Minorum Conventualium Ministro Generali, perlatis, quibus de S. FRANCISCI Corpore inquirendo in Assisiensi Basilica facultas posebatur, res cessit feliciter. Longo siquidem duarum et quinquaginta noctium, atque incredibili labore clam, et occulte insumpto, perruptisque, rupe, aggere, muris, coementis, saxisque praegrandibus, locum demum introspicere datum fuit Arae maximae recta prorsus suppositum, in quo Area lapidea iacebat, quam ferrei clathri validis virgis, inferiusque, ac superius mirifice densis circumcludebant, quin sacras Reliquias ibidem adservatas invisere prohiberent. Aditu proinde in cavum eum sinum, uti cautum fuerat, illico obstructo, reque ad Nos statim delata, primum Venerabili Fratri Francisco Episcopo Assisiensi mandatum fuit, ut ea dumtaxat, quae usquetum acta proferebantur, rite ipse cognosceret, quin tamen de sacris Reliquiis quaestionem institueret. Ad eam quippe pro summa negotii gravitate non ipsum solum Franciscum Episcopum, sed et alios praeterea Venerabiles Fratres Nucerinum, Spoletanum, Perusinum, et Fulginatensem Episcopos, datis in forma Brevis Apostolicis Literis die VIII. Ianuarii anno superiori, adlegendos censuimus, ut insimul in memoratum locum convenirent, reque universa accuratissime inspecta, Viris artium peritis auditis, et in examen vocatis, cunctisque monumentis diligenter conquisitis, ac perpensis, ea omnia in acta solemniter referrent, ac iuridicum super identitate Sacri Corporis processum peragerent, obsignarent, et in Urbem mitterent, Nobisque ad veritatem significarent, quid de re ipsa sentirent in Domino.

Nitide iidem, atque ea, qua praestant, dexterritate, et prudentia imposito sibi munere perfuncti sunt. Quare omnibus ad praefinitam ex Sacrorum Rituum Congregationis institutis normam diligenter absolutis non abnuimus, acta haec ipsa iis, quorum intererat, patefieri, ut quaelibet ex Minoriticis Familiis per suos Generales Procuratores libere hac in causa suam diceret sententiam, ut exinde locupletissima animadversionum, documentorumque congerie in disceptationem proposita, luculentius veritas, tutiusque dignoscetur.

Haec porro omnia discutienda, et perpendenda demandavimus iuxta Tridentini Concilii Decreta Sessionis XXV. *De invocatione, veneratione, et reliquiis Sanctorum*, selectae cuidam Congregationi, quam in eum finem designavimus ex Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus de Somalia Sacri Collegii Decano, eiusdemque S. R. E. Vice-Cancellario, et Congregationis Sa-

crorum Rituum Praefecto, Naro Sacrae Congregationis Indulgentiarum, et Reliquiarum Praefecto, Quarantotti, et Antonio ab Auria, necnon ex Dilectis Filiis Magistris Francisco Serlupi Romanae Rotae Decano, Iosepho Antonio Sala memoratae Rituum Congregationis Secretario Coadiutore, Alexandro Buttaoni Fidei Promotore, et Aloysio Gardellini eiusdem Rituum Congregationis Assessore, ac demum ex tribus Sacrae Theologiae Doctoribus, atque Congregationis Rituum Consultoribus Vincentio Garofoli Abbate, et Vicario Generali Canoniorum Regularium SS<sup>mi</sup> Salvatoris, Aloysio Ionni Magistro Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, et Antonio Maria Grandi Pro-Vicario, ac Procuratore Generali Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli. Hinc habita ea Congregatione in Aedibus Cancellariae Apostolicae ad diem XVI. Kal. Augusti, allatisque ad Nos per Secretarium suffragiis omnibus scripto traditis, causam universam serio, diligenterque considerandam Ipsi suscepimus, atque peculiari Divinae Sapientiae praesidium multa, humilique prece exorato, decretorium tandem iudicium Nostrum iuxta eiusdem selectae Congregationis mentem memorato Sacrorum Rituum Congregationis Assessori, qui Nos pro Secretario absente, Kalendis Augusti adivit, aperuimus, illudque per Apostolicas Literas explicare, ac sancire decrevimus.

Benedicentes itaque Patri totius consolationis, optimaque spe recreati, novum, atque illustre salutaris praesidii a Sancto Viro in tanta temporum difficultate Nobis praebendi testimonium ex mira hac sui Corporis inventione praefulgere, de eiusdem Congregationis selectae consilio, et voto, Apostolica auctoritate, tenore praesentium edicimus, ac declaramus: « Constare de identitate Corporis nuper sub Ara maxima inferioris Basilicae Assisiensis inventi, illudque revera Corpus esse S. FRANCISCI Ordinis Minorum Fundatoris. »

Decernentes, hasce praesentes Literas, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, vocati, et auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostrae, vel alio quovis defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, sicque, et non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et eiusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, et eorum cuilibet

quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quibus omnibus, et singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, praesentibus, pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ne Venerabile Corpus ex subterraneo loco, in quo sex fere saeculis quievit, alio deferatur; item ne vel minimam quidem Sacrorum Ossium partem liceat inde extrahi, auferri; ac demum ne Arca, postquam clausa fuerit, et obsignata, ullo umquam tempore absque Nostro, vel pro tempore existentis Romani Pontificis permisso, reseretur. Sinimus tamen, ut, si qui sint ex Carnium, molliumque corporearum partium intertrimento cineres, ac pulveres, colligantur pro Reliquiis asservandi: illudque cum primis etiam atque etiam commendamus, ac praecipimus, ut sacratissimus hic Thesaurus ab omni prorsus iniuria, atque vi tutus, inviolatusque conservetur, eiusque accuratori custodiam, tuitioni, incolumitati apprimè consulatur. Quae ut rite, ac pro rei sanctitate diligenter conficiantur, eundem

Episcopum Assisiensem, et Generalem Conventualium Ministrum, eoque absente, Custodem Basilicae, pro tempore existentes, uti ab Apostolica Sede Delegatos, in id specialiter eligimus, ac deputamus. Facultatem porro facimus, nedum lapideam Arcam, qua Sacrae Exuviae clauduntur, opere eleganti, pretiosisque ornatibus contegi, ac ditari, sed et integrum conditorium, quo ea prostat, perpoliri, omnique cultu exornari, et commodiorem aditum in ipsum aperiri, cuius quidem operis universi descriptionem, rationemque Nobis probandam reservamus, ac nonnisi ex Nostro consensu executioni demandari permittimus. Nolumus vero, patere in illud ingressum, nisi certis dumtaxat solemnioribus diebus, statisque conditionibus per Nos praefiniendis, aut siquando Viri Principes, vel Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, vel Episcopi, seu Praesules Romanae Curiae gloriosum Sanctissimi Patriarchae Sepulcrum veneraturi illuc accesserint.

Illud tandem quoque mandamus, ut praesentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae, vel Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die V. Septembris MDCCCXX. Pontificatus Nostri Anno Vigessimoprmo.

H. Card. Consalvus.

Loco ✠ Sigilli

4570.

NOVARIEN. (1)

Cum quidam abusus inoleverit in Terra Castelletto supra Ticinum Dioeces. Novarien., de-

(1) Quae circa cultum, ac venerationem Sanctorum, eorundemque Reliquiarum, Imaginum, Simulacrorum versantur, ita ordinanda sunt, et exequenda, ut, in extrinsecis etiam honorificis, non essentialibus, significationibus, congrua ratio servetur. Nam reverentiae argumenta, quae exhibenda sunt Domino, non aequè Servis praestari debent, etsi hi quoque sint honorandi. Si secus fiat, ne invalescant abusus, neve debitus ordo turbetur, opportune occurrat, oportet, vigilantia Pastorum. Ideo commendandus est *Emus, et Rmus Dom. Card. Morozzo Novaræ Antistes*, qui iussit abruptum abusum circumferendi in publicis supplicationibus Sanctorum Patronorum Reliquias sub Baldachino. Siquidem Baldachinum hastatum iure competit SSmo Sacramento ob summam, quae ei debetur, reverentiam. In Caeremoniali Episcoporum, in Rituali Romano, aliisque Ritualibus libris sub titulis *de Processionibus*, usus Baldachini praecipitur dumtaxat in illis, in quibus SSmum Christi Corpus deferitur. Quamquam vero instrumenta Dominicae Passionis speciali cultu sint veneranda; nihilominus de rigore sub Baldachino deferenda non sunt: quod si deferantur, ideo permittitur, quia improbanda non videtur immemorabilis consuetudo, cum agatur de Reliquiis sanctificatis contactu Immediato SSmi Corporis. D. N. I. C., et pretioso eius Sanguine conspersis. Hinc S. R. C. rogata: *An*

ferendi in publicis Supplicationibus, quae a Confraternitate inibi instituta sub invocatione SSm̄i Sacramenti, et Rosarii peraguntur, Reliquias Sanctorum Fabiani, ac Sebastiani Martyrum, ac Rochi Conf. sub Baldachino in solemnitatibus eorumdem Sanctorum per Oppidi vias; Em̄us, et Rm̄us D. Card. Episcopus Novariensis, instante R. Praeposito, ac Parocho dicti loci, abusum huiusmodi eliminandum prorsus esse edixit Decreto lāto die 31. Maii currentis anni, quo cavit, ne in posterum dictarum Reliquiarum delatio sub

Baldachino fieri liceret. Cumque sē in vim huius Decreti gravatos arbitrarentur Confratres, supplicem S. Rit. Congregationi de eisdem Cardinalis Episcopi consensu libellum porrexerunt, efflagitantes manutentionem in asserta consuetudine. Et Em̄i PP. eidem Sacrae Congregationi praepositi, mature perpensis, et Sodalitatis abusum pluries ab hac S. C. improbatum, laudabilemque inhibitionem Em̄i, et Rm̄i Card. Episcopi, ad preces sic, ut supra, porrectas, referente Em̄o, ac Rm̄o D. Card. Iulio Maria de Somalia Epi-

*liceat proponere Spinam D. N. I. C. ab immemorabili praesertim in Parasceve, capite scilicet aperto sub Baldachino processionaliter propositam?*: Sub die 12. Iulii 1704. non absolute respondit: *Licere, verum Affirmative in casu, de quo agitur: habita scilicet ratione immemorabilis.* Sed etiam clarius in Decreto *Cadicens.* Proposito Dubio: *Num Lignum SSmae Crucis, et sacrae Spinae Coronae D. N. I. C. dum ab eodem Capitulo Cadicensi in eorum Festivitatibus processionaliter portantur, ex inveterata eiusdem Ecclesiae consuetudine, sub Baldachino, vulgo hispanice Pallio, et cum duorum thuribulorum incensatione conduci, et portari debeant?*: Sub die 26. Augusti 1752. respondit: *Lignum SSmae Crucis, et Spinae Coronae D. N. I. C., ubi adest consuetudo immemorabilis, (Ergo non semper, non ubique, non ex qualibet consuetudine, sed ubi haec adest, et immemorabilis est) licitum est, capite aperto, sub Baldachino processionaliter deferre easdem Reliquias incensantibus duobus thuribus. Si autem, ut scite monet Cavalerius tom. 4. cap. 17. decret. 9. ita est de sacris Spinis, quae sunt speciali nota, et cultu dignae, multo utique magis de Sanctorum Reliquiis.*

Sed cur in his sistimus, dum de Reliquiis Sanctorum S. R. C. Decretum habemus, quod quamlibet dirimit controversiam? Amanuensis incuria hac in nostra Collectione omissum fuit, sed authenticum est, et legitur in Regestis, prout sequitur.

#### CALAGURITANA.

« Promotor Fiscalis Curiae Episcopalis Calaguritanæ supplicavit a S. Rit. Congregatione declarari: An Reliquiae Sanctorum, quae deferuntur in Processionibus per Civitates, et Oppida, debeant deferri sub Baldachino? Et eadem Sacra Congregatio respondit: *Negative*; hac die 23. Martii 1686. »

Non me latet, non deesse, qui existimant Sanctorum Reliquias, Imagines, ac Simulacra deferri posse sub Baldachino, innixi quibusdam antiquioribus Decretis Congregationis Episcop., et Regular. 11. Martii 1579., 20. Decembris 1609., 12 Martii 1613., 10. Iulii 1621., 19. Iulii 1647. At primum liceat mihi de horum Decretorum authenticitate dubitare; non enim ex regestis exscripta sunt, sed leguntur apud Nicolium in *Flosc. verb. Processio num. 9.* Sint tamen, si vis, authentica. Quid interest? nonne posteriora derogant prioribus? Atqui Decreta, quae laudavimus S. R. C. posteriora sunt illis, quae lata feruntur a Congregatione Episcoporum, et Regularium; consequitur a Patribus, quibus datum est Sacros tueri Ritus, et abusus tollere, novis studiis illa repudiata fuisse, cum magis conformis sit spiritui Ecclesiae contraria sententia, qua posita, uni Sacramento Corporis Christi Baldachini debetur honor; et saeris Passionis Instrumentis, ubi immemorabilis viget consuetudo, permittitur. Id adeo verum est, ut pluribus in locis, etsi illicitus habeatur Baldachini usus in delatione Reliquiarum, nihilominus, ne hae sine tegmine circumferantur, pia quadam fraude nonnulli utentes, ut legem eludant, iisdem addunt vivificae Crucis Reliquiam, abusus non ferendus, et omnino eliminandus! Interim enim Populus nescius, Sanctos Patronos, quorum Reliquiae sunt, veneratur, et colit, et illa de Cruce perinde habetur, ac si non esset.

Sunt et alii, qui distinctione conciliare student recentiora S. R. C. Decreta cum antiquis Congregationis Episcoporum, et Regularium, admittentes usum Baldachini, non in omnibus Processio-

scopo Ostien., et Veliternen., Sacrorumque Rit. Congregationi Praefecto loco Eñi Quarantotti defuncti, rescribendum censuerunt: «Oratores pareant Decreto Eñi Episcopi.» Die 23. Sept. 1820.

4571. MELITEN. (1)

Orta controversia inter Sodalitatem S. Iosephi erectam in Ecclesia Minorum Observantium in

suburbis Civitatis Notabilis Insulae Melitae, et alteram SSmi Sacramenti in Paroecia S. Pauli eiusdem Civitatis; super praecedentia in publicis Supplicationibus, eaque dilata ad Sacrorum Rituum Congregationem; Sacra eadem Congregatio, auditis iuribus, quae afferebantur pro parte Sodalitatis S. Ioseph dumtaxat, cum pro Confr-

nibus, se in solemnioribus. *Baruffaldus tit. 89. num. 29.* (ita Cavalerius loc. cit.) *producta Decreta ita ad concordiam revocat, ut illa, quae usum Baldachini prohibent, intelligenda sint de Processionibus minus solemnibus, quae vero permittunt, de solemnibus, et celebrioribus, ad quarum maiorem solemnitatem dubium non est, quod Baldachinum deservit.* In hanc autem sententiam venisse Cavalerius videtur, inquiens, *quod secuti Baldachinum ad solemnitatem deservit, et honorem, ita videtur erui, quod SSmo Sacramento, cui Ritualia illud attribuant, non private convenit, neque tamquam unum ex signis protestativis Divinitatis, atque adeo, quod etiam adhiberi potest Reliquiis, dum per Processionem solemniter deferuntur; abstinendum vero in Processionibus minus solemnibus, in quibus, ut deferatur, Decretum 1704. suffragium immemorabilis consuetudinis fortasse exigit:* Nequeo tamen huic opinioni adhaerere: licet enim Baldachinum signum protestativum non sit Divinitatis, est tamen *honorificum quoddam distinctivum*, quod ponit extrinsecam differentiam. Neque valet argumentum desumptum a Decreto S. C. R. anni 1704., quod rationem habet immemorabilis consuetudinis, non quoad Reliquias Sanctorum in genere, sed precise quoad Sacratissimam Spinam Coronae D. N. I. G.

Caeterum Roma, quae omnium Ecclesiarum Magistra est, dat regulam; antiquiora exempla non quaero, recentiora adducam, quae a nemine ignorantur. Sub initium anni 1798., publicis urgentibus calamitatibus, indicta fuit solemnissima universi Cleri Supplicatio ab Ecclesia Sanctae Mariae in Vallicella ad Patriachalem Basilicam Vaticanam; alteraque similis a Liberiana ad Lateranensem. Deferebatur humeris Episcoporum, et Canonicorum Patriarchalium Thalamus cum *sacra Tabula Archetypa SSmi Salvatoris, celeberrima Imagine B. Mariae Virginis in Porticu, et sacris Vinculis S. Petri Apostolorum Principis*; nec tamen hastatum Baldachinum fuit adhibitum. Die 24. Augusti 1800. solemnium pompa e Basilica Sanctae Mariae Transtyberim translata fuerunt *Corpora Sanctorum Bartholomaei Apostoli, Paulini Episcopi Nolani, Sanctorumque Martyrum Adalberti, Exuperantii, et Martelli*, cum aliis Reliquiis, ut restituerentur Ecclesiae in insula Tyberis Sancti Bartholomaei titulo Deo dictae. Et proxime elapso mense Augusto ab Ecclesia Sancti Andreae de Valle, pari, imo etiam maiori, solemnitate ad Basilicam Sancti Laurentii in Damaso elegantissime reparatam, suoque decori restitutam; translatum fuit *Simulacrum SSmi Crucifixi, miraculis, devotione, et frequentia Populi celeberrimum, una cum perantiqua Icone B. M. Virginis, Reliquiis Sancti Laurentii Martyris, Corporibus Sancti Damasi Papae, Sanctorum Eutichii, Faustini, Mauri, Boni etc.* Et licet in utraque Supplicatione ad Thalami latus quatuor Episcopi Pontificalibus amicti incederent, Baldachinum tamen hastatum delatum non fuit. Cur autem ita? quia neque Imaginibus, neque Sanctorum simulacris, neque Reliquiis extrinseca illa honoris significatio convenit, quae soli debetur Eucharistiae, et permititur erga Dominicae Passionis Instrumenta, ubi immemorabilis adest consuetudo. Spartam hanc magis possem illustrare, sed quae dicta sunt, satis esse videntur, ut quisque intelligat, eliminandum esse abusum deferendi in Processionibus Sanctorum Imagines, Simulacra, et Reliquias sub Baldachino.

(1) Controversiae de praecedentia in Processionibus, aliisque ecclesiasticis functionibus, quae frequenter excitabantur cum inter Fratres Ordinum Mendicantium, tum inter varias Confraternitates laicales, per Constitutionem Gregorii XIII. *Exposcit Pastoralis Officii, dat. 25. Iulii 1583.* compositae fuerunt: et, ne in posterum glisceret, per eandem Constitutionem certa servanda methodus praescripta fuit, ut quae, ex diversis Sodalitatibus simul concurrentibus, antiquior esset, et habitum, quem *Saccum* dicunt, assumpsisset, caeteris anteiret. En Constitutionis verba. «Apostolica

ternitate SSm̄i Sacramenti nemo comparuerit, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Dom. Card. Galleffi Pontentis, rescribendum censuit: « Praecedentiam deberi Sodalitati S. Ioseph, praeterquam in Processionibus SSm̄i Sacramenti; Sodalitatem vero SSm̄i Sacramenti teneri, et cogi posse ad alias

Processiones, iussu tamen, prudentia, et arbitrio Ordinarii. » Die 23. Sept. 1820.

4572. CALAGURITANA,

ET CALCEATEN. (1)

Canonicus Poenitentarius Cathedralis Calceaten. in Hispania Ioseph Tiburtius Calleia Em̄s PP.

« auctoritate decernimus, quod quicumque ex dictis Fratribus Mendicantibus inter se de praecedentia huiusmodi contententibus, aut confratribus Confraternitatum praedictarum, inter quos lites, et causae praemissorum occasione ortae iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione praecedentiae, ac iuris praecedendi sunt, ii, (quibuscumque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, et aliis subterfugiis prorsus remotis, et cessantibus, et expeditis) in processionibus tam publicis, quam privatis praecedere debeant. Quando vero non probetur, aut non constet de quasi possessione praecedentiae huiusmodi, inter Fratres quidem Mendicantes, ii, qui antiquiores in loco controversiae, inter confratres vero inter se litigantes ii, qui prius sacris usi sunt, in processionibus tam publicis, quam privatis praecedere debeant etc. » Sac. autem Rit. Congregatio in quaestionibus hac super re ad eam delatis constans fuit in tuenda regula, quam Gregorius XIII. praescripsit, ut ex innumeris Decretis, quae videri possunt in nostra hac Collectione. Haec regula est, quae tamen aliquam patitur limitationem quoad Sodalitates Sanctissimi Sacramenti, quae praecedentiam obtinent supra alias Sodalitates antiquiores, sed dumtaxat in Processionibus Sanctissimi Sacramenti, aliisque functionibus, quae Venerabile Sacramentum respiciunt, veluti declaravit eadem Sac. Congregatio: quae tamen conditionem adiecit, *dummodo accedant etiam ad alias Processiones, et in loco sibi debito incedant*. Ita in una *Lunen. Sarzanen. die 18. Iunii 1639.*; in una *Mediolanen. die 14. Novembris 1654.*, in *Lauden. 4. Martii 1662.*, et, ut de aliis sileam, in *Vercellen. die 20. Septembris 1687.* ubi clarius: *Indulgendum, ut Societas SSm̄i Sacramenti praecedat in Processionibus, in quibus SSm̄um Sacramentum defertur tantum, dummodo eadem accedat ad alias Processiones iuxta ordinem antianitatis: et in Mediolanen. die 19. Iunii 1655.*, in qua responsum lego: *competere praecedentiam Societati SSm̄i Sacramenti supra Confraternitatem S. Ambrosii in omnibus Processionibus, in quibus defertur SSm̄um Sacramentum*. Ideo in hac controversia Sac. Rit. Congregatio respondit: *Praecedentiam deberi Sodalitati S. Ioseph. Verum iuxta praefata Decreta exceptionem posuit: praeterquam in Processionibus SSm̄i Sacramenti: iisdemque Decretis inhaerens declaravit: Sodalitatem vero SSm̄i Sacramenti teneri, et cogi posse ad alias Processiones: addidit tamen: iussu, prudentia, et arbitrio Ordinarii: quia revera solius Ordinarii ius est decernere, num in quibusdam circumstantiis conveniat, nec ne, ad caeteras Processiones Confraternitatem SSm̄i Sacramenti compellere.*

(1) Ubi Lex clara est, non relinquitur disputandi locus. Atqui in proposita facti specie Rubrica interpretatione non indiget, vix, ac ne vix quidem intelligo, quanam sit dubitandi ratio. Quamvis infans, vel adultus Catechumenus, si in mortis periculo constitutus sit, a quocumque etiam laico, et foemina (dummodo is intendat id velle facere, quod vult Ecclesia, formam pronuntiet, simulque elementarem aquam super illum effundat) baptizari licite, et valide possit; attamen si Parochus, vel Sacerdos sit, qui domi in casu necessitatis privatim baptizat, regulam servare debet, quam ponit Rubrica, videlicet: *omissis, quae baptismum praecedunt, eum baptizet ter, vel etiam semel infundens aquam super caput eius in modum Crucis, dicens: Ego te baptizo in nomine Patris etc. si non habeatur aqua baptismalis, et periculum impendat, Sacerdos utatur aqua simplici; deinde, si habeat Chrisma, liniat eum in vertice dicens. Deus omnipotens Pater Domini Nostri Iesu Christi etc.; postea dat ei linteolum candidum, dicens, Accipe vestem candidam etc. ac deum dat ei ceream candelam accensam, dicens, Accipe lampadem etc. si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi.* Qui tamen omissi ritus suppleri debent in Ecclesia, postquam infans, vel adultus convalescit.





clesias Civitatis, vel Dioecesis accedenti, per digniorem Ecclesiae, ad quam accedit, esse porrigendum; non deficient tamen, qui regulae huic acquiescere detrectent; proptereaue haud mirum si huiusmodi quaestionem iterum hodie in medium tradat Nicolaus Nardi prima Dignitas insignis Collegiatae Ecclesiae S. Michaelis Arpini Dioecesis Soranae, Eños PP. eidem Congregationi Praepositos rogans pro solutione sequentis dubii: A quo sit porrigendum Aspersorium Episcopo in quaeumque Ecclesiam Civitatis, vel Dioecesis ingredienti, an a Rectore illius Ecclesiae, vel ab uno ex duobus Canonicis Cathedralis, qui cappa induti Episcopum comitantur?

Et S. eadem Rituum Congregatio, exquisita prius sententia alterius ex Apostolicarum Coereoniarum Magistris scripto exarata, praeeloque eusa, referente Eñno, et Rñno Dom. Card. Naro, respondendum censuit: « Aspersorium porrigendum esse a Rectore Ecclesiae, ad quam Episcopus accedit. » Atque ita respondit. Die 23. Septembris 1820.

4574. VOLATERRANA. (1)

Quum Caereoniale Episcoporum, Auctoresque omnes Liturgici illius dispositionem apprime sequentes, praesertim lib. 2. cap. 33. num 22., ritus edoceant, initio, progressu, et fine Processionis solemnissimum SSñi Corporis Christi servandos,

patet. Cum enim constiterit, quod dominium, et iurisdictio quoad Scalas Sanctas ad Praepositum, et Collegium Sixtinum privative spectat, iisdem etiam debetur ius honorificum: *Nam, ut habetur in decisione confirmatoria: excluso Capituli dominio, et iurisdictione, facile patet ius excipiendi Summum Pontificem soli competere Praeposito, et Collegio; vanumque, et perabsurdum esse in aliena Ecclesia de maiori dignitate contendere. In hac enim materia, qui dignior est in sua Ecclesia, is reliquos omnes inibi vincit, et expellit. Nam quisque domi suae Rex est, et Imperator, et nemini cedere tenetur.*

(1) Regulam tradit Caereoniale Episcoporum lib. 2. cap. 33. num. 22. quod in solemnitate SSñi Corporis Christi, dum Sacra Eucharistia, publica indicta Supplicatione, circumfertur, liceat Episcopo in aliqua Ecclesia, et super illius Altare deponere Sanctissimum Sacramentum, et aliquantulum quiescere. Id, quod etiam permittitur, etsi non Episcopus, sed Sacerdos deferat Sacramentum, veluti declaravit Sac. Rit. Cong. in *Albinganen.* 10. Iulii 1677. Verum idem Caereoniale duoponit condiciones. *Prima est, si longior fuerit Processio: nam si brevi ambitu concluditur, necessaria non est pausatio ad reficiendas vires. Secunda, quae magis interest: quod non passim in singulis Ecclesiis, vel ad singula Altaria, quae forsitan per vias constructa, et ornata reperiuntur, faciendum est, sed semel tantum, vel iterum, arbitrio Episcopi.* Modum praeterea tenendum praescribit: *et ibidem antequam discedat, thurificare (poterit) Sanctissimum Sacramentum, et Orationem de Sacramento cantare; quin vel unum addat verbum de benedictione populo elargienda, priusquam Processio reassumatur, immo ex silentio plane arguitur, dandam non esse. Id etiam clarius colligitur ex Caereoniali, iussu et auctoritate Benedicti XIV. edito pro Basilica Assisiensi S. Francisci cap. 10. ubi describitur ritus servandus in solemnitate Sanctissimi Corporis Christi, ut in Supplicatione Episcopus deferens Sacramentum ibi modo tempore quiescat. Deposito namque Sanctissimo Sacramento in Altaris medio: cantabitur: Tantum ergo, interim Episcopus super pulvinar sericum in infimo gradu genuflexus, ac humerali velo deposito, thus imponet in thuribulo Basilicae, Sacramentum thurificabit, et Orationem de eodem Sacramento cum cantu dicet: sumat inde velum humerale, et a Diacono accipiat Sacramentum; eodemque, quo advenit, ritu, et ordine e Basilica discedat Processionem prosecuturus.* Quae postrema verba ad quamlibet dirimendam controversiam satis forent. Cum enim, cantata ab Episcopo Oratione, impositoque velo humerali, ei a Diacono tradendum sit Sacramentum ad unum effectum prosequendi Processionem; et sint actus successivi, et continuati, patet Caereonialis Rubricam excludere benedictionem. Sed cur argumenta negativa persequimur, dum positivum non desideratur? Sac. Rit. Cong., quae Caereonialis libri interpret est, id aperte declaravit. Proposito namque dubio in *Monopolitana: An in Processionibus, in quibus (per Dignitates, vel Canonicos Cathedralis) defertur Sanctissimum Sacramentum, dum contingit illud poni super*



tum, et venerationem erga Redemptoris Nostri I. C. cruentissimae Passionis, ac Mortis Mysteriorum, quibus valet modis, propagare; proindeque consuevit in publicis Supplicationibus Vexilla Regis, nudam scilicet Crucem deferre illius mortis inditum. Verumtamen Passionem Verbi Dei propius fidelibus significatura, ante praefatam Crucem quinque accensa intortitia per totidem Sodales erigenda statuit in sacrorum quinque Vulnerum symbolum, hancque facultatem sibi largiri Apostolicae Sedis auctoritate S. R. C. supplicavit.

Et S. eadem Congregatio, sedulo, diligenterque lustratis, quae pro parte dictae Sodalitatis afferebantur rationibus, referente Eñno, et Rñno D. Card. Iulio Maria de Somalia Episcopo Ostien., et Velitern., S. R. E. vice Cancellario, Sacri Collegii Decano, et Sacrorum Rit. Congregationi Praefecto, respondit: « Licere iuxta petita. » Die 23. Septembris 1820.

4576. ASCULANA.

Ad augenda in Dioecesi Asculana devotionis obsequia erga Augustissimum Eucharistiae Sacramentum, et SSñam Virginem Deiparam, humilimas SSño Dño Nostro PIO VII. Pont. Max. preces porrexit Rñus Episcopus, et Clerus eiusdem Civitatis, ac Dioecesis pro facultate agendi privilegiatam Octavam SSñi Corporis Christi, et

Assumptionis B. M. V.: Sanctitas Sua, referente infrascripto S. R. C. Assessore: « Benigne annuit, exceptis tamen duplicibus primae, aut secundae classis tam occurrentibus, quam translatis, et quoad Octavam Assumptionis B. M. V., excepta die Octava Festi S. Laurentii Mart., et Festo S. Ioachim Patris eiusd. Bñae Virginis. » Die 29. Augusti 1820. (1)

4577. CARPEN.

Beatissimo Padre — Il Canonico Bonaventura Bernardi Vicario Capitolare della Diocesi di Carpi nel Modenese, Oratore Umilissimo della Santità Vostra, con ogni venerazione rappresenta, qualmente essendo state di passaggio per quella Città le Truppe Austriache, han fatto la loro stazione in diverse Chiese di quella Città, fra le quali tre consacrate. Vi hanno i Soldati dormito, vi hanno fatto fuoco, ed in alcune hanno rotto gli Altari, e vi hanno in altre tenuto ancora dei cavalli, servendosi per ogni uso, come fa la Truppa.

Il Vicario pertanto Oratore ricorre ai piedi della Santità Vostra, acciò voglia degnarsi dargli le opportune istruzioni, e facultà, onde poter benedire simili Chiese, e non ritardarsi a riaprirle per comodo dei Fedeli. Che etc. (2)

« Ex audientia Sanctissimi: 3. Martii 1821. SSñus Vicario Capitolari Oratori facultatem con-

(1) Quamvis hoc Decretum peculiare exhibeat indultum pro una Dioecesi Asculana, haberi nihilominus potest tamquam generale, quia et declarat mentem concedentis, et dat regulam in similibus servandam. Octava SSñi Corporis Christi admittit dumtaxat duplicia occurrentia, et etiam translata, quae ritu gaudeant 1. vel 2. clas.; verum, ut petentium pietati, ac devotioni erga SSñum Eucharistiae Sacramentum, a S. Congregatione quandoque ampliatur indultum, ut per integrum octiduum fieri possit de diebus infra Octavam, etsi occurrat Festum duplex; clausula apponi solet: *dummodo non sit dup. 1. aut 2. clas.* Idem privilegium, peculiaribus intercedentibus circumstantiis, extenditur quandoque ad Octavas unius, vel alterius ex solemnioribus festivitatibus praesertim B. M. V.; ut in casu, de quo praesens Decretum. At ex clausula illa, *dummodo non sit 1., vel 2. clas.* oriri poterat dubitatio: non in occursu diei Octavae Patroni, Titularis, Dedicationis Ecclesiae, vel cuiuscumque alterius Festi, quod eadem gaudeat, infra Octavam praefato modo privilegiatum debeat de illa fieri Officium, an simplex commemoratio. Dubitandi ratio in eo stat, quod Octava privilegiata solum admittit Officia 1. vel 2. clas., alia reicit tam occurrentia, quam translata: ideo dies Octava, quae ritum dup. min. non excedit, cedere debere videtur diei infra Octavam. Id autem est, quod per praesens Decretum declaratur. Etenim cum dies octava, quia transferri nequit, praestet alia Festa, si quae occurrant rit. quoque dup. mai.; igitur ne pereat, aequum est, ut de eadem fiat Officium in diebus infra Octavam privilegiatam; praesertim quia, cum dies Octava, licet gaudeat ritu dup. min., reicit tamen Festum occurrens dup. mai., induit lato modo in huiusmodi occurrentia qualitatem dup. 2. clas., vel saltem huic aequiparatur.

(2) Ecclesiae semel consecratae, dummodo materialis fabrica, ac praesertim parietes subsistant, etsi quocumque gravissimo crimine pollutae, et violatae fuerint, aut in profanum usum conversae, nova tamen consecratione non indigent. Interdictae utique sunt, nec in iisdem sacra queunt celebrari Mysteria, sed precibus, et aspersionibus in Pontificali praescriptis debent dumtaxat reconciliari.

cedit, sive per se, sive per alios Sacerdotes ab eo specialiter deputandos, reconciliandi Ecclesias consecratas, de quibus in precibus, servato Ritu

a Pontificali Romano praescripto, adhibitaque aqua per Catholicum Episcopum benedicta. Ecclesiae autem simpliciter benedictae ab eodem

Eadem tenenda ratio, quoad Oratoria, minoresque Ecclesias, servata forma in Rituali Romano tradita, benedictas. Praeter Canonistas, videri possunt collecta a *Baruffaldo ad Ritual. Roman. tit. 73.*, et a *Catalano in Commentariis cum ad idem Rituale, tum ad Pontificale*. Quamquam vero reconciliatio Ecclesiae consecratae peragi nequeat, nisi ab Episcopo loci Ordinario, vel ab extraneo Episcopo de eiusdem mandato; nihilominus, urgentibus circumstantiis, Apostolica interveniente facultate, ab aliquo Sacerdote in Ecclesiastica dignitate constituto fieri permittitur, eadem benedictione adhibita, qua utitur Episcopus, ut in Pontificali; (Vide Sacrae Congregationis responsum *die 19. Maii 1607. in Placentina ad Dub. 10.*)

Porro urgentes concurrebant causae in casu, de quo in precibus. Cum enim in Civitate, et Dioecesi Carpensium plures essent Ecclesiae, vel consecratae, vel simpliciter benedictae, quae militari- bus stationibus, et excubiis profanatae, ac violatae reconciliatione indigebant; et vacante Sede, Episcopus non adesset, qui Pontificale praescriptum exequeretur; ideo SS<sup>mus</sup> D. N. benigne indulsit, ut erat, ad exercitium Divini Cultus in iisdem restituendum; ideo SS<sup>mus</sup> D. N. benigne indulsit, ut reconciliatio peragi posset vel ab ipso Vicario Capitulari, vel ab aliis Sacerdotibus, quos deputandi eidem potestatem fecit, addita conditione *adhibendi aquam ab aliquo Catholico Episcopo benedictam*, quae certe parari nequit a simplici Sacerdote, cum sacrandam sit distinctis exorcismis, et precibus a Pontificali praescriptis, et commixtione nedum salis exorcizati, verum etiam cineris, et vini, iuxta Pontificali praescriptis, et commixtione nedum salis exorcizati, verum etiam cineris, et vini, iuxta Text. cap. *Proposuiti, De Consecrat. Ecclesiae, et Altaris*. Similis quasi casus habetur in *Argentina*; quamobrem Abbas Monasterii S. Mariae ad Schutteram petiit: *An ipse cum aqua benedicta ab aliquo Catholico Antistite supradictas Ecclesias benedicere, et reconciliare per se ipsum, quatenus indigeant, possit? Quatenus negative, supplicat pro facultate*. Et Sacra Congregatio *sub die 30. Martii 1697. respondit. Secretario cum SS<sup>mo</sup> pro facultate*; et Sanctitas Sua *die 3. sequentis Aprilis, facultatem benedicendi, et reconciliandi supradictas Ecclesias, cum aqua tamen benedicta ab aliquo Episcopo Catholico, et pro hac vice tantum, benigne concessit*.

Non eadem servanda solemnitas est in reconciliandis Ecclesiis dumtaxat benedictis; et quoniam id non ad Ordinem (quemadmodum consecratio, ut declarat Gregorius IX. in cap. *Aqua, de Consecrat. Ecclesiae, et Altaris*), sed ad iurisdictionem pertinet, ut potest Episcopus ad benedictionem explendam, simplicem Sacerdotem delegare, ita etiam et ad reconciliandam Ecclesiam violatam, seu pollutam; ideo brevior, minusque sollemnis formula traditur in Rituali Romano, et in aspersionibus non alia adhibenda aqua est, quam lustralis.

Clara haec sunt, neque in his explanandis immorandum ulterius est; sed quoniam, veluti exposnebat Vicarius Capitularis, eo usque processerat militaris licentia, ut et Altaria in aliquibus Ecclesiis fracta fuerint; hinc etiam huic malo erat occurrendum. Non enim sicuti ad reconciliandam Ecclesiam, ita etiam ad Altaria consecrandam delegari congruit simplicem Sacerdotem, licet in potestate sit Supremi Pastoris tale privilegium alicui concedere, quo sane fruuntur quorundam insignium Monasteriorum Abbates pro Ecclesiis sibi subiectis. Nam etsi Episcopus nequeat accersiri ad hoc opus perficiendum, alii tamen non desunt modi, quibus suppleri potest defectus; praesertim vero provisionali, ac temporanea appositione Arae portatilis supra Mensam execrati Altaris. Ideo Sacra Congregatio in dicta Placentina ad sequentia Dubia: *An possit sacros lapides, nempe Altaria portatilia a quocumque Catholico Antistite rite confecta, supradictis Altaribus apponere, ut Sacrum ibidem licite peragi valeat? An in infrascriptis Altaribus . . . noviter constructis supradicta Altaria portatilia apponere, et deinde in eisdem licite Missa celebrari possit?* Respondit: *Affirmative ad formam Pontificalis Romani*.

Sed quia in supplicii libello enunciatur tantum *in alcune hanno ratto gli Altari*, quin constet de

Vicario, vel a Sacerdotibus per eum designandis reconciliari poterunt, iuxta formam a Rituali Romano traditam. Quo vero ad Altaria cum in-

tegra lapidea Mensa, quoties fractura sit enormis, Mensa omnino renovanda, et ab Episcopo consecranda erit; secus licebit super iis celebrare,

qualitate fracturae; ideo pro casuum diversitate sapienter in Rescripto est distinctione provisum. Non enim per quamlibet fracturam execratur Altare fixum ex integra lapidea Mensa, inferiori structurae caemento unita; sed illa tantum, quae enormis est. Hic autem videtur seiscitandi locus: quoniam quantaque sit enormis lapidis fractura, ob quam execratur Altare iuxta test. *in cap. Ad haec, et cap. Quod in dubiis de Consecrat. Ecclesiae, vel Altaris?* Id per nostrum Rescriptum declaratur, ubi dicitur celebrari posse Missam in Altari, *non obstante levi fractura in uno, vel altero cornu.* Idem *Alexander III.* qui in praefato *cap. Quod in dubiis*, iterum consecrari iubet Altare, cuius Mensa *semota fuerit, vel enormiter fracta*; per aliud Rescriptum declarat, quid per dictionem *enormem* intelligat: nam consultus ab Archiepiscopo, et Capitulo Bisuntino: num Altare, cuius Mensa *in sua extremitate modicam passa fuerat fracturam*, iterum consecrari deberet? Respondendum duxit, quod *cum Altaris tabula mota, vel enormiter laesa non fuerit, ob casum praedictum, nec Ecclesia, nec Altare debent denuo consecrari.* Ita in *cap. Ligneis eod. tit.* Rescriptum igitur apprimè convenit cum *Alexandri* responso, dum declarat, licere *super iis celebrare; non obstante levi fractura in uno, alterove cornu.* Erit autem enormis fractura; si tabula fuerit, vel in duas, vel in plures notabiles partes divisa, ac proinde continuationem, integritatem, et substantialem unitatem amittat. Talis etiam erit, vel res sit de Altaribus fixis, vel de Aris viatoriis, si divisa per fracturam aliqua sit ex illis partibus, in quibus peculiare unctiones fuerant adhibitae, subtiles candelae accensae, thus crematum. Nam, etiamsi iuxta obvium materialem sensum fractura enormis non sit, respective tamen enormis evadit, quia separatae sunt partes specialibus precibus, formulis, signis, actionibus consecratae. Atque ita intelligendum esse puto textum *in cap. Ligneis*: quippe cum ageretur de modica fractura in extremitate tabulae fixae, iure credi poterat integram remansisse continuationem partium, quae Cruce signatae fuerant cum aqua benedicta, sacrisque oleis linitae. Verbo dicam: Execrata erit tabula, si pars fracta unam contineat ex lateralibus Crucibus ab Episcopo in Altaris consecratione specialiter benedictis.

Quamvis, vel agatur de Altari fixo, et stabili, vel de Ara portatili, et viatoria, enormis fractura insuper erit, si parvus ille lapis contractus fuerit, qui sigillam continet, et claudit repositorium Reliquiarum, quod Sepulcrum dicimus. Per verbum *sigillum*, quo utitur *Alexander III.* in praefato *cap. Ad haec*, ab Sacrorum Canonum interpretibus relatis a *Gonzalez ad idem caput*, intelligitur *operimentum Reliquiarum distinctum ab ipsomet lapide.* Verumtamen hoc in casu, velut etiam et in altero, in quo nedom fractus lapis, sed etiam Reliquiae fuerant amotae, peculiaribus concurrentibus circumstantiis, aliquam indulgentiam adhiberi posse S. R. C. putavit. Cum enim Augustanus Antistes exposuisset, *haberi in Dioecesi Augustae quamplurima milliarum Altarium pollutorum, sola violatione Sepulcrorum, ex quibus sacrae Reliquiae extractae fuerunt etc.* Quamobrem supplicavit pro facultate illa reconciliandi sola repositione Reliquiarum, iis tantum servatis caeremoniis, quae in Pontificali Romano praescribuntur. Et Sacra Congregatio respondit: *In hoc casu, gratiam praedictam posse concedi, si SSmo placuerit.* Die 21. Aprilis 1668., et Sanctitas Sua benigne annuit die 1. sequentis Maii; ubi notandum est, Sacram Congregationem a regula non recessisse, sed in casu quamdam agnovisse necessitatem relaxandi, et moderandi rigorem eiusdem regulae, ob ingentem numerum Altarium, quae abstractione Reliquiarum fuerant violata, et grave nimis fuisset onus impositum Episcopo, si demandasset S. C. tot Altarium integram Consecrationem, quae tamen peragi oportebat, nisi Pontifex suprema sua auctoritate petitam facultatem indulsisset. Nihilominus iniuncta fuit conditio ea adimplendi, quae praescripta sunt in Pontificali Romano, dum in Sepulcro reconduuntur Reliquiae, et superimponitur lapis.

Ita etiam indultum fuit Cardinali Archiepiscopo Beneventano (qui postea ad Petri Cathedram

non obstante levi fractura in uno, vel altero cornu. Reliqua autem Altaria sacro tantum lapide instructa, si lapis iste integer sit, violata minime censenda sunt, ac ubi primum reperationes, quibus indigeant, expletæ fuerint, ad sacra Mystéria peragenda apta erunt. Caeterum Vicarius Orator in Ecclesiarum reconciliatione exequenda prudenter se gerat, eandemque private, et absque populi concursu fieri curet. »

4578. DECRETUM GENERALE.

Quum abusus nonnulli sensim irrepsisse conspiciantur tum adversus Episcopalia iura, tum contra rectam Divini Cultus disciplinam, licet alias per S. R. C. de iis fere omnibus edita fuerint Decreta; ne in dies magis invalescant, eiusdem Sacrae Congregationis Secretarius pro sui muneris officio dubia, quae sequuntur, Emis et Rmis PP. in

ordinario Conventu enodanda proposuit, videlicet.

1. An in Ecclesiis Regularium, aliisque Ecclesiis exemptis recitandæ sint Collectæ ab Ordinario loci praescriptæ?

2. An liceat Clero earumdem Ecclesiarum ab iis recitandis cessare pro lubitu, antequam Ordinarius id iusserit?

3. An, iubente Ordinario, ut quibusdam Solemnitatibus, vel in alio peculiari casu sonus Æris Campani omnium Ecclesiarum edatur, praefatae Ecclesiae quantumvis exemptae eius mandato parere teneantur?

(1) 4. An praeter consuetas, usuque receptas SANCTISSIMI SACRAMENTI expositiones, extraordinariae quoque in Ecclesiis exemptis fieri possint absque licentia Ordinarii?

(2) 5. An liceat in expositione SANCTISSIMI

euctus *Benedictus XIII.* appellatus est) licet in casu omnino diverso. Nam cum ipse vellet quaedam Altaria ex plaste constructa destruere, eorumque ex marmore novam constructionem demandare, quaesivit declarari: *An integris cum sepulcris Sacrarum Reliquiarum, intactis permanentibus Mensis Altarium praedictorum, posse procedi ad novam eorundem Consecrationem, omissis caeremoniis ad repositionem Reliquiarum pertinentibus?* S. R. C. respondit sub die 26. Novembris 1696.: *Detur Decretum in Augustana die 21. Aprilis 1668. editum, dummodo non transeat in exemplum.* Quæri hic posset: quinam fuerit sensus Sacrae Congregationis, iubendo dari Decretum in Augustana? Multis non est opus, ut id intelligamus. Sicuti namque in *Augustana* integra Altaria erant, nec amotæ tabulae fuerant a suis stipitibus, quae tamen violatae remanserant, subtractis e repositoRIO Reliquiis; mandaverat, ut, aliis omissis, eae serverentur caeremoniae, quae ex Pontificali Romano Reliquiis; adhuc sunt, dum Episcopus in medio tabulae Reliquias ponit, et, superimposito lapide, Sepulchrum claudit: ita et in *Beneventana*, cum violatio consisteret in remotione integrae lapideae Mensae, intacto permanente Reliquiarum Sepulchro; satis visum est Sacrae Congregationi indulgere, ut repositis iisdem lapideis tabulis, super nova inferiori structura, id ab Episcopo praestandum dumtaxat foret, quod lapideam Tabulam cum inferiori stipite quodammodo iungit, atque connectit, ope unctionum in angulis inter Mensam, subiectumque stipitem, servata forma Pontificalis. Neque in hoc etiam casu congrua deerat indulgentiae ratio, cum non una tantum, vel altera, sed *quatuordecim lapideae tabulae* alias consecratae, integris adhuc, et intactis Reliquiarum Sepulchris, collocandae essent super noviter extractis marmoreis stipitibus. Nihilominus additum consulto fuit: *Dummodo non transeat in exemplum:* ne per indulgentiam, et dispensationem, in hoc singulari casu adhibitam, quis crederet infirmari regulam traditam *in cap. Quod in dubiis*, qua declaratur, execrari Altare fixum, semel ac lapidea Mensa ab inferiori stipite semota fuerit, etiamsi nihil omnino de sua integritate perdidit. Haec breviter adnotanda duxi ad maiorem tum praesentis Rescripti, tum aliorum Decretorum, quae circa eandem rem versantur, elucidationem.

(1) Videri possunt Decreta S. R. C. in hac nostra Collectione relata. Ad rem facit alterum Decretum Sac. Cong. Concilii 30. Maii 1699.; 4. Februarii 1702. videlicet: *Parochis, et Vicariis Abbatibus non licet absque licentia Episcopi, publicae venerationi exponere Sacram Eucharistiam.*

(2) Instructio edita iussu *Sanctae Me. Clementis XI.* omnino servanda in Oratione quadraginta Horarum expresse iubet §. 6.: ne sub throni umbella, e parte postica aliquod apponatur, et lateat lumen, cuius ope magis splendescat crystallinus ostensorii orbis, sacram continens Hostiam: *nella di cui parte opposta non si ponga onninamente lume alcuno.* Vide, quae notavimus ad praefatae Instructionis locum num. 5.

SACRAMENTI lumen aliquod eo artificio collocare a parte postica Sphaerae, ut recta illuceat in ipsam Sacratissimam Hostiam, quae exinde lucida appareat?

(1) 6. An toleranda, vel eliminanda sit consuetudo, quae in dies invalescit, superimponendi Sanctorum Reliquias, pictasque Imagines Tabernaculo, in quo AUGUSTISSIMUM SACRAMENTUM

(1) Videri possunt, quae notata sunt ad §. 4. praefatae Instructionis *ibidem* num. 1. et 2. Si illicitum declaratum fuit a S. R. C. retinere vas florum, ante Tabernaculi ostiolum, in quo Crucifixi imago sculpta conspicitur (ita in una Congregationis Montis Coronae 22. *Januarii* 1701.), multo magis illicitum erit superimponere Tabernaculo, in quo asservatur Sanctissimum Sacramentum, Reliquias, aut Sanctorum Imagines. Gavantus ad *rubric. Missal. tit. 22.* agens de *praeparatione, et ornamentis Altaris*, postquam notaverat: *Vasa quoque Reliquiarum exponi possunt hinc inde, vel inter Candelabra; continuo addit: qua in re cavendum illud erit, ne unquam supra locum Sacramenti . . . Reliquiarum vasa collocentur. Decet enim sedere Dominum supra Servos suos.* Abusus nihilominus universaliter serpit, ut praesertim in Sanctorum Festis exponantur Reliquiae immediate supra Tabernaculum; et oritur praecipue ab inobservantia regulae, quam tradit *Rituale Romanum tit. de Sanctissimo Eucharistiae Sacramento §. 6.* Videlicet. *Hoc autem Tabernaculum conopaeo decenter operatum, atque ab omni alia re vacuum in Altari maiori, vel in alio, quod venerationi, et cultui tanti Sacramenti commodius, aut decentius videatur, sit collocatum:* Nam si Tabernaculum operiendum est conopaeo, haud poterit locum praestare superimponendis Reliquiis, aut Imaginibus. Sanctus Carolus Borromaeus eorum, quae pertinent ad Divinum Cultum, zelator eximius, de sacris suppellectilibus agens, nos edocet Tabernaculi formam, et ornatum: *Tabernaculum Sanctissimae Eucharistiae polite elaboratum piis Mysteriorum Passionis Christi imaginibus exsculptum esse debet, in summo adsit imago Christi resurgentis, vel sacra vulnera exhibentis . . . forma vel octangula, seu sexangula, vel quadrata, vel rotunda . . . a fronte Altaris summa procul collocatum:* apud Gavant. *ad rubric. Missal. par. 5. pag. 1339. Editionis Romanae.* Non is ego sum, qui existimem tanto cum rigore regulam hanc esse accipiendam, ut necessario imminere debeat Tabernaculo imago Christi resurgentis, aut vulnera exhibentis; certum tamen est parvam Crucem in summitate esse collocandam, ad quam usque non pertingit crispatum conopaeum. Si servandum id est, haud supererit locus, ubi exponantur Reliquiae, aut Imagines, praesertim quia, si conopaeo velandum est Tabernaculum, ac in summitate rotundum sit oportet. Nec praetereundum est summam deberi reverentiam Sacello, in quo asservatur Sacramentum; ideoque, ut notat Caeremoniale Episcoporum *lib. 1, cap. 12. num. 9.:* *Maxime decens esset, ut in Altari ubi Sanctissimum Sacramentum situm est, Missae non celebrarentur, quod antiquitus servatum fuisse videmus.* Dum autem immediate supra Tabernaculum, veluti in basi, exponuntur Imagines, aut Reliquiae, actio committitur, quae laedit reverentiam debitam loco ad Sacramenti custodiam destinato. Praeterea iubet praefata Ritualis Rubrica, ut *Tabernaculum sit ab omni re vacuum*, et Sac. Congr. Episcop. sancivit 3. Maii 1693., ne sacra Olea, vel Reliquiae, aut alia quaeque in eo retineantur. *Haud enim decens est (ut monet Cavalierius tom. 4. cap. 5. Decr. 13. num. 1.) quod destinatum est in habitationem ipsius Dei, occupetur ab alia re, quae Deus non sit, nisi forte ad ipsius Dei, vel Sanctissimae Eucharistiae usum deserviat.* Nonne autem eadem habenda ratio, quoad usum extrinsecum, quousque Tabernaculum includit Sacramentum, ita ut ab eo arceri debeat quidquid ad eiusdem cultum, reverentiam, et custodiam non pertinet? Quamobrem, ne fiat, quod maxime dedecet, et sanctissimis Ecclesiae regulis adversatur; si velint exponi Imagines, et Reliquiae Sanctorum, id fieri poterit in aliqua ex minoribus Aris. Verumtamen non omnes Ecclesiae id commodum praestant; quamplurimae sunt etiam ex Parochialibus, quae unicum habent Altare. Quid inde? Breviter respondeo, si aptior non sit eas exponendi locus, quam immediate supra Tabernaculum, longe melius est, Reliquiarum expositionem omittere, quam illud agere quod minime decet.

Si vero de Imaginibus sermo sit, non video, cur praeter tabulam effigiem referentem illius Sancti, in cuius nomen, et memoriam Altare dedicatum est, e fronte ad parietem appositam, alia minor,



asservatur, ita ut idem Tabernaculum pro basi inseruiat?

7. An permitti possit, ut ante praefatas Imagines in medio Altari positae apponantur lu-

ut satisfiat pietati, et devotioni, in medio Altaris collocetur, nec illo excepto, in quo asservatur Sacramentum. Mos collocandi parvas hasce tabulas in medio Altarium invecus recenter est, et ab antiqua, probataque Ecclesiae consuetudine alienus. Ideo Rubrica agens de Altaris thurificatione *part. 2. tit. 4. num. 5.* memorat dumtaxat Imagines, et Reliquias, quae hinc inde inter Candelabra sitae sunt, et debent thurificari. Equidem non ignoro, difficillimum esse abrumpere morem, qui in Ecclesiis, praesertim Regularium, fere universalis evasit, apponendi in medio Altaris minores huiusmodi Imagines. Ne oriantur scandala eundem Ecclesiastici Praesules tolerant; et hoc aequum est: congruit enim id permittere aliquando, quod minus decet, dummodo non sit illicitum; debitus tamen modus servandus est, et consulendum, ne huiusmodi tabulae collocentur in Altari, ubi Sacra reconditur Eucharistia: et quatenus ibi sitae sint, et nequeant omnino removeri, et alio collocari sine pusillorum offensione, eum tamen appello Pontificem *Benedictum XIV.*, qui in Epistola ad Archiepiscopos, et Episcopos ditionis Ecclesiasticae dat. die 16. Iulii 1746.: *de retinenda Crucifixi imagine palam, et visibiliter exposita*; plane demonstrat minorum harum tabularum usum recentem esse, et potius tolerandum, quam laudandum. Nam postquam initio dixerat: *in Altaribus . . . praeter maiorem tabulam, quae vel depictam, vel incisam exhibet imaginem Sancti, in cuius nomen, et memoriam Altare consecratum est, ADIUNGI COEPIT alia minor tabula in qua vel coloribus exprimitur, vel aere, ligno, aut marmore inciditur effigies alterius Sancti etc.*: prosequitur, nolle usum hunc improbare, sed ea utitur loquendi formula, ut illum potius ferre, quam probare videamus: quippe concludit: *Illud monendum superest, eam nobis mentem haud esse, ut Imagines Sanctorum, quae maiori tabulae Altaris superadditae sunt, de medio auferatis*; (sed cur haec non est eius mens? attende rationem, quam adducit, videlicet) *cum fortasse defuturi non essent invidi, qui, ut pietati vestrae maculam inurerent, in vulgum disseminarent, vos nulla duci religione in eum Sanctum, cuius imaginem Fidelium venerationi subducitis.* Poteratne clarius sapientissimus, et aequè religiosissimus Pontifex intimum sui animi sensum promere, quin apertis, directisque verbis aperiret? Satis id est: addere nihilominus mihi liceat cauto opus esse, et quatenus velint minores hae tabulae in medio Altarium collocari, tres conditiones omnino servandas proponam.

*Prima*: ne privata auctoritate id fiat, sed Ordinarii intercedat adprobatio, et licentia. Et quoniam Pastoralis sollicitudinis, et vigilantiae praecipuum est munus ea curare, quae circa Religionem, et Cultum versantur, ac diligenter studere, ne quid fiat a sacris Ecclesiae legibus alienum, vel iisdem minus, aut non satis conforme, Episcopus, priusquam licentiam concedat, vel per seipsum cognoscat, vel ab aliis prudentibus Ecclesiasticis viris cognoscere faciat, quid, et quomodo expressum in tabula sit. Etenim *cum domum Dei deceat Sanctitudo*, S. Tridentina Synodus *Ses. 15. de sacris Imaginibus*, statuit: *nemini licere, ullo in loco, vel Ecclesia etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere, vel ponendum curare Imaginem, nisi ab Episcopo probata fuerit*: cavendum namque est, ut nullae falsi dogmatis imagines, et rudibus periculosi erroris occasionem praebentes statuatur: Sed id per quam facile accidere posset, si Ecclesiarum Rectorum, aut Sacrarum Custodum in arbitrio relinqueretur eas, quas maluerint minores tabulas, etsi pias, et devotas in Altaribus collocare.

*Secunda*: quod Episcopus non permittat Imagines a se adprobatas exponi in Altaribus, non praemissa earundem benedictione, quae habetur cum in Pontificali, tum in Rituali Romano, quaeque, dum agitur de minoribus hisce tabulis, plerumque negligitur. Vide *Acta Ecclesiae Mediolanensis*, ac praesertim *Concilium Provinciale IV. tom. 1. pag. 100. col. 2. edition. Patavin. et collecta a Catalano in comment. ad Pontifical. part. 2. tit. 15. et 16., et ad Ritual. Roman. tit. 8. cap. 27.*

*Tertia*: tandem, ne in libertate, et arbitrio relinquatur locus, in quo tabula erit collocanda, sed

mina ex oleo, quae immineant Mensae, et ardeant etiam tempore Sacrosancti Missae Sacrificii? (1)

8. An liceat titulo specialis devotionis Litanii Sanctorum, vel Lauretanis aliquem versiculum addere, vel novas Litanias, de quarum adprobatione Ordinario nullatenus constet, in Ecclesiis canere, vel recitare? (2)

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, re mature, diligenterque discussa, ad relationem mei infrascripti Secretarii, respondendum censuit, ut infra, videlicet.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Negative. »

Ad 3. « Affirmative. »

Ad 4. « Negative, et serventur Decreta hac supra re pluries edita. »

Ad 5. « Negative, et servetur Instructio iussu S. M. Clementis PP. XI. evulgata die 21. Ianuarii 1705. pro Expositione SANCTISSIMI SACRAMENTI, occasione Orationis quadraginta Horarum §. VI. »

Ad 6. « Assertam consuetudinem tamquam abusum eliminandum omnino esse. »

Ad 7. « Negative in omnibus, nec lumina, nisi cerea, vel supra Mensam Altaris, vel eidem quomodocumque imminencia adhibeantur. »

Ad 8. « Negative, et serventur omnino Decreta Sacrae Congregationis, eurentque Ordinarii colligere, et vetare formulas quascumque tam impres-

sas, quam manuscriptas Litaniarum, de quarum abprobatione non constat.

« Et quoniam de Litanis sermo est, quum Sacrae Congregationi innotuerit aliquibus in Ecclesiis, praesertim occasione Orationis quadraginta Horarum, Libellos adhiberi, in quibus vel peculiarium Sanctorum Nomina addita conspiciuntur, vel unus, aut alter versiculus in precibus desideratur; ideo Sacra Congregatio, inhaerendo memoratae Instructioni Clementis PP. XI. §. XXIV., praecipit, ne alii adhibeantur Libelli, nisi typis Reverendae Camerae Apostolicae impressi, vel eisdem plane conformes. »

« Atque ita respondit die 31. Martii 1821. »

« Et facta de praemissis omnibus Sanctissimo Domino Nostro PIO VII. Pont. Max. relatione, SANCTITAS SUA Sacrae Congregationis Responsa adprobavit, confirmavitque, atque, ut cunctis pateant, Decretum Generale desuper expediri, typisque evulgari mandavit. » Die 3. Aprilis 1821.

4579.

ORBIS.

Quum, attenta ritus differentia, qua alicubi gaudet Festum SACRATISSIMI CORDIS IESU, occurrat quandoque cum Festo etiam duplici primae classis iis in Locis, quibus ex singularissima gratia S. CORDIS Officium sub hoc ritu celebratur, ideo ex officio dubia sequentia relate ad illius celebrationem, exactamque repositionem Rm̄is, et Rm̄is PP. Sacr. Rituum Congregationi Praepositis resolvenda proposita fuerunt, nimirum. (3)

indulgens Episcopus, ut in altero ex Altaris gradibus ponatur, simul iubeat, ut conspectum Crucis non impediatur, quod expresse praecipit *Benedictus XIV. in laudata Epistola*, et procul distet ab Sanctissimi Sacramenti custodia, uti habetur in praesenti *S. R. C. responso*. Quod si aliis Altaribus Ecclesia sit instructa, poterunt in his minores hae tabulae collocari, quin ulla ponatur in Altari, ubi asservatur SSm̄um Eucharistiae Sacramentum.

(1) Haud decet, ut in Altari, ad offerendum Deo immaculatam Hostiam erecto, in quo cuncta munda sint oportet, lumina ardeant ex oleo, cuius decidentibus guttis, tobaleae supra Mensam extensae sordidis persaepe maculis inficiuntur. Idcirco si lampades accendi velint in honorem alicuius Sancti, cuius Imago in medio Altaris sita est, vel lateraliter extra Mensam ponendae sunt, vel pensiles e conspectu Altaris.

(2) Hac super re legi possunt Decreta in nostra Collectione relata. Non enim licet intuitu specialis devotionis alicuius Sancti nomen Litanis addere, nisi doceatur de Apostolico indulto. Vide etiam adnotationem ad §. 24. Clementinae Instructionis num. 19.

(3) Postquam, maturo praemisso examine, S. R. C. probe noscens: *Cultum Cordis Iesu per omnes fere Catholici Orbis partes propagatum, simulque intelligens Officii, et Missae celebratione non aliud agi, quam compleri cultum iam institutum, et symbolice renovari memoriam illius Divini amoris, quo Unigenitus Dei Filius humanam suscepit naturam, et factus obediens usque ad mortem praebere se dixit exemplum hominibus, quod esset mitis, et humilis corde . . . annuendum precibus censuit Episcoporum Regni Poloniae, et Archiconfraternitatis Urbis titulo Cordis Iesu institutae, qui supplicaverant pro specialis huius Festi adprobatione; postquam S. M. Clementis XIII. sub*

1. Occurrente Festo SACRATISSIMI CORDIS IESU, ubi gaudet ritu primae classis, et Octava, cum Festo Nativitatis S. Ioannis Baptistae, aut Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, quaeri-

die 6. Februarii 1765. S. R. C. Decretum Apostolica sua auctoritate confirmavit, probatumque Festum auxit Officio, et Missa propr.; cultus eiusdem mirum in modum per omnes Catholici Orbis partes diffusus, maius habuit incrementum. Quamobrem frequentes fuerunt preces S. R. C. porrectae pro extensione Officii, et Missae ad plures Dioeceses, Civitates, Regularium Ordines, et innumeras pro extensione Officii, et Missae ad plures Dioeceses, Civitates, Regularium Ordines, et innumeras fere Sodalitates, quae SSmi Cordis Iesu titulo et distinguebantur, et gloriabantur. Quoniam vero Officium, quod indultum primum fuit sub *rit. dup. mai.*, temporis successu, ut petentium supplicationibus, et devotioni, specialibus attentis circumstantiis, satisfaceret, ad altiorem ritum, *vel 2. vel etiam 1. class.* quoad aliquas Ecclesias, Regiones, Ordines, Sodalitates fuit elevatum: plura exorta sunt dubia, quibus enodandis, et declarandis eadem S. R. C. ex officio incubuit.

Nulla equidem quaestio moveri potest quoad Ecclesias, Regiones, Ordines, et Sodalitates, quarum favore Festum hoc gaudet *ritu dup. mai. aut etiam 2. clas.*; nam si occurrat cum Festo solemnioris ritus (velut hoc anno accidit, cum incidat in diem 29. Iunii Principum Apostolorum Petri, et Pauli memoriae sacram) vel omittendum, si indultum sit facultativum, vel transferendum iuxta Rubricas, ubi in praecepto est. Quod autem in Dioecesibus, Regionibus, Ordinibus, Sodalitatibus, in quibus tale Festum ritum obtinet 1. clas.? Erit ne attendenda maior dignitas, ita ut aliis omnibus aequalis forte occurrentibus sit preferendum? Distinctione erat opus, et decidendi ratio petenda a quaritate Festi, a terminis concessionis, a clausulis, appositisque conditionibus, et ab diversitate titulorum, propter quos pleraque Festa gaudent ritu 1. clas. Ideo, pro casuum diversitate, scite quinque dubia fuerunt proposita.

Sacra autem Congregatio, priusquam de singulis sententiam diceret, plura sedulo consideravit, videlicet:

1. Quod Sacri Cordis Iesu Festum noviter institutum, auctumque Apostolica auctoritate Officio, et Missa, licet dignissimum prae aliis obiectum habeat; tamen primariis non adnumeratur, sed secundarium est, et accessorium, ac veluti quaedam appendix ad Festum Corporis Christi.
2. Non versatur circa peculiare Mysterium, cuius specialis sollemnis commemoratio facta non fuerit in statutis ab Ecclesia diebus; sed est veluti compendium aliarum Festivitatum, in quibus diversa celebrantur Mysteria, et memoria recolitur immensae illius charitatis, qua Verbum caro factum est pro nostra redemptione, et salute, Sacramentum Altaris instituit, peccata nostra portavit, seseque Divino Patri in cruce moriens, obtulit hostiam, et sacrificium.
3. Licet ubique vigeat cultus sacro Cordi Iesu debitus, eius tamen Festum cum Officio, et Missa non ad totum Catholicum Orbem extenditur, sed peculiare est pro Ecclesiis, Dioecesibus, Ordinibus, Sodalitatibus, quibus petentibus indultum fuit.
4. Concessio celebrandi idem Festum cum Officio, et Missa, ut plurimum, est permissiva, et facultativa, non autem praeceptiva. Quod si praeceptiva, praeceptum tamen coaretatur ad aliquod Regnum, aut ad aliquam Dioecesim, Civitatem, Ecclesiam.
5. Idem praeterea Festum, ubi celebratur, specialem titulum non habet localis relationis, bene vero voluntarium pietatis, et devotionis: idcirco in discernenda praelatione, dum eadem die occurrunt alia Festa aequalis ritus, non est necessario tenendus ordo, ut primum illud obtineat Ecclesiae particularis, 2. Congregationis, vel Ordinis, 3. Dioecesis, 4. Nationis, 5. Ecclesiae Universalis.
6. Quamquam pro aliquibus locis elevatus sit huius ritus ad *dup. 1. clas.*, tamen non obtinet Octavam; quod tam verum est, ut in universo Lusitaniae Regno gaudet utique, ex speciali gratia, nedum ritu 1. class., verum etiam privilegio exclusivo, quoad alia omnia Festa aequalis ritus, etsi in universa Ecclesia solemnissima, nihilominus caret Octava, ut ex Decreto pro universo Lusitaniae Regno 5. Augusti 1778. ubi legitur *celebretur in posterum sub rit. dup. primae class. sine Octava.*

Hisce praenotatis, facile intelligitur, quanta maturitate iudicii S. R. C. propositis dubiis responderit.

tur, de quo sit faciendum, et quod transferendum? (1)

2. Quae regula servanda sit in praelatione, et translatione, si cum Festo SACRI CORDIS

(1) Festa Nativitatis *S. Ioannis Baptistae, et SS. Apostolorum Petri, et Pauli*, solemnioribus adnumerantur, quae tali, tantaque religione, et solemnitate, ex Ecclesiae instituto, celebrari ubique debent, ut alia quaecumque eadem die occurrentia, etiam 1. class. excludant, qualia sunt *Patroni principalis loci, seu Ordinis, necnon Titularis Ecclesiae, ac eius Dedicatio, ita ut nequeat fieri Officium de dicto Festo, sed transferri, seu respective mutari debeat in diem proximam non impeditam*. Ita Meratus ad Gavantum *Rubric. Breviar. sect. 3. cap. 10. num. 2.* Quod declaratum fuit a S. R. C. praesertim in *Senen. 11. Maii 1743. dub. 5.* hisce verbis: *Primaria Festa S. Ioannis Baptistae, et SS. Apostolorum Petri, et Pauli . . . excludunt omnia alia Festa in ipsis occurrentia, excepta Solemnitate Corporis Christi*. Una igitur est *Solemnitas Corporis Christi*, quae praestat, et cui ambo illa cedere locum debeant: Quis tamen forte erit, qui huiusmodi innixus Decreto putet Festum quoque *Cordis Iesu* (ubi ritum obtinet 1. class.) eodem privilegio donandum, cum eiusdem sit identiticae dignitatis, et aequae ac illud ad Dei Filium hominem factum pertineat. Non abnuerem, si, ut obiectum, et ritus, partes essent etiam Festi ratio et qualitas. Verum discrimine est opus. Utique utriusque Festi unum est dignissimum obiectum, cui nullo pacto comparari possunt Praecursor, et Apostolorum Principes: attamen hoc in casu Festa in eorundem honorem a primis ferme Ecclesiae saeculis instituta in occursum cum altero *Cordis Iesu*, huius maiori dignitate minime attendenda, pluribus de causis praevalere debent, veluti clare patet, dummodo recolere non pigeat, quae in antecessum notata sunt, et dant decidendi regulam.

Ideo in occursum praestare debet *Festum Corporis Christi*, quia simul concurrunt maior dignitas, solemnitas, ritus, praeceptum illud servandi in universo Orbe Catholico. Sed par non est ratio quoad recens probatum *Festum S. Cordis Iesu*, quod licet, si princeps obiectum spectetur, aequae dignum sit, ac alterum *SSmi Corporis Christi*, primum tamen non est, non universale, sed petentibus peculiariter concessum, neque apud omnes, quibus indultum est, in praecepto habetur, imo ut plurimum in simplici facultate: et licet pro aliquibus locis, ex speciali gratia, ad ritum 1. class. elevatum fuerit, non ideo tamen desit esse secundarium. Quamobrem in occursum attendenda non est maior dignitas, neque locum habet Rubrica, quae inter Festa aequalis ritus illa Domini aliis omnibus praeferenda esse iubet: nam eadem intelligenda est, caeteris paribus, de Festis aequae primariis, non autem de occursum Festi secundarii maioris dignitatis, cum primario minoris, sed aequalis quoad ritus solemnitatem. Neque repugnat eadem Rubrica, neque obstant S. R. C. Decreta, imo favent. Exempla habemus in occursum Festi *Dedicationis Ecclesiae* cum aliis Festis aequalis ritus, sed minoris dignitatis; et Patrocinii *S. Ioseph*, ubi ritu gaudet secundae classis, cum Festis *S. Marci Evangelistae, et SS. Apostolorum Philippi, et Iacobi*.

Etenim invaluerat opinio, quod Anniversarium Dedicacionis Ecclesiae, utpote *Festum Domini* alia omnia praestaret, tam in occursum, quam in concurrentia; sed quoniam Rubrica nihil decernit, imo in tabella concurrentiae vix illud ponit solummodo ante Patronum loci, vel Titulum Ecclesiae; quoniam insuper ex ea opinione plura oriebantur dubia: re maturius discussa S. R. C. satius duxit, se conformare cum praefatae tabellae dispositioni, tum Decretis antiquis; quae praelationem dant aliis Festis aequalis ritus, uti illa sunt *S. Ioannis Baptistae, et omnium Sanctorum*, ut in *Aquileien. 21. Augusti 1014., et Sabinen. 5. Martii 1665.* Cur autem ita? Quia licet Dedicatio Ecclesiae Festis Domini adnumerari velit, non ullum respicit peculiare Mysterium, sed generalem habet relationem ad Deum, cui dedicatur Templum ad Divina Myseria in eo celebranda; sed huiusmodi ratio communis est etiam Festis Sanctorum, quae licet instituta sint ad Coelicolas honorandos, principaliter tamen ad Deum diriguntur. Quamobrem Dedicatio Ecclesiae, si ad Festa Domini referendum sit, ut *secundarium*, non primum habendum erit, ac propterea iure merito Sacra Congregatio a prima opinione recedens, standum tabellae decrevit, et generalibus Rubricarum praece-

IESU ritus duplicis primae classis concurrant alia Festa aequalis ritus, puta Dedicationis Ecclesiae, Patroni, Titularis etc.? (1)

3. Quod si declaretur, faciendum esse Officium Nativitatis S. Ioannis Baptistae, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Dedicationis Eccle-

ptis inhaerens, in una *Ordinis Clericorum Minorum Toletanae Dioecesis* ad quaesitum nempe: *Cum iam declaratum sit a S. R. C. Dedicationem Ecclesiae esse Festum Domini, quaeritur, an Octava Dedicationis propriae Ecclesiae dignior sit Octava Conceptionis B. M. V. in Hispania, ubi celebratur ritu dup. 1. class.?* et quatenus affirmative: *an pariter dignior sit Octava Assumptionis eiusdem B. M. V., et omnium Sanctorum?* Respondit sub die 13. Martii 1803. *Negative, et serventur Rubricae;* et iterum in Brixien. 20. Septembris 1806. idipsum magis declaravit. Haud tamen putandum est Sacram Congregationem posterioribus hisee Decretis quidquam decidere voluisse de qualitate Festi Dedicationis, imo quaestionem intactam reliquit. Nihilominus, ut a prima illa sententia, quam tenuisse visa est in una *Ordinis Min. Obser. Reform. S. Francisci 27. Martii 1779.* et in altera *Ordinis Minor. Conventualis Provinciae S. Antonii Patavini 10. Martii 1787.,* recederet, satis animadvertisse ei fuit, quod licet *Festum Dedicationis* solemniter ritu celebretur, quatenus velit Festis Domini adnumerari, minime tamen principalibus, quae ad hanc classem pertinent, adscribendum, sed potius habendum esse ut secundarium. Neque praetereundum, quod Dedicatio Ecclesiae, quaecumque in classe reponatur, localis tamen, et peculiaris est; ideo praeferenda Festis dumtaxat aequae peculiaribus, et localibus, uti sunt Patroni, et Titulares locorum, et Ecclesiarum, non autem illis, quae iuxta ordinem tabellae duplicium rit. 1. class. praeceptivae sub gravi obligatione ab omnibus Christiani Orbis Ecclesiis diebus propriis recolenda sunt. Ita in praesenti casu, licet idem sit obiectum Festi *SSmi Corporis Christi*, et alterius *Sacri eius Cordis*, illud tamen principem locum tenet, istud secundarium; illud universale est, istud particulare; illud in praecepto, istud in facultate: idcirco illud nemini cedit, non item istud; quia in illo attenditur in paritate ritus maior dignitas; in isto vero, ex rationibus supra allatis, qualitas *Festi secundarii.*

Id magis confirmatur ex novissimo S. C. iudicio de occurrentia *Patrocinii S. Ioseph*, ubi gaudet ritu dup. 2. class. *cum Festis Apostolorum, et Evangelistarum.* In anteaetis Decretis data fuerat praelatio *Festo Patrocinii*, uti magis digno; re tamen postea maturius discussa, S. Congregatio a prima sententia recessit, quia Rubricarum praescripto, et spiritui magis congruere cognovit, ut tam in occurrentia, quam in concurrentia cum Festis aequalis ritus, secundaria primariis, facultativa praeceptivis cedere deberent. Ita aperte declaratum video in una *Ordinis Carmelit. Excalceat. Congregationis Hispaniae.* Magna cum extrinseca solemnitate, populique concursu, in eiusdem Ordinis Ecclesiis peragebatur Festum *Patrocinii*, quod ex speciali indultu obtinuerat Octavam: *Negative, cum agatur de Festo secundario;* et rogata, ut, *praefereendum esset Apostolis?* respondit: *Negative, cum agatur de Festo secundario;* et rogata, ut, *attenta solemnitate maxima, gratiam praelationis indulgeret;* pariter respondit: *Negative sub die 16. Februarii 1781.* Cum igitur ex his plane sequatur, in aequalitate ritus, concurrentibus simul Festis secundariis cum primariis, non esse attendendam maiorem dignitatem; propterea iure merito proposito Dubio responsum fuit; adiudicandam esse praelationem *primariis Festis S. Ioannis Baptistae, et SS. Apostolorum Petri, et Pauli.*

(1) Idem esse debet iudicium, ubi eadem militat ratio. Atqui in ocurso Festi *Sacri Cordis Iesu cum Patrono loci, Titulo, aut Dedicatione Ecclesiae*, illud, quod secundarium est, coincidit cum primario: huic semper praelatio, et non illi concedi debet. Sicuti autem, ut supra vidimus, illud non praestat principalia Festa *S. Ioannis Baptistae, et SS. Principum Apostolorum Petri, et Pauli,* quae solemnissima sunt in toto Orbe Catholico; ita etiam nequit anteferri *Patrono, Titulo, Dedicationi,* quae primaria, et sub praecepto servanda sunt in Ecclesiis, civitatibus, et locis, in quibus peragi ista debent. *Sacri vero Cordis Festum,* etsi fruatur aequali ritu, hoc tamen gaudet non ex speciali titulo, qui huiusmodi, ut illa, exigat solemnitatem, sed ex privilegio concessum in simili facultate est. Quod si occurrentia sit cum altero Festo ex indultu, quin rationem repetat a

siae propriae, Patroni, vel Titularis Ecclesiae; Quæritur: quomodo, et in quam diem reponendum sit Officium SACRI CORDIS IESU? (1)

4. Quae regula servanda sit, ubi Festum SANCTISSIMI CORDIS IESU gaudet privilegio exclusivo quoad alia omnia Festa solemniora aequalis ritus sine ulla expressa limitatione? (2)

Titulo, Patronatu, Dedicatione, ad ritum 1. class. elevatum, huic certe praeferendum erit *Sacri Cordis Festum*, quia, cum ambo ex privilegio sint, in paritate ritus, aliarumque circumstantiarum digniori minus dignum cedere debet. Id declaravit S. C. in responso ad secundum hoc Dubium, praelectionem asserendo *Festis tantum primariis Civitatum, et Dioecesium, nempe Dedicationis Ecclesiae, Patroni, vel Titularis.*

(1) Rubrica *de occurrentia, et translatione Festorum* non excipit, non distinguit, sed expresse iubet ut quodcumque duplex, si per accidens fieri quandoque nequeat in die assignata, transferri debeat non in proximam, sed in primam diem non impeditam alio Festo duplici, vel semiduplici: quamobrem haec regula tenenda est, etiam quoad Officia primae classis, quae transferenda sunt, servato tamen ordine ritus, dignitatis, et Calendarii: nunquam vero depellunt e sua sede Festa, quae habent in Calendario designatam diem, ut in ea aliquod ex translatis reponatur. Singulare privilegium est Festivitatis S. *Ioannis Baptistae*, quae occurrens cum solemnitate *SSmi Corporis Christi* transfertur in diem sequentem, a quocumque Officio impeditam, ut ex Decreto S. R. C. in *Einsidlen. die 23. Iunii 1736.* Consequitur ergo Festum *Sacri Cordis Iesu* transferendum esse in primam diem non impeditam. Eoque magis, quia recens institutum secundarium est, et pro particularibus locis ad ritum primae classis ex gratia elevatum, cui, deficiente titulo localis relationis, non competeret nisi dup. mai.

(2) Singulare huiusmodi privilegium Sa. Me. Pontifex Pius VI. precibus Fidelissimae Reginae Lusitaniae, et Algarbiorum exoratus, benigne indulsit, ut ex Decreto 5. Augusti 1778., quod hic referre iuvat: *Sanctissimus D. Noster Pius Papa VI. benigne annuens enixis Serenissimae, et Fidelissimae Portugalliae, et Algarbiorum Reginae precibus, sub die 31. Maii proxime elapsi indulsit, ut Festum Sanctissimi Cordis Iesu celebraretur sub ritu duplici primae classis sine Octava, quotiescumque tamen concurreret cum Festo S. Antonii Lusitani Confessoris Patroni Principalis praedictorum Regnorum, et non alias. Nunc vero iteratis ab eadem Serenissima Portugalliae, et Algarbiorum Regina anxioribus precibus, ut idem Festum sub eodem ritu indistincte celebraretur, ETIAMSI ALIA SOLEMNIORA FESTA CONCURRERERENT, NE ILLUD iuxta generales RUBRICAS TRANSFERRI UNQUAM CONTINGAT: Eadem Sanctitas Sua, ex speciali gratia, concessit, ut praedictum Festum Sanctissimi Cordis Iesu in omnibus Regnis, Civitatibus, et locis ei subiectis celebretur in posterum sub ritu duplici primae classis sine Octava, proindeque NON OMITTATUR, ETIAMSI EADEM DIE ALIUD EX SOLEMNIORIBUS FESTIS OCCURRAT.* Cum autem de privilegio, quod nullam ponit limitationem, non sit dubitandum, aequè certum fit, a Festo *Sanctissimi Cordis Iesu* occurrente iis in Regnis, e propria sede deturbari solemnissima illa S. *Ioannis Baptistae, et SS. Principum Apostolorum Petri et Pauli.* Dictio enim illa: *ne illud iuxta generales Rubricas transferri unquam contingat,* et altera: *proindeque non omittatur, etiamsi eadem die aliud ex solemnioribus Festis occurrat,* quae concedentis fuerit determinata voluntas, plane demonstrant. Ideo ex hoc speciali casu non infirmantur, quae supra dicta sunt quoad alia dubia. Imo ea magis confirmantur, quia in eodem Decreto, *non a maiori Festi dignitate decidendi ratio petenda est, verum a privilegio,* quod, etsi abstrahat casum a regula, hanc tamen intactam relinquit.

(3) A praecedenti Dubio oritur praesens. Nam si ex speciali privilegio *Sacri Cordis Iesu* Festivitas in Lusitaniae, Brasiliae, Algarbiorum Regnis, nunquam transferri debet, etiam in occursu

sita prius sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scripto pandita, prae-loque eusa, ad relationem Eñi, et Rñi Domini Cardinalis Galleffi Ponentis, censuit respondendum.

Ad 1. « Primaria Festa Nativitatis S. Ioannis Baptistae, et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli in casu esse facienda; et Officium SANCTISSIMI CORDIS IESU, utpote de Festo Domini secundario esse transferendum.»

Ad 2. « Primaria tantum Festa Civitatum, et Dioecesium, nempe Dedicacionis Ecclesiae, Patroni, vel Titularis esse in casu praeferenda; et Festum SANCTISSIMI CORDIS IESU transferendum.

Ad 3. « Festum SANCTISSIMI CORDIS IESU transferendum esse in primam diem non impeditam, iuxta Rubricas.

Ad 4. « Festa quaecumque solemniora, quae occurrant cum Festo SACRI CORDIS IESU, transferenda esse in Locis, in quibus Officium SACRI CORDIS IESU singularissimo privilegio gaudet exclusivo, quoad alia omnia Festa solemniora aequalis ritus, sine ulla expressa limitatione.

Ad 5. « In casu, de quo in praecedenti, Festa Nativitatis S. Ioannis Baptistae, vel Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli esse celebranda die immediate sequenti, translata Commemoratione S. Pauli, iuxta Rubricam eius Officio praemissam, in primam diem infra Octavam, Dominica, vel

solemniorum S. Ioannis Baptistae, et SS. Apostolorum Petri, et Pauli, haec necessario transferenda erunt. Quomodo tamen, et in quem diem? Si sequenda esset generalis regula per Rubricam tradita, dicendum etiam foret, utrumque reponendum esse iuxta ordinem translationis in die prima non impedita, quia Rubrica nullam videtur ponere exceptionem. Verum longe aliter putandum, ne Rubrica literaliter, et materialiter accipienda est; imo potius in hoc singulari casu, iuxta spiritum, et mentem auctoris. Duo praefata Festa cedunt solummodo festivitati *Sanctissimi Corporis Christi*, utpote magis dignae, solemnissimae in toto Orbe terrarum, et pluribus decoratae privilegiis, quibus ab aliis distinguitur. Sed non eadem ratio est in occurrentia cum aliis Festis particularium locorum; siquidem, quaecumque sit solemnitas, in qua peraguntur, haec tamen illis, non illa his cedere debent. Quod si, ut in casu praesenti accidit, eadem duo solemniora Festa transferenda sint, aliquo tamen privilegio donanda sunt, prout in similibus a S. R. C. Rubricarum interprete factum est. Ideo, ut notavimus, occurrente Festo S. Ioannis Baptistae cum solemnissimo altero *Sanctissimi Corporis Christi*, singulari privilegio indulta fuit translatio in sequentem diem, a quocumque alio Festo impeditam, licet alia Festa aequae solemniora ad Rubricarum formam in primam diem non impeditam transferenda esse Sacra Congregatio edixerit in *Einsidlen. summam in primam diem non impeditam transferenda esse Sacra Congregatio edixerit in Einsidlen. summa pra relata*. Rursus praecipit Rubrica, ut occurrentia Festa in Dominicis Adventus, Quadragesimae etc. transferantur in primam diem Festo duplici, vel semiduplici non impeditam, ne Sancti e propria sede ob translata aliorum celebrationem depellantur. Sed Rubrica nequibat praevidere, ob auctum postea in aliquibus Calendariis Officiorum duplicium, ac semiduplicium numerum, toto anni decursu dies deficere pro eorum repositione: Et Sac. Rit. Congregatio, quod Rubrica non expresse declaravit, decernendo, quod Sancti, qui in fine anni supersunt, non sunt transferendi ad annum sequentem; sed quoties toto anni decursu de illis celebrari non valeat, tunc in illo anno considerandi sunt tamquam simplices. Ita die 26. *Novemb. 1735. in Hispanen*. Sed quoniam minime congruere videbatur, quod Festa SS. Apostolorum, quibus reponendis dies deerant, ad ritum simplicem redigerentur, huic incommodo consulere volens, generali Decreto sub die 13. *Martii 1804*. sancivit, eadem Festa Apostolorum secundae classis transferenda esse in proximiorum diem etiam impeditam Festo semiduplici, aut duplici, quod in illo anno redigatur ad ritum simplicem.

Sed et alia occurrunt exempla, ex quibus palam fit, Sac. Congregationem peculiaribus intercedentibus circumstantiis, a generalibus Rubricarum legibus, eas interpretando, declinasse. Talia sunt illa Festorum *Purificationis*, et *Annunciationis B. M. V.* quae in diem sequentem reponuntur, si illa incident in Dominica privilegiata; ac illud praesertim *Annunciationis*, quod certam obtinet sedem in feria secunda post Dominicam in Albis, dum occurrit in aliqua ex feriis maioris Hebdomadae. Tale est indultum, quo gaudet Festum *Sanctissimi Nominis Iesu*, quod, dum occurrit in Dominica

Festo non impeditam, facto verbo cum SANCTISSIMO. »

Atque ita respondit. Die 31. Martii 1821.

Facta autem de praemissis omnibus per me infrascriptum Secretarium SSmo Domino Nostro PIO VII. Pont. Max. relatione, SANCTITAS SUA Sacrae Congregationis Responsa in omnibus adprobavit, et confirmavit, et Decretum in Actis eiusdem Congregationis referri mandavit. » Die 3. Aprilis 1821.

4580. NOVARIEN.

Postquam nonnullae Paroeciae ex Mediolanensi sede avulsae Novariensi Cathedrae accesserunt,

congruum, et forte etiam necessarium duxit Eius Archiepiscopus Episcopus Novariensis, ut Ambrosiano ritu posthabito, Latino se conformarent. Antistiti obtemperandum esse censuerunt aliquot ex iisdem; reliquae vero, exquisitis induciis, supplicem SSmo D. N. PIO VII. Pont. Max. porrigendum curarunt libellum, rogantes, ut, ex Apostolicae Sedis gratia, pervetustos suorum Maiorum Ritus retinere liceret. Preces autem cum Sanctitas Sua ad Sac. Rit. Congreg. remisit, pro parte eiusdem Emi Archiep. Episcopi Novarien., fuerunt proposita infrascripta Dubia, videlicet. (1)

Septuagesimae, transfertur in diem 28. Ianuarii; et alterum quo gaudet *Festum Dolorum B. M. V.* transferendum in proximum Sabbatum Passionis, dum feriam sextam assignatam invenit impeditam ob occursum *Festi Annunciationis eiusdem B. M. V.* Quid tamen iuvat in his immorari, dum quaestionem omnem dirimit Decretum supra relatum de translatione Festi S. Ioannis Baptistae occurrentis cum Festo SS. *Corporis Christi*? Si, adveniente casu, de eo fieri debere in feria sexta immediate sequenti statutum est; cur non eodem privilegio donandum erit in occurso cum *Festo secundario Sacri Cordis Iesu*? cur non idem declarandum de *Festo SS. Apostolorum Petri, et Pauli*, ad quod privilegium illud non fuit expressis verbis extensum, quia dari nequibat casus, quod occurrere posset cum *Solemnitate Corporis Christi*? Sed quoniam par est utriusque ratio, congruit, ut idem sit de utroque iudicium. Quod si possibilis foret casus incidentiae *Festi Sanctorum Apostolorum* cum praefata *Solemnitate SS. Corporis Christi*, ex congruentia S. C. ei concessisset translationem exclusivam in diem immediate sequentem, prout indulgit *Festo S. Ioannis Baptistae*: multo magis id convenire putandum est in concursu cum Festo *Sacri Cordis Iesu*, quod non nisi ex singulari privilegio gaudet ritu primae classis, et iis in Regnis praevaleret solemnioribus Festivitatibus.

His accedit, quod si Festum SS. Apostolorum transferendum esset iuxta Rubricas, debitus etiam ordo necessario foret invertendus; nam prius fieri deberet *Commemoratio S. Pauli*, quae est quid accessorium, quam Festum principale, imo quandoque unum ab altero longo intervallo disiungeretur, licet tanta sit unius ad alterum relatio, ut in unius, eiusdemque Festi ratione ambo haberi iure possint. Etenim id antiquitus erat in more positum, ut Romani Pontifices, ea recurrente Solemnitate duas Missas celebrarent, unam in Vaticana Basilica, alteram ad *Pauli* via Hostiensi, de quo more eleganter cecinit *Prudentius in Peristeph. hymn. 12. vers. 57. etc.* Sed quoniam grave nimis erat Pontifici ob locorum distantiam in utraque Basilica eadem die Sacra Solemnia peragere, *Magnus Gregorius*, ut opinatur *Micrologus* cap. 62., commemorationem *S. Pauli* postridie, videlicet 30. Iunii celebrandam constituit, ut notat *Baronius in Martyrologio* ad hanc diem. Ne igitur haec fieret ordinis inversio, et ne diminuerentur, et forte etiam, ne omnino perirent Octavae, si facienda esset translatio, servata generali Rubricarum regula, habita etiam ratione celebritatis, qua in universo Orbe Catholico haec duo Festa peraguntur, inhaerendo Decreto 23. Iunii 1736. S. C. sancivit et declaravit, *In casu etc. Festa Nativitatis S. Ioannis Baptistae, vel SS. Apostolorum Petri, et Pauli esse celebranda die immediate sequenti.*

(1) Non ingratum fore Lectoribus arbitratus sum, si hic loco adnotationum, eruditas subiicerem consultationes praestantissimorum Theologorum, qui super hac controversia rogati tam docte, et solide, validisque rationum momentis suum pro veritate sensum aperuerunt, et confirmarunt, ut frustra aliquid addere, aut clarius exponere praesumerem.

*Votum Reverendissimi P. D. Mauri Talucci Abbatis Congregationis Olivetanae.*

Essendo state annesse dalla Santità di Nostro Signore PP. Pio VII. felicemente Regnante al-



1. An in Paroeciis nuperrime unitis Dioecesi Novariensi, amplecti possit, et debeat Ritus Romanus; seu potius retineri Ambrosianus?

Et quatenus Affirmative ad primam partem.  
2. Num praeciipiendum id sit nomine S. Congregationis, vel potius facienda potestas Eius

cune Parrocchie di Rito Ambrosiano, perchè prima comprese nella Diocesi di Milano, alla Diocesi di Novara, in cui si osserva il Rito Romano, nasce il dubbio, se le dette Parrocchie debbano cambiare il proprio inveterato, e Canonico Rito? Questo lo esige, e lo stima necessario il Card. Vescovo di Novara, ma alcune di quelle non amano abbandonarlo; hanno perciò inviata una rispettosa Supplica al S. Padre: ma il Card. Vescovo ha esposto al medesimo i gravi motivi, da cui viene spronato per esigere dalle medesime il cambiamento del Rito.

Venendo pertanto richiesto di esporre il mio parere su questo dubbio, osservo nel foglio delle istruzioni consegnatemi da questa Sacra Congregazione, che tre sono i punti, su cui debbo brevemente esporlo.

I. Se convenga obbligare le Parrocchie nuovamente aggiunte alla Diocesi di Novara di passare dal Rito Ambrosiano al Romano; oppure se più espediente sia di lasciarle nell'antico loro possesso.

II. Ogniquilvolta si convenga nella prima parte, cioè a favore del Rito Romano, dovrà vedersi, se la decisione da darsi debba essere precettiva, o facoltativa, vale a dire se il Cardinal Vescovo dovrà strettamente mandare ad esecuzione gli ordini della Sacra Congregazione; oppure usare delle facoltà, che gli saranno concesse, con regolarsi secondo le circostanze con prudente arbitrio, acciò le cose possano andar con quiete senza cagionar disturbi e dissenzioni.

III. Potranno ancora proporsi i mezzi che si crederanno opportuni per meglio conseguire, quel che si desidera; cioè di facilitare il cambiamento di Rito con pace, e con soddisfazione di quelle popolazioni.

Prima di rispondere direttamente a questi tre punti, osservo, che la Chiesa Romana come Madre amorosa di tutto l'Orbe Cattolico, non ha mai voluto molestare i proprii ossequiosi figli, ma anzi ha costantemente rispettato le loro inveterate consuetudini, le quali ha compreso che non racchiudono alcun' errore, nè a questo possono guidare. Imperocchè è presso la medesima sacro, che *consuetudo immemorabilis . . . si legitime probetur, ex praesumptione privilegii Apostolici, tantum valere, quantum ipsa potestas Papae* (Card. Petra comment. ad Const. Apost. tom 4. Const. Exhibita. Ioan. XXII.): Il che è concorde a quanto aveva scritto S. Girolamo a Licinio delle inveterate consuetudini e tradizioni della Chiesa, che non ledono la Fede: *Unaquaeque Provincia abundat in sensu suo, et praecepta maiorum, leges Apostolicas arbitrentur.* (Ep. 28.)

Ed in vero, le diverse Ecclesiastiche consuetudini sono a guisa di tanti monili che colla pregevole loro varietà ornano la Sposa di Cristo, come dunque non debbono da alcun saggio fedele censurarsi, o dividersi; così non è prudente consiglio cambiarle con soverchia sollecitudine: poichè, scrisse S. Agostino « *Mutatio consuetudinis, etiam, quae adiuvat utilitate, novitate perturbat.* » (ep. ad Ianuar. 118.). Per questo motivo i Padri del gran Niceno Concilio andavano sovente ripetendo; *Servetur antiqua consuetudo*; e S. Gregorio Magno: « *Immotam permanere voluit consuetudinem, quae contra Fidem Catholicam nihil usurparet.* » (lib. 1. ep. 75.)

Questa prudenziale e saggia condotta, come nei primi secoli, così nei susseguenti, sino a giorni nostri, venne costantemente dalla Chiesa Romana osservata: con tali sentimenti infatti da S. Leone IX. venne ripreso Michele Cerulario, che rovesciò nell'Oriente tutte le Chiese di Rito Latino (ep. 1. c. 29.): dai medesimi venne guidato Eugenio IV. nel permettere il loro Rito ai Vescovi Greci, che intervennero nel Concilio di Firenze (Ap. Silvest. Sguropolo Hist. Conc. Florent. I. 4. c. 23.): e dagli stessi finalmente vennero guidati Leone X., Pio IV., Clemente VII. ed VIII., Paolo V., e l'immortale Benedetto XIV., nel prescrivere, che dai Vescovi Latini non venissero molestati i loro sudditi Greco-Cattolici nella osservanza de' proprii Riti: benchè abbiano concordemente ordinato a questi

Episcopo, qui pro sua prudentia, et arbitrio, iuxta diversas circumstantias facultate utatur sibi tributa, indulgendo, relaxando, cunctando, et tole-

rando, ne ex Ritus mutatione oriantur scandala, divisiones, dissidia?

3. Quae media insinuanda sint Emo Episcopo,

di essere fedelmente subordinati, ed obbedienti ai proprii Vescovi Latini in tutti quegli Ecclesiastici oggetti, che non ledono, nè distruggono il loro Greco Rito.

Ma sebbene questo rispetto, e questa tolleranza degli antichi Riti, stia a cuore della Chiesa Romana; contuttociò gli sta altresì molto più a cuore, e vivamente brama, che principalmente nelle Chiese Occidentali si conservi, ed ove fia possibile, s'introduca la uniformità del Rito col Romano. Per questo motivo S. Innocenzo I. scrisse a Decenzio Vescovo di Gubbio, che essendo state tutte le Chiese Occidentali fondate dal Principe degli Apostoli, o da' suoi Successori, debbono perciò « hoc sequi, quod Ecclesia Romana eustodit; » e poscia scrisse a Vittricio Vescovo Rotomagense, che introducesse nelle Chiese Gallicane il Rito Romano; ovvero, se decaduto, lo ripristinasse; e con gli stessi sentimenti scrisse S. Leone il grande a Dioscoro Alessandrino, facendogli riflettere, che avendo governata quella Chiesa S. Marco discepolo di S. Pietro, non era presumibile, che vi avesse introdotto un Rito diverso da quello, che aveva appreso dal suo Capo, e Maestro; e però gli soggiunse: « Non patimur, ut cum unus non esse corporis, et fidei fateamur, in aliquo discrepemus; » et alia doctoris, alia discipuli instituta videantur. (ep. 30.)

Quindi si apprende dalla Storia Ecclesiastica, che la Chiesa Romana ha sovente facilitato, e con saggia condotta si è non di rado adoperata, onde le diverse Cattoliche Occidentali Chiese abbandonassero di buon grado il proprio, e si uniformassero al Rito Romano. Ed infatti a tutti i versati nella medesima è noto quanto il Santo Pontefice Gregorio VII., fra gli altri, si adoperasse per ricondurre a questa uniformità le Chiese delle Spagne, ove da alcuni Vescovi era stato introdotto il Rito, cognito sotto il nome di Mozarabo: ed è cognito altresì, che, oltre le altre volte, anche nel secolo undecimo il Card. Branca-Castiglioni Legato Pontificio si adoperò per togliere nella stessa Città di Milano l' Ambrosiano, e per indurvi il solo Romano. Anzi gli stessi Milanesi nella origine del loro Rito, fecero istanze a S. Ambrogio, mentre voleva dedicare una Basilica, che la dedicatesse secondo il Rito Romano: « Multi, scrive esso stesso alla sua sorella Marcellina, uno ore in » terpellare caeperunt dicentes, sicut in Romana, sic Basilicam dedices. » (l. 7. ep. 54.)

Da queste generali, e compendiate nozioni apparisce adunque, che, sebbene la S. Sede non ami molestare i Fedeli nel pacifico ed inveterato possesso dei loro particolari, nè riprovabili Riti; contuttociò, ove il bene spirituale, e la tranquillità dei medesimi fedeli, non resti turbata, vivamente brama, e si adopera, onde i Riti delle Chiese Occidentali siano uniformi a quelli della Chiesa Romana. Premesse queste massime, colla scorta delle medesime passo a dare diretta risposta ai tre di sopra esposti quesiti.

Dico pertanto al primo, che a tenore delle esposte massime, proprie della S. Sede, *convenga per ora tollerare, che nelle renuenti Parrocchie i parroci viventi prosieguino ad osservare il Rito Ambrosiano nelle sole ecclesiastiche funzioni, e nella sola amministrazione dei Sacramenti.* Questa tolleranza si può avere a motivo della sua antichità, per cui rimonta almeno ai tempi di S. Ambrogio; e si può avere sì perchè (come scrisse Gregorio XIII. a S. Carlo Borromeo) il Rito Ambrosiano « perpetuo Catholicae Ecclesiae Romanae est firmatus consensu. » (Ap. Jacob. Sancti Archiep. Mediolanen. Series Histor. Chron. T. 3.); sì perchè è stato costantemente osservato e fedelmente conservato per tanti secoli da tutti gli insigni Arcivescovi di Milano, e fra questi del grau S. Carlo Borromeo.

È vero, che il detto Rito resta autorizzato per la sola Diocesi di Milano; e però sembra che debba sull'istante cessare la osservanza del medesimo (siccome ad altre popolazioni, smembrate dalla Diocesi di Milano, è accaduto) in quelle Parrocchie, che canonicamente passano a formare una parte di altra Diocesi, in cui si osservi il Rito Romano. Ma se gli stessi Riti Giudaici, che dovevano necessariamente finire dopo la morte, e gloriosa Resurrezione del Redentore, vennero dagli Apostoli tollerati per non turbare i novelli Cristiani, e per seppellire con onore la Sinagoga; non

ut sine contentione disponantur populi illarum  
Paroeciarum ad amplectendum Ritus Romanum,  
Ambrosiano relicto?

Et Sac. ead. Congregatio, exquisita prius sen-  
tentia duorum consultorum Theologorum, per-  
pensis rationum momentis hinc inde deductis,

sarà per qualche tempo tollerabile un Rito, che, come dice Benedetto XIV., forma parte del Rito Latino (Bullar. T. 4. *Allatae sunt*), e che è tanto antico, e canonicamente stabilito, onde farlo insensibilmente, e con tranquillità cessare? La Chiesa Romana colle nuove circoscrizioni delle Diocesi ha sempre per iscopo il maggior bene spirituale delle anime; nè vuole mai somministrare alle medesime alcuna occasione di scissure, e di turbamenti: è credibile perciò, che negli accennati antichi smembramenti della Diocesi di Milano, o abbia trovate le popolazioni pieghevoli a cambiare sull'istante il Rito; ovvero che siasi servita di altri prudenziali mezzi per cui insensibilmente siano le popolazioni passate al Rito Romano.

Nè forma alcun ostacolo, per adottare la detta provvisoria tolleranza, lo scarso numero, la povertà etc. delle Parrocchie, che vogliono proseguire ad osservare il Rito Ambrosiano. Imperocchè la povertà, l'ignoranza etc. dei Parochi non si toglie col cambiare il Rito, ma con altri idonei mezzi: anzi presso gl'ignoranti, o viziosi riescono più malagevoli questi cambiamenti, e sogliono produrre delle confusioni, e dei malcontenti. Lo scarso numero poi delle renuenti Parrocchie non vieta, che nelle medesime possa il loro Rito per ora tollerarsi. Anche il Mozarabo, al dire di Giovanni Visco nella Cronaca delle Spagne, *hodie quoque servatur Toleti in sex Parochiis, et in Ecclesia Cathedrali, in Sacello Francisci Ximenii....Salmaticae quoque statis diebus in Sacello Doctoris Salubricensis (ad an. 117.)*. Ma se il Rito Mozarabo, che non si crede tanto antico, quanto l'Ambrosiano, prosiegua a pacificamente osservarsi in quello scarso numero di Parrocchie, senza arrecare ostacolo, o danno alle altre ordinazioni dell'Arcivescovo di Toledo, che nel resto della sua vasta Diocesi fa osservare il Rito Romano, sembra, che possa egualmente tollerarsi per ora nelle dette renuenti Parrocchie l'Ambrosiano.

Ma, dice il Card. Vescovo di Novara, che trovasi in necessità di dovere nelle dette Parrocchie cambiare il Rito, perchè, per supplire ai loro spirituali bisogni, non ha, nè può avere altri soggetti idonei, che gli Ecclesiastici di Rito Romano. Non vi cade dubbio, che questa circostanza sia grave, e rimarchevole: ma a me sembra, che questa stessa insinui la detta provvisoria tolleranza, imperocchè, facendosi cessare il Rito Ambrosiano nella sola mancanza degli attuali Parochi, le stesse popolazioni facilmente comprenderanno la impossibilità di avere i nuovi Pastori del loro Rito, e però si piegheranno con quiete a ricevere, ed a rispettare i Parochi nel solo Rito Romano istruiti.

Nè con questa prudenziale economia si fa in quelle Parrocchie sorgere alcuna confusione. Nelle stesse Basiliche di Milano, senza che vi nascano confusioni di Riti, si osserva promiscuamente nelle diverse Ecclesiastiche funzioni (mai peraltro nelle stesse) il Rito Romano, ovvero l'Ambrosiano: e questa polizia con Pontificia dispensazione incominciò ivi ad osservarsi sino dal decimoterzo secolo; nè i Pontefici l'avrebbero concessa, se inconveniente l'avessero stimata.

È vero, che secondo il prescritto del Sinodo terzo tenuto da S. Carlo in *Ecclesiis, in quibus more Romano celebratur, vetitus est Ambrosianus, vel contra* (Ap. cit. Petra Const. 22. Eugen. IV.). Ma primieramente in questo Decreto si suppone la esistenza in Milano stesso della Chiesa di diverso Rito; nè si accenna, che ciò sia incongruente; secondariamente poi, col fatto si limita per i soli Altari fissati per farvi le funzioni coll'uno, o coll'altro Rito. Imperocchè è un fatto notorio, nè si può porre in dubbio, che con approvazioni vi esistano nelle stesse Basiliche degli Altari, in alcuni de' quali si osserva il rito Romano, ed in altri l'Ambrosiano.

E qui giova riflettere, che con questa polizia i Milanesi, sebbene siano zelantissimi per il loro Rito; riguardano ciò non ostante con non minore venerazione il Romano. Una simile prudenziale economia adunque piegherebbe facilmente le suddette renuenti Parrocchie a concepire verso questo il doveroso rispetto: col progresso del tempo poi, vedendosi prive dei presenti Parochi, e trovandosi

auditaque relatione Em̃i, et Rm̃i D. Card. Iulii Mariae de Somalia Episcopi Ostien. et Velitern., Sac. Collegii Decani, Sacrorumque Rituum Con-

gregationi Praefecti, censuit rescribendum: «Juxta Vota Consultorum, et consulendum SSmo ad Mentem» Mens autem est, «Quod licet Ritus Am-

in assoluta necessità di non potere avere altri Ecclesiastici, che quei di Rito Romano, con tranquillità passerebbero ad amarlo, e quindi ad uniformarsi al medesimo: e questa sarebbe quella vera necessità, che al dire del Fagnano *a rigore iuris excepta intelligitur* (In 2. par. Decretal. in cap. *Nimis* del Fil. Presbyter.); necessità, che si riconosce soltanto, al dire del medesimo, quando *Ecclesia indiget ministris illorum Ordinum, nec reperiuntur alii, qui possint adiuvare* (C. *Quaeris* ibid. de aetat. et qualit.). Dal sin qui detto sembrami, che ne discenda naturalmente la risposta al secondo Quesito. Imperocchè credendosi essere prudenziale economia di tollerare coll' esposto metodo il Rito Ambrosiano (e con quelle regole, che si accenneranno in appresso) nelle anzidette renuenti Parrocchie, stimerei non doversi dare un' ordine precettivo al Card. Vescovo di Novara, ma dargli soltanto le idonee istruzioni, e munirlo delle facoltà, onde con prudente condotta, e dopo la mancanza dei presenti Parochi, o anche prima, se gli si presenta un' opportuno, e pacifico incontro, introduca nelle renuenti Parrocchie il Rito Romano. Il medesimo infatti, trovandosi sulla faccia del luogo, è in istato di conoscere il tempo più opportuno, e di approfittarsi di quelle favorevoli circostanze, che possono con tranquillità guidare al termine del cambiamento, che si brama. Anche a S. Carlo da Gregorio XIII. furono date le più ample facoltà, e le opportune istruzioni, onde nella Diocesi riformasse con pace il Rito Ambrosiano.

I mezzi finalmente, che stimerei i più opportuni da insinuarsi al Card. Vescovo per giungere allo scopo del compiuto cambiamento del Rito senza turbamenti, anzi con reciproca soddisfazione (il che viene da me in terzo luogo richiesto), oltre gli accennati nella risposta al primo Quesito, crederei, che possano essere i seguenti.

Stimerei pertanto giovevole d'insinuare al Card. Vescovo, che, terminata la visita della Diocesi, convocasse un Sinodo, per trattarvi anche questo interessante, e delicato affare. Nei primi secoli della Chiesa questi affari di rilievo, al dire di Tertulliano, si trattavano nei Sinodi: *Altiora quaeque in commune tractabantur* (de *Ieiun.* cap. 13.). E se S. Carlo, per riformare il Rito Ambrosiano, stimò necessario convocare dei Sinodi, quanto maggiormente lo sarà, per farlo con quiete, e soddisfazione delle renuenti Parrocchie cessare?

Che se, attese le circostanze, riuscisse impossibile di convocare un Sinodo, crederei, che non sarebbe difficile di convocare almeno una Sinodale Congregazione, composta dei più probi Parochi, ed Ecclesiastici di Rito Ambrosiano, e di altri di Rito Romano. In questa Congregazione potrebbe con maturo consiglio il Card. Vescovo fissare prima il modo per disporre quei di Rito Ambrosiano ad uniformarsi al Romano, quando mancheranno i presenti Parochi, e poscia renderlo alla Diocesi noto per mezzo di una paterna, e ragionata Pastorale.

Crederei altresì giovevole di fissare nella detta Congregazione, e quindi pubblicare colla nominata Pastorale, che verrà tollerato il Rito Ambrosiano nella sola amministrazione de' Sacramenti, e nelle sole funzioni ecclesiastiche delle Parrocchie.

Rapporto poi al Calendario, ai digiuni ec. potrebbe prescriversi quanto sù ciò ordina Benedetto XIV. in diverse Bolle per i Greci, ed Italo-Greci, particolarmente nella Bolla *Etsi Pastoralis* §. IX. (T. 1. Bull. an. 1742.): adattando bensì tutto prudenzialmente alla presente circostanza.

È questo il mio debole parere brevemente esposto su i fattimi Quesiti; Lo rimetto senza alcuna restrizione al purgatissimo intendimento degli Eminentissimi componenti questa Sacra Congregazione, i quali suppliranno, non vi cade dubbio, a quanto vi è di mancante, o d'ineseguibile nel medesimo. E ciò per verità etc.

D. Mauro Talucci Ab. Olivetano Consultore.

brosianus laudabilis, et rationabilis sit, cum tamen magis congruat Romanum inducere in Paroeciis nuper unitis Dioecesi Novariensi; ideo

S. C. insinuandum censet Eño Antistiti, ut mediis adhibitis, quae magis ei opportuna videbuntur, quin expresse praecipiat, allicere potius

Votum alterius Consultoris, et Theologi est, ut sequitur:

*Votum Rmi P. Michaelis Zecchinelli Soc. Iesu.*

Attente perlectis, et accurate expensis rationibus, quae in controversia de cessatione Ambrosiani ritus in quibusdam Paroeciis a Mediolanensi Dioecesi avulsis, et Novariae adscitis, utrinque afferuntur, haec mihi notatu digniora visa sunt, quae ferendae sententiae viam quodammodo sternerent.

Animadverto in primis ex tribus ac viginti Paroeciis, quae Dioecesi Novariae adiectae sunt, septem dumtaxat, aut ad summum octo (ut apparet ex prospectu Eñi Card. Archiepiscopi Novarieni.) Ambrosiano ritui tenacius inhaerere, ex reliquis novem tamquam necessitate compulsas ad Romanum transisse, alias, si minus sponte, saltem pacifice mutationem admisisse. His positis dico.

*Primo.* Paroecias illas, quae seu vi necessitatis aut auctoritatis adactae in Romanum Ritum migrarunt, in eo perseverare debere, nec posse ad pristinos suos ritus redire, iuxta Decretum S. R. C. die 15. Martii an. 1608. in Trullen. seu Nullius, quod sic se habet: *Usus Missalis, et Breviarii Romani semel introductus in Ecclesia aliqua, quae habebat particulare Missale, et Breviarium, confirmandus est, nec licet redire ad usum antiqui Missalis, et Breviarii.*

*Secundo.* Paroecias illas, quae libellum supplicem obtulerunt, ut sibi liceat in antiqua suorum rituum possessione permanere, etiamsi id eis aliquatenus, et pro tempore, permitteretur, non esse tamen in tali possessione Decreto ullo a S. R. C. confirmandas; hoc enim et invidiam, turbasque cedere posset in aliis Paroeciis; praesertim illis, quae non tam sponte, quam necessitate compulsae Romanum Ritum adoptarunt, et Eñi Praesulis auctoritati nonnihil officere videretur.

*Tertio.* Eisdem tamen Paroeciis, quae adhuc nutant, et obnituntur, nullo Decreto S. R. C. ad veteres suos ritus abigendos esse cogendas, idque multis de causis.

1. Ne praeiudicium fieri videatur illis Ecclesiis, quae (ut Parochi in suo libello supplici notant) licet a Mediolanensi ad Bergomensis Dioecesim translatae, tamen permissae sunt suos ritus pacifice retinere.

2. Ne Parochis S. Pontificis clementiam pro retinendis suis ritibus obnixè implorantibus maior a Romano ritu abhorrendi praebatur occasio, si videant, se non modo, quod supplices rogabant non obtinuisse, sed ad id quod detrectant, peremptorie compulsos.

3. Videtur id moris faisse in Ecclesia, ut in huiusmodi negotiis sensim, et pedetentim potius, quam decretorie ageret, cum M. Bonhomius Episcopus Vercellensis, auctoritate Apostolica a Gregorio XIII. accepta, visitaret Ecclesiam Comensem, hortatus quidem est, ut dimisso ritu, quem dicunt Patriarchino, Romanum amplecteretur, non tamen coëgit. Ipse etiam Episcopus Comensis Ioannes Antonius Volpi, qui Gregorio XIII., cuius fuerat Nuncius, maxime addictus erat, cum vellet obsequi Visitoris placito, obnitentibus tamen Canonicis, nihil obtinuit, et, ne acrius ageret, illum cultum immutatum reliquit. Nihil etiam immutavit eius successor, qui mortuus est anno 1595. Nec immerito id factum. Ut enim ait Tertull. *Non possumus respicere consuetudinem, quam damnare non possumus, utpote non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus communicamus ius pacis, et nomen fraternitatis.* Hinc Nicolaus I. ad Photii querelas respondens, *de consuetudinibus (aiebat), quas nobis opponere visis estis scribentes per diversas Ecclesias, diversas esse consuetudines, si illis canonica non obsistit auctoritas, pro qua obviare debeamus, nihil iudicamus, vel eis resistimus.*

4. Ipsa S. R. C. cum ad instantiam Archiepiscopi Firmani, et Card. Caraffae duo dedisset Decreta ad absolvendam quamdam Coelestinorum consuetudinem, postea eadem revocavit die 30. Iunii 1629. Urbano VIII. approbante in una Constitutione, quae incipit: *Exponi nobis etc.*

*Quarto.* Quandoquidem ex luculentis rationibus, quas Eñus Card. Archiepiscopus Novariensis affert in suo pro-Memoria, satis perspicue apparet futurum, ut serius ocus Paroeciae illae ad Romanum ritum migrare cogantur, idecirco conveniens videtur facultatem facere Card. Archiepiscopo,

studeat Parochos, et Plebem praefatarum Paroeciarum ad Ritum Romanum amplectendum.» Die 31. Martii 1821.

Facta autem de praemissis per me infrascriptum Secretarium SS. D. N. relatione; «Sanctitas Sua benigne annuit in omnibus, die 3. Aprilis 1821.»

ut pro prudentia sua agat, prout tempus, et res postulare animadvertit, concessis etiam aliis dilationibus, si opus erit, ad tollendas, aut praecavendas dissensiones. *Ipsa quippe mutatio consuetudinis* (ut ait D. Aug. Ep. ad Ian. 54. al. 118.) *etiam quae adiuvat utilitate, novitate perturbat.*

*Quinto.* Quod ad media attinet ad optatum finem assequendum aptiora, auctoritate motus Anselmi Cantuariensis, qui, loquens de huiusmodi ritibus: *Qui non in fide discordant, neque in unam colligi possunt consuetudinem, existimo (ait) eos potius in pace concorditer tolerandos, quam discorde cum scandalo damnandos.* Auctoritate, inquam, tanti viri motus putarem suasu potius, et ductu, quam vi, et imperio agendum, etiamsi optata mutatio aliquantulum esset protrahenda.

*Sexto.* Interim, ne quid inconveniens circa promiscuum utriusque ritus usum contingat, quod aut scandalum creet, aut Sacri Cultus dignitati, et decori adversari videatur, obligari possunt illi, qui suis consuetudinibus pervacaciter inhaerentes, nonnisi aegerrime ab iis se divelli patiuntur, ut adamussim ritus suos sequantur, etsi ex defectu ministrorum, librorum, aut similibus id praestare nequeant, Romanum ritum admittant. Ita factum fuisse apparet in Ecclesia Comensi circa abolitionem ritus Aquileienseis, seu Patriarchini. Ex Statutis enim Synodalibus Comensibus annor. 1565. et 1579. arguitur, quod ritus Romanus nonnisi insensibiliter introductus fuit. Et sane Synodus anni 1579. *Recitent (ait) Sacerdotes Horas Canonicas quotidie . . . secundum ritum, et usum Ecclesiae Comensis, qui ritus in Missis celebrandis pariter observetur. Hi vero, quibus librorum Comensium copia non fuerit, Missali, et Breviario Romano novissimo utantur, donec reformandi Comensis ratio ineatur.* Et vero ritus iste in Comensi Ecclesia Aquileienseis suffraganea usque ad ann. 1598. perseveravit, quamquam eadem Ecclesia sub Ducatu Mediolanensi comprehenderetur.

*Septimo.* Ut mutatio isthaec cum maiore plebium, et Ecclesiarum, Ambrosiano ritui firmiter inhaerentium, satisfactione fiat, posset fortasse ad tempus permitti, ut, quatenus pro dignitate fieri possit, statis quibusdam diebus, aut locis, aut circumstantiis antiquo ritu utantur, aut in Sacrificiis, aut in precibus etc., ut ritus tam celebris, succedente Romano, quemadmodum Synagoga vetus, succedente Ecclesia, non sine honore contumulatus videatur. Ita nimirum factum fuisse legimus quoad ritum Mozarabum (apud Card. Bona) in Hispania, qui ritus in sex Ecclesiis etiam post mutatos alibi ritus diutius perseveravit, vel inter hostes, nec nonnisi deficientibus quibusdam familiis defecit, et Romanus ibidem introduci coepit, ita tamen, ut statis diebus, pristino ritu sacrificaretur. Ita etiam factum est in Ecclesia Comensi, in quam ubi Clemens VIII. induxit, abrogato Patriarchino, ritum Romanum, exceptit Officium B. M. V. quod quibusdam diebus secundum ritum Patriarchinum recitari adhuc diutius consuevit.

*Octavo.* Caeterum, quoniam delectus mediorum, quae magis expediunt ad migrationem hanc ritus pacifice, et sine animorum offensione ineundam, potissimum pendet ex notitia personarum, locorum, peculiarumque circumstantiarum; ideo mihi videtur totum id negotii Eñno Episcopo committendum, quippe qui rem ob oculos habet, et acu, ut dicitur, tangit.

*Nono.* Denique habenda mihi videntur prae oculis verba illa Cl. Mabillonii Comment. in Ord. Rom. §. 21. *Laudanda in huiusmodi ritibus constantia, modo caetera adsint, Ecclesiae pax, et concordia, atque christiana charitas, cui omnes ritus cedere, et suffragari necesse est.* Et paulo ante: *Ubi regnant antiqui ritus, hi constanter retinendi: ubi novi prae antiquis praevaluerunt antiquos laudare decet, novos non reiicere. Vix enim unquam accidit, ut quod semel usu receptum est, absque perturbatione mutetur. Et quidem ut rituum varietatem induxit locorum varietas, ita etiam eorum iisdem in locis mutationem aliquando persuasit temporum diversitas.*

4581. CONGREG. SS. REDEMPTORIS.

Festorum exuberante numero, quae Calendario Congregationis SSmi Redemptoris, vel ex Summorum Pontificum, et Sac. Rituum Congregationis concessionibus accesserant, vel ex communicatione privilegiorum cum nonnullis aliis Congregationibus, Sa: Me: Pontifex Pius VI. Decreto diei 21. Ianuarii 1789. praedictum Calendarium ab R. P. Fidei Promotore revisum, et ad Rubricarum praescriptum de novo efformatum approbavit, praescripsitque, ut idem servarent omnes utriusque sexus memoratae Congregationis, qui ad Horas Canonicas tenentur. Subinde vero, supplicante eiusdem Congregationis Rectore maiori, idem Pontifex Octavas omnes antedictae Congregationi concessas, praeter illam SSmi Redemptoris, et alteram Patrocinii S. Ioseph, expunxit Decreto diei 18. Octobris Anni 1793. Ac tandem sub die 19. Februarii 1794., abrogata etiam cooptione eiusdem Congregationis in tertium Ordinem S. Francisci in ea parte dumtaxat, quae Officiorum propr. recitationem respiciebat, mandavit in unaquaque illius Domo persolvendas esse Horas Canonicas iuxta Calendarium illius Dioecesis, intra cuius fines existit, additis Officiis eidem Congregationi concessis, prout in Calendario, ut supra adprobato anno 1789. Quum autem nuper

Sanctissimus Dominus Noster Pius VII. Pont. Max. novis Literis in forma Brevis datis die 9. Ianuarii 1807. singulas facultates, privilegia, indulta, communicationes, a Praedecessoribus Suis laudatae Congregationi concessas, cum clausula: «non obstantibus quibuscumque in contrarium» approbaverit, confirmaverit, et quatenus opus fuerit, de novo concesserit, etiam quoad Officia Sanctorum propria; hinc dubitationibus omnibus eliminandis, et uniformitati Calendarii in totius Congregationis Domibus studens Reverendissimus Pater Vincentius Antonius Giattini eiusdem Generalis Procurator in Urbe, sequentia Dubia discutenda, enodanda, et resolvenda S. R. C. proposuit, videlicet.

1. An Patres Congregationis Sanctissimi Redemptoris in Calendario Dioecesano, quo unaquaeque Domus utitur, additis Officiis eidem Congregationi specialiter concessis, inserere quoque possint, et quidem sub eodem ritu, Officia propria aliarum Congregationum, quarum privilegiis, et indultis utuntur, et gaudent per plenissimam communicationem etiam quoad Officia Sanctorum propria confirmatam, et quatenus opus sit de novo concessam in Literis Apostolicis obtentis 9. Ianuarii 1807.?

(1) 2. Cum ex Decreto 19. Februarii 1794. in

Hae sunt, quae ex multis, quae in hanc rem dici possent, excerpsti, ne longior, quam par est, evadam; quaeque, ut commisso mihi muneri satisfaciam, iudicio eorum, ad quos spectat, quique me tali honore dignatum, licet immeritum, voluerunt, humiliter subiicio.

*Obsequentissimus in Christo Famulus.*

*P. Michael Dominicus Zecchinelli e Soc. I. S. R. C. Consultor.*

(1) Congregatio a B. Alphonso de Ligorio instituta denominationem accepit a Sanctissimo Redemptore, et hoc nomine distinguitur ab aliis Regularium Clericorum coetibus; aequum proinde est, ut qui hanc regulam profitentur, specialibus cultus significationibus Festum celebrent Sanctissimi Redemptoris, et cum Officio dup. primae classis cum Octava. Huiusmodi autem ritus ei competit non ex iure scripto, regulisque Rubricae, sed ex quadam congruentia, et ex privilegio, quod a S. M. Benedicto XIV. benigne concessum fuit, dum novam hanc Congregationem sua auctoritate probavit. Non equidem a iure scripto; quia Rubrica de Ordinibus, et Congregationum Regularium Patronis, aut Titularibus non loquitur. Siquidem Patroni, sic proprie dicti, dantur Regnis, Dioecesibus, Civitatibus, Locis, non autem Ordini, aut Monasterio, veluti declaravit S. R. C. in Leodien. 16. Martii 1658. Verumtamen, etsi agatur de Regnis, Dioecesibus, Locis, nequit assumi in particularem Protectorem *Christus Iesus Redemptor Noster*, cum ipse sit communis omnium Advocatus apud Patrem, caeteri vero e Coelicolarum numero Advocati apud ipsum sunt, nec apud Patrem, nisi ipso mediante. *Unus est*, ait Apostolus, *mediator Dei et hominum homo Christus Iesus: quia sic est Advocatus noster apud Patrem, ut non solum impetrator, sicut alii omnes Sancti; sed sit etiam ipsemet Auctor, et Largitor bonorum, quae a Patre pro nobis postulat. Vide Guyetum in Heortologia lib. 1. cap. 5. quaest. 3. Meratum ad Gavantum Rubric. Breviar. Sect. 8. cap. 5. num. 1. Quod si Patronus lato modo accipi velit, ille erit, qui aliquem Ordinem in Ecclesia fundavit, quatenus in Sanctorum album relatus sit, atque huic competere Patronorum praerogativas arbitratur*

unaquaque Domo Congregationis praedictae persolvantur Horae Canonicae iuxta Calendarium Dioecesis, in qua sita est, additis Officiis eidem Congregationi specialiter concessis; Quaeritur, an in occurrentia Dedicationis Cathedralis, praefendum sit Officium Sanctissimi Redemptoris titularis Congregationis, quod celebratur sub ritu duplici primae classis cum Octava ex concessione felice record. Benedicti XIV.?

3. An Officia specialiter concessa Patribus Congregationis Sanctissimi Redemptoris consideranda sint tamquam propria Ordinis, ac propterea in paritate ritus sint praefenda in occurrentia Sanctis, qui sunt in Calendario Dioecesano, iuxta quod unaquaeque Domus tenetur recitare Horas Canonicas? (1)

4. An Octavae censendae sint abrogatae Decreto 18. Decembris 1793. pro his tantum Domi-

Gavantus *ibidem* sect. 3. cap. 12. num. 24. *Quae diximus de Patrono Loci, eadem conveniunt Fundatori, et Patrono Ordinis in toto Ordine post solemnem Canonizationem eiusdem.*

*Titulares* vero dantur Ecclesiis, non Communitatibus. Non est hic locus disserendi de *Titulis*, et de varia huius nominis significatione: a proposito diverterem, si spartam hanc illustrandam susceperem. Gavantus *ibidem* sect. 8. cap. 6. num. 1., postquam enumeraverat diversas *tituli* acceptationes, concludit: *Titularis ergo Ecclesiae est ille, a quo titulus, seu Ecclesia denominationem habet: ibidem* cap. 14. *quaest.* 5. atque Meratus ad Gavantum *loc. cit.* haud renuunt dari *Titulares* Religiosis Ordinibus, imo id exploratum habent. Non intercedam; dummodo tamen vox *Titularis* lato modo accipiatur; non autem in sensu Rubricae ita, ut de iure huiusmodi *Titularibus* a Religione, Congregatione, Monasterio assumptis de iure competant praerogativae, quibus decorantur Ecclesiarum *Tituli*; quamquam, ut supra dixi, maxime congruat, quod iisdem ex privilegio donentur.

Cum itaque non ex iure, sed ex privilegio, et ex quadam convenientia *Titularis, vel Patronus* Ordinis, Congregationis, Monasterii gaudeat ritu dup. primae classis, locum cedere debet Officio aequalis ritus, quod in praecepto est; nec in hac specie regula obtinet de ordine servando in occurrentia plurium Officiorum eiusdem ritus, ut supra notatum est, quoad Officium Sanctissimi Cordis Iesu occurrens cum solemnioribus, ubi gaudet ritu primae classis. Vide supra Adnotat. ad Decret. 4579. Atqui in casu nostro Congregationis Sanctissimi Redemptoris Alumni conformare se debent Calendario respectivae Dioecesis; tenentur idcirco vi praecepti celebrare Festum Dedicationis Cathedralis sub ritu dupl. primae class. cum Octava, et transferre iuxta Rubricas Festum *Sanctissimi Redemptoris*, quod nedum particulare est, verum etiam ex congruentia, et privilegio gaudet eodem ritu. Quamquam, hac praetermissa quaestione, decidendi rationem dabat eadem S. Congregatio, quae in *Maioricens. sub die 8. Augusti 1643.* ad Quaesitum: *Concurrente, vel occurrente Dedicatione Ecclesiae Cathedralis, quae sub ritu duplici in tota civitate celebratur cum Titulari alicuius alterius Ecclesiae; quisnam debeat praeferrri in Ecclesia Titulari, et quid de Octava eorum?* Respondit: *Praefendam esse Dedicationem Ecclesiae Cathedralis. Quo vero ad Octavas, servandas esse Rubricas Breviarii, et Missalis Romani.* Si ita sancivit quoad *Titularem* particularis Ecclesiae, qui iure proprio habet solemniorum ritum *primae classis cum Octava*, multo magis decevisset quoad *Titularem Ordinis, seu Congregationis*, qui lato modo *Titularis* dicitur, et ex privilegio eodem ritu gaudet. Neque dicas, ideo Sacram Congregationem dedisse praelationem Festo Dedicationis, quia Festum Domini putabatur; nam multo serius in hanc venit sententiam anno *scilicet 1779.* quam tamen sententiam, re maturius discussa, postea repudiavit, ut propius adhaereret Rubricarum praescriptis, ceu patet ex Decretis relatis. Nec praetereundum, quod maxime dedeceret in una Ecclesia Festum peragere diversum ab illo, quod in tota Civitate solemnissime celebrandum, ut proprium, et ab omnibus est. Ideo Sacra Congregatio huic dubio respondens, praelationem dedit *Festo Dedicationis.*

(1) Licet regula sit, quod Officia propria Ordinis, seu Congregationis simul cum aliis eadem die occurrentia, in paritate ritus praeferrantur; aliqua tamen distinctio est adhibenda. Nam non aequae omnia Festa, quae propria dicuntur, hoc gaudent privilegio, sed illa dumtaxat, quae specialem relationem habent ad eundem Ordinem, seu Congregationem. Vere propria dicuntur Officia illorum Sanctorum, qui *Religionem aliquam professi dum viverent, in ea pie, et constanter ad obitum usque*



bus, quae utuntur Calendario Dioecesano, in quo Sancti redundant, non pro aliis, quae Calendaria habent Festis Sanctorum non redundantia? (1)

5. An, abrogatis Octavis omnibus specialiter concessis, censeantur abrogatae pro Ecclesiis particularibus Octavae illarum Dedicacionis, et Octa-

vae omnium Ecclesiarum, quae in omnibus Dominibus ab omnibus Patribus celebrantur 3. Octobris assignata in Calendario reviso, et adprobato 21. Ianuarii 1789.? (2)

6. An Religiosi utentes Calendario Dioecesano teneantur se conformare eidem Calendario pro Officiis Sanctorum, quae specialiter fuerunt con-

*perseverantes, sacrum apud posterós cultum, publico Ecclesiae iudicio, meruerunt. Ita Guyetus lib. 1. cap. 14. quaest. 4. qui prosequitur: Neque vero horum tantum memoria, sed et aliorum quoque qui licet extranei sint, affinitate tamen aliqua, aut alio quovis nexu ad ipsam Religionem, aut Congregationem utcumque pertinere noscuntur.* Diversa ratio est, quoad Officia Sanctorum, quae Regulares recitant ex speciali indulto, quin ulla intersit ad Ordinem, seu Congregationem relatio, veluti illa sunt, quae vel ab peculiari devotione, aut ex communicatione privilegiorum etiam quoad Officia, vel ab alio extraneo titulo causam repetunt. Quoniam igitur Alumni Congregationis Sanctissimi Redemptoris Calendario Dioecesano uti debent, et Officia peculiariter ipsis concessa, vere propria Congregationis non sunt, quamvis improprie talia dicantur, quia ab ipsis tantummodo recitantur, et non ab aliis, qui eodem Calendario utuntur, ideo ad propositum dubium S. R. C. respondit: *Negative*, quod idem est ac si dixisset, in occurrentia, caeteris paribus, praeferebantur dandam esse Sanctis, qui in Calendario Dioecesano notantur. Aliud certe fuisset responsum, si Festa illa, quae in dubio propria dicuntur, ad eandem Congregationem iure quodam pertinuisent, utpote Sanctorum, quos aluit, vel quorum regulam sequendam sumpsit.

(1) In antecessum notandum est, quod, instante Rectore maiori Congregationis, S. M. Pius VI. sub die 18. Octobris 1793. *Octavas omnes peculiariter concessas eidem Congregationi abrogavit, praeter Octavas Sanctissimi Redemptoris Titularis, et Patrocinii S. Ioseph Patroni.* Patet igitur auctoritate Supremi Principis absolute, et simpliciter abrogatas positive fuisse omnes Octavas, praeter expresse exceptas, neque in Rescripto ulla adhibita fuit dictio facultativa; quamobrem inopportunos erat dubium proponere. Verum enim ratio praeceptae reductionis, et respectivae abrogationis repetenda non est a maiori, vel a minori numero Officiorum, quae non in omnibus Calendariis Dioecesanis aequaliter occurrunt, sed ponenda in quadam potius congruentia conformandi Calendarium Congregationis pro omnibus, et singulis Domibus in varias dissitasque Dioeceses fundatis, et ne multiplices Octavae confusionem gignerent ob frequentes translationes, quae nimis turbarent ordinem ab iis servandum, qui Calendario Dioecesano uti tenentur. Quamquam vel haec, vel alia causa fuerit, qua Supremus Congregationis Moderator Octavas omnes, praeter duas principales, deleri postulaverit; satis est reapse a Pontifice deletas fuisse per positivam dictionem *abrogavit*, ut omnibus Congregationis Alumnis eas in posterum interdictum sit retinere. Leges quippe, Decreta, Privilegia, Rescripta, quae claris sunt verbis expressa, nequeunt contorqueri, et trahi in sensum ab illo diversum, quem habent secundum propriam significationem, et communem loquendi modum. Id autem accideret, si quaelibet ex Congregationis familiis, non servata forma Rescripti, sed istud arbitrarie interpretando, ad sui commodum, et iuxta diversas contingentias abrogatas Octavas vel reiiceret, vel admitteret.

(2) Si ad inducendam in Calendario Congregationis uniformitatem, et ad evitandas frequentes variationes, indultum est, ut una, eademque die celebretur Anniversarium Dedicacionis omnium Ecclesiarum Congregationis, frustra quaeritur: num Ecclesiae singulae aliud queant propriae Dedicacionis Officium peragere. Nam ea dies, qua fit de omnibus Congregationis Ecclesiis, perinde habenda est, ac si propria esset, et singulis assignata. Quod si praeter generalem Solemnitatem, adhuc unaquaeque Ecclesia peculiarem recoleret, cessaret uniformitas illa, ob quam privilegium concessum fuit. Frustra etiam petitur, num Octava Dedicacionis abrogatis debeat adnumerari; haec siquidem in praecepto est, nec confundenda cum illis, quae fuerant specialiter indulta. Utrumque declaratur a S. R. C. Rescripto ad propositum dubium.

cessa Congregationi, vel possint illa recitare diebus in concessione pro tota Congregatione assignatis? (1)

7. In aliqua Dioecesi Officium S. Iuliani Episcopi sub ritu semiduplici ad libitum fixe cele-

bratur in die sui obitus, nempe 28. Ianuarii. Quaeritur, an fixe pariter eadem die reponi possit aliud Officium translatum, an sit vacuus relinquendus? (2)

8. In Officiis propriis pro Patribus Congre-

(1) Regula est pluribus Sacrae Congregationis responsis confirmata, quod Officia peculiariter concessa alicui Communitati, Provinciae etc., certis assignata diebus, si temporis successu, aut ad totam Dioecesim, et respective ad Provinciam, vel ad universalem extendantur Ecclesiam, pro diversis tamen diebus, in his recitanda sunt, relictis sedibus in particulari concessione assignatis. Videri possunt Decreta 17. Iunii 1684. quoad Festum SS. *Nominis Mariae*, quoad alterum SS. *Nominis Iesu* in Bononien. 29. *Novembris* 1722., et quoad *Patrocinium S. Ioseph*, in una Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Provinciae Conceptionis B. M. V. in Regno Portugalliae 18. *Decembris* 1779., ac tandem cum sa. me. *Clemens XIII.* Officium S. *Camilli de Lellis* a semidup. ad dup. min. elevatum ab Ecclesia Universali celebrari iussisset die 18. Iulii, quaesitum fuit: an etiam in illis peculiaribus Ditionibus, ubi *idem Officium S. Camilli fuit alias concessum sub eodem ritu pro die 15. eiusdem mensis, in qua praedictus Sanctus e vita decessit, variandus sit dies, et Officium praefatum perpetuo transferendum ad diem 18. Iulii noviter assignatum?* S. Congr. sub die 17. *Augusti* 1771. respondit: *Officium esse recitandum prout in Ecclesia Universali, die nempe 18. Iulii.*

(2) Tam clare, et solide quaestiones, quae super hoc Dubio excitari poterant, enucleavit cl. Vir. *Ioannes Canonicus Fornici* Apostolicarum caeremoniarum Magister in suo dissertissimo Voto a S. C. adprobato, ut satius esse duxerim illud integrum dare, quam in compendium redigere. Sic ipse « Festa Sanctorum ad libitum, teste *Guyeto lib. 1. cap. 2. quest. 9.*, et *Cavalieri tom. 2. cap. 22.*, » antiquiora non sunt *Paulo V.*, qui primus omnium eadem in Ecclesiam invexit, dum *sub die 27. » Septembris* 1608. Festum Sancti Angeli Custodis ad libitum Cleri celebrandum indulsit prima die » post Festum S. Michaelis Archangeli, quod et postea praestitit de Festo S. Caroli Borromaei, et » impressionis stigmatum in Corpore S. Francisci pro suis respectivis diebus, et deinde id alii egere » Summi Pontifices de aliorum Sanctorum Festis. De Sanctis ad libitum nihil quidem disponunt » expresse, et statuunt Rubricae; sed non desunt huius Sacrae Congregationis Decreta plurima, ex » quibus abunde eorumdem elucescit natura, atque conditio, et ex quibus dirimi debent dubia, » quae hinc exoriri valent.

» Pro expositi Dubii resolutione duo, ut mihi videtur, sunt ad examen revocanda. Primum, » an translata reponi possint in die fixa pro Sancto ad libitum: Secundum, an dies 28. Ianuarii » sit vacuus relinquendus pro translatis? Exordiamur a primo, et responsum deducamus a resolu- » tionibus huius Sacrae Congregationis. Cum alias S. R. C. declaraverit Officia Sanctorum ad libi- » tum non esse transferenda, quando dies eorum festivitatum sunt impediti die Dominico, aut aliquo » die Festorum mobilium, quaesitum fuit declarari: quae regula servanda sit, quando occurrunt » eodem die cum Officiis Sanctorum Calendarii proprii vel translatis, vel demum semel per hebdo- » madam, vel per mensem recitare concessis? En responsum per Decretum generale de non trans- » ferendis Officiis Sanctorum ad libitum datum 24. *Ianuarii* 1682. *Praedicta Officia Sanctorum » ad libitum etiam duplicia occurrentia in diebus Dominicis, octavis, et natalitiis Sanctorum alicuius » Religionis, vel Dioecesis ex vi Calendarii proprii a Sancta Sede Apostolica approbati, quamvis » sub ritu semiduplici de praecepto celebranda, non sunt transferenda, sed omitti debere: si autem » occurrant eodem die, in quo aliud aliquod Festum translatum poni deberet, tunc liberum fore » declaravit, eadem Officia ad libitum recitare, et Officium translatum ulterius ad aliam diem non » impeditam transferre. Prout etiam, omisso Officio, quod semel per hebdomadam, aut per men- » sem ex Apostolico indultu recitari concessum est, Officium ad libitum eodem die occurrens re- » citari posse deerevit, et ita ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, servari mandavit. » Tria in hoc Decreto decernuntur: Officia ad libitum non esse transferenda; liberum esse illa re-*

gationis editis Romae 1784. iussu Superioris Generalis, et ex Decreto Congregationis Episcoporum, et Regularium 13. Februarii 1784. Officium ha-

betur Transverberationis S. Theresiae dup. secundae classis die 27. Augusti cum antiphonis, et reliquis propriis, iuxta Breviarium Theresianum,

» citare, quamvis in eodem die alias reponi deberent Officia translata; omisso Officio vel per hebdomadam, vel per mensem concessio, posse Officia ad libitum recitari. Primum, et ultimum casum propositum non respiciunt; secundum quaestionis nobis solutionem praebet. Liberum est Officia ad libitum celebrare eo die occurrentia, quo alias Festum translatum reponi deberet. Atqui Festum translatum in die, quo reponitur, praeceptive celebrandum est ab omnibus, qui Calendarium sequuntur: ergo ex translato tollitur libertas Officium ad libitum recitandi, quod contrarium est Decreto huius Congregationis. Per hanc libertatem nullum translato obvenit incommodum, quippe quod iam e propria die amotum, adhuc in altera die bene, et integre resumitur. Per repositionem translati in die Officii ad libitum non solum eidem affertur incommodum, sed prorsus eo anno de medio tollitur, quia omitti debet, nec potest ex ipso Decreto transferri. Nec iuvat aliud argumentum in oppositionem adducere: nempe ex Rubrica Festa translata reponi debent in prima die non impedita; sed dies, quo Festum ad libitum occurrit non est impedita, quia illud non praestat impedimentum, quod pendet a libero arbitrio, argument. *leg. Qui potest facere 3. de Regulis iuris*. Ergo translatum reponi debet in die, in quo Officium ad libitum occurrit. Huic enim argumento respondi potest cum *Cavalieri*: Festum ad libitum non praestat impedimentum prohibens, ne Festum translatum eo die reponatur, bene vero praestat impedimentum permittens, ut in dictam diem non transferatur. Nihil ergo ex dicto axiomate erui potest.

» Video equidem Decretum supponere, quod aliqua reperitur dies libera, pro translato repositione, et Officium translatum ulterius ad aliam diem transferri. Unde, si nulla adsit anni dies, in quem transferri queat, praesupponi potest, quod amplius locum non habeat Decreti dispositio, quae liberam facit celebrationem Festi ad libitum cum ulteriori protractione Festi translati. Et quidem, si Officium ad libitum penitus omitti debet, ut Officium de praecepto simul occurrens, quod caeteroquin adhuc alia die integre resumeretur, solum habeat incommodum amotionis a propria sede; multo magis omitti debet, si Festum translatum nullum reperiat diem utilem pro sui repositione, sed alias necesse foret, idem ad simplicem redigi commemorationem, vel penitus omitti.

» Verum, quamvis haec congruentiora videantur, ex lege tamen non veniunt. Potius in lege saepe saepius statutum est: *Quod Sancti, qui in fine anni supersunt, quoties toto anni decursu de illis celebrare non valeat, tum in illo anno diebus eorum propriis considerandi sint tamquam simplices, faciendo illorum commemorationem, ut fit in semiduplicibus cum nona lectione ad Matutinum composita ex omnibus eorum lectionibus secundi Nocturni ad modum unius. Hispalen. 26. Novembris 1735. Ordinis Capuccinorum 8. Martii 1738. Sancti ergo translati, quatenus pro illorum repositione non supersint dies toto anni decursu, considerandi sunt diebus eorum propriis tamquam simplices, nec ius habent removendi a propria sede semiduplicia, et Officia ad libitum, nisi obtento prius ab hac Sacra Congregatione speciali, et expresso Indultu, iam alias ob plenissimam redundantiam Sanctorum die 31. Ianuarii 1789. Basilicae S. Petri in Vaticano concessio, et die 13. Martii 1804. ad Ecclesiam Corduben., aliisque Patriarchalibus extenso; nempe, ut Festa duplicia, quae incidunt in Dominicas privilegiatas, vel in aliam diem solemniori Festo impedita, tam, si desint prope anni terminum dies simplices, aut feriales, in quos transferri possent, tunc transferantur in diem Festi semiduplicis, ita tamen, ut de Sancto qui locum cedit, fiat commemoratio in Missa, Laudibus, et utrisque Vesperis cum nona lectione historica.*

» Ex dictis evidentissime patet, non posse, nisi ex speciali Indultu, reponi fixe translatum in die, quo occurrit Officium vel duplex, vel semiduplex ad libitum. Multo magis nequit hoc fieri die 28. Ianuarii, quo in aliqua Dioecesi fixe, utpote in die sui obitus, celebratur Festum

et in sexta Lectione legitur in fine: «Iis omnibus perspectis, Benedictus XIII. Pont. Max. solemnitate hanc ad recolendam insignis prodigii memoriam in eodem Ordine quotannis celebrari concessit, et Pius VI. pariter P. M. Congregationi Sanctissimi Redemptoris extendit: et die 15. Octobris habetur aliud Officium S. Theresiae pariter cum antiphonis, aliisque propriis sub duplici primae classis cum Octava: Quaeritur an haec Officia persolvenda sint iuxta Breviarium Theresianum, prout edita sunt in memoratis propriis pro Patribus Congregationis, an potius iuxta Breviarium Romanum, perlectis tantum in Officio Transverberationis Lectionibus propriis secundi Noturni?»

Et Eminentissimi Patres Sacris Ritibus Praepositi accepta in scriptis sententia alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, praelo etiam cusa, re mature, diligenterque discussa, ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Do-

mini Card. Galleffi Pontentis, respondendum censuerunt, ut infra, nimirum.

Ad 1. «Ad Eminentissimum Pontentem cum Promotore Fidei ad mentem.» Mens est, «ut exhibeatur Calendarium revisum, et adprobatum die 21. Ianuarii Anni 1789., et alterum reductum ad formam posteriorum concessionum, ut, examine instituto, novus ordo disponi possit in posterum servandus, et, facto verbo cum Sanctissimo, de novo adprobari: salvis in reliquis omnibus, et singulis privilegiis competentibus, et concessis eidem Congregationi, vel ex communicatione cum aliis Congregationibus, vel ex alia quacumque causa.»

Ad 2. «Praeferendum esse Festum Dedicationis Ecclesiae Cathedralis.»

Ad 3. «Negative.»

Ad 4. «Abrogationem Octavarum ad totam Congregationem extendi.»

Ad 5. Quum Festum Dedicationis Ecclesiae

» *S. Iuliani Episcopi.* Prohibitum enim est per Decretum S. R. C. assignari stabiliter huic diei Festum  
» *primarium S. Agnetis*, in casu, quo alicubi 21. *Ianuarii* non potuerit stabiliter celebrari ex eo,  
» quia *haec dies 28.* relinquenda sit vacua, ut in ea reponi valeat Festum *SS. Nominis Iesu*, quando  
» transferri debet ob occurrentiam *Dominicae Septuagesimae*. Supplicata enim pro resolutione, et  
» declaratione, circa varia Dubia ad Breviarium Benedictinum spectantia, quaesitum fuit ad *tit. 10.*  
» *de translatione Festorum dub. 1. An die 21. Ianuarii, quia occurrit in multis locis Festum S. Mein-*  
» *radi M. cum Festo S. Agnetis V. et M., sit celebrandum Officium de S. Meinrado, Officio S. Agnetis*  
» *stabiliter, et fixe translato ad diem 28. Ianuarii?* Sacra Congregatio respondit: *Faciendum est Of-*  
» *ficium de S. Meinrado, et transferendum est Officium S. Agnetis, quod occurrit eodem die, cui as-*  
» *signari debet aliqua dies fixa, quae tamen non sit dies 28. Ianuarii, ne Festum SS. Nominis*  
» *Iesu, quod celebratur Dominica secunda post Epiphaniam, aliquando occurrens in eadem Do-*  
» *minica, quae est Septuagesima, ideoque, ne illud Festum celebretur intra Quadragesimam, quod*  
» *non conveniret, erit relinquenda vacua dies 28. Ianuarii, in qua id tunc erit transferendum.*  
» *Quando autem agatur Festum S. Agnetis secundo, fiat de eo commemoratio tamquam de sim-*  
» *plici, nullo habito respectu, quod Festum eiusdem solemne prius non fuerit celebratum: Einsidlen.*  
» 5. *Maii 1736.* Et quod in hoc Decreto dicitur de Festo *S. Agnetis*, eadem de causa dicendum  
» venit de quolibet alio Festo constanter translato, quod alicubi occurrere possit, quod propterea  
» nequaquam assignandum erit huic diei 28. Ianuar., sed in ulteriorem diem protrahendum, ut in  
» *Varsavien. de S. Raymundo de Pennafort* ob occurrentiam fixam *Desponsationis B. M. V.* decla-  
» ravit S. C. die 7. *Maii 1746.* quia non minus illud, ac Festum *S. Agnetis*, et *S. Raymundi* in  
» casu praedicto afferret impedimentum positioni Festi *SSmi Nominis Iesu* in hac die.

» Dicit fortasse potest, quod in Dioecesi, in qua fixe celebratur Festum ad libitum *S. Iuliani Ep.*  
» die sui obitus, nempe 28. Ianuarii, eadem dies non sit vacua. Quid inde? Festum *SSmi Nomi-*  
» *nis Iesu* occurrens in *Dominica Septuagesimae* donatur privilegio accidentariae mutationis; qua  
» mutatione si donatur aliquod Festum, habet privilegium excludendi Festum occurrens in illa die,  
» in quam accidentaliter immutatur, seu transfertur tamquam in sedem propriam, nisi occurrat  
» Festum altioris ritus, seu dignitatis, ut docent Liturgici omnes. Unde, quamvis in aliqua Dioe-  
» cesi fixe celebretur Festum alicuius Sancti ab libitum 28. *Ianuarii*, semper vacua consideranda est  
» pro repositione Festi *SSmi Nominis Iesu*; quia ex allato Decreto generali in casu omitti deberet. »

sub ritu duplici primae classis non sit specialiter concessum, sed praeceptive celebrandum, PP. Congregationis teneri celebrare Octavam Dedicationis Ecclesiarum omnium consecratarum Ordinis fixa die 3. Octobris in Calendario reviso, et adprobato; et non posse denuo propriae particularis Ecclesiae Dedicationis Officium persolvere, quod intelligitur comprehensum, et celebratum, quando in Ordine ex speciali Indulto Festum celebratur omnium Ecclesiarum consecratarum.»

Ad 6. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Ad 7. « Translata reponi non posse diebus fixis pro Officio alicuius Festi ad libitum, praesertim die 28. Ianuarii, quae dies relinquenda est vacua pro repositione Sanctissimi Nominis Iesu in Dominica Septuagesimae occurrentis; et in Dioecesi, in qua die 28. Ianuarii celebratur fixe Festum S. Iuliani Episcopi ad libitum, omitti debere, quando ea die reponendum sit Officium Sanctissimi Nominis Iesu.

Ad 8. « Quum certo non constet de Apostolica concessione, et extensione, non posse PP. continuare recitationem Officiorum propr. Transverberationis, et Festi S. Theresiae, prout in proprio edita sunt Anno 1784., sed teneri se interim in persolvendis Horis Canonicis conformare tam quoad Ritus, quam quoad Officia, Breviario Romano, et Calendario reviso, et adprobato Anno 1789., donec idem Calendarium cum specialibus Indultis postmodum concessis huic S. Congregationi exhibitum, noviter revisum fuerit, et plene in omni-

bus adprobatum; et ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro aperature oris super Literis Apostolicis in forma Brevis.»

Atque ita responderunt die 31. Martii 1821.

Quarum vigore resolutionum reviso, correcto, et emendato infrascripto Calendario ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Card. Galleffi Ponente una cum R. P. D. Alexandro Buttaoni S. Fidei Promotore, factaque per me subscriptum Secretarium de singulis Sanctissimo Domino Nostro Pio VII. Pont. Max. relatione, Sanctitas Sua, praevia, quatenus opus sit, aperature oris, Sacrae Rituum Congregationis responsa confirmando, Calendarium ut infra digestum, Apostolica adprobatione munivit, eoque in posterum uti debere mandavit omnes utriusque sexus dictae Congregationis, qui ad Horarum Canonicarum recitationem tenentur. Quibuscumque in contrarium disponentibus minime obstantibus.» Die 3. Aprilis Anni 1821.

4582.

#### SULMONEN.

Matutinis Horis solemniter persolutis in nocte Nativitatis Domini, Reverendissimus Episcopus Sulmonen. in sua Cathedrali primam celebrat Missam Pontificalem ad praescriptum Caeremonialis Episcoporum lib. 2. cap. 14.; Laudes, quae post hanc Missam pari solemniter cantari debent, ut in eod. Caeremonialis capite, iuxta Ecclesiae illius vigentem consuetudinem sine cantu a Canonicis persolvuntur, postquam Episcopus, absoluta Missa, Episcopium repetiit: hinc Episcopus a S. R. C. declarari postulavit. (1)

(1) In Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis ritus omnes servandi sunt, nedum quoad substantiam, verum etiam quoad modum, formam, et ordinem, quo praescripti leguntur in Caeremoniali Episcoporum. Quamobrem in nocte Natalis Domini, prima Missa absoluta, Laudes etiam cantari solemniter debent; nec satis est alternatim dumtaxat easdem recitare. Non diffiteor, ne ullum quidem verbum occurrere in antiquis praefati Caeremonialis editionibus de cantus solemnitate: verumtamen in nova, quae, Pontifice Benedicto XIII., adornata, emendata, et aucta e Romanis Typis anno 1729. prodiit, capiti 14. libri 2. additum fuit, quod sequitur, videlicet: *In Laudibus tandem, quae post Missam solemniter cantari debent, servantur omnia, quae in superiori capite 7. huiusmet libri praescripta reperiuntur.* Unde patet, satis non esse alternatim in Choro Laudes recitare, sed omnino cum cantu ad praescriptae regulae formam esse persolvendas. Verba enim illa *solemniter cantari debent*, non in facultate rem ponunt, sed absolutum praeceptum important, veluti pluries a S. R. C. declaratum fuit, et novissime in Civitaten. 20. Maii 1820. Etenim attendendae sunt diversae dictiones, quibus utuntur Caeremonialis, Ritualis, Missalis, Breviarii Rubricae, pro rite persolvendis Horis Canonicis, aliisque Ecclesiasticis functionibus agendis. Dictio *debet*, quae saepe occurrit in praefatis Ritualibus libris, praeceptiva semper est, secumque fert positivam obligationem: facultativae vero sunt dictiones aliae, *congruit, potest, convenit, decet*, et his similes. Idcirco S. C. directe respondens quaesito, regulae conformare se debuit, quia admitteret consuetudinem, quae obtinuisse in Cathedrali Sulmonen. ferebatur, legendi Laudes sine cantu. Sed quoniam ex Ecclesiasticis, aut Civilibus legibus nulla

1. An haec consuetudo servari possit?

2. Et quatenus negative, humiliter supplicat,

ferme est, cuius observantia, peculiaribus attentis circumstantiis, nequeat a potestatem habente quandoque moderari; et Apostolica Sedes in iis, quae circa modum potius versantur, quam circa rem praeceptam, nonnunquam in casibus particularibus, aut dispensationem, aut moderationem indulgere consuevit; ideo eadem S. C., postquam ad legis formam responderat, simul addidit: *Sed in casu consulendum SSmo pro Apostolica dispensatione*. Urgebant quippe rationes plurimae ab Episcopo enumeratae, quae indulgentiae viam aperiebant. Tales sunt nimia Cathedralis a Civitate distantia, localitas, cum eadem in montanis sit posita, aëris, et frigoris inclementia, quae multum affert incommodi brumali tempore, et concubia nocte, onus tandem, quo tenentur Canonici, et reliqui de Clero, prima luce a propriis longe dissitis habitationibus ad Ecclesiam redire pro aliis Horis persolvendis, secunda, et tertia Missa solemni ritu celebrandis. Hisce attentis circumstantiis, opportunum visum est in hoc speciali casu, aliquid relaxari posse de legis rigore: quemadmodum *Sanctitas Sua*, licet in casu diverso, sed iisdem fere de causis, relaxavit favore *Capituli* Cathedralis Boven., eidem indulgens, ut hyemali tempore Canonici, et Clerici eiusdem servitio addicti, nimirum post Festum omnium Sanctorum, usque ad Maiorem Hebdomadam exclusive, possent semel in die ad Ecclesiam accedere, ibique tam Matutinas, quam Vespertinas Horas, necnon Conventualem Missam sine interruptione persolvere, ita tamen, ut Completorio post meridiem finis imponatur. Nam, licet iure Ecclesiastico statutum sit, ut debitis distributis horis in Cathedralibus, et Collegiatis Ecclesiis diversae Officii partes peragantur; nihilominus, expositis circumstantiis attentis, aliquid Apostolica Auctoritate remittendum, aliquid visum est indulgendum.

Cum autem praefato responso ad primum ex propositis dubiis Episcopi precibus satisfactum fuerit, non erat immorandum in secundo. Etenim hac in petitione supponit Episcopus aliquibus Religionibus, et Ecclesiis concessum fuisse nocte Nativitatis Domini inter Missarum solemnia Laudes sine cantu alternari, et eo modo Sacrum compleri, quo fit in Vesperis decantandis post Communionem in Sabbato Sancto. At ego non iniuria puto perperam ab ipso adhibitum verbum *concessum*, et quod revera in aliquibus locis ex more fit, ex Apostolica dispensatione fieri credidisse. Id est, quod speciatim indultum aliquando fuisse probari nunquam poterit. Forte enim digitum intendere voluit in consuetudinem, quam ea nocte viguisse narrat Martene *de Antiqu. Eccl. Rit. tom. 3. cap. 12. num. 26.* in Remensi, Parisiensi, Turonensi, aliisque bene multis Galliarum Ecclesiis, in quibus cantabantur Laudes ante Orationem, quae in Missa dicitur *Postcommunio*, ne populus, expleta Missa, statim ab Ecclesia discederet, non adhuc cantatis Laudibus, quae cum Matutino coniunguntur, eique dant complementum: eiusdemque ritus meminit Durandus in *Rationale etc. lib. 6. cap. 13.* Aliis tamen in Ecclesiis, ut fert Micrologus *cap. 34.* Missae finem non dabat versus: *Ite, Missa est: bene videamur, quas statim post Missam iterum, concrepantibus signis, incipere solemus.* Forte etiam rationem habere intendit moris, qui adhuc obtinet apud Religiosos aliquos, ac praesertim Carmelitas antiquae observantiae, et S. Dominici Institutum profitentes. Sed haec, ac id genus aliae consuetudines alienae sunt a moribus Ecclesiae Romanae. Usus, qui adhuc vigent in aliquibus Regionibus, et Coenobitarum Ecclesiis, longe priusquam Caeremoniale Episcoporum ederetur, inducti, tolerantur potius, quam rite probentur. Servari utique permittuntur, quia ritus substantiam non laedunt sed transferri nequeunt ad Ecclesias, quae Ritus Romanum sequuntur, sacrasque actiones iuxta Caeremoniale Episcoporum perficere debent. Confundi ergo videtur in dubio tacita tolerantia cum expressa concessione.

Si quis plura scire velit de rituum varietate, qui in nonnullis Ecclesiis nocte Nativitatis Domini quoad Laudes antiquitus obtinuerunt, et modo, (nisi forte aliquod in una, alterave vestigium supersit) obliterati sunt: adire poterit laudatum Martene *loc. supra cit. num. XXX., et Catalanum in commentariis ad Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 14. §. 12. num. 2.* Mei quippe instituti ratio non patitur, ut in iis recensendis diutius immerer.

quod attenda Cathedralis distantia, horis nocturnis, et tempore hyemali, indultum sit Canonicis inter Missarum solemnium Laudes sine cantu solemnium alternare, prout creditur concessum fuisse aliquibus Religiosis, et Ecclesiis, et eo modo Missam complere, quo in Vesperis decantandis Missa perficitur in Sabbato Sancto.

Sacra eadem Rituum Congregatio, exquisito prius voto alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto pandito, typisque vulgato, perpensisque regionis, ac tempestatis rigore, necnon Cathedralis illius a Civitate distantia, ad relationem Em̄i et Rm̄i D. Card. Bardaxy Ponentis, rescribendum censuit. « Negative, sed attentis peculiaribus circumstantiis, in casu, de quo agitur, consulendum Sanctissimo pro Apostolica dispensatione recitandi Laudes sine cantu post Missam. » Die 31. Martii 1821.

Facta autem per me infrascriptum S. R. C. Secretarium de praemissis SSmo D. N. Pio VII. P. M. relatione, « Sanctitas Sua, attentis expositis, in casu, de quo agitur, benigne annuit pro gratia dispensationis. » Die 3. Aprilis 1821.

#### 4583. RESOLUTIONIS DUBIORUM ?

Etsi ex Venerabili Ecclesiae Traditione relata Cap. *Sabbatho* 13. dist. 3. de *Consecrat.*, necnon ex iis, quae per Summos Pontifices Clementem XI. Decreto diei 15. Martii 1712., ac Benedictum XIV.

tam in opere de Sacrificio Missae, quam Constitut. XXXVIII. statuta sunt; certa, et constans regula exurgat, quinam vel Feria V. in Coena Domini, in qua prima recolitur Eucharisticae mensae institutio, vel Sabbatho Sancto primordiis Dominicæ Resurrectionis sacro, Missam celebrare valeant: etsi Decreto dato sub die 21. Martii 1744. cautum fuerit, undenam inchoanda sit Missa ab Episcopo, qui eodem Sabbatho Sancto Ordinationem habeat in domestico Sacello: etsi demum, et ex speciali Rubrica illius diei, et ex generalibus Rubricis Pontificalis Romani, certo eruatur, quaenam servanda sint tam in Ordinatione Subdiaconi, quam eius, qui ad Presbyteratus honorem assumendus est; nonnullae tamen de ea re ortae sunt controversiae non levioris certe ponderis, et momenti, ad quas dirimendas Sacrae Rituum Congregationis Secretarius censuit pro sui muneris officio Em̄is PP. in ordinario Conventu sequentia dubia proponere.

1. An toleranda sit consuetudo vigens in quibusdam Paroeciis, praesertim in Ruralibus celebrandi per Parochum Missam lectam Feria V. in Coena Domini, quin peragi valeant eadem Feria, et sequenti caeterae Ecclesiasticae functiones praescriptae ob Clericorum defectum, vel potius abolenda ? (1)

2. An in Sabbatho Sancto Missa ab Episcopo

(1) Non levis est apud rerum liturgicarum Scriptores controversia, utrum, necnon olim licuerit, et modo etiam liceat a Sacerdotibus Feria V. in Coena Domini Sacrificium privatim offerri. Singuli enim in diversas abeunt sententias, de quarum varietate non est hic disserendi locus. Verumtamen unum est, quod firmum manet, videlicet hanc Feriam non adnumerari diebus *aliturgeticis*, qui Missa omnino carent, quales sunt *Feria VI.*, et *Sabbatum Sanctum*, ex cap. *Sabbatho distinct. 3. de Consecrat.*: imo ob sublimia, quae recoluntur Mystera, haec Feria Sacrificium iure postulat. Ideo iuxta veterem morem *tres* celebrabantur Missae: *Prima* ad reconciliandos poenitentes; *altera* ad Sacra conficienda Olea; *tertia* demum ad recolendam Sacrae Eucharistiae institutionis memoriam. Praesens vero disciplina unam tantum Missam solemnem admittit in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus, Conventualibus; privatas omnino vetat. Quod si hac in Feria Festum incidat de praeepto servandum, non omnibus Sacerdotibus celebrandi fit potestas, sed aliquot Missae lectae in qualibet Ecclesia permittuntur, ut queant fideles obligationi satisfacere; nec reliqui de Clero desint, qui inter Missarum Solemnia ad Apostolorum imitationem Sacram sumant Eucharistiam. Si ratio quae ratur, curnam hac die privatae Missae prohibentur? eadem non a qualitate diei petenda est, quae revera Sacrificium admittit, sed a reverentia debita sublimissimo Sacramenti institutionis Mystero. Sacramque Dapem laicorum more ab Episcopi, Praesidis, Parochi celebrantis manibus accipiant. Memoria namque recolitur D. N. I. C., qui pridie quam pateretur, tantum Sacramentum instituens, verum suum Corpus, et Sanguinem sub speciebus panis, et vini ad manducandum, et bibendum accumbentibus Apostolis tradidit, nobisque perenne sui amoris pignus in saecula saeculorum reliquit. Audiendus aeternae memoriae Pontifex Benedictus XIV., qui *Institut. 38. num. 5.* ait: *Si quis huius Instituti causam scire velit, statim Benedictus XIV., qui Institut. 38. num. 5. ait: Si quis huius Instituti causam scire velit, statim ipsam explicabimus. Eadem Feria V. Sacrae Eucharistiae solenne Festum celebratur, quam po-*

privatim celebranda in domestico Sacello ratione Ordinationis, vel aliis Sacerdotibus (siqui sunt)

*strema Coena Christus Dominus instituit; quo tempore, iuxta Concilii Tridentini sententiam, Sacerdotium quoque Apostolis contulit. Quare sicut Divinus Salvator sibi primum, ac deinde Apostolis Sacrosancta Mysteria tradidit, ita consentaneum fuit, ut Sacerdos Feria V. maioris Hebdomadae, suscepta Divina Eucharistia, ipsam postea universo Clero distribueret, qui Ecclesiae adscribitur, ubi Sacrum peragitur.*

Nedum vero decet, ut Sacerdotes in hac Feria, et reliqui de Clero, e manibus Celebrantis Sacram Hostiam sumant, sed etiam congruit, ut fideles caeteri idipsum praestent; imo ius habent, ut Sacramentum sibi ministretur a Parocho, cuius regimini subiiciuntur. Nam iuxta veterem Ecclesiae morem ad hoc non solum pietate, verum etiam praecepto fideles omnes ducebantur; quemadmodum testimonio antiqui Canonis *In Coena Domini de Consecrat.* aperte comprobatur.

Equidem praesens disciplina taxative ad hanc Feriam hoc non secumfert positivum praeceptum; exigit tamen religio, et recolendi Mysterii sanctitas, ut in unaquaque Ecclesia Cathedrali, Collegiata, Parochiali, Conventuali, unica celebretur sollemnis Missa, in qua tam omnes Sacerdotes, et Clerici, quam etiam, si qui accedunt fideles laici, sacram sumant Communionem. Et quoniam aequum est, ut in Ecclesiis omnibus quae subditam habent plebem, Sacrum solemne fiat, nec omnes eaque Clericis, suppellectilibus, atque opibus abundant, ut pro dignitate tam in hac, quam in Feria VI., et Sabbatho Sancto sacrae actiones celebrari valeant, huic incommodo consulere volens *S. M. Benedictus XIII.*, praevia consultatione particularis Congregationis a se indictae, parvum Rituale praelo tradi, publicique iuris fieri iussit, pauperibus, et ruralibus Paroeciis accomodatum. Adeundus *P. Meratus ad Gavantum part. 4. tit. 7. num. 31. de Ritibus servandis in minoribus Ecclesiis.*

Parvo huiusmodi Rituali satis provisum est illis Paroeciis, in quibus triduo Passionis nequeunt expleri praescriptae functiones cum solemnitate, cantu, et Ministris paratis: quomodo id fieri posset, si unus tantum, aut alter est Sacerdos? Necesse tamen est, ut aliquot saltem adsint Clerici, qui tres ad minus numero esse debent. Verumtamen adhuc pauperiores, ac praesertim rurales Paroeciae supersunt, in quibus vel unus dumtaxat, vel nullus est Clericus, qui Cotta indutus Celebranti ministret. Bene est, ut in his omittantur functiones, cum modus desit, quo, si non solemniter, debita saltem cum decentia peragantur: congruere tamen plurimum videtur, ut ad satisfaciendum subiectae plebis pietati, praesertim, siqui velint (ad quod ius habent) sacram sumere Communionem, et Paschali praecepto satisfacere, Parochus privatam celebret Missam. Hanc autem tenuisse sententiam videtur laudatus Pontifex, cum Bononiensem Ecclesiam Archiepiscopus regeret; nam *loc. super. cit.* iubens, ne ullus Sacerdos ea Feria Sacrum privatim faceret, Parochos excipit: *Si vero, inquit, PRAETER PAROCHUM IN SUA PAROCHIA, Sacerdos aliquis cuiuscumque conditionis, aut dignitatis Missam privatim Feria quinta, sexta, ac Sabbatho maioris Hebdomadae celebrare ausus fuerit, ipsum graviter puniemus, et a Divinis etiam interdicemus etc.* Magni fieri debet tanti Pontificis auctoritas; nec dubium est, quod ibi non agat de Missa privatim a Parocho celebranda. Non enim ibi loquitur de Missa solemni, verum de lecta, quam ea die Sacerdotibus omnibus celebrare est interdictum. Si Parochos a generali excipit lege, rationem habuisse censendus est illarum Paroeciarum suae Archidioecesis, in quibus ob inopiam, et Clericorum defectum, Hebdomadae maioris sacrae functiones nec solemniter, nec decenter, iuxta laudatum parvum Rituale *Benedicti XIII.*, peragi possent.

Et revera rogati Patres sacris tuendis ritibus Praepositi: *An in Feria V. Coenae Domini celebrari possit in Ecclesia (non in privato Valetudinarij Sacello, sed publica in Ecclesia) una Missa privata propter infirmos, excepta solemni?* sub die 27. Martii 1773. responderunt: *Arbitrio Episcopi.* Praeterea non desunt Ecclesiae, in quibus pro populi commoditate Parochus privatim celebrat, subiectaeque sibi plebi Communionem ministrat, priusquam Missae Conventuali initium detur. Ita in Patriarchali Lateranensi, et in quibusdam aliis Urbis Collegiatis Ecclesiis, quamvis in iisdem Solemnia omnia



qui huiusmodi privilegio gaudeant, inchoanda sit a Kyrie, vel a Prophetiis? (1)

3. An ad eliminandos abusos, siqui irrepresent, sit consulendum Sanctissimo pro revocatione

fiant, et possit commode populus Sacro interesse. Si ita est, potiori iure congruere videtur, ut id fiat in paupere rurali Paroecia, favore illorum, qui eidem subiiciuntur, ut queant Missam audire a proprio Parocho celebratam, in eadem sacram sumere Communionem, Paschali praecepto satisfacere, et memoriam recolere institutionis Sacramenti. Quod si maxime decet favore plebis; multo etiam magis convenire videtur quoad ipsum Parochum; nam si teneretur, ut revera Parochi tenentur, Poenitentiae, et Eucharistiae Sacramenta ministrare populo sibi subiecto, quin tamen ei liceret Sacrum facere, nec forte posset per manum alterius (alio deficiente Sacerdote) sacram sumere Dapem; ac propterea, dum alios reficit, ipse ieiunus cogere abire, et privaretur spirituali gaudio illius diei, quo, cum Celebrantes, tum de Sacrificio participantibus, tanti Sacramenti institutionis memoriam recolentes, perfunduntur.

Validis hisce rationibus mature perpensis, S. C. proposito Dubio: *Affirmative* respondit; rem tamen noluit in Parochorum ruralium arbitrio relinquere, sed demandavit, ut iidem quotannis, et peterent, et ab Episcopo celebrandi veniam obtinerent. Siquidem animadvertit, occurrere quandoque casus rationabiliter eam denegandi. Talis profecto erit, si rurales Parochi in Cathedrali convenire deberent, ad complendum numerum Presbyterorum, Diaconorum, et Subdiaconorum, quot necessarii sunt in Oleorum Sacrorum confectione, quin utrumque munus ob loci distantiam, vel ob aliam causam componi possit. Dum vero consuluit pauperioribus, et ruralibus Paroeciis, excitare etiam voluit Episcoporum sollicitudinem, et vigilantiam, ut iubeant sacras functiones peragi Feria V. et VI., necnon Sabbatho maioris Hebdomadae in aliis Parochialibus Ecclesiis, in quibus saltem tres, quatuorve Clerici haberi possunt, servata forma parvi Ritualis S. M. Benedicti XIII. iussu editi; et propterea, quoniam exemplaria defecerunt, novam eiusdem editionem prope diem vulgari curabimus.

(1) Duas habet partes hoc Dubium. Prima ad Episcopum attinet, qui Sabbatho Sancto in domestico Sacello Sacrum facit ratione Ordinationis: altera Presbyteros respicit, siqui privilegio donantur offerendi ea die Sacrificium. Breviter de utroque.

Ordinationes generales, pro quibus certa praefinita sunt tempora, publice in Cathedrali peragendae sunt; ita in Pontificali Romano tit. de Ordinibus conferendis: *Ordinationes sacrorum Ordinum, statutis a iure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia, vocatis, praesentibusque ad id Ecclesiae Canonice publice celebrentur.* Ideo S. R. C. rogata ab Episcopo Mazariensi: *An Episcopus volens die Sabbathi Sancti Ordines conferre, licite praestare hoc valeat, Sacrum privatim peragendo in proprii Palatii Sacello?* Sub die 18. Martii 1702. respondit: *Negative.* Nec secus respondendum erat Dubio generaliter nimis expresso. Nulla siquidem suberat ratio (si excipias placitum Episcopi expressum per verbum *volens*) qua S. C. licere censeret. Nam si generali quaesito respondisset: *Affirmative*: huiusmodi responso quisque pro lubitu potuisset abuti, a Pontificali praescripto declinare, et Ordinationes etiam generales, privatim peragendo in domestico Sacello, propriae commoditati inservire. Verumtamen non raro accidit, ut, vel ob modicum ordinandorum numerum, vel ob aliam rationabilem causam, licite queat sacra haec actio ab Episcopo in privato Sacello perfici. Id saepe accidit in Urbe, ubi licet statis temporibus in Lateranensi Patriarchali Basilica generalis Ordinatio solemniter fiat ab Eñno Domino Cardinali Vicario, vel ab Rño Vicesgerente, venia nihilominus datur uni, alterive Episcopo, aliis quibus cum sacros, tum minores Ordines privatim conferendi. Si id accidat *in Sabbathis quatuor temporum*, occurrit dubitandi ratio; quia vel Ordinatio sit publica, vel privata, ordo tamen eam peragendi ne hilum quidem differt, si unam excipias solemnitatem. Verum non ita est, si Episcopus *in Sabbatho Sancto* Missam in suo Sacello ad Ordines conferendos privatim celebret. Cum enim nec Cerei Paschalis benedictio fiat, Ordinatio vero iuxta diversos gradus distribuatur, non inter unam, alteramque lectionem, quippe harum recitatio, secus ac in aliis Sabbathis, Missam praecedat, quaeri potest, ubi inchoanda sit Missa? Controversiam dirimit positiva Pontificalis Rubrica: *Si vero Sabbatho*

cuicumque Indulti celebrandi privatim eandem Missam, firmo tamen remanente singulari pri-

*Sancto Ordinationes fiant, Officium incipitur a prima prophetia, et continuatur, prout in Ordinario usque ad Litanias inclusive etc.* Neque dicas, rem ibi esse de Ordinatione generali, et solemnī, non autem de privata. Primum enim, ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; neque ulla occurrit diversa ratio, quae discrimen ponat inter Ordinationem solemnem, et privatam: imo ex Ecclesiae instituto Lectiones ob mysticas significationes ad Ordinationem, quae fit statis temporibus, proprie pertinent. Quamquam vero duodecim, quae leguntur Sabbatho Sancto, praecedant benedictionem Fontis, et collationem Baptismi, quapropter instructioni Catechumenorum inserviunt, nihilominus aequae ad successivam Ordinationem referuntur: *Post Cerei benedictionem, inquit Meratus ad Gavant. part. 4. tit. 10. num. 29. dicuntur lectiones, quae olim ad Catechumenorum instructionem recitabantur . . . Lectiones istae in Missali Romano duodecim numerantur, quae postquam noctu non baptizatur amplius, et Baptismo sacrorum Ordinum collatio substituta est, cum Ordinationis diebus, duodecim habebantur lectiones, Sabbatho Sancto assignatae sunt, quae, ut dixi, iuxta primam institutionem ad instructionem Catechumenorum, et ad Baptismum referuntur.* Tandem, si quid adhuc Dubii superest, istud solvit S. R. C., quae rogata ab Episcopo Bergomen. : *Utrum in Sabbatho Sancto pro collatione sacrorum Ordinum Episcopus in suo domestico Oratorio teneatur Missam cum prophetiis, ut in Missali celebrare?* sub die 21. Martii 1744. respondit: *Affirmative, idest pro collatione sacrorum Ordinum in Sabbatho Sancto Missa incipienda est a prophetiis: Quum itaque prophetiae in Sabbatho Sancto de rigore ad Missam non pertineant, ad Ordinationem tamen relationem habeant, et haberi debeant tamquam actus praeparatorii ad eandem, licet etiam ad instructionem Catechumenorum iuxta vetus Ecclesiae institutum, et disciplinam referantur; ideo omit-tendae nunquam sunt ab Episcopo privatim, et seiunctim ab aliis sacris actionibus, quae praemitti ea die debent, Ordinationem peragente.*

Non ita dicendum de Sacerdotibus, si qui sunt privilegio ditati offerendi ea die Sacrificium. Nam, ut paullo ante dictum est, prophetiae ad Missam non pertinent, bene vero ad *Baptismum*, et *Ordinationem*. Leguntur quidem in Missa conventuali, ubi nec benedicitur Fons, nec sequitur Ordinatio: verum ita fit cum ad recolenda sublimia illius diei mysteria, tum ad veterum Ecclesiae morum servandam memoriam. Cessat ratio, quae prophetiarum lectionem exigit, si Presbyter ex indultu privatim celebret. Etenim tam Sabbatho Sancto, quam altero ante Festum Pentecosten, prophetiae non leguntur in Missa, quae fit in Sabbathis quatuor Temporum; ideo ut pars integralis Missae habendae non sunt: secus in Pentecosten, privilegio, ut earundem lectio praemittitur Missae conventuali propter Baptismum ad virtualiter servandam veterem Ecclesiae disciplinam, ita etiam privatis Sacrificiis adiungendae forent. Quod autem prophetiae a Missa seiunctae omnino sint, ex eo etiam colligimus, quia saeculo Ecclesiae IX. paschali praeconio praemittebantur. Ita *Cl. Martene* de antiquis Ecclesiae Ritibus tom. 3. column. 415. in fin. et seq. *Cerei Paschalis benedictionem sequuntur lectiones, quae tam antiquitus praecessisse videntur. Id sane clare innuit Ordo Romanus ad usum Corbeiensis Monasterii ante annos 800. acomodatus (verba Ordinis Romani sunt, quae sequuntur), et interrogavimus nihilominus Dominum Apostolicum Adrianum (huius nominis II. vel III.) secundum vestra mandata, si in Paschali Sabbatho debent flecti genua ad Lectiones; et ipse respondit, hoc deberi omnimodis fieri; cui cum diceremus: et quomodo Sacerdotes, et Ministri, seu Clerus cum Stolis, et Planetis possunt in terram prosterni? ille adiecit: non debere Sacerdotes, vel Ministros, seu Clerum stolis prius, planetisque vestiri, nisi tunc demum, cum lumen novum introducitur, ut Cereus benedicatur: Quamobrem concludit Cl. Auctor: Ex his patet, Lectiones olim pronunciatas fuisse ante Cerei benedictionem, pro qua Sacerdotes, et Ministri, seu Clerus stolis, et planetis vestiebantur. Quis autem putabit ad Missam pertinuisse prophetias, si nedum actiones interciperet Praeconium, verum etiam, deposito luctus squallore, assumebantur indumenta laetitiae cum ad Cereum benedicendum, tum ad Sacrificium offerendum? Ex alio Ordine Romano, qui scriptus*

vilegio aliquibus Ecclesiis, peculiaribus attentis circumstantiis concesso, unam, vel alteram Mis-

censetur aevo *Caroli Magni*, colligimus actiones hasce, ubi non erat Fons sacrandus, dividi consuevisse. Nam, expleta lectione prophetiarum, sistebat Officium, cuncti in secretarium revertantur, ibi expectantes ad inchoandam Missam, ut prima stella in coelo apparens ingruentis noctis signum daret: *Ubi autem Baptismum non fit . . . postea, ut ordo est, sicut manifestatur in Sacramentorum codice, sic cantent: et ut finierint, absque ullo cantu revertantur in sacrarium: postea ingrediuntur ad vesperum, postea modico intervallo, ut fuerit prima stella in coelo visa, sonant signa, et incipiunt canere litaniam ad Introitum, et statim cum magno decore, cum septem candelabris, et cereis, cum incenso, et thuribulis procedit Sacerdos, canentibus interim Clericis Litaniam. Postquam finierint, dicit Sacerdos Gloria in excelsis Deo etc. Quoniam vero, immutata paulatim Ecclesiae disciplina, sacrae illae actiones, quae prope mediam noctem habebant complementum, anticipari coeperunt: non defuere qui, his expletis, licitum sibi ducerent Missam privatim celebrare: neque tamen hi a prophetiis incipiebant, verum a litaniiis. *Micrologus* scriptor illius aevi audiendus, qui de ecclesiastic. observat. cap. 53. saeculi XI. morem nos edocens: Post Baptismum, inquit, Presbyteri demum possunt Missam, si necesse fuerit, privatim celebrare, quia iam renati sunt, de quibus specialiter in Missa agere debemus: nec postea a lectionibus, quas iam audivimus, sed a litania incipere solemus.*

Si recentiora quis cupiat, ea non desunt. *Paulus Mucantius* egregius Apostolicarum caeremoniarum Magister, et Sac. Rit. Congregationis a Secretis ordinem praescribens servandum in triduo maioris Hebdomadae in conclavi, in quo electus fuit Pontifex *Leo XI.*, de huiusmodi Missa haec habet: *Sabbatho Sancto possent etiam aliquis Cardinalis . . . celebrare, et omissis caeremoniis de lumine Christi, praeconio Exultet, et prophetiis, inchoare Officium a litaniiis . . . finitis litaniiis, Celebrans, accepta Planeta, Missam currentem celebrabit: apud Gallicum, acta select. caeremon. tom. 1. pag. 347. column. 1. Quid plura? Nonne S. R. C. declaravit, actiones divisibiles esse benedictionem Fontis, quam prophetiae praecedunt, et Missam, quae sequitur? Ita in Carpen. die 14. Iunii 1608.: Eadem S. R. C. censuit esse divisibiles, et posse ab uno fieri benedictionem Fontis, ab alio Missam cantari: et ideo consuetudinem dictae Ecclesiae in hoc servandam esse censuit, ita ut Archiepiscopus benedictionem Fontis faciat, et postea, si noluerit, vel non potuerit Missam celebrare, Missa cantetur ab Archidiacono, vel ab alio Canonico, prout hactenus consuetum fuit. Porro, si ad Missam pertinerent prophetiae, haud haec separari possent, et Sacrificium offerre debere ille idem, qui Fontem sacravit. Quid clarius?*

Neque obicias aliud eiusdem S. C. R. Decretum in *Lucana* 12. Aprilis 1755., quo declaratum fuit congruere, ut ignis, et cerei benedictio praecedat Missam, prophetias vero non esse omittendas. Abolenda siquidem erat prava consuetudo Parochorum *Lucanae* Dioecesis, qui in suis Ecclesiis cum cantu, vel sine cantu Missam celebrabant, praetermissis benedictionibus ignis, cerei, prophetiis, et aliisque ritibus ipsa die praescriptis. Quamobrem Archiepiscopus, num id liceret, postulavit. Et S. R. C., cum animadvertisset, rem esse de Ecclesiis Parochialibus, in quibus, etsi solemniter cum cantu, et ministris paratis peragi nequeant, explendae nihilominus sunt sacrae functiones maioris Hebdomadae, servata forma parvi *Ritualis* editi iussu S. M. *Benedicti XIII.*, sollicita, ne omitterentur, apte distinguit id, quod congruit, ab eo quod fieri necessario debet; sed simul Archiepiscopo iniunxit, ut poena indicta, Parochus cogeret etiam ad id, quod congruit. En verba Decreti: *Congruit, ut Missae in Sabbatho Sancto celebrandae, ignis, et cerei benedictio praecedant; ante quam Missam prophetiae omitti non debent: et Archiepiscopus Parochos ad ignis, et cerei benedictionem faciendam aliqua poena pecuniaria adigere poterit. Quid autem huiusmodi Decretum commune habet cum Missa privata, Apostolici indulti vigore celebrata?*

Ex iis, quae allata sunt, plane consequitur prophetias haberi haud posse in Sabbatho Sancto tamquam partem integram Missae, proindeque a Sacerdotibus, qui privilegio gaudent faciendi pri-

sam lectam celebrandi post unicam solemnem de die? (1)

4. An in Ordinatione Generali, quae fit Sabbatho Sancto, facienda sit monitio promovendis

vatim Sacrum, easdem non esse legendas, sed Missam inchoandam more solito. Quod insuper maxime decet: etenim posito privilegio, haud eo uti licet, nisi postquam nuntiatum fuerit, per festivum campanarum sonitum, Ecclesiam, deposito luctu, per laetitiae signa Festis Paschalibus initum dedisse. Imo S. R. C. dum, attenta immemorabili consuetudine, indulset, ut in Ecclesia Ordinis S. Dominici Ville Matriti tres Missae lectae celebrari possent, id fieri vetuit, nisi *post absolutam Missam solemnem*; quae conditio fuit etiam alteri privilegio adiecta concessionis unius Missae privatae in sacello B. M. V. *de los remedios* eiusdem Villae Matriti.

Haec autem loci quaeri posset: num huic Missae praemittendae sint litaniae? Praesens Decretum id non iubet, imo cum velit eandem incipi *more solito*, sed *sine Introitu*; praeviam litaniarum lectionem praecipere noluisse videtur. Atque haec etiam est *Cl. Gavanti* sententia, qui in hypothesis, quod privata aliqua Missa celebrari queat, eandem a *Confessione* incipiendam scribit *Rubric. Missal. part. 4. tit. 10. num. 44. Quo casu forte sufficit incipere a Confessione, qua finita, dicat Sacerdos Kyrie Eleison de more, et reliqua cum Vesperis usque ad finem Missae. Nam Gemma lib. 3. cap. 118. ait, Officium huius Missae per Kyrie Eleison inchoari; nisi pro Kyrie Eleison intelligat cum Micrologo litaniam*. Si quis igitur *litanias* praemitteret, contra Decretum non faceret, sed melius fortasse, si a *Confessione* Missam incipiat.

(1) Quamquam vero, ex praesenti Ecclesiae disciplina, solemnibus celebratis Officiis, actisque functionibus, quae Missam praecedunt, tantum diei spatium supersit, quo possit a Sacerdotibus privatim Sacrum fieri, et exempla non desint Apostolicae concessionis: attamen, si quaeramus, quid iuris? satis implexa quaestio enodanda se offert. Scriptores tam theologi, quam liturgici non in unam, eandemque sententiam conveniunt; imo plerique ex illis, qui Sacerdotibus facultatem tribuunt privatim celebrandi Feria V. in Coena Domini, putant etiam fieri idipsum posse sequenti Sabbatho: sed hi non animadvertunt magnum, quod unam inter, alteramque diem discrimen est. Si quidem Feria V. diebus aliturgicis non adnumeratur; imo, ut notatum est supra, *ad dub. 1.*, praeter caeteris Sacrificium iure postulat; Sabbathum vero, ut Feria VI. in Parasceve, aliturgicum est, quia Ecclesia, per integrum saltem eiusdem diei civilem cursum, in solitudine, et moerore versari deberet ob mortem, et sepulturam D. N. I. C., veluti habetur in Epistola *Innocentii I. ad Decentium* relat. *in cap. Sabbatho dist. 3. de consecratione*. Antiqua monumenta testantur, sacras functiones inchoari consuevisse, ingruentibus iam tenebris; cum essent multo longiores praesertim ob illorum copiam, qui sacro Fonte erant abluendi, Missam, quae post litanias celebrabatur, mediae nocti fuisse conterminam. Equidem paullatim immutatus est mos per anticipationem; religiose tamen retentus, et servatus liturgicus ordo. Quamobrem, etsi noctu Sacrificium non offeratur, sed circa meridiem, nihilominus infra actionem praecipit Rubrica, ut ad *Communicantes* legatur *Sacratissimam noctem*. Id sufficit, quin immerer in Paschali praeconio praemittendo nedum prophetiis, verum etiam Fontis benedictioni, in quo secus ac si nocte concubia, adhuc legeretur, pluries repetitur: *Haec nox est*. Sacrificium, quod noctis erat, utique modo offertur ante, vel circa meridiem, et quod diei superest, ob annunciatam Dominicam Resurrectionem, laetitiae significationibus decoratur; nihilominus quantum fieri potest, ne prorsus oblitteretur antiquorum temporum disciplina, aequum est, ut per anticipationem Solemnia fiant, non item privatae Missae celebrentur. Hinc est, ut si aliquod Festum ex praecepto servandum incidat in Feriam V., aliquot Missae privatae ad fidelium commoditatem permittuntur; non autem, si tale Festum occurrat in Sabbatho Sancto, ut ex Decretis in hac Collectione relatis. Tametsi vero repudianda sit Scriptorum sententia, qui ponunt in Sacerdotum facultate, si velint, privatim lectam Missam celebrare; potest tamen Apostolica Sede, peculiaribus attentis circumstantiis, in aliquo casu generalis legis temperare rigorem, ac privilegium elargiri id agendi, quod pro lubitu fieri nullo modo potest. Sed hac indulgentia Apostolica

ad Subdiaconatum ante Litanias, vel postea? (1) 5. Quid in Ordinatione privata in eodem

Sedes parce utitur, ne ex privilegiorum copia inducantur abusus, ideo in eorumdem usu modum praescribit, ac debitum ordinem: Exemplo sit indultum, de quo supra favore Ecclesiae tituli *S. Mariae de Antiochia, ac alterius S. Mariae de los remedios* Toletanae Dioecesis. Datis precibus ab Hispaniarum apud Sanctam Sedem Oratore ad *S. M. Innocentium XII.*, easdem Ipse S. R. C. pro voto remisit; et haec, maturo praemisso examine circumstantiarum, quae alicui indulgentiae locum dabant, ita annuendum censuit, ut certus Missarum numerus esset praefiniendus, privilegium nequirent in exemplum adduci, et generali Decreto anni 1690., quod firmum manet, in peculiari casu derogandum foret. SS<sup>m</sup>us vero votum S. C. admisit, confirmavitque, sed *pro hac singulari gratia literas in forma Brevis* expediri iussit. Quia tamen temporis successu percrebuerunt abusus, et aliqui, vel forte plurimi, aut Scriptorum placita sequentes, aut privilegia iactantes, eaque pro lubitu extendentes, et interpretantes, privatam Missae celebrationem licitam arbitrabantur: ideo S. C., ne ultro progrediatur, et invalescat corruptela, proposito dubio respondit: *Iuxta votum*, videlicet confirmanda, et ad observantiam revocanda esse Decreta vetantia Missas lectas, praeter unicam solemnem in Sabbatho Sancto; et consulendum SS<sup>m</sup>o pro revocatione cuiuscumque indulti (scilicet personalis), firmis tamen privilegiis concessis aliquibus Ecclesiis unam, alteramve Missam lectam celebrandi, dummodo tamen id non fiat ante Cathedralis, vel Matricis festivum campanarum sonitum, ut in responsione ad 2. partem praecedentis dubii. Atque heic loci adnotatum volo, Scriptores illos, qui privatam Missae celebrationem licitam existimarunt, floruisse antequam prodiret generale Decretum anni 1690., quod non limitatur ad Urbem, eiusque Districtum, sed generalem legem omnibus imponit. Hinc fit, ut sola Apostolica Sedes eam queat relaxare, quin idipsum ab locorum Ordinariis fieri possit. Clara sunt verba Decreti: *Celebrationem quoque Missarum dicta die Sabbathi Sancti omnino prohibendam in quibuscumque Ecclesiis, et Oratoriis privatis, et unicam Missam Conventualem una cum Officio eiusdem Sabbathi Sancti celebrandam fore praecipit*. Quum autem hoc Decretum Summus Pontifex sua auctoritate firmaverit, et ope typorum evulgari iusserit, vim habet legis universalis, quae relaxari nequit, nisi ab eo, a quo lata est.

(1) In Pontificali Romano distinctae sunt Rubricae, quae methodum praescribunt in Ordinibus conferendis omnino servandam; et licet non differant quoad substantialia, pro temporum tamen ratione a generali regula tantillum divertunt, et accidentalem aliquam variationem ponunt, sic exigentibus sacris actionibus, quae simul eadem die concurrunt, et successive peraguntur. Ideo in Sabbathis quatuor Temporum, quia Prophetiae ad Missam, et Ordinationem striete pertinent, initiatur Tonsurandi post *Kyrie Eleison*, et Minores Ordines inter unam, alteramque ex primis quatuor prophetiis conferuntur. Antequam Pontifex ultro procedat, sistentes ante se Promovendos ad Subdiaconatum gravibus verbis admonet, ut serio cogitent, quid acturi sunt, priusquam libertatem amittant transeundi ad vota saecularia: mox Archidiaconus iubet, ut accedant, qui ordinandi sunt Diaconi, et Presbyteri, incipiuntque *Litaniae etc.* Verumtamen, si Ordinatio fiat Sabbatho Sancto, quum prophetiae, quae simul ad Baptismum, et Ordinationem pertinent, Missae praemittantur, sine mora (nisi Fons benedicendus sit) Cantores intonent Litanias; rubrica diversam dat dispositionem: *Si vero Sabbatho Sancto Ordinationes fiant, Officium incipitur a prima prophetia, et continuatur, prout in ordinario usque ad Litanias inclusive, in quibus dicto: Ut omnibus Fidelibus etc. surgit ab accubitu Pontifex, et conversus ad Ordinandos, eos benedicit, prout post Litanias infra ponitur . . . deinde dicit Orationem ordinariam cum alia pro Ordinandis, quibus dictis, ordinat ad Subdiaconatum*. Hactenus Rubrica; qua posita successivae actiones sunt (nisi interceptantur benedictione Fontis, et administratione Baptismi) Prophetiae, et Litaniae: nec locus est admonitioni faciendae Promovendis ad Subdiaconatum, quae fieri debet, dum Pontifex post Orationem, et Collectam ad eorum Ordinationem procedit, quin repetendae sint Litaniae, quia super promovendis ad Sacros Ordines pronuntiatae iam sunt formulae benedictionis, sanctificationis, et consecrationis. Hic autem forte aliquis interpellat, inquires, benedicendi ne, sanctificandi, et consecrandi sunt Promo-

Sabbatho Sancto, praesertim si unus tantum Ordo Subdiaconatus sit conferendus? (1)

6. Quomodo intelligenda sint verba Pontificalis Romani in Rubrica de Ordinatione Presbyteri quo-

ad manuum impositionem. Idemque faciunt post eum (nempe Episcopum) omnes Sacerdotes, qui adsunt? (2)

Et Sacra eadem Congregatio, re mature di-

vendi, priusquam moneantur, an velint, constantes in proposito, saecularibus votis renunciare? Brevi me possem expedire responso, quod ubi lex non excipit, non limitat, nec nos excipere, vel limitare debemus. Non enim agitur de casu non praevisto, cum quo generalis regula nequeat componi. Rubrica rationem habuit Ordinationis peragenda Sabbatho Sancto, diversamque dedit dispositionem quoad tempus Ordinibus conferendis destinatum. Iubet namque, ut vidimus, in Litanis, quae Missae praemittuntur, ad sacros Ordines promovendos esse benedicendos; mox inchoandam Missam, initiatisque, ac promotis ad minores gradus Clericis, lectaque Oratione ad Ordinationem Subdiaconorum deveniendum; nec tamen ullum occurrit verbum de anticipanda monitione. Et iure quidem; nam formulae benedictionis etc. deprecatoriae sunt, et Ordinationi nullatenus essentiales, nec iugum imponunt; quamobrem promovendi ad Subdiaconatum, si prolatis super iisdem praefatis formulis, a proposito velint resilire, liberum adhuc illis est. Itaque, cum certum sit admonitionem, collatis iam minoribus Ordinibus, faciendam esse promovendis ad Subdiaconatum, nihil immutandum est, nec ab hac generali dispositione recedendum. Quod si admonitio fieri deberet hac die ante Litanias, ut in Ordinationibus, quae habentur aliis statutis ab Ecclesia temporibus, procul dubio indicaretur in rubrica speciali de Sabbatho Sancto, quemadmodum eadem iubet benedici Ordinandos in Litanis, quae hac die Missam immediate praecedunt. Admonitio igitur facienda erit immediate, antequam Subdiaconatus Ordo conferatur, servandaque Rubrica specialis posita in Pontificali pro Ordinatione peragenda in Sabbatho Sancto, prout Sacra Congregatio servandam esse respondit.

(1) Vel Ordinatio in Sabbatho Sancto publica, et generalis sit, sive particularis, et privata; unus tantummodo, vel plures tum ad minores, tum ad sacros Ordines sint promovendi, eadem regula semper tenenda est, et sacra incipienda actio a prophetiis, veluti praescriptum vidimus in Romano Pontificali, et declaratum fuit in Bergomen. a S. R. C. 21. Martii 1744. Quamobrem si unus dumtaxat Subdiaconus sit ordinandus in domestico Episcopi Sacello, ut in proposito dubio; praescriptarum precum, et actionum ratio nec turbanda, nec invertenda est, imo apprime servandus ordo a Rubrica dispositus. Porro Pontificalis rubrica iubet, ut, absoluta prophetiarum lectione, statim dicantur Litaniae, et Missa sequatur, qua inchoata, et non prius, facienda est Ordinatio, servatis regula, et tempore singulis Ordinibus assignatis. Ideo cum nemo sit tonsura initiandus, nemo ad minores gradus promovendus, incipere Ordinatio debet post Orationem, et exordiendum ab admonitione, ut Ordinandus de statu amplectendo, a quo postea resilire non poterit, queat determinare. Neque interest; quod supra eundem prolatae iam fuerint formulae benedictionum: nam huiusmodi formulae deprecatoriae sunt, et haberi debent tamquam dispositivae ad Ordinem conferendum, et suscipiendum; ideo, ut iam supra notatum est, ad essentiam Ordinationis trahi nequeunt, libertatem non adimunt, iugum non imponunt, et Promovendus adhuc liber est, donec forma non fuerit super eum ab Episcopo prolata, simulque adhibita, et tradita Ordinationis materia. Seite igitur S. C. proposito dubio respondit: *Iuxta votum, videlicet: In privata etiam Ordinatione, quae fit Sabbatho Sancto unius tantum Subdiaconi, monitionem faciendam esse, servata Pontificalis rubrica, non secus ac in Ordinatione generali.*

(2) Si expendendas mihi proponerem diversas sententias, in quas abeunt auctores gravissimi de materia, et forma Ordinationis Presbyteratus disserentes, nimis ab instituto aberrarem, nec possem brevitati consulere. Quid enim prodest de re diatribam texere, de qua in dubio non quaeritur, quaeque ab Ecclesia non est ullo canone definita? Vel enim materia sit instrumentorum traditio, cui forma respondet: *accipe potestatem etc.*, vel sola manuum impositio, vel utrumque simul, id ad praesentis dubii solutionem non pertinet. Data quippe hypothese, quod sola physica, et subsequens moralis manuum impositio conferat potestatem, nulla subest quaestio de necessitate talis imposi-

ligerterque discussa, exquisita prius alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris sententia scriptis pandita, praeeloque cusa, ad relatio-

nem Em̃i, et Rm̃i D. Card. Iulii Mariae de Somalia Praefecti, et Ponentis, respondendum censuit.

tionis, sed una est controversia super intelligentia Rubricae Pontificalis, quae iubet: *Pontifex stans ante Faldistorium suum. . . . imponit simul utramque manum super caput cuiuslibet Ordinandi. . . . idemque faciunt post eum omnes Sacerdotes. . . . quo facto tam Pontifex, quam Sacerdotes tenent manus dexterarum extensas super illos.* Dubitandi rationem praebet illud, omnes qui adsunt, num scilicet ita intelligi debeat, ut physice, et numeraliter quotquot adsunt, manus imponant, vel potius moraliter, ita ut nihil officiat, si quis ex praesentibus id omittat. Si materialiter verba accipienda essent, dictio illa *omnes* physice intelligenda foret, ita ut post Episcopum numeraliter quotquot adsunt Presbyteri super Ordinandos imponere manus debeant, et post physicum contactum, in morali dexterarum extensione perseverare, dum Pontifex Orationem legit. Verumtamen eadem dictio accipi etiam moraliter potest, ita ut sensus sit: *Episcopus manibus physice tangat capita Ordinandorum, et successive post eum idipsum praestabunt tres, aut plures ex adstantibus Presbyteris.* Non enim dictio illa *omnes*, singulos, qui adsunt, comprehendit; sed multi pro omnibus indigitantur. Sub huiusmodi significatione plerumque in Scripturis haec dictio occurrit. Sic *Ier. cap. 6. n. 8. Omnes avaritiae student. Omnes avaritiam sequuntur.* Sic in *Exodo* habetur dixisse Deum Moysi in Sina: *Omnes populum ad vitulum aureum adorandum conversum esse.* Sic in *Tobia* cap. 1. vers. 5. legitur: *Quod omnes ad vitulos aureos currerent, quos fecerat Ieroboam, et iterum vers. 12. Quod omnes de cibis vetitis vescerentur.* Attamen in locis citatis, et aliis afferendis, si opus esset, dictio illa *omnes* non nisi ad multitudinem significandam accipitur. Quamquam si integer contextus Rubricae Pontificalis spectetur, et diversae dictiones simul conferantur, impositionem physicam a morali distinctuisse videtur. Postquam enim iusserat: *Pontifex stans. . . . imponit simul utramque manum super caput cuiuslibet Ordinandi. . . . idemque faciunt post eum omnes Sacerdotes, qui adsunt:* immediate subdit: *quorum tres, aut plures Planetis, vel saltem cum Stolis parati, si commode fieri potest, esse deberent.* Concludit Rubrica: *Quo facto tam Pontifex, quam Sacerdotes tenent manus dexterarum extensas super illos.* Si conciliari velint hae tres Orationis partes, forte a veritate non aberraret, qui crederet, ita intelligendam Rubricam, ut sensus sit, quod tres, aut plures ex adstantibus Presbyteris sacris amicti, physice unus post alium super caput cuiuslibet Ordinandi manus imponant, alii vero e Chori subsellis moraliter; et tam isti, quam illi in extensione manus dexterarum perseverent, quousque a Pontifice Oratio lecta non fuerit. Si una vel altera Rubricae interpretatio non adhiberetur, et per verbum *omnes* intelligendi essent physice, et numeraliter quotquot sunt, magna etiam oriretur confusio in Cathedralibus, quae abundant adstantium Presbyterorum copia. Hinc est, quod in Patriarchali Lateranensi, quando generales habentur Ordinationes, duodecim dumtaxat sunt, qui, Stola e collo pendente, physice post Episcopum manus super Ordinandis imponant, licet multo plures praesentes sint, quamvis ratio dumtaxat haberi velit eorum, qui gaudent praebenda presbyterali, praetermisso longe maiore numero illorum, qui, etsi Presbyteri sint, ratione tamen praebendae, Diaconos, aut Subdiaconos repraesentant. Praxis igitur servata in Patriarchali Ecclesia, quae caput dicitur omnium Ecclesiarum Urbis, et Orbis, plane demonstrat illud *omnes* non physice, et numeraliter, sed moraliter esse accipiendum.

Eoque magis ita esse intelligendam rubricam puto, quia, ut adnotat *Catalanus in Commentar. ad Pontifical. Roman. §. 6. de Ordinatione Presbyteri num. 1.* doctrinae adhaerens *S. Bonaventurae*, sola manus impositio ab Episcopo facta essentialis est, cum ipse solus sit Ordinationis minister: adstantes autem alii Sacerdotes ideo simul manus imponunt, non ut Ordinem conferant, sed ut eo ritu gratia communionis significetur, quae in Ordine Sacerdotali confertur, et per Sacerdotem administrari debet. Haec ergo manus impositio, quam alii Presbyteri faciunt, solemnitatis, non necessitatis est. Quo posito, quis non videt dictionem illam *omnes*, quae in Pontificali occurrit, in sensu rigoro non esse accipiendam? Ideo Sacra Congregatio, re mature discussa, respondit: *Ea verba Pon-*

Ad 1. « Affirmative, et ad mentem : mens est, ut locorum Ordinarii quoad Paroecias, in quibus haberi possunt tres, quatuorve saltem Clerici, Sacras Functiones Feriis V., et VI., ac Sabbatho maioris Hebdomadae peragi studeant, servata forma parvi Ritualis S. M. Benedicti XIII. anno 1725. iussu editi: Quoad alias Paroecias, quae Clericis destituuntur, indulgere valeant ob populi commoditatem, ut Parochi (petita quotannis venia) Feria V. in Coena Domini Missam lectam celebrare possint, priusquam in Cathedrali, vel Matrice Conventualis incipiat. Et ad D. Secretarium cum SSmo.»

Ad 2. « Quoad Episcopos ratione Ordinationis servetur praescriptum Pontificalis, et Decretum S. C. diei 21. Martii 1744. in Bergomensi, et Missa incipiatur a prophetiis. Quoad alios, si qui privilegio gaudent, more solito, sed sine Introitu, post Campanarum sonitum.

Ad 3. « Affirmative iuxta Votum (*videlicet*: « Consulendum SSmo pro revocatione cuiuscumque Indulti celebrandi privatim in Sabbatho Sancto, firmo tamen singulari privilegio aliquibus Ecclesiis, peculiaribus attentis circumstantiis, concesso, unam vel alteram Missam lectam celebrandi post unicam solemnem de die, prout in Dubio. ) »

Ad 4. « Servetur Pontificalis huius diei rubrica. »

Ad 5. « Ut ad proximum. »

Ad 6. « Iuxta votum: ea verba Pontificalis Romani in Ordinatione Presbyteri: *Idem faciunt post eum omnes Sacerdotes, qui adsunt*: intelligi posse, moraliter, iuxta tamen locorum consuetudinem, servata rubrica quoad Paramenta, et Stolas. »

Atque ita respondit, et servari mandavit, die 28. Iulii 1821.

Facta autem de praemissis omnibus SSmo Domino Nostro Pio VII. P. M. per me infrascriptum S. R. C. Secretarium relatione, Sanctitas Sua Sac. Congregationis responsum adprobavit, con-

firavitque, atque, ut ab omnibus servetur, in acta eiusdem Congregationis referri, typisque vulgari praecepit. Die 31. Iunii 1821.

4584. DECRETUM GENERALE.

Quum maximopere intersit, ne quid veritati, aut pietati haud consentaneum in Coelitus actis describendis proponatur, providentissime Summi Pontificis Urbani VIII. Decreto cautum est, ut vitae, res gestae, miracula Ven. Servorum Dei edi typis nequeant, « sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos, aliosque pios ac doctos viros in consilium adhibeat, et ne deinde fraus, vel error, aut aliquid novum, aut inordinatum in re tam gravi committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam remittat.» *Item ad diem 17. Novem. 1674.* « Consulta Sacrorum Rituum Congregatione per R. P. Magistrum Sac. Palatii, super modo concedendi licentiam imprimendi libros continentes vitas, gesta, et miracula Servorum Dei, non adhuc a S. Sede Sanctorum fastis adscriptorum; eadem S. C. censuit in posterum, antequam typis mandentur, revidendos esse per R. P. D. Fidei Promotorem, et per eundem in Sacrorum Rituum Congregatione referendos. » Id demum de ea re adnotavit Sa. Mem. Benedictus XIV. in Opere de Beatificatione, et Canonizatione *lib. II. cap. 11. §§. 6. et 7.*, quod videlicet: « Sac. Rit. Congreg. aliquando eorundem revisionem defert ad Congregationem SSmae Inquisitionis, quae, accepta relatione ab aliquo ex suis Relatoribus, aut Qualificatoribus, siquando illa typis imprimendi facultatem tribuit, iniungit locorum Ordinariis observantiam erga saepe memorata Decreta Urbani VIII. »

Salutaria haec Instituta paulatim languescere, ac ex usu plane iamecessisse compertum est; ideoque S. R. C. Secretarius, de opportuno remedio adhibendo egit in generali Conventu habito die 28. Iulii 1821. Re itaque diligenter perpensa, Eñi PP. decernendum censuere: « Detur novum Decretum, facto verbo cum SSmo, et transmittatur ex officio P. M. S. Palatii Apostolici. »

*tificalis . . . omnes Sacerdotes, qui adsunt, intelligi posse moraliter, iuxta tamen locorum consuetudinem, servata Rubrica quoad paramenta, et Stolas.* Scite in hoc responso verbis facultativis usa est, ne videretur legem dicere voluisse ubique locorum, nullo facto discrimine, servandam; sed quum nosceret variam esse Ecclesiarum consuetudinem, per verbum illud *posse* declaravit, non esse contra Rubricam illarum Cathedralium morem, in quibus, non quoque adsunt Sacerdotes, sed aliqui tantum manus imponunt, dummodo tamen ea in parte in suo robore maneat, ubi praecipitur quod saltem tres, aut plures, sacris amicti post Episcopum super Ordinandorum capitibus physice manus imponant: sed simul sartam, tectamque voluit praxim illarum Ecclesiarum, in quibus consuetudo est, ut non aliqui dumtaxat, sed omnes adstantes Presbyteri physice id praestent.



Facta autem de praemissis omnibus SSmo D. N. Pio VII. P. M. relatione per me infrascriptum S. R. C. Secretarium, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis Decretum adprobavit, confirmavitque, utque ab omnibus servetur, typis evulgari, atque in actis eiusd. Congregationis referri mandavit. Die 31. recensiti mensis, et anni.

4585.

BAREN.

Alias iam Dignitates, et Canonici Metropolitanæ Baren., ad incrementum Divini Cultus, et ad maiorem dignitatem, et decorem sacrarum functionum, fuerunt per Summos Pontifices specialibus externorum Insignium privilegiis decorati, nuperrime vero SSmus D. N. Pius VII. P. M., efflagitante Rmo Archiepiscopo, amplificationem eisdem concessit dictorum privilegiorum. Sed cum late pateant Sacrorum Rituum leges, et huius Sacr. Congregationis Decreta, fines illos designantes, quibus incessus Cleri, quibuscumque privilegiis decorati, et Ecclesiasticae per eundem agen-

dae functiones sint moderandae, praefatus Rmus Archiepiscopus, ne forte ex usu, et exercitio praefatorum Indultorum, ipsi limites Apostolicarum concessionum praetergrediantur, Emis PP. sacris tuendis ritibus praepositis sequentia Dubia definienda proposuit.

1. Quid permissum, quid vetitum sit Dignitatibus, et Canonicis, qui ex Apostolica concessionem tam in Civitate, quam in Dioecesi, absente etiam pro tempore existente Archiepiscopo in Missis, Vesperis, Laudibus, et Horis Canonicis solemniter decantandis, ac etiam in processionibus, sive supplicationibus, benedictionibus candelarum, cinerum, palmarum, et Fontis baptismalis, ac reliquis Ecclesiasticis functionibus, pontificalibus Insigniis, aliisque indumentis, et paramentis, in omnibus, et per omnia ad instar aliorum Capitulorum, et Canonicorum, qui eodem fruuntur speciali Apostolico Indulto, uti licite, et libere valeant (1)?

(1) Decet quammaxime, ut celebriores Cathedrales Ecclesiae, ac potissimum quae metropolitico iure gaudent, honoribus, et privilegiis cumulentur, ac extrinseco etiam apparatu ab aliis distinguantur. Consulere volens earumdem splendori Apostolica Sedes, sacros quoque post Antistitem primi Ordinis Divini Cultus ministros, quos Dignitates, et Canonicos dicimus, nonnullis augere solet praerogativis, ac honorificis donare Insigniis. Plurimum haec conferunt ad conciliandam Ecclesiae venerationem, et sacris functionibus decus, et ornamentum. Verum privilegia huiusmodi certos inter confines continentur, quos vel falsis interpretationibus, vel arbitrariis illationibus, et extensionibus, a mente concedentis alienis, praetergredi nefas est. Quod si fiat, et utinam non frequenter! ac alicubi Dignitates, et Canonicos praeter concessos, alios sibi indebitos honores usurpasse delatum sit; Apostolica Sedes sollicita est, ut qui invaluere abusus corrigantur, et eliminentur, ac opportunis remediis provideatur, ne in posterum iterum prodeant, aut alii noviter exoriantur. Idecirco multa digna est commendatione religio, et vigilantia Episcoporum, qui dum privilegia suis concessa Capitulis tumentur, simul curant, ne quid fiat praeter, vel contra terminos concessionis, vel quod non sit sufficienter expressum. Non enim in privatorum arbitrio relinquendum id declarare, quod forte obscurum est; sed in dubio facilis est recursus ad Sacras Congregationes, quarum est ius dicere, et pro diversitate rerum quaestiones solvere. Id probe intelligens Barenensis Antistes, ne a suae Metropolitanæ Ecclesiae Capitulo huiusmodi privilegiis condecorato quidquam fieri contingat, quod praescriptis regulis adversetur, indebitas sibi honorificentias asserendo, ac si essent in privilegio concessae, Sacram Congregationem rogavit, ut declarare dignaretur, quid per indulta Insignia, quid per Pontificalium usum permissum sit, quid vetitum. Generali huic quaesito ut satisfaceret Sacra Congregatio, quin novum Decretum conderet, alia potius iam pridem edita servari mandavit, in quibus opportune declaraverat, quid in similibus quaestionibus licitum esset, quid vero illicitum; ac rationem praecipue habendam esse sancivit bini Decreti in *Panormitana* 22. *Aprilis* 1684., et in *Urbinate* 28. *Februarii* 1752. Etenim dum conceduntur Insignia Pontificalia, ac etiam, expressis verbis, Pontificalium usus, non ea omnia Indulta intelligi debent, quae ob Ordinis dignitatem, solis de iure scripto competunt Episcopis. Abbates, etiamsi iurisdictione fruuntur, et subditos habeant, conformari tenentur generalibus Decretis ab *Alexandro VII.* confirmatis, et iussu *Benedicti XIV.* iterum editis, adiecta epistola encyclica ad omnes locorum Ordinarios, quibus committitur exacta eorumdem Decretorum observantia. Neque licet ab regulis praescriptis discedere, nisi quid insuper uni, vel alteri specia-

2. An pileolo uti possint Canonici assistentes Episcopo in functionibus Ecclesiasticis, tam  
 liter fuerit indultum. Quod autem permissum non est Abbatibus, multo minus licitum erit Dignitatibus, quibus non nisi ad honorem, et ad augendum splendorem Ecclesiae, cui inserviunt, intra arctiores fines privilegia tribuuntur. Quod si per errorem, vel per arbitrariam extensionem usus invaluerit, praeter, vel contra praescripta in Indulto, abroganda omnino est inducta consuetudo, cunctaque ad formam Indulti restituenda, veluti declaratum fuit a S. C. R. solemniter in *Urbinate*.; licet rationes urgerent, aliquo modo coonestandi, quae per excessum fieri consueverant. Quippe Archiepiscopus Urbini alter ex exequutoribus impertitae gratiae *Benedicto XIII.* suae Metropolitanæ Capitulo, utendi Pontificalibus Insigniis, declaraverat vigore Apostolici Indulti, Dignitates, et Canonicos posse uti *Faldistorio, Presbytero assistente, Palmatoria etiam in Missis privatis, non praesente tamen S. R. E. Cardinali, vel Archiepiscopo, Benedictionem cum trino Crucis signo elargiri in functionibus.* Hoc autem exequutoriale Archiepiscopi Decretum in omni sua extensione obtinuit ab anno 1729. ad 1752.; nihilominus, non obstante huiusmodi pacifica possessione, excitatis dubiis a novo Archiepiscopo, S. Congregatio eliminanda decrevit, quae inducta fuerant, praeter, vel contra formam Apostolici Indulti, declarando permissum fuisse dumtaxat in *Missis solemniter decantandis uti Pontificalibus Indumentis, nempe caligis, sandaliis, et chirothecis non ornatis auro, annulo cum unica gemma, cruce pectorali sine gemmis, in reliquis, non licere uti Faldistorio, et Palmatoria, nec salutare populum in Missis Pontificalibus dicendo: Pax vobis loco Dominus vobiscum, aut dare trinam Benedictionem, pontificaliter celebrare in Ecclesiis Monialium, absque consensu Archiepiscopi, uti Mitra in vestitionibus peragendis de commissione Archiepiscopi, celebrare cum Indumentis Pontificalibus Missas Defunctorum, et incedere capite Mitra cooperto in Processione SSmi Corporis Christi.* Atqui privilegium, quo gaudet Barensis Capitulum, generalibus conceptum est verbis, neque ab illo differt insignioribus aliis Capitulis concessio: poterunt utique illius Dignitates, et Canonici tam in Civitate, quam in Dioecesi, etiam absente pro tempore Archiepiscopo, in Missis, Vesperis, Laudibus, et Horis Canonicis solemniter decantandis, ac etiam in processionibus, benedictionibus candelarum, cinerum, Fontis baptismalis, et aliis Ecclesiasticis functionibus, Pontificalibus Insigniis, aliisque indumentis uti ad instar aliorum Capitulum, et Canonicorum, qui simili perfruuntur Indulto; non autem aliis honorificis praerogativis, nisi fuerint specialiter, expressim, nominatim concessae. Privilegia siquidem id tantum permittunt, quod literaliter habent expressum: id praecipue obtinet in subiecta materia, nam, ut verbis utar *Glossae in cap. Abbates verb. Quod si Papa, de Privilegiis in 6.: istud privilegium tendit in diminutionem Episcopalis Dignitatis, ideo stricte debet interpretari, ut minus laedat.* Laederet tamen, si via daretur interpretationibus, et extensionibus; quamobrem, quae praeter, vel contra expressum in privilegio inducta fuerant in Metropolitana Urbini Sac. Congregationis Decreto a Pontifice Summo *Benedicto XIV.* confirmato, fuerunt reprobata, et vetita, privilegiumque ad tramites iuris redactum. Responsum autem S. Congregationis quoad Barensis Capitulum haberi potest, ac debet tamquam regula generalis omnino servanda in aliis Cathedralibus Ecclesiis, quae simili gaudent privilegio. Nam sub ea generica formula indulta dumtaxat censenda sunt Pontificalia Insignia, non pro arbitrio, et ad placitum, sed in solemnioribus quibusdam diebus, et functionibus adhibenda, in quibus, vel Episcopus pontificaliter celebrat, vel processiones, aliave solemnia peraguntur, in quibus, iuxta Ecclesiae ritum, et libri caeremonialis dispositionem, Dignitates, et Canonici, depositis choralibus indumentis, sacras vestes sumere debent. Sciscitari quis posset; quoties, quibusve diebus Pontificalia peragere sit privilegio permissum, ac insuper, qui in iisdem modis servandus. Nulla quaestio de modo, quia huic satis provisum videtur per bina laudata Decreta in *Panormitana, et Urbinate*.; nihil tamen positiva lege definitum est de diebus in quibus Dignitates, vel Canonici queunt pontificaliter celebrare: optandum vero, ut id a Sac. Rit. Congregatione tandem definiatur, ne, quoties libuerit, id fieri per

in Altari, quam in Cathedra Episcopali? (1)

3. An liceat Canonicis usus pulvinaris subgenubus, etiam praesente Episcopo, in functionibus ecclesiasticis (2)?

4. An Canonici, qui ex speciali privilegio uti possunt Mitra aurophrygiata, uti etiam possint Mitra argentea tela contexta, et listata ex auro (3)?

abusum contingat. Non iisdem arbitror plus concessum, quam per Decreta generalia *Alexandri VII.* Abbatibus, aliisque Praelatis Episcopo inferioribus competere declaratum fuit. His data facultas ultra tres vices per annum non extenditur, nisi alio speciali Indultu se tueantur. Hanc tamen regulam stricte a Dignitatibus, et Canonicis teneri haud posse non diffiteor; quum non unus dumtaxat Indultu gaudeat, ut Abbas est, sed integrum Corpus eo fruatur, et solemniores Missae per turnum distribuantur, servato ordine dignitatis, vel antianitatis, praeter illas, quae celebrari debent, vice Episcopi vel nolentis, vel impediti, a prima Dignitate, et, hae impedita, ab alia, quae immediate sequitur. Nihilominus opportunum esset certum praefinire numerum, diesque designare, in quibus Pontificalia licent; secus irrepere abusus posset cantandi Missam in Pontificalibus singulis diebus festivis, in quibus celebrat Dignitas, vel Canonicus cum ministris paratis, quod esset contra mentem concedentis. Dies autem permitti esse possent, in quibus Dignitas, vel Canonicus celebrat vice Episcopi, eo praesente, vel absente; aut etiam, in quibus, iuxta dispositionem Caeremonialis, Episcopus in Pontificalibus assistit, et ab aliqua Dignitate ordine successivo, vel seniori Canonico Sacrum solemne conficiendum est. Censerem quoque privilegium obtinere posse extra Cathedralem in Ecclesiis eidem immediate subiectis, recurrente Dedicacionis Anniversario, vel Titularis Festo, dummodo Capitulum intersit. Super his tamen, aliisque regulis, quae, ad abusus eliminandos dari possunt, plura non eloquar, quum S. Congregationis iudicium expectandum sit.

(1) Dubium duas habet partes, prima respicit Canonicos assistentes Episcopo in Altari, altera praestantes eandem assistentiam in Cathedra Episcopali. Plura sunt Decreta S. huius Congregationis, quae versantur circa usum pileoli, rationabili urgente causa, Sacerdotibus etiam, in Missa usque ad Praefationem, et post sacra absoluta mysteria, concessum. In *Asculana 21. Martii 1676.* responsum fuit: *Non licere Canonico, qui privilegio gaudet utendi pileolo in Missa usque ad Praefationem, eo uti in Missa cantata coram Episcopo, nec pariter licere, si idem Canonicus tamquam Diaconus, vel Subdiaconus Celebranti ministret: ita in una Nullius die 2. Septembris 1679.* Neque fas esse sancivit pileolo caput operire in circulis, qui fiunt cum Episcopo, vel etiam dum idem stans legit Epistolam, Evangelium, et Post Communio, vel dum in ingressu Ecclesiae traditum sibi accipit Aspersorium, eoque lustrat Capitulum. Ita in *Squillacen. 31. Augusti 1680.* in *Nicien. 10. Ianuarii 1693.*, in *Alexandrina 17. Februarii 1696.* Hinc negativum responsum ad 1. partem. Quo vero ad 2., discrimine est opus. Vel Canonici assistentes, actu Episcopo ministrant, vel dum sedet Episcopus, et ipsi quoque sedent. In primo casu nequeunt uti pileolo, non item in altero, veluti respondit S. Congregatio in memorata *Nicien. ad Dub. 3. et 4.*, et in una *Burgi Sancti Sepulcri 4. Aprilis 1699.*

(2) Videri possunt S. Congregationis Decreta in supra laudata *Panormitana ad Dub. 3.*, in *Ragusina 2. Iunii 1685.* ad *Dub. 5.*, et in una *Burgi S. Sepulcri 4. Aprilis 1699.* ad *Dub. 1.*

(3) Triplex est Mitrae species, ut habet Caeremoniale Episcoporum *lib. 1. cap. 17.* Una, quae pretiosa dicitur, quia gemmis, vel laminis aureis, vel argenteis contexta, altera aurophrygiata: tertia simplex ex serico damasceno, vel alio, aut etiam linea ex tela alba confecta rubeis laciniis, seu frangiis, et vittis pendentibus. Sed dispositio Caeremonialis de triplici Mitrae specie respicit sedumtaxat Episcopos, quibus licet unam, alteramve adhibere, veluti exigunt sacrae actiones: Canonici vero, et Dignitates, quibus ex privilegio Mitrae usus concessus est, simplicem tantum gerere possunt ex tela, quin ipsis prosit contraria consuetudo adhibendi nobiliorem. Nam *ad Dub. 10.* in saepe laudata *Panormitana*, videlicet: *An Mitra esse debeat, uti hactenus, ex serico damasceno, an ex holoserico ormisino cum frangiis aureis?* S. Congregatio respondit: *Ex tela:* Sed quoniam

Et EE. PP. Sac. eidem Congregationi praepositi, exquisita prius sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scripto pandita, praeloque cusa, ad relationem Er̄ni, et R̄ni D. Card. Rivarola Ponentis, respondendum censuerunt, ut infra, videlicet.

Ad 1. « Jam alias fuisse decisum quid permisum, quid vetitum sit Dignitatibus, et Canonicis, qui Apostolice gaudent privilegio, prout in Dubio expressum est; et dentur Decreta in Panormitana 22. Aprilis 1684. et Urbinaten. 29. Ianuarii 1752. »

Ad 2. « Negative ad primam partem, et quoad secundam affirmative, dummodo non minustrent. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Negative, et in omnibus ad mentem. Mens est quod videatur particulariter de privilegiis competentibus Canonicis, quibus concessa sunt Insignia Pontificalia ad effectum edendi Generale Decretum. »

in casu proposito Dignitates, et Canonici Baresenses speciali gaudent privilegio adhibendi Mitram aurophygiatam, hac uti poterunt ad formam Indulti, quin sibi licitum arbitrentur aliam assumere, et gestare ex tela argenteo contexta, auroque listata. Privilegium quippe stricte est accipiendum, interpretandum, et exequendum, prout est literaliter concessum.

(1) De hora celebrandi Missam Conventualem videri poterit responsum Sac. Rit. Cong. sub die 31. *Maii* 1817. in una *Dubiorum ad 1.*, et quae ibi notavimus in elucidationem eiusdem dubii. Vide etiam aliud Decretum in una *Nullius, Provinciae Compostellanae die 30. Septembris eiusdem anni, ad Dub. 4.*

(2) Quaestio huiusmodi facillimae solutionis est. Ne vetustiora quaeramus, S. R. C. in *Assisien.* sub die 25. *Maii* 1819. declaravit Collectam imperatam omittendam esse in duplicibus 1. class., posse ad libitum Sacerdotis legi, vel omitti in Missis privatis, occurrente duplici 2. class., in Conventuali, et solemniter omittendam. Haec regula tenenda est in Festis duplicibus 1. vel 2. class., non autem in Dominicis Adventus, et Quadragesimae, quae, licet habeant qualitatem dup. 1. vel 2. class., hoc tamen privilegio gaudent ad unum dumtaxat effectum, reiiciendi in occursum Festa talis ritus; sed vere non sunt, nisi *ritu semiduplicis*; ideo in concursu cedunt cuicumque Festo *rit. dupl.*, plures Orationes in Missa admittunt, et commemorationem de simplici; necnon in Officio suffragia Sanctorum, preces etc. Nulla proinde ratio est, ob quam in iisdem legi nequeat Collecta a Praesidibus imperata.

Dubitare quis forte posset de *Dominica Passionis*, de altera *Palmarum*, de 4. *Adventus*, dum haec incidit in *Vigilia Nativitatis Domini*. Prima namque duas tantum Orationes admittit, et quatenus simplex occurrat, de hoc fit commemoratio loco illius, quae dicenda foret secundo loco: *Dominica Palmarum*, praeter unicum Missae propriam, aliam non habet Orationem; et *Vigilia Nativitatis Domini* id peculiare habet, ut de ea fiat etiam in occursum *cum Dominica 4. Adventus*, de qua tantum fit commemoratio; et quum illa respuat etiam commemorationem de simplici, ista vero Vigiliae cedens, retineat tantum commemorationem, quae numquam perit (nisi vacet, et ad aliam diem infra hebdomadam transferatur, ut nonnumquam accidit in Octava eiusdem Nativitatis, et altera Epiphaniae) in neutra legenda erit Oratio imperata. Et quoniam S. R. C. in *Aquen.* sub die 3. *Martii* 1761. *ad 5.* declaravit; *In Missa Vigiliae Nativitatis debent omitti Orationes a*

Et ita responderunt, et censuerunt, die 20. Aprilis 1822.

4586. COTRONEN.

Nonnulli sunt in Cathedrali Cotronen., qui sentiunt Missam Conventualem de Sancto dup., vel semidup. occurrente in Feriis Adventus, post Nonam esse canendam; prout etiam contendunt in Dominicis Adventus, et Quadragesimae omittendam esse Collectam ab Ordinario imperatam: cumque R. D. Antonius Lucifero memoratae Cathedralis Primicerius haec Rubricarum praescripto adversa existimet; humillime postulavit, ut Er̄ni et R̄ni PP. Sac. Rit. Congregationi praepositi subscripta Dubia pro eorum sapientia enodare, et resolvere dignarentur.

1. An tempore Adventus Missa Conventionalis de Sancto occurrente sub ritu dup., vel semidup. post Nonam semper sit celebranda? (1)

2. An in Dominicis Adventus, et Quadragesimae omittenda sit Collecta a Superioribus imperata? (2)

Et EE. PP. Sacr. eidem Congregationi prae-  
positi, exquisita prius, matureque perpensa sen-  
tentia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum

Magistris scripto pandita, prae loque cusa, ad re-  
lationem Eñi, et Rñi D. Card. Naro Ponentis,  
respondendum censuerunt.

*Superiore praeceptae etc.*; ob paritatem rationis, idipsum declaratum censendum est quoad *Domi-  
nicam Palmarum*. De duabus ergo hisce Dominicis composita lis est. Non ita de Dominica Pas-  
sionis. Nam non desunt, qui existimant in hac etiam omittendam esse Orationem imperatam, quia  
in Missa huius Dominicæ duas tantum Orationes a Rubrica assignantur, et S. R. C. explicando  
*Rubricam* forte non satis claræ, sancivit dicendam non esse Orationem secundo loco assignatam,  
si occurrat commemoratio de simplici in Missis ferialibus a *Dominica Passionis usque ad Feriam 5.*  
*in Coena Domini, et infra Octavas Paschatis, et Pentecostes*. Ita in una Rubricarum 22. *Novembris*  
1659. Caesaraugustana 22. *Septembris* 1692. et in altera Rubricarum 15. *Septembris* 1836.

Antequam prodiret postremum Decretum, in quo S. R. C. ad dubium: *An in Missis ferialibus  
a Dominica Passionis usque ad Feriam V. in Coena Domini, occurrente Festo simplici, adhuc  
dicenda sit tertia Oratio Ecclesiae, vel pro Papa: et an eadem tertia Oratio recitanda quoque sit  
infra Octavas Paschatis, et Pentecostes?* sub die 15. *Septembris* 1736. respondit: *nihil esse inno-  
vandam, nempe non esse dicendam tertiam Orationem*: Magna erat quaestio inter Scriptores super  
intelligentia Rubricæ, et particulis: *tantum: nisi*: et plurimi opinabantur ita intelligendas esse  
particulas, ut, duabus assignatis Orationibus, tertia addenda esset in occursu simplicis; et quamvis  
contrarium teneret cum aliis *Gavantus*; eiusdem tamen commentator *Meratus* suspensio haerebat  
animo, et tantummodo dubium deposuit, postquam evulgatum fuit Decretum, de quo supra. Sed  
quid hoc nostra interest? Numerus taxative Orationum, quæ sunt in praecepto in Dominica Pas-  
sionis, impedimento non est, quin altera addatur a Superiore imperata; secus hæc dicenda nec  
esset in feriis, quæ occurrunt a Dominica Passionis usque ad feriam V. in Coena Domini, neque  
in postremis feriis, et Sabatho Octavarum Paschatis, et Pentecostes, quia tam in istis, quam in  
illis Missæ feriali, et de Octava duæ tantum Orationes assignantur; nihilominus nemo est, qui  
imperatam neget esse dicendam; pari igitur modo legenda erit in Dominica Passionis. In hac namque, et  
sequentibus Octavis Paschatis, et Pentecostes duæ tantum assignantur Orationes, quia, sicuti in Officio  
omittuntur Suffragia Sanctorum, ita omittitur in Missa Oratio *A Cunctis*, quæ suffragiis respondet, neque  
substituenda est alia, ad implorandum B. M. Virginis auxilium, ut fit in Adventu, post Epiphaniam  
usque ad Purificationem, et tempore Paschali. Quod si ratio quaeratur, facile est eandem adinvenire.  
Ideo namque tempore Passionis omittuntur suffragia in Officio, et in Missa Orationes, vel *A Cunctis*,  
vel *Concede*, ut nostra intentio feratur in Christum solum, nostraque spes in unicum eius singu-  
lare refugium, utque uni Christo Crucifixo fidenter vacemus. Videri potest *Gavantus*, qui ad Rub.  
Miss. par. 1. tit. 9. num. 8., agens de Octavis Paschæ, et Pentecostes: *Valet, inquit, ea ratio,*  
*quam affert Durandus in Dominica Passionis, in qua cessant commemorationes Sanctorum in*  
*Officio; ut scilicet nostra intentio feratur in Christum solum, spes nostra elevetur ad unicum eius*  
*singulare refugium. Addimus igitur in tempore Passionis, Paschatis, et Pentecostes aliam Ora-  
tionem tantum pro Ecclesia, vel pro Papa, pro quibus præcipue orandum, nullo alio mediante*  
*Advocato, neque Beata Virgine, quia Christus, et Spiritus Paraclitus sunt tunc temporis supremi,*  
*et unici Advocati*. Videri etiam possunt *Meratus ibidem, et part. 4. tit. 7. num. 4.* Tetamus *Diar.*  
*Ecclesiastic. Civil. tract. 2. lib. 4. part. 2. cap. 6. art. 2., Cavalieri tom. 3. cap. 8. Deer. 1. num. 16.,*  
aliique. Addam ego, et dicam fidenter, nullum esse tempus magis idoneum, ut pro ingruentibus  
necessitatibus Deum exoremus, quam illud, in quo recolimus memoriam Passionis D. N. I. Christi,  
qui Sanguine suo Ecclesiam fundavit, nos liberavit a morte, et in nostris necessitatibus factus est  
propitiatio nostra, et mediator apud Patrem. Iure igitur S. C. proposito Dubio respondens, a regula  
generali, quæ in omnibus Dominicis Adventus, et Quadragesimæ Orationem imperatam admittit,  
exceptit dumtaxat Dominicam Palmarum, et quartam Adventus, dum occurrit cum Vigilia  
Nativitatis.

Ad 1. « Negative, et Missam de Sancto sub ritu dup. vel semidup. in Feriis Adventus occurrente, semper celebrandam esse post Tertiam, iuxta Rubricas. »

Ad 2. « Negative, exceptis Dominica Palmarum, et Dominica IV. Adventus in huius occursum cum Vigilia Nativitatis D. N. I. C., in quibus omitenda est Collecta imperata. »

Et ita S. C. respondit, statuit, et ubique servari mandavit. Die 20. Aprilis 1822.

4587.

DERTHONEN.

In Apostolicis Literis in forma Brevis expeditis die 17. Julii 1817. pro nova Episcopalis Sedis Derthonen. erectione, Cathedralis Ecclesia enunciatur sub tit. B. M. V. in Coelum assumptae,

licet in perantiqua et solempni illius consecratione dicata fuerit in honorem S. Martyris Laurentii principis Civitatis Patroni; hinc exorta quaestio est circa alterutrius praelationem Tituli, ritus varietatem, vel paritatem; dubitantibus nonnullis quoniam e duobus illis esset retinendus, quis relinquendus; et an potius utrique servandi, licet diversis temporibus, et diversa ratione dictae Ecclesiae assignati? Ut autem omnis desuper exorta quaestio e medio tollatur, Sacerdos Antonius Maria Remotti Parochus, et Derthonen. Calendarii director supplex adiit S. Rit. Congregationem, rogans resolutionem sequentium dubiorum.

1. An novus titulus sit retinendus, relicto primo? (1)

(1) Etsi Ecclesiis, vel solempniter ab Episcopo consecratis, servata forma Pontificalis Romani, vel minori celebritate dumtaxat benedictis, unus detur in actu Consecrationis, vel Benedictionis Sanctus Titularis; aliquae non ita infrequenter a pluribus Sanctis denominantur, vel quia plures dati in die Dicationis, vel quia illi, cuius nomine erecta est Ecclesia, alter temporis successu additus; quo fit, ut plures eodem honore, iisdemque privilegiis decorati reputentur. Sed revera non ita est. Quippe non omnibus eadem aequae competunt privilegia, quae Titularibus tribuuntur. Hisce fruitur Sanctus ille, sub cuius titulo Ecclesia dedicata est, et nequit iisdem spoliari, nisi destruat, vel non accidentaliter, (ut saepenumero accidit in barbarorum, et hostilibus incursionibus), sed perpetuo, loci sacri qualitate amissa, in profanum usum convertatur. Non ita est de aliis, qui accedunt. Hos namque, ut plurimum pietas populorum, vel ob aliquod insigne prodigium, vel ob aliam causam specialibus veneratur obsequiis, in necessitatibus tam publicis, quam privatis invocant, eorumdem Festa solempni extrinseco apparatu celebrant, totque argumentis, cultusque significationibus distinguit, ut veri antiqui tituli fere sit, aut videatur oblitterata memoria. Hi tamen vere Titulares non sunt, licet ex accessione novam Ecclesiae tribuant denominationem; nec propterea ius habent ad eas praerogativas, quae veris competunt Titularibus, et vix iis privilegiis gaudere possunt (dummodo caetera concurrant), quae Patronis secundi ordinis competunt. Quod si indelebili titulo, quo in Dicatione Ecclesia fuit nuncupata, aut per Literas in forma Brevis, aut per Rescriptum; et huic pari modo praerogativae conveniunt, quae primo illi: et quum aequalis sit gradus, unum dumtaxat ponit in praelatione discrimen, maior videlicet dignitas prae minori. Videri possunt de re liturgica Scriptores, ac praesertim Gavantus *ad Rubric. Breviar. sect. 3. cap. 12. num. 6.*, eius commentator Meratus *sect. 8. cap. 5. num. 4.*, Cavalieri *tom. 1. cap. 2. Decret. 5.*, Guyetus *cap. 4. quaest. 3.* Et quamquam non omnes simul conveniant quoad aequalitatem ritus, quo singulorum recolenda memoria est; his tamen facile componi posse videtur, adhibita distinctione inter titulum additum Apostolica auctoritate, et titulum, seu potius novam denominationem privata populi pietate inductam. Omnis autem controversia cessat in casu, de quo in Dubio. Certum quippe est sub titulo S. Laurentii Levitae, et Mart. Ecclesiam Cathedralem Derthonensem dedicatam fuisse; certum item est in Apostolicis Literis novae eiusdem erectionis in Cathedralem, B. M. V. in Coelum Assumptae, nova denominatione insuper addita, fuisse decoratam. Novus igitur titulus Apostolica auctoritate accessit antiquo, qui ut datus in prima erectione, alterius accessione nec perit, nec praerogativam ullam amittit, si excipias, quod cedere debet maiori dignitati: quamobrem et in occursum Octava, et in suffragiis danda est praelatio Octavae, et commemorationi de Beata Maria Virgine. Quum ergo uterque titulus sit retinendus, et aequae principalis sit, utrique pariter idem competit ritus, eademque solempnitas: et quoniam de Titularibus Ecclesiae Cathedralis res est, utriusque dies Festus nota Pontificali notandus venit, illis videlicet adnumerandus, qui recensentur in Caere-

2. An relicto secundo, retinendus sit primus?

3. An potius ambo retinendi sint?

4. An, ambobus retentis, gaudeant pari ritu, solemnitate, et iuxta Caeremoniale Episcoporum gaudeant nota Pontificali?

Praeterea cum per Decretum Generale S. huius Congregationis die 20. Decembris 1783. dies designentur, quibus Missa pro sponso, et sponsa

etiam diebus excludentibus duplicia per annum, ideoque etiam infra Octavam Epiphaniae, in Vigilia Pentecosten, et infra Octavam privilegiatam SS<sup>ni</sup> Corporis Christi: alii vero putant his etiam diebus eandem Missam vetitam; ideoque idem Parochus petiit declarari.

5. An huiusmodi Missa dici possit diebus duplicia excludentibus, ut supra notatis? (1)

moniali Episcoporum lib. 2. cap. 1. num 2. ibi: *Dies Nativitatis Domini etc. Sancti Titularis Ecclesiae, et Patroni Civitatis.* In iis namque Episcopus, nisi sit legitime impeditus, pro diversitate Festorum, vel omnino debet pontificaliter celebrare, vel decet, ut celebret.

(1) Binis Decretis Generalibus Sacrae huius Congregationis certae datae sunt regulae, quoad Missam celebrandam pro sponso, et sponsa. In primo, vel declaratum, vel indultum, sancitumque est: *In celebratione nuptiarum, quae fit extra diem Dominicum, vel alium diem Festum de praecepto, seu in quo occurrat duplex 1. vel 2. class., etiamsi fiat Officium, et Missa de Festo duplici per annum, sive maiori, sive minori, dicendam esse Missam pro sponso, et sponsa in fine Missalis post alias Missas votivas specialiter assignatam, in diebus vero Dominicis, aliisque diebus Festis de praecepto, ac duplicibus 1., et 2. class., dicendam esse Missam de Festo, cum commemoratione Missae pro sponso, et sponsa: Ita die 20. Decembris 1783. in altero vero diei 3. Martii 1818. declaratum fuit, Missam pro sponso, et sponsa (dum servata forma primi Decreti celebrari licet) esse votivam privatam, proindeque semper legendam sine hymno angelico, et Symbolo, cum tribus Orationibus 1. videlicet eiusdem Missae votivae propriae, ut habetur in fine Missalis, 2. et 3. diei currentis, ut in Rubrica tit. 7. num. 3. de commemorat., Benedicamus Domino in fine, et ultimo Evangelio S. Ioannis. Hisce Decretis compositae quaestiones omnes videbantur: secus tamen accidit; nam nova excitata sunt dubia. Quippe nonnulli sunt, qui opinantur Missam hanc dici posse etiam diebus, qui excludunt duplicia per annum, praesertim vero infra Octavam Epiphaniae in vigilia Pentecosten, et infra Octavam privilegiatam SS<sup>ni</sup> Corporis Christi. In hac autem opinione versantur, quia in primo illo Decreto dies isti expressim, et nominatim non excipiuntur. Ast hi errant quammaxime. Non enim declaratione indigebat id, quod sub generali prohibitione, utpote a Rubricis iam vetitum, continebatur. Iubet Decretum, ne Missa nuptiarum celebretur in duplicibus 1. vel 2. class., sed vult, ut in huiusmodi occurso solam obtineat commemorationem: ergo includit in regula etiam dies, in quibus per easdem Rubricas fieri nequit Festum duplex 2. clas., vel occurrens, vel translatum. Si in Octava Epiphaniae duplicia isthaec non admittuntur, potiori iure nec Missa votiva privata, non obstante Indulto, admitti poterit, utpote quae in occurso huiusmodi duplicium celebranda non est. Octavae namque eo modo privilegiatae, etsi quoad ritum, semiduplicem tantum obtineant, quoad exclusionem tamen occurrentium quorumcumque duplicium (si excipiatur occurrens 1. class. in Octava Epiphaniae), qualitatem nihilominus habent aequalis, vel superioris ritus. Quamobrem Indultum celebrandi Missam privatam nuptiarum in duplicibus mai. aut min. per annum non Festivis, extendi nullo modo potest ad infra Octavam Epiphaniae, et Vigiliam Pentecosten. Quoad Octavam vero privilegiatam SS<sup>ni</sup> Corporis Christi, discrimine est opus. Vel enim indultum est, ut haec Octava, ad instar illius Epiphaniae, omnia reiiciat Festa duplicia, praeter illa 1. class. occurrentia, et in hoc casu ob paritatem rationis respuere etiam debet votivam nuptiarum, quae ex indulgentia permittitur in solis duplicibus, quae festiva non sint, vel dup. 1. vel 2. Classis. Quod si privilegium sistit in exclusionem dumtaxat duplicium, quae non sint 1. vel 2. class. occurrens, vel translata; neque hoc in casu impedimentum ponit, quominus Missa Nuptiarum queat celebrari. Eoque magis poterit, si Octava Corporis Christi nullo ex duobus hisce modis privilegiata sit. Nam etsi vigore Decreti Sac. Rit. Congregationis, Pontificis auctoritate roborati, infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi Missae votivae quaecumque, vel pro defunctis celebrandae non sint, (vide Decretum*

6. An commemoratio Missae pro sponso, et sponsa dicenda prout ex dicto Decreto in Missis de duplici 1. vel 2. class., dici debeat sub unica conclusione cum Oratione Festi, vel sub altera conclusione?

7. An talis Commemoratio pariter dici debeat, vel sub altera conclusione, prout solet de aliis commemorationibus occurrentibus in diebus Dominicis, et Festis de praecepto?

8. Quo loco, quando aliae occurrunt commemorationes, ut in proximo quaesito, commemoratio Missae pro sponso, et sponsa dicenda sit sub secunda conclusione, an scilicet ultimo loco? (1)

Et S. Rit. Congregatio exquisita sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scripto exarata, typisque evulgata, ad relationem Em̃i, et Rm̃i D. Card. Cavalehini Ponentis, respondendum censuit ut infra, videlicet. »

Ad 1. et 2. « Provisum in 3. »

Ad 3. « Affirmative. »

Ad 4. « Affirmative in omnibus. »

Ad 5. « Negative quoad Octavam Epiphaniae, Vigiliam Pentecosten, et Octavam privilegiatam SSm̃i Corporis Christi, quatenus privilegium concessum sit ad instar Octavae Epiphaniae. »

generale diei 24. Junii 1670.) excipienda tamen est illa Nuptiarum, vigore specialis Indulti, quo sicuti permissum est, ut celebrari possit in duplicibus per annum non festivis etiam rit. mai., in quibus ex Rubricis prohibentur Missae votivae privatae, ita etiam poterit in diebus infra Octavam Corporis Christi, qui admittunt quaecumque duplicia occurrentia. Sed quaelibet cessat dubitandi ratio, postquam Sac. Rit. Congregatio proposito dubio respondit: *Negative quoad Octavam Epiphaniae, Vigiliam Pentecosten, et Octavam privilegiatam SSm̃i Corporis Christi, quatenus privilegium concessum sit instar Octavae Epiphaniae.*

(1) Dubium hoc declaratione non indiget. Si commemoratio Missae de Dominica, in qua Festum occurrit dupl. 1. vel 2. class., non coniungitur eum Oratione Festi, sed legitur separatim secundo loco, quatenam erit potior ratio, ut sub unica conclusione legi illa debeat pro sponso, et sponsa simplex commemoratio? Si Missa Nuptiarum privata est, nullamque habet solemnitatem, haud dici potest in diebus vetitis locum cedere Missae diei, ut est de Missa solempni pro Oratione Quadraginta Horarum, quae dicenda foret de SSmo Sacramento, quaeque Pontificis iussu Missae diei coniungitur, dum ob occursum Solempniorum duplicium nequit celebrari? Imo, si occurrant plures commemorationes, uti accidit potissimum, dum celebranda est Missa de Dominica, illa Nuptiarum primum dumtaxat locum obtinere poterit post alias a rubrica praeceptas, et sic reliquas praestare, siquae sint a Superiore imperatae.

(2) Abusus minime ferendus est, quod sacra Vasa ad Altaris mysteria destinata, dum redduntur ad usum inepta, vel decentius expoliri, intusque inaurari debent, non prius tradantur artificii, quam ab aliquo, vel Episcopo, vel Sacerdote ictu manus, aut instrumenti despiciantur, ut hoc modo tamquam execrata haberi possint. Huic errori, ut occurreret Sac. Rit. Congregatio, simulque abusum eliminaret, propositis dubiis respondit: *huiusmodi execrationem non rite, sed ex errore fieri.* Vel enim sacra Vasa consecrationem servant, vel non: nihilominus dedecet, quae peculiari- bus precibus, et sacra Unctione fuerant linita, et ad Altaris conficienda mysteria adhibita, eo contemni modo, ne amplius Sacrificio inserviant. Non est id faciendum, quod debitae reverentiae

Ad 6. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Ad 7. « Ut in antecedenti. »

Ad 8. « Faciendam primo loco post alias de praecepto. »

Atque ita respondit die 20. Aprilis 1822.  
4588.

#### DUBIORUM.

Usus sensim invaluit, ut quoties Calices, aliaque vasa, Sacra Unctione consecrata, iuxta ritum Pontificalis Romani, Artificis opera indigeant, quippe reficienda, vel fundenda iterum sint; non antea eidem traduntur, quam per Sacerdotem vel directe, et manu, vel aliquo mediante instrumento fuerint execrata: utrum vero execratio haec, modusque illam peragendi rationi, Ecclesiaeque ritibus sit consentanea, vel potius abusiva, nullique innixa principio, cum dubitaverit R. D. Archipresbyter Ferdinandus Valeriani; Dubia, quae sequuntur, humillime exposuit sapientissimo EE. PP. Sac. Rit. Congregationi praepositorum iudicio, enixe postulans illorum resolutionem.

1. Utrum rite, vel potius ex errore passim fiat huiusmodi execratio?

2. Si rite; utrum ab Episcopo, vel a quocumque Sacerdote sit peragenda? (2)



Et ead. Sacr. Rit. Congregatio, audita prius sententia alterius ex Apostolicarum Sac. Caeremoniarum Magistris scripto exarata, typisque

evulgata, Eñño, et Rñño D. Card. Iul. Maria de Somalia Sac. eidem Congregationi Praefecto referente, respondit.

repugnat. Et quamvis eo animo fiat, ne res sacra, quae adhuc constitutivam, inhaerentemque benedictionem perperam servare creditur, a laicis, dum adhuc sacra est, contrectetur; modus tamen contumeliam sapit, ac utpote religioni oppositus, reprobandus videtur. Quid igitur faciendum? Discrimine est opus, et pro casuum diversitate, diversa ratio tenenda est. Etenim Calices cum Patenis vel ex necessitate expoliendi, instaurandi, ac inaurandi sunt, quia ex longo usu ad sacrum ministerium non amplius censentur idonei, vel, licet adhiberi tuto possint, nihilominus, ut pallescere incipit vividus auri intus fulgentis color, ad consulendum maiori decentiae, traduntur aurifici, qui novum aurum superinducat. In primo casu, simul ac calix vel fractus est, vel internam perdidit inaurationem, aut quoquo modo nequeat in sacris conficiendis mysteriis adhiberi, formam amittit, qua precibus, signis, et unctionibus sacer evaserat. Nam *durat consecratio, donec frangatur, vel intus de novo auro liniatur. Ita Gavantus ad Rubric. Missal. part. 2. tit. 1. litt. H.* Quamobrem, si eiusdem usus est interdictus, quia nec sacer, nec ad Altaris mysteria aptus haberi potest; eurnam execrandus? Atque en ratio, quapropter neque in Pontificali Romano, neque in aliis ritualibus Codicibus ulla occurrit huius execrationis formula. Vanum quippe esset, prorsusque inutile, illud ictu, vel verbis execrare velle, quod iam execratum est. Quamquam data etiam hypothese, quod aliquo modo execrari, ac profanari deberet, foret omnino indignum id spretu, et contumelia peragere. Uno dilemmate rem conficio; vel calix fractus ad ministerium ineptus, adhuc consecrationem servat, vel non? Si primum velis; quum benedictio, et consecratio constitutiva sit, ac materiae inhaereat, haud potest auferri, nisi destruat materia, formamque amittat; ideo neque per ictum, neque per spretum, et contumeliam consecratio perire potest: et actio materialis subiectum consecratum, usque dum formam retinet, haud valet immutare, inhaerentemque consecrationem ab eo auferre. Si vero dicas, non amplius consecrationem servare, fateberis etiam prorsus ineptum esse spretu, vel ictu tolli id velle, quod non est. Itaque in utroque casu actus ille per abusum inductus contumeliosus est, vel inutilis.

Quatenus vero Calix, non ex necessitate, sed ex maiori decentia expoliri, et intus inaurari velit, licet adhuc formam servet, et in sacris agendis mysteriis sine religionis detrimento adhiberi tuto possit, consecrationem certe non perdidit; quamobrem multo minus despiciendus est contumeliosus ictu manus, vel instrumenti. Quid igitur agendum, priusquam tradatur artifici? Ut mihi videtur, facilis, et expeditus est modus. Adeundus Episcopus, vel quicumque sit Praelatus loci Ordinarius, qui calicis, etsi adhuc apti ad Sacrificium, permittat traditionem artifici ad hoc, ut is iterato velamine intus linire, et decentius eundem valeat instaurare. Huiusmodi permissio, per modum dispensationis, loco execrationis haberi poterit. Neque abnuerem, imo opportunum putarem, quod locorum Ordinarii ad hoc opus subdelegare possint tam suos Vicarios Generales, et Foraneos, quam Ecclesiarum Rectores, et Superiores locales. Nam si fere universalis invaluit opinio, usu, vel potius abusu confirmata, quod quilibet Sacerdos possit per ictum manus, vel instrumenti calices, et patenas execrare: cur non idipsum fieri multo decentius, sine spretu, et contumelia poterit a praefatis Vicariis, Rectoribus, et Superioribus localibus, iure subdelegato, per modum veniae, et dispensationis, dum sacra Vasa instauranda artifici tradenda sunt?

Imo neque hac venia, et dispensatione opus esse crederem, si calix diversis partibus constet, et pes dumtaxat expoliendus, et instaurandus sit, et seiungi a cuppa, quae inauratione non indiget, sine fractura possit. Hac quippe in specie, non est opus tradere artifici integrum calicem, sufficit dumtaxat pedem a cuppa seiunctum. Id saepenumero accidit, quia calices ut plurimum conflati ita sunt ut inferior pars per cochleam cuppae coniuncta, dum haec novo auro linienda non est, facile possit ab ea separari. Non enim, ut aiebam, perit consecratio, quae inest auratae cuppae, ut pluribus probat *Fabius de Albertis de sacris utensilibus cap. XX. num. 13. ad num. 20.*, explosa eorum sententia, qui

Ad 1. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Ad 2. « Provisum in primo; et detur Decretum generale. » Die 20. Aprilis 1822.

Factaque de praemissis SSmo Domino Nostro Pio VII. Pont. Max. relatione per me Secretarium infrascriptum, Sanctitas Sua Sac. Congr. responsa approbavit, et generale Decretum desuper edi, ac typis publici iuris fieri mandavit. Die 23. dicti Mensis, et Anni.

4589. ORDINIS EREMITARUM  
SANCTI AUGUSTINI.

Pro parte Extensorum Calendarii Ordinis Eremitarum Sancti Augustini a Sacra Rituum Congregatione petatum fuit declarari.

Quamquam iam anno 1771. die 17. Augusti ad alterum dubium ab Editore Calendarii Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum Provinciae Lombardiae, quomodo ordinandae sint Vesperae in occurrentia Festi S. Patris Augustini

cum Festo Bnae Mariae Virginis de Consolatione eiusdem ritus, nempe primae classis; illud cum Octava, et sine Octava istud, qui casus iterum occurret anno 1824., et ad aliud consimile propositum anno 1801. die 9. Septembris sub num. 7. a Fr. Michaele Martio Ordinis eiusdem Calceatorum Provinciae Valentinae in Hispania, Sacra Congregatio respondendum esse censuerit: « Integras Vesperas recitandas esse de Festo Bnae Mariae Virginis de Consolatione cum commemoratione S. Augustini. » Attamen, quum Sacra Congregatio die 3. Aprilis 1821. occasione dubiorum in casu consimili relative ad Festum Sacratissimi Cordis Iesu, re mature explorata, censuerit, tam in occurrentia, quam in concurrentia in paritate ritus attendendum esse ad Festa *primaria*, et *secundaria*; novum inter Alumnos praesertim eiusdem Ordinis Calceatorum, ad quos pertinet Calendarium extendere pro toto Ordine Eremitarum praedicto, ortum est dubium: nam Festum S. Patris

contrarium tenent. Secus est de Calicibus, quorum pars inferior a superiori disiungi nequeat, quia ita fixa est in cuppa, ut ab ea sine fractura separari haud possit. Et quum hoc in casu, nonnisi integri artificii tradendi sint, quamvis extrinseca tantum indigeant reparatione, et nequeant ut execrati haberi, quia auro intrinsecus liniendi non sunt, crederem licentiam ab Ordinario, vel ab Vicario generali, aut foraneo, sive Ecclesiae Rectore, vel Superiore locali petendam, et per modum dispensationis obtinendam.

Quid autem si Calices, qui adhuc ad Sacrificium sunt apti, venundari velint, aut liquefieri? Optandum, ut idem servetur modus, et Ordinarii provideant, vel per Synodales constitutiones, vel per edicta, quod nemini liceat calices, et sacra vasa vendere, vel destruere, nisi petita, et impetrata licentia ipsius loci Ordinarii, eiusque Vicarii generalis: nam si in libertate relinquatur, non levia possunt oriri mala in rei sacrae, ac religionis spretum, et contumeliam. Erit forte nonnemo, qui in opinione sit, quod non liceat materiam ex calicibus, et patenis igne fuis converti in usus profanos: nam, si cautum iure est, quod sacrae suppellectiles usu attritae, atque ita consumptae, ut nequeant amplius ad Sacrum adhiberi, igni tradantur *ex cap. Altaris de Consecrat. distinct. 1.* si vetitum est trabes, et ligna dirutae Ecclesiae in profanum usum adhiberi, sed esse potius comburenda *ex cap. Lignea, eodem tit.*; multo magis id faciendum forte videtur de calicibus, et patenis, vasis scilicet, quae nedum sacra evaserunt precibus, et unctionibus ab Ecclesia in libro Pontificali praescriptis, verum etiam, quod magis est, immediato contactu Corporis, et Sanguinis D. N. I. C. Verumtamen rigida nimis huiusmodi esset opinio; neque, si vellet, aequae posset ad praxim adduci. Numquid enim materia pretio, et valore aestimabilis disperdenda erit cum possidentis damno? Non hoc meum est consilium; quippe fateor, longe decentius fore ex eadem confari novos Calices, Patenas, Pyxides, Vasa pro sacris oleis, sacras Imagines, coronas, candelabra, atque id genus alia in Dei Cultum, Sanctorum honorem, et Ecclesiarum decus, et ornamentum; nihilominus absit, ut censeam illicitum, si velint eadem converti in usus profanos. Nam simul ac aurum, argentum, aes fusum est, primam formam amittit, et ut profanum habetur, ac proinde fas erit artificii, prout mavult, ad quodlibet opus informem illam materiam adhibere. Diversa ratio est de suppellectilibus vel lineis, vel serieis, quae, nisi flammis tradantur, possunt quidem aliam induere formam quoad usum diversum, sed nequeunt illam perdere, quae iisdem data fuit a textore. Idem dicendum de lignis, quae ex dirutis Ecclesiis supersunt.

Augustini est certe in lato Ordine Festum *Primarium*, Festum vero Bñae Mariae Virginis de Consolatione *Secundarium*: siquidem primum gaudet ritu primae classis cum Octava fere ab immemorabili, ut patet ex Breviario Ordinis impresso Venetiis apud Zirbetum anno 1580., et altero impresso Romae anno 1587., et cum Octava *privilegiata*, excluso ab ea quovis Officio IX. Lectionum inferioris ritus, praeter Festum praed. Bñae Mariae Virginis de Consolatione, et Decollationis S. Ioannis Baptistae ex concessione Clementis X. die 24. Februarii 1673., et praeterea est etiam in Ordine praed. veluti *dies Paschalis*, ut expresse notatur in Constitutionibus Ordinis a Gregorio XIII. benedictis par. II. cap. X. §. 2. ad finem: Festum autem Bñae Mariae Virginis de Consolatione est Ordini eidem accessorium propter unitam ei Archiconfraternitatem Cincturatorum Bononiae primum erectam, et a modo laudato Summo Pontifice plurimis privilegiis decoratam, et praeterea non fuit celebratum in Ordine memorato, nisi sub ritu dup. mai. usque ad annum 1729.: quae omnia per memoratos ab initio Calendaristas Sacrae Congregationi minime exposita fuerunt: quamobrem orant suppliciter extensores Calendarii Ordinis Eremitarum Calceatorum a Sacra Congregatione definiri.

1. An stante ista distinctione Festi primarii, et secundarii, liceat in memorata concurrentia ordinare integras Vesperas de S. Augustino cum commemoratione Bñae Mariae Virginis de Consolatione, sicut constantissime praescribunt Rubricae generales, et particulares Ordinis in Breviariis usque ad nostra tempora impressis, et sicut perpetuo factum fuisse constat ex Calendaris eiusdem Ordinis usque ad annum 1773., non obstante, quod iam anno 1729. Festum Bñae Mariae Virginis de Consolatione elevatum fuisset ad ritum duplicis primae classis?

2. Praeterea, quum Decreto Sacrae Rituum Congregationis diei 7. Martii 1801. tali Ordini praedicto concessum fuerit Officium B. Angelae Mericiae recitandum die 2. Martii; petunt sibi declarari, an continuare debeant in hac consuetudine, ut usque modo factum est, vel potius seipsos conformare Decreto Urbis, et Status Ecclesiastici eiusdem Sacrae Congregationis die 6. Au-

gusti 1816., in quo idem Festum celebrandum praescribitur die 31. Maii?

3. Tandem, quum ad augendam devotionem erga SSñam Dei Matrem ex concessione SSñi Domini Nostri Pii Papae VII. felicissime Regnantis die 14. Novembris 1805. ad preces Illñi, ac Rñi Domini Fr. Iosephi Bartholomaei Menochio Episcopi Porphyrien. et Sacrae Apostolice Praefecti, ab omnibus Fratibus, et Monialibus Ordinis Eremitarum S. Augustini per totam Octavam eiusdem S. Patris, fiat commemoratio ad Vesperas, ad Laudes, et in Missa de Bña Maria Virgine de Consolatione, disputatum saepe fuit inter Alumnos praefati Ordinis, et quaesitum, an ad corroborandum magis praed. devotionem, congruat, et expediat terminare quoque intra eandem Octavam Hymnos eiusdem metri cum clausula consueta infra Octavas Bñae Mariae Virginis?

Et Sacra eadem Congregatio, re mature, diligenterque discussa, exquisita prius in scriptis sententia R. D. Assessoris, me infrascripto Congregationis ipsius Secretario referente, censuit respondendum.

Ad 1. « Detur Decretum diei 2. Aprilis 1821. in una Orbis dub. 1., et Vesperas integras persolvendas esse de S. Augustino Episcopo. »

Ad 2. « Servetur Decretum alias datum sub die 17. Augusti 1771. in una Ordinis Eremitarum Excalceatorum S. Augustini Provinciae Lombardiae in casu consimili. »

Ad 3. « Negative. » (1)

Atque ita censuit, ac servari mandavit in universo Ordine supradicto, die 20. Aprilis 1822. 4590.

#### DUBIORUM.

Plura ubique vel ex Rubricarum, et Decretorum ignorantia, vel ex nimia in iis pro arbitrato interpretandis licentia, percrebescere comperit, quae a legitimis, probatisque Ritibus plane abhorreant. Hinc crebrae deferuntur querelae ad S. R. C., ut hisce malis opportuna adhibeat remedia, cum id maxime ei curandum sit: ut veteres ritus sacri ubivis locorum, in omnibus Urbis, Orbisque Ecclesiis in Missis, Divinis Officiis, Sacramentorum administratione, caeterisque ad divinum cultum pertinentibus a quibusvis personis observentur, caeremoniae, si exoleverint, restituantur; si depravatae fuerint, reformentur:

(1) Quum Festum B. M. V. de Consolatione careat Octava, sed ex singulari privilegio fieri possit eiusdem dumtaxat commemoratio ab Fratibus, et Monialibus Ordinis Eremitarum S. Augustini per integram eiusdem Sancti Octavam, nulla est ratio immutandi ultimos versiculos in hymnis eiusdem metri, ut fit in Officiis Sanctorum, quae occurrunt infra Octavas Festorum eiusdem B. M. V.

(ex Bulla Sixti V. *Immensa Aeterni Dei.*) Sui idcirco muneris partes arbitratus est eiusdem S. Congregationis Secretarius dubia quaedam ex delatis consultationibus conficere, eaque Emis Patribus definienda proponere, quibus graviore saltem abusus convellantur. Sunt porro ea, quae sequuntur.

1. Quomodo se gerere debeant Magistri Cae-

remoniarum, alique, qui vident in Ecclesiis non peragi functiones iuxta Rubricas, nec observari Decreta, et Resolutiones Sac. Rit. Congreg.? (1)

2. An signa, seu Campanae pro indicandis horis in horologiis publicis possint benedici eadem formula, qua ex Pontificali Romano benedicuntur signa Ecclesiarum? (2)

3. An Presbyter assistens Episcopo in Solio,

(1) Dubium hoc illustratione non indiget. Quis enim est, qui nesciat pastoralis sollicitudinis esse, sedulo invigilare, ut adamussim Ecclesiae leges, quae circa ritus, sacrasque caeremonias versantur, rite recteque servantur; et si qui inoleverunt abusus, radicibus extirpentur? Id iubent Apostolicae Constitutiones praemissae tam Breviario, et Missali Romano, quam aliis ritualibus libris: id pariter S. R. C. iterata Decreta. Nam *quaecumque ad Dei cultum spectant ab Ordinario diligenter curari, atque iis, ubi oportet, provideri aequum est.* Ita Tridentina Synodus *Sess. 21. cap. 8. de reformat.* Iure igitur ad Episcopos pertinet in suis respective Dioecesibus curare, et iubere, ut a sibi subdito Clero sacri ritus, et caeremoniae ad praescripta Rubricarum, et Decretorum componantur. Sed quoniam Episcopus aliis sui ministerii curis distractus, nec ubique adesse, nec omnia noscere per se potest; Magistris caeremoniarum onus incumbit, (quin ad hoc liberi censeantur Ecclesiarum Rectores), si quid viderint in Ecclesiis, sacrisque actionibus fieri a scriptis legibus, decretisque alienum, quod ipsi nequeant suasu, consiliisque vel abrumpere vel ad Ecclesiastici iuris formam revocare, illud deferre ad Episcopum, qui sua auctoritate, prout stricte tenetur, iubeat, quid faciendum, quid vitandum est. Quod si implexa res, involutaeque quaestiones sint, patet recursus ad S. R. C., quae facultatem habet declarandi, quod obscurum est, legemque interpretandi, ubi non est satis clara.

(2) Ideo Campanae ablutionibus, sanctis oleis, signis, ac aliis sacris caeremoniis cum psalmodum cantu, et precibus ex Ecclesiae institutione in Pontificali Romano praescriptis ab Episcopo benedicuntur, quia ad usum religiosum destinantur, veluti consecrantur vasa, quae in sacris conficiendis Mysteriis adhiberi debent. Idcirco mysticis actionibus deprecationes respondent, et quae ad Divinum cultum agenda sunt, vel a Deo postulanda, designant: per earundem sonitum excitamur ad mentes nostras elevandum ad Deum: per eundem indicantur tempora orationis, psalmodiae, sacrificii, supplicationum, ac aliarum sacrarum functionum: earundem clangore fugantur Daemones, abeunt aëreae potestates, dissipantur procellae, tonitrua, et fulgura repelluntur, quae omnia duo versus exponunt relati a Glossa *cap. 1. de Officio custodis, Extravagant. commun.* videlicet.

*Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerum,*

*Defunctos ploro, nimbum fugo, Festaque honoro.*

Idcirco in prima Oratione ad benedicendum aquam pro abluendo tintinnabulo, Episcopus Deum exorat, ut: *Ubicumque sonuerit hoc tintinnabulum procul recedat virtus insidiantium, umbra phantasmatum etc. et cum clangorem illius audiverint filii Christianorum, crescat in eis devotionis augmentum . . . cantent tibi in Ecclesia Sanctorum canticum novum etc.* dum vero ungit Campanam, iterum precatur: *ut per illius tactum fideles invitentur ad praemium . . . crescat in eis devotio fidei, procul pellantur insidiae inimici, fragor grandinum, procellae turbinum, impetus tempestatum, temperentur infesta tonitrua, ventorum flabra fiant salubriter ac moderate suspensa etc.* Ita etiam et in aliis Orationibus, quae sequuntur. Ut enim sacra vasa peculiari Episcopi benedictione a prophanis segregantur, quia ad unum Sacrificii usum deputantur; sic etiam Campanae, quae religiosis usibus, et Officiis inservire debent. Et quoniam Campanae eo modo benedictae Dei cultum respiciunt, auctores non desunt, qui censent, haud posse sine piaculo easdem ad usum profanum adhiberi. Ita Quarti *de Benedictionibus tit. 2. sect. 12. dubitat. 2.*

Ex his igitur patet, signa illa benedicenda non esse, quae nec ad Dei cultum, nec ad religionis

vice scabelli, uti possit sede camerali, vel simpliciter lignea, vel imbuta, et corio cooperta, renovanda toties, quoties inepta evasit ad usum? Et quatenus negative.

4. An saltem toleranda sit immemorabilis consuetudo eandem adhibendi? (1)

5. An idem ornatus, qui iuxta Caeremoniale convenit Amboni, in quo sermo, et concio haberi solet, permitti possit in scamno, in quo sedent Dignitates, et Canonici solemniter celebrantes? (2)

6. An in eodem scamno Canonici celebrantes

destinantur officia, sed ad usum dumtaxat civilem, et profanum. Deest quippe in iisdem finis ab Ecclesia intentus; neque huiusmodi Campanis conveniunt ablutiones, unctiones, preces, aliaeque actiones ac caeremoniae, quae mysticas habent significationes cum relatione ad effectus, ad quos deputantur, dum Ecclesiastico ritu benedicuntur. Quatenus vero quae ad horas pulsandas in turri collocari debent, pulsandae etiam sint ad sacras indicendas actiones, vocandum, excitandumque populum ad actus religionis; utique erunt benedicendae, veluti opportune, data distinctione, proposito dubio S. C. respondit.

(1) Hac super re tam clara est Caeremonialis libri dispositio, ut vix credam diversam alicubi indutam fuisse consuetudinem. Quod si revera in aliqua Cathedrali invaluerit, ne morosus sit Episcopus, sed mediis a iure datis id corrigat, quod devium a iure est. Simplex scabellum parari debet pro assistente Presbytero, vel a dexteris, vel a sinistris, prout patitur loci situs, ante faciem Episcopi in Cathedra sedentis. Ita lib. 1. cap. 7. num. 2.: *Sedebit in aliquo scabello prope Episcopum*: et num. 4.: *Sedente vero Episcopo, et ipse sedet super scabellum*: et infra: *Si vero forte Episcopus celebrans non in sede propria, sed in Faldistorio sederet, tunc ipse Presbyter assistens sedebit in aliquo scamno prope Altare*: et paulo post: *Si sermo habebitur per Episcopum . . . in propria Sede: sedebit* (Presbyter assistens) *in scabello suae assistentiae*: et num. 6. in fin. *Habebit locum idem Presbyter assistens prope sedem Episcopi in scabello*. Igitur si Caeremoniale disponit, et toties repetit, quod Presbyter sedeat in scabello, quisnam sibi arrogare poterit arbitrium adhibendi sedem, quam cameralem dicimus pro scabello? Haud enim licet Dignitatibus, et Canonicis in Choro coram Episcopo aliter sedere, nisi in scamnis, vel scabellis, ut pluries S. R. C. sancivit, praesertim vero in una *Burgi S. Sepulchri* 4. Aprilis 1699. et in *Terulen*. 20. Augusti 1729., multo minus licere debet assistentibus Episcopo in Throno, in quo pro iisdem non nisi scabella adhibenda esse iubet liber Caeremonialis; quin valeat consuetudo, aut privilegium. Id tam verum est, ut S. C. in *Oriolen*. 24. Augusti 1630., non obstante consuetudine introducta a tempore *Pii IV.* sedendi, non in nudo scamno, sed in scabellis serico villosis coopertis, sancivit, *non licere in casu proposito Canonicis Cathedralis, quando assistentiam faciunt Episcopo sedere in scamnis coopertis, sed sedere debere super scabellis nudis iuxta praescriptum Caeremonialis Episcoporum cap. 8. lib. 1., non obstante allegata consuetudine, quae fuit sublata per sel. record. Clementem VIII. in sua Bulla, in principio Caeremonialis relata*. Si id satis non est, ne sit, qui secum reputet tueri posse abusum specioso consuetudinis nomine; nam praeter laudatam *Clementis VIII.* Constitutionem, Pontifices Summi *Benedictus XIII.*, et alter eiusdem nominis *XIV.*, qui novas editiones emanandi Caeremonialis curarunt, districte iusserunt eiusdem observantiam, *non obstantibus quarumvis Ecclesiarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis etc.* quibus specialiter, et expresse derogatum esse declarant. Iure igitur ad duo haec dubia negativum datum S. C. responsum.

(2) Caeremonialis dispositio circa ornatum Ambonis, in quo sermo, et concio habenda est, aut Epistolae, et Evangelia decantanda solemniter sunt, et illum scamni parandi pro Canonico Officia solemniter peracturo, apertum ponit discrimen. Nam lib. 1. cap. 12. num. 18. legitur. *Ambones ubi Epistolae, et Evangelia decantari solent, siqui erunt, necnon et pulpitem, ubi sermo, vel concio haberi solet, consentaneum est pannis sericis eiusdem coloris, cuius sunt cetera paramenta exornari*: secus vero iubet lib. 2. cap. 3. num. 4. de ornatu scamni pro Celebrante, quem esse *vult panno coopertum in cornu Epistolae: quod si occupare debeat stallum, seu primam sedem Chori ab ea parte, quae eidem illa hebdomada obtigerit, in ea sede ponetur pulvinum, et alterum*

apponi possit pulvinum sericum, vel potius laneum? (1)

7. An tolerandus sit abusus, qui nimium invaluit, adhibendi in Missis solemnibus pro Celebrante, loco scamni cooperti tapete, sedes camerales serico damasceno ornatas, et pro Ministris similia scabella; vel potius reprobandus, atque damnandus? (2)

8. An, et quibus remediis removendus sit abusus collocandi parvam Crucem vix visibilem vel supra Tabernaculum, vel supra aliquam minorem tabulam sitam in medio Altaris, loco Crucis collocandae inter candelabra, ut Rubrica praescribit? (3)

9. An liceat, vel dedecet fores Ecclesiae pandere, et repagula removere, ut pateat interna

*cum tapete super alio scamno, seu genuflexorio ante se posito, super quo etiam ponitur liber serici coloris ceterorum paramentorum tectus; et ubi non adest tale scamnum, in aliquo legili, quod ponitur ante Celebrantem, et removetur, prout opus est; quo casu tapete sternitur ante ipsum Celebrantem. Ubi autem Caeremoniale vult ornatum sericum, exprimit; quando vero utitur uno vocabulo pannum sine adiuncto, laneum significare voluisse videtur. Serica sint oportet, et coloris convenientis Officio diei, quae ad ornatum Ambonis, et ad librum cooperiendum adhibenda sunt: non autem quae ad ornatum sedis, seu scamni pro Celebrante: haud enim pro eodem determinatus est color, et cum stragulum Celebranti apponendum tapete vocabulo designetur, non ex alia materia quam lanea textum esse debet. Verum etiamsi quis vellet super interpretatione verborum immorari, ut inde concluderet, vocabulum genericum pannum, sericum non excludere, fateri tamen debet, latum esse discrimen inter ornatum Ambonis, et alterum pro sede Celebrantis, de quo dumtaxat in dubio quaeritur. Composita igitur res erit, si Caeremonialis distinctio adamussim servetur.*

(1) Dubium hoc cum antecedenti coniungi potest, eademque Caeremonialis dispositione utrumque dissolvitur. Ut in illo datur regula circa ornatum sedis, seu scamni Celebrantis, ita in isto Celebranti pulvinum conceditur apponendum in sede, alterumque in scamno, seu genuflexorio, super quo ponetur liber. Quaestio igitur dumtaxat versatur circa pulvini qualitatem, de qua silet Caeremoniale: verum ex S. C. Decretis id facile colligi potest; nam hac super re propositis dubiis, eadem S. C. aperte reprobavit, damnavitque abusum adhibendi pulvinum sub genibus, vel ad pedes Dignitatum, et Canonicorum, ut in una *Panormitana* 22. *Aprilis* 1684., in altera *Burgi S. Sepulchri* 4. *Aprilis* 1699.; quoad vero pulvinum apponendum supra sedem, seu scamnum Celebrantis, negando sericum, corium tantummodo indulsit, uti in *Tudertina* 24. *Martii* 1612. et in *Panormitana* 17. *Septembris* 1670., parum tamen interest, si non corium, sed laneum sit, dummodo non sericum, quemadmodum S. C., huic dubio respondendo, sancivit.

(2) Conferenda hic sunt quae adnotavimus ad §. XXV. *Instructionis Clementinae num. 1. et 2.*

(3) Si ratio prae oculis habeatur, propter quam Rubrica *tit. de Praeparatione Altaris*, praecipit, ut *Cruce collocetur inter candelabra*, facile intelligitur nobiliorem locum ab eadem occupari debere, ac talem esse eius magnitudinem, ut subito in conspectum veniat cum Celebrantis, tum Populi; si vero finis ab Ecclesia intentus consideretur, qui est, ut *ab aspectu Crucis Sacerdoti Celebranti Passio Christi in memoriam revocetur, cuius Passionis viva imago, et realis repraesentatio hoc Sacrificium est*, veluti habet Card. Bona *rer. liturg. lib. 1. cap. 25. num. 8.*, consequitur, vix, ac ne vix quidem huiusmodi finem parvis illis Crucibus obtineri posse, quae, neglecta positiva lege Rubricae; superimponuntur vel Tabernaculo, vel parvis tabulis alicubi, non ita infrequenter, in medio Altarium collocatis. Iam S. R. C. declaraverat in *Rosanen.* 16. *Iunii* 1663., *parvam Crucem sufficientem non esse, sed poni debere aliam Crucem in medio candelabrorum*; nihilominus temporis successu, ut coeperunt multiplicatae minores tabulae in singulis fere Altaribus collocari, ita crevit abusus, ut fel. record. Benedictus XIV. illum deprehenderit in aliquibus Ecclesiis huius nostrae Romanae Urbis, et aliis pariter, quae *Episcopis Suburbicariis subiiciuntur*. Quamobrem nedum huiusmodi abusum reprobavit, verum etiam Encyclicam dedit sub die 16. *Iunii* 1746. ad Archiepiscopos, aliosque Ordinarios Ditionis Ecclesiasticae: *De retinenda Crucifixi Salvatoris Imagine palam, et visibiliter exposita super Altaribus. Illud, inquit, permittere nullatenus possumus,*

pars transeuntibus per viam, dum benedicendus est populus cum SSmo Sacramento? (1)  
10. An, quo modo, quove in Altari fieri debeat

Benedictio Palmarum ante Missam celebrandam Dominica in ramis, pro repositione SSni Sacramenti, expleta Oratione quadraginta Horarum? (2)

quod Missae Sacrificium in his Altaribus celebretur, quae careant Imagine Crucifixi, vel ipsa incommode statuatur ante Presbyterum celebrantem, vel ita tenuis et exigua sit, ut ipsius Sacerdotis, et populi assistentis oculos pene effugiat: id enim alienum est a legibus, et institutis Ecclesiae, et populi assistentis oculos pene effugiat: id enim alienum est a legibus, et institutis Ecclesiae, quae in Rubricis, aliisque ecclesiasticis Sanctionibus continentur . . . . ita ut certissimum sit violari leges Ecclesiae, si exigua solum Imago Crucifixi praefigatur minori tabulae, vel Statuae Sancti, qui superadditur, ut illum Fideles venerentur: et post plura eruditissime disputata, concludit: Si iuxta Rubricas Missalis Crux inter candelabra statuenda est . . . . si iuxta sensum S. R. C. non satis esse iudicatur exiguus Crucifixus Tabernaculo infixus . . . . nemo est, qui non videat praxim, de qua agitur, recenter inductam, proprioque Marte a privatis personis usurpatam . . . . esse omnino improbatam; eoque magis, quia ex exiguo Crucifixo, qui praefigitur tabulae eius Sancti qui Altari superadditur, ea profecto utilitas non consequitur, quam proponit Ecclesia, dum Crucem inter candelabra collocandam decernit: Hanc Encyclicam interesset plurimum, ut Episcopi, alique locorum Ordinarii sedulo perlustrarent, et tempore Sacrae Visitationis ubique ad praescriptum Rubricae Crucis collocationem exigerent, et inobedientes poenis plecterent a iure indictis.

(1) Videri possunt, quae hac super re diximus in *adnotationibus ad Instruct. Clementinam ad §. VIII.*

(2) Quum ex *fel. record. Clementis VIII.* Institutione, perpetua esse debeat Oratio quadraginta Horarum per Urbis Ecclesias certo ordine distributa, et dumtaxat intercipiatur post Missam Feriae V. in Coena Domini ad solemnem usque Missam Sabbathi Sancti; necesse est, ut in una alterave Ecclesia incipiat, vel desinat etiam in Dominica, quae dat initium Maiori Hebdomadae. Hinc orta dubitatio; num, et quomodo Benedictio Palmarum in iisdem Ecclesiis fieri debeat, vel possit. Nemini dubium, quod liceat in Ecclesia assignata pro expositione: in illa namque Oratio non incipit, nisi post Missam, quae celebratur, expleta Palmarum Benedictio: non ita de altera, in qua terminum habere debet Oratio. Ibi adhuc venerationi Fidelium expositum est Sacramentum, neque reponitur, nisi post Missam diei, quae est de Dominica cum Oratione Sacramenti sub unica conclusione. Eritne igitur omittenda Benedictio Palmarum, an potius Missae praemittenda? Si Romae obtineret instructio, quam dedit *S. Carolus Borromaeus* pro Ecclesia Mediolanensi, in qua Oratio quadraginta Horarum habuit initia, minime esset pro omissione haesitandum. Etenim *S. Antistes*, cum tempore Orationis populum vellet unice adorationi Sacramenti intentum, iussit, ne tempore expositionis ullae celebrarentur Missae, aut alia persolverentur Officia; sed quoniam longe diversus est Ecclesiae Romanae Ritus, diversa etiam ratio tenenda est. Ubi fieri debet, vel decet, ut fiat Benedictio Palmarum in die repositionis, componenda ita res est, ut sacra haec actio populum non turbet, nimisque distrahat ab Oratione: quamobrem consulendum, ut caeremoniis ab Ecclesia praescriptis fiat huiusmodi Benedictio in aliquo ex lateralibus Aris, quo magis potest, ab Altare Expositionis distante; expediret etiam, ut fieret sine cantu. Verumtamen vel cum, vel sine cantu fiat, omittenda omnino est Processio. Si fieret, cantus versiculorum, egressus ab Ecclesia, illius forum oclusio, et aperitio, pulsatio ab extra cum Crucis hasta, transitus ante Sacramentum, perturbationem gignerent, et consequenter indirectam darent, etsi involuntariam, causam irreverentiae. Addam praeterea, quomodo, apertis ianuis, cani posset *R. Ingrediente Domino etc.*, dum revera Dominus, nempe Christus adorandus realiter, et solemniter expositus est? Quod si Ecclesia sit nimis angusta, expedit potius, ut benedictio Palmarum omittatur, quia, si fieret, vix posset absque periculo scandali, et irreverentiae. Responsum autem *S. C.* ad praesens dubium dat regulam servandam, si occurrat SSni Sacramenti repositio in die Festo Purificationis *B. M. V.*, et Feria quarta in capite Ieiunii, in quibus ante solemnem Missam fit benedictio candelarum, et cinerum.

11. An permittenda sint, vel potius reprobanda in Urbe genuflexoria cum stratis, et pulvinis in Ecclesiis pro personis cuiuslibet conditionis, praeterquam Regali, vel Cardinalitia dignitate fulgentibus? (1)

12. An Archidiaconus, aut Presbyter assistens debeat sustinere librum, dum Episcopo celebranti assistit, seu potius sufficiat, ut illum tangat? (2)

13. Cum saepe oriantur dubia super authenticitate nonnullorum Decretorum, quae, licet in publicis Tabulis S. R. C. inscripta reperiantur, nihilominus in Collectione eorundem Decretorum typis edita omissa fuerunt: quaeritur, an huiusmodi Decreta pro postulantium voto eidem Collectioni addi possint?

14. An Magistri Caeremoniarum Cathedralium, qui ex dispositione Caeremonialis, necnon Patriarchalium Urbis, qui ex Apostolico Indulto, veste violacea in sacris functionibus utuntur, eadem uti possint extra servitium Episcopi, et respective Capituli?

15. An Collegiis Canonicorum, vel Beneficiorum, quibus ab Apostolica Sede concessum fuit privilegium gestandi Cruces, vel Numismata aurea, licitum sit ea palam deferre in paramentis sacris, vel in administratione Sacramentorum?

Et EE. PP. Sacrae eidem Congregationi Praepositi, exquisita prius sententia duorum ex Magistris Sacr. Apostolicar. Caeremoniarum scriptis consignata, typisque evulgata, ad relationem mei infrascripti S. eiusdem Congregationis Secretarii, respondendum censuerunt ut infra, videlicet.

Ad 1. « Adeundus loci Ordinarius, qui striete tenetur opportunis remediis providere, ut Rubricae, et S. R. C. Decreta rite serventur; siquid dubii occurrat, recurrendum ad eandem S. C. pro declaratione. »

Ad 2. « Negative, praeterquam in casu, quod eadem signa nedum pro horarum indicatione pulsanda sint, verum etiam pro sacris actionibus. »

Ad 3. et 4. « Negative in omnibus. »

Ad 5. « Negative, et adamussim servetur dispositio Caeremonialis Episcoporum lib. II. c. III. num. 4. »

Ad 6. « Servandam esse praefati Caeremonialis dispositionem, sed adhibendum pulvinum vel laneum, vel corium, »

Ad 7. « Negative ad 1. partem; affirmative ad secundam. »

Ad 8. « Reprobandum abusum, et ubi invaluit, Ordinarius loci provideat iuris, et facti remediis; quod si ob aliquam causam accidentaliter removenda sit Crux sita inter candelabra, alia, tempore Sacrificii, apte apponatur inferius, sed visibilis tam Celebranti, quam Populo. »

Ad 9. « Non decere, nisi iudicio Ordinarii, ob peculiare circumstantias locorum, aliter permitti posse videatur, citra periculum irreverentiae. »

Ad 10. « In casu, de quo agitur, si fieri debeat, vel deceat, ut fiat benedictio palmarum, haec facienda erit in alio Sacello laterali, quo magis fert Ecclesiae structura, distante ab Ara Maxima, in qua SSñum Sacramentum exposi-

(1) Inter diversas hominum classes debitus est ordo servandus, et quod uni conceditur, vel permittitur, non omnibus aequè concessum, et permissum censendum est; ideo ratione natalium, conditionis, dignitatis, gradus, munerum, extrinsecis etiam honorificis decorationibus quidam distinguere debent, nedum in civilis societatis officiis, verum etiam in religionis actionibus. Tale est honorificum illud ornamentum genuflexorii, de quo in dubio. Nuda siquidem sint oportet genuflexoria, si qua in Ecclesiis ante Aras collocantur, praecipue in magnis solemnitatibus, vel dum patet venerationi expositum augustissimum Sacramentum, neque stragulis, et pulvinaribus instrui debent, nisi pro S. R. E. Cardinalibus, ac Regalibus personis, ut declaratum fuit, indictis poenis contra inobedientes, in S. Congregatione Caeremoniali die 30. Maii 1701. et etiam expressius die 11. Augusti 1705. et huiusmodi Decretum fel. record. Clemens XI. probavit, confirmavitque, necnon promulgari, atque executioni tradi, et in omnibus Ecclesiarum Urbis Sacrariis affigi mandavit, die 23. eiusdem mensis, et anni.

(2) Tam clara est dispositio Caeremonialis lib. 1. cap. 7. de Presbytero assistente, dum Episcopus Vesperas, et Missas solemniter celebrat, ut nihil sit, quod elucidationem requirat. Tenetur namque Assistens librum supra caput sustinere dum Episcopus antiphonam intonaturus est, vel in Missa, dum cantu dat initium hymno angelico, symbolo etc. Legem Caeremonialis pluries confirmavit S. R. C. praesertim vero Pharen. 31. Maii 1670. Asculana in Apulia 3. Martii 1774. Spoletana 18. Martii 1702. Lunen. Sarzanen. 27. Februarii 1712. Quinimo nec prodesse declaravit quamlibet consuetudinem in contrarium in Alexandria 8. Aprilis 1702.



tum est, servatis omnibus caeremoniis in Missali praescriptis, sed absque Processione. »

Ad 11. « Negative ad primam partem; affirmative ad secundam. »

Ad 12. « Servetur dispositio Caeremonialis lib. I. cap. VII. num. 1., pluribus huius S. C. Decretis confirmata. »

Ad 13. « Affirmative. »

Ad 14. « Negative ad utrumque, et quoad caeremoniarum Magistros Ecclesiarum Patriarchalium Urbis, servandam esse stricte formam privilegii. »

Ad 15. « Negative. »

Atque ita responderunt, et statuerunt die 17. Septembris 1822.

Facta autem de praemissis SSmo D. N. PIO VII. P. M. relatione per me infrascriptum Secretarium, S. S. cuncta benigne approbavit, Decretumque desuper expediri, et publici iuris fieri mandavit; Locorum Ordinariis stricte praecipiens, ut omnimodam illius observantiam urgeant. Die, Mense, Anno, quibus supra.

4591. RAVENNATEN.

Benedictus XIII. rec. mem. Ravennatenses Parochos privilegio insignivit superimponendi

Mozzettam, vel Stolam Superpelliceo, praesente Capitulo; eo autem absente, alterutra, vel utraque coniunctim utendi: huic autem et alterum novissime cumulavit SSmus D. N. Pius VII. dum Cottae loco indulsit Rochettum in Supplicationibus, aliisque publicis functionibus induendum tam in propria, quam in alienis Ecclesiis. Ast Apostolicarum Literarum fines praetergredientes Parochi, eodem nedum in Supplicationibus, et publicis functionibus, verum etiam in Sacramentorum administratione, benedictionibus aliisque functionibus indui posse praesumunt: quod cum indultas facultates excedat, Rubricarum legibus, et S. R. C. Decretis adversetur, Metropolitanae Capitulo moderandum est visum; quocirca, proposito in S. Rit. Congregatione Ordinaria Dubio: An Parochi Ravennatenses Apostolico privilegio suffulti gestandi in Ecclesiasticis functionibus, et publicis Supplicationibus, sive intra, sive extra eorum curae commissas Ecclesias Rochettum loco Cottae sub Mozzetta violacea, et Stola auro intexta, possint uti Rochetto etiam in Sacramentorum administratione, benedictionibus, aliisque functionibus, in quibus ex Rubricae praecepto Sacerdos Cottam assumere debet? (1)

(1) Iure merito quaerebantur Cathedralis Ravennatensis Canonici de Parochis, qui nuper ditati privilegio commutandi sub Mozzetta, et Stola Rochettum loco Superpellicei, quo prius utebantur in Supplicationibus, aliisque Functionibus publicis, sive intra, sive extra eorum curae commissas Ecclesias, arbitrarie ampliantes Indultum illud, perperam extenderunt etiam ad Sacramentorum administrationem. Non enim ipsis invident honorifici Indumenti decus; sed silentio tegere nequeunt abusum privilegii praetextu inductum, famigeratis Ecclesiae legibus repugnantem. Ritualis Romani Rubrica expresse iubet praecipuis verbis, *ut Sacerdos in omni Sacramentorum administratione Superpelliceo sit indutus, et Stola eius coloris, quem Sacramenti ritus exposcit*: latamque legem limitat dumtaxat: *nisi in Sacramento Poenitentiae ministrando occasio, vel consuetudo, vel locus aliter suadeat*: ita etiam plures Provinciales Synodi, praesertim vero S. Carolus Borromaeus, qui agens in Concilio Provinciali I. de iis, quae ad Sacramentorum administrationem generatim pertinent, praecipit ut Sacerdotes *in Sacramentorum administratione semper Superpellicium, et Stolam adhibeant*: et in Instructionibus de Sacramentorum administratione, Parochis praesertim datis: *in omni Sacramentorum administratione, semper Superpellicium decens, et Stolam adhibebit*. Hinc S. R. C. nec Canonicis Cathedralium indulgendum esse duxit administrare Sacramenta cum Cappa, et Mozzetta, seu solo Rochetto, sed ubique semper Superpellicium adhibendum fore sancivit. Ita in una Dubiorum Urbis 12. Iulii 1628., in Siracusana 2. Augusti 1709. Pisaren. 2. Decembris 1750., ac tandem in una Urbis S. Mariae in Cosmedin 19. Iunii 1773. Parochi igitur Ravennates exuere Rochettum, Mozzettam dimittere debent, soloque uti Superpelliceo cum Stola, dum administraturi sunt Sacramenta, veluti S. R. C. proposito Dubio respondit. Indultum quippe ipsis est, ut sub Mozzetta vice Superpellicei deferant Rochettum; haud vero concessum, ut eo utantur in Sacramentis administrandis; aut Rochetto Cottam superimponant. Permissum id est Canonicis dumtaxat, qui habent usum Cappae Magnae; nam haec communitur cum Cotta tempore aestivo, in publicis Supplicationibus etc.: quamobrem iidem in propria Ecclesia, quum ex praescripto Ritualis, et Decretorum nequeant cum Cappa, vel cum solo Rochetto Sacramenta administrare, licite possunt, imo debent Cottam assumere, quin Rochettum dimittant. Vide adnotationem ad dub. 1. additionalis in una Dubiorum 4. Iulii 1817.

Et Sac. ead. Congregatio, exquisita sententia alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto pandita, typisque vulgata, referente Eminentissimo et Reverendissimo D. Card. Iulio Maria de Somalia, loco Eminentissimi, et Reverendissimi D. Card. Galleffi Ponentis absentis, respondendum censuit: « Negative, et in casu, solam Cottam cum Stola esse adhibendam. » Die 17. Septembris 1822.

Factaque de praemissis omnibus per me infrascriptum Secretarium SSmo Domino Nostro Pio VII. Pont. Max. relatione, Sanctitas Sua Sacr. Congr. responsum approbavit, confirmavit, et ita a Parochis Ravennaten. in posterum servari mandavit. Die, mense, anno, quibus supra.

4592. TRIDENTINA.

Usus in Tridentina Civitate invaluit, ut quotiescumque Cathedralis Ecclesiae Chorus ad funera reliquarum Paroeciarum vocaretur, defuncti Parochus cum suo Clero in ipsam Cathedralen conveniret ad levandum Chorum pro agendo funere, quod non tantum a duabus Paroeciis eiusdem Capitulo incorporatis, sed etiam a Parochia S. Mariae Magdalenae ab hoc independente hactenus servatum est. Regularibus suppressis, Paroecia S. Petri a Clericis Regularibus Somaschae

Congregationis in antecessum administrata, Capitulo cessit, ac paulo post ambo Parochi, tum S. Petri, tum S. Mariae Maioris pleno iure cum investitura instituti sunt. Inde ortum dissidium. Parochi siquidem gravari coeperunt de praedicto usu accedendi ad Cathedralen, contententes funeralem processionem ad normam Decretorum Sacr. Rit. congregandam esse in Ecclesia, ad quam deferendum est cadaver; Mansionarii ex adverso, caeterique a Choro deputati, iuri quaesito insistent, affirmantes praecipuum in Ecclesiis Sacrorum Rituum normam esse consuetudinem, quae quandoque vim legis particularis obtinet contra ipsam generalem regulam. Ad huiusmodi dissidium componendum R. D. Carolus Sardagna Vicarius Generalis Capitularis Tridentinus obsequentissimis Literis Esmo Domino Card. Praefecto datis, infrascripta Dubia inter Partes concordata S. R. C. enodanda humillime proposuit.

1. In quam Ecclesia regulariter conveniendum est ad Processionem funeralem? (1)

2. An nova conditio Parochorum S. Mariae Maioris, et S. Petri, eosdem liberet a servando usu, qui antea viguit, accedendi ad Ecclesiam Cathedralen ad levandum Chorum, invitatum ad funera suorum parochianorum? (2)

(1) Etiam si omnes, qui ad funus vocantur, regulariter convenire debeant in Ecclesiam, cui praest Parochus domicilii, vel defunctus afferendus, tumulandusque sit in eadem, vel potius in altera Regularium, aut Sodalitatum etc.: nihilominus haec regula non est tanto cum rigore accipienda, ut ubique semper, et indiscriminatim servanda sit: imo suas habet limitationes, et vim habet diversa locorum consuetudo, si alicubi in more sit positum, collectam fieri in alia Ecclesia, ad quam etiam Parochus domicilii cum suo Clero accedere debet. Quamobrem si aliqua hac super re quaestio excitetur, decidendi ratio non ab fere universali modo, et praxi, verum a peculiari loci consuetudine petenda est. Quae quidem consuetudo non illis adnumeratur, quae a legis praescripto recedunt, quum ab ipsa lege praeservetur. Clara est Ritualis Rubrica tit. *De ordine exequiarum* num. 1.: *Constituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus, et alii, qui funeri interesse debent; et in Parochialem, vel in aliam Ecclesiam iuxta loci consuetudinem ordine conveniant.* Videri possunt Commentaria ad hunc Ritualis locum tam *Barruffaldi*, quam *Catalani*; sed frustra ad Scriptorum auctoritatem confugiendum, dum regula, quam ponit Rituale, nulla indiget interpretatione. Innumera fere sunt Decreta S. R. C., quae regulam confirmant, praesertim vero in Tropien. 20. *Martii* 1631. et 19. *Februarii* 1656. Theatina 2. *Augusti* 1631. Firmana 24. *Iulii* 1638. et 20. *Novembris* 1662. Imolen. 14. *Maii* 1644. Senen. 11. *Februarii* 1645. Aesina 31. *Iulii* 1665. Thelesina 24. *Novembris* 1696.

(2) Quum a regula, quae fere universaliter obtinet, recedendum sit in locis, ubi mos est conveniendi in aliam Ecclesiam, Parochiali posthabita, dum defuncti corpus levandum est, iam patet morem hunc, ubi viget, non esse immutandum. Atqui ea Tridentini constans fuit consuetudo, ut invitato ad funus secundi ordinis Clero Cathedralis, in hanc fieret collecta, vel Parochus domicilii independens esset ac liber, vel potius amovibilis, et a Cathedrali dependens; non est, cur modo huiusmodi consuetudo sit intercipienda sub inani praetextu, quod, nova facta plebium divisione,

3. An, dum ad funus alterius Paroeciae Ecclesiae Cathedralis, seu Chorus sine Capitulo Canonicorum invitatur, hic ad ineundam Processionem funeralem accedere debeat ad Ecclesiam illius Paroeciae, non obstante contraria consuetudine, vel saltem possit in via expectare Clerum eiusdem Paroeciae, aut convenire ad domum defuncti, an possit abstinere a comitando funere? (1)

4. Quid statuendum hac in re, dum Ecclesia Cathedralis una cum Capitulo Canonicorum invitatur ad funus alterius Paroeciae? (2)

5. Denique ubinam conveniendum est ad processionem funeralem, dum Canonicus Ecclesiae Cathedralis in aliena Paroecia domicilium habens moritur, cuius cadaver iuxta morem nostrum pro exequiis celebrandis ad Ecclesiam Cathedralis deferri debet? (3)

Et Sacra eadem Congregatio, re mature diligenterque discussa, exquisita prius sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris

scriptis pandita, praeoque cusa, ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Dom. Card. Iulii Maria de Somalia Episcopi Ostien., et Velitren. Praefecti, et Ponentis, respondendum censuit.

Ad 1. « Regulariter conveniendum ad Parochialem, nisi consuetudo sit conveniendi in aliam Ecclesiam, iuxta praescriptum Ritualis Romani, et huius Sac. Congr. Decreta. »

Ad 2. « In casu, de quo agitur, servandam esse consuetudinem accedendi ad Cathedralis, dum Chorus invitatur ad funus, non obstante nova Parochorum conditione. »

Ad 3. « In casu etc. quoad primam, et tertiam partem, iam provisum in antecedenti; quoad secundam, nullibi, nulloque in casu licere expectare per viam, vel ad domum defuncti, ut pluries haec S. C. sancivit. »

Ad 4. « Semper, et ubique in Cathedralis conveniendum, si eiusdem Capitulum intersit ad funus. »

alteraque ex quatuor Paroeciis, quae scilicet independens erat, suppressa, Parochis nova data sit institutio, qui propterea perpetui evaserunt, et a veteri subiectione liberi. Nova siquidem conditio novum iisdem decus affert, sed non aequae ipsos eximit ab eo onere, quod non a conditione pendet, verum a consuetudine, quae conformis est regulae a Romano Rituali traditae, ac pluribus confirmatae Decretis. Ideo Sac. Congregatio sancivit *in casu de quo agitur, servandam esse consuetudinem.*

(1) Dubium hoc tres partes habet. Scite autem responsum fuit: *ad primam, et tertiam partem iam provisum in antecedenti*: quia semel ac decisum fuit: *in casu etc. servandam esse consuetudinem*: declaratum simul est, Chorum Cathedralis nec teneri accedere ad Ecclesiam Parochialem defuncti, et eum in suo iure permanere expectandi Parochum domicilii in eadem Cathedrali, nequit ab eo comitando abstinere, quia cessat renuentiae ratio. Secunda pars Dubii erat declaranda, quum certum, exploratumque sit, ac centies decisum, quod nunquam, nullo in casu, et nullibi liceat expectare in via, aut convenire ad domum defuncti. Praeter Decreta superius relata, alia etiam habentur, in quibus hoc est magis expressum: ita in Fossanen. 21. Iulii 1645.: *Tam Saeculares, quam Regulares etiam exemptos ad funera mortuorum vocatos in Ecclesiam . . . ad quam funus defertur, convenire debere, et nullo modo permittendum, quod expectent per vias, vel adeant domum defuncti, consuetudine etiam immemorabili non obstante*: et in Nicien. 9. Augusti 1670. *Regulares vocatos ad associandum, nullo modo expectare debere per vias, aut in domo defuncti etc.*

(2) Plura sunt S. R. C. Decreta, quae iubent tam Parochum, quam alios omnes funus comitatos ad Cathedralis accedere debere, si Capitulum invitatum intersit. Aliqua notare iuvat in nostra Collectione legenda, videlicet Nicien. 9. Augusti 1670. Aesina 24. Ianuarii 1671. Sutrina 28. Aprilis 1703.

(3) Quum Tridenti mos sit, quod cadavera Canonicorum, etsi eorum domicilium sit sub aliena Paroecia, deferantur pro exequiis persolvendis ad Cathedralis: huius Parochus ille est, qui funus levare debet; et quum dignior sit, utpote qui Capitulum, in quo residet habitualis cura, repraesentet; decet, ut funebri Processio e Cathedrali egrediatur, proptereaque ad hanc omnes conveniant. Nam si ex consuetudine Parochus domicilii cum suo Clero ad Cathedralis accedere debet, ibique, ut de excipere Chorum, etiamsi defunctus ad aliam Paroeciam pertineat, et alibi sit tumulandus, ut declaratum est supra in secundo; multo magis idem ordo servandus erit, dum Canonicus defunctus offerendus est ad Cathedralis, quae, attenta qualitate personae ibi exponendae, et tumulandae, potius eius Paroecia censenda est, quam altera domicilii.

Ad 5. « Omnes funus associantes in casu etc. accedere debere ad Cathedralē, etiamsi Capitulum non intersit, sed solum eiusdem Parochus una cum altero domicilii. »

Et ita censuit, ac servari mandavit. Die 17. Septembris 1822.

4593.                    **DECRETUM.**

Ex Romanorum Pontificum indulgentia, certa quaedam illustria honoris Insignia Collegiis Canonicorum vel a praeis temporibus adtribui consuevere, quibus et Ordinis maiestas commendaretur magis, et ipsa Sacrorum procuratio splendidiore apparatu ad populorum animos in divinae rei venerationem impensius comparandus effulgeret. Ast cum ea sit rerum humanarum conditio, ut, quae providentissime constituta primum fuere, pravo deinceps usu, atque a concedentium voluntate plane absono, infeliciter pervertantur, id et de canonicalibus privilegiis ut plurimum contingere; graves undique invalescunt quaerelae hominum, et auctoritate, et sapientia praestantium. Nedum enim modus Pontificio Diplomate praestitutus violari conspicitur, sed id crebro honoris, ac privilegii usurpari, nulla habita locorum, actuum, personarumque ratione, quod ex primoribus ex Ecclesiastica Hierarchia datum dignoscitur.

Tanto huic malo convellendo haud semel adlaboravit Sac. Rit. Congregatio, quae ad rectam rerum sacrarum actionem ordinandam est praeposita: atque idcirco, quod praecipuum abusu id genus caput est, privilegium Pontificalium Collegiis Canonicorum insignioribus libenter collatum, statis quibusdam conditionibus moderandum curavit, praesertim in Panormitana die 22. Aprilis 1684., et in Urbinaten. die 29. Ianuarii 1752.

Novis tamen, et deterioribus adhuc percrebescentibus adversus haec instituta consuetudinibus, nonnullisque dubiis nuper delatis super usu Pontificalium in Metropolitana Ecclesia Baren., placuit SSmo Domino Nostro Pio Papae Septimo rem universam eidem S. Congregationi discutiendam demandare, quae, exquisita prius sententia S. Congregationis Caeremonialis Secretarii, itemque Sedis Apostolicae Caeremoniarum Magistri, cunctisque rationum momentis accurate, diligenterque perpensis, edendum censuit Decretum, quo Pontificalium privilegia declarentur, certisque legibus ad Ritualium praescriptionum normam coerceantur. Eius porro Decreti articuli sunt, qui sequuntur.

1. Sacra peragere Ritu Pontificali de iure inhaeret dumtaxat Episcopali Dignitati.

2. Praelati Episcopo inferiores pontificaliter celebrant ex privilegio, sed ornatu moderatori,

statutis tantum diebus, in propriis Ecclesiis ab Episcopali iurisdictione exemptis, et tenentur in reliquis omnibus adamussim servare generalia Decreta Alexandri VII. a Benedicto XIV. confirmata.

3. In Ecclesiis non exemptis vetantur iidem Pontificalia exercere, etiamsi intercedat expressa Ordinarii loci licentia.

4. Dignitates, Canonici, Rectores Ecclesiarum quocumque nomine insignium, prohibentur ritus, et caeremonias pro Episcopis, et Praelatis inferioribus designatas in saeris peragendis adhibere, aut ornatum aliquem pontificalem induere absque speciali Apostolicae Sedis privilegio.

5. Quodcumque privilegium ad augendum Insignium quarumdam Ecclesiarum splendorem ab Apostolica Sede Dignitatibus, Canonicis, Rectoribus, aut alio quocumque nomine nuncupatis concessum, utpote laesivum dignitati Episcopali, de iure strictissime est interpretandum. Quamobrem nil aliud concessum intelligendum est, nisi illud, quod est speciatim expressum, neque ex indulto uno alterove privilegio trahi potest consequentia ad alia, quae singillatim descripta non fuerint.

6. Nec tamen, posito privilegio, omnia omnibus aequae competunt, sed discrimine est opus inter Celebrantem, et Assistentes cum Insigniis pontificalibus.

7. Nam Celebranti quaedam competere possunt Pontificalia Insignia; non item Assistentibus, dum Dignitates, Canonici, Rectores etc. sacra sumere debent Indumenta.

8. Sub generico ornamentorum pontificalium nomine, quae ex privilegio Apostolica Sedes insignioribus Capitulis quandoque concedit, intelliguntur dumtaxat ex pluries decisis a Sacra Congregatione caligae, sandalia, nec auro, nec argento ornata, sericae item chirothecae, Dalmatica, Tunicella, Annulus cum unica gemma, Crux pectoralis sine gemma, Mitra simplex ex tela alba cum sericis laciniis rubei coloris.

9. Hisce omnibus uti poterit solummodo Dignitas, aut Rector solemniter celebrans, nisi forte privilegium non omnia haec, sed aliqua dumtaxat Insignia permittat.

10. Qui vero in Missa solemnī Diaconum, et Subdiaconum agunt, etiamsi sint Dignitates, Canonici etc. nec Mitram, nec ullum aliud Pontificalē indumentum, nec Palmatoriam, si illius privilegio polleant, ad Evangelium, et ad Epistolam adhibere poterunt.

11. Dignitatibus, Canonicis, Rectoribus etc.

Missam cum Insigniis Pontificalibus solemniter celebrare liceat, iis dumtaxat diebus, in quibus celebrant vice Episcopi absentis, vel impediti, vel vita functi, aut in quibus Episcopus assistit, vel assistere debet cum Pluviali, et Mitra; in reliquis diebus, etiamsi solemnibus, celebrant more solito.

12. In Ecclesiis Civitatis, et Dioecesis cum Insigniis Pontificalibus celebrare ipsis non liceat, nisi in maioribus Solemnitatibus, assentiente Episcopo, et assistente Capitulo.

13. Numquam vero iisdem utantur in Missis pro defunctis, licet Episcopus assistat cum Pluviali, et Mitra, sed celebrent more solito.

14. Si Dignitas, vel Canonicus etc. ab Episcopo designetur pro admittenda aliqua puella ad religiosum habitum, vel Novitia, expleto tyrocinio, ad solemnem professionem, Pontificalibus Insigniis uti nequeat, nisi de expressa licentia, qua obtenta, iis tantummodo utatur, quae actioni convenient.

15. Cum pontificalibus Indumentis Celebrans, nec Faldistorio uti potest, sed sedere debet in scamno cooperto tapete, vel panno coloris, qui Officio diei respondeat.

16. Nequit praeterea tam in solemnibus, quam in Missa privata sacras Vestes sumere ex Altari, uti Canone, Palmatoria, Presbytero assistente, salutare populum cum *ŷ. Pax Vobis*, loco *ŷ. Dominus Vobiscum*, aut trinam dare Benedictionem post Missam, vel cum Sacramento; et si quae sunt alia, quae solis competunt de iure Episcopis, et ex privilegio Praelatis inferioribus, dum his Pontificalia peragere, statis diebus, concessum est.

17. Dignitates, Canonici, Rectores etc., quando parati assistunt Episcopo pontificaliter celebranti, Mitram solummodo adhibere possunt, quam pariter deferre poterunt sacris Indumentis, videlicet Pluviali, Casula, vel Dalmatica amicti, in Processionibus SS<sup>m</sup>i Corporis Christi, Benedictionibus Candelarum, Cinerum, Palmarum, etiamsi has functiones peragat Dignitas, vel Canonicus loco et vice Episcopi absentis, impediti, aut vita functi.

18. Assistentes Episcopo tam in Altari quam in Cathedra, quando ministrant, aut cum eo operantur, stare debent, detectis capitibus.

19. Solemniter celebrantes dum Episcopus sacra assumit Indumenta, aut solium ascendit, stent sine Mitra.

20. Non licet eis uti pulvino sub genibus, Episcopo praesertim assistente.

21. Non adhibeatur Acolythus ad tenendam Mitram cum holoserico velo e collo pendente,

nisi pro Dignitate, Canonico, Rectore etc., solemniter celebrante, vel Sacramentum in Processionibus deferente.

22. Dignitates, Canonici, Rectores in Processione SS<sup>m</sup>i Corporis Christi sacris Indumentis amicti Mitram manu deferant, nec eadem caput operiant.

23. Praeterea reliqua omnia, quae non sunt privilegio expressa, ut vetita censi debent.

24. In Missis privatis, quoad Indumenta, Caeremonias, Ministros, Altaris ornatum, a simplicibus Sacerdotibus non differant: sumant proinde sacras Vestes in Secretario, non utantur Cruce pectorali, unico Ministro contenti sint, non sibi velint aquam ministrari cum pelvi, et urceolo, et duo tantum candelae luceant in Altari.

25. Defuncti nequeunt in loculo efferri, nec tumulari cum Mitra.

26. In eorumdem funeribus, seu anniversariis super tumulo erigi solito, non apponatur Mitra.

28. In Insigniis, seu Stemmatibus Familiae Mitra non apponatur, nisi solo in casu, quo expresse concessum sit in Literis Apostolicis.

28. Quod si super praemissis aliquod exoriatur dubium, hoc ad S. Congregationem deferatur, quae pro qualitate dubii providebit.

Si quae vero Capitula amplioribus, ac praeter huiusce Decreti instituta privilegiis se aucta fuisse arbitrentur, peculiaria haec iura in S. Congregationem perpendenda deducant, ut, quod e canonicarum Sanctionum praescripto visum fuerit, opportune decernatur.

De quibus omnibus facta per me infrascriptum S. R. C. Secretarium relatione SS<sup>m</sup>o D<sup>no</sup> Nostro, eadem Sanctitas Sua cuncta in hoc Decreto sancita benigne adprobavit, atque in actis S. R. C. referri, nec non Literas Apostolicas sub plumbo de eodem mandavit. *Hac die 27. Augusti 1822.*

*Sequitur Constitutio SS<sup>m</sup>i D. N. Pii PP. VII.,  
qua confirmantur praefata Decreta.*

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Decet Romanos Pontifices pro impensa ipsorum in Ecclesiae bonum sollicitudine maximopere adniti, ut, quae per eos identidem decernuntur privilegia, praestitutis legibus apprime contineantur, ne vitio illorum, quibus ea delata sunt, rectum inde ordinem perturbari, aliorumque iura laedi contingat: Sapienti proinde consilio Praedecessoribus Nostris visum est, re prius per Congregationem Sacris Ritibus praepositam, discussa,

opportune praefinire, quidnam iuris inducant Mitrae, ac Pontificalium usus, aliaque id genus Insignia, quibus placuit Apostolicae Sedi Abbates, Praelatosque nonnullos Episcopo inferiores, et quaedam Canonicorum Collegia honestare. Ita sane felix recordationis Alexander VII. Praedecessor Noster, habita coram se Sacrorum Rituum Congregatione die XXVII. Septembris An. MDCLIX., Decretum sancivit, quo leges traduntur de usu Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus tributo; itemque felix pariter recordationis Benedictus XIV. Constitutionem, quae incipit: *In Throno Iustitiae*: edidit XIII. Cal. Martii an. MDCCLII. ad Decreta adprobanda, quae eadem Congregatio vulgaverat de privilegio Pontificalium, quo Urbinatense Capitulum haud ita pridem auctum fuerat.

Haec vero, aliaque in eam rem data Decreta ex ipso temporum lapsu, quandoque etiam ex eorundem ignoratione sua interdum executione carere, multaque ab ipsorum praescriptionibus plane absona percrebescere dolendum est, quibus in Rei Sacrae perniciem converti conspiciuntur, quae ab Apostolicae Sedis indulgentia ad cultum, religionemque in Sacrorum tractatione ipso etiam ornatum splendore liberaliter obvenere. Crebrae ideo, et graves quaerelae perlatae ad Nos sunt, ut et Episcopalis Ordinis Maiestati consulamus adversus eos, qui ex communione, quam obtrudunt, privilegiorum cuncta pene, quibus Episcopalis Dignitas splendet, sibi adtributa arbitrantur, et accuratam Sacrorum Rituum observantiam vindicemus, quos talium concessionum praetextu impune perstringi admonemur.

Ne itaque usus huiusmodi inordinatus privilegiorum diuturnitate temporis convalesceret, occurrere tanto huic malo decrevimus, id adhibentes remedii, quod expostulationes illae, quarum aequitatem probe noveramus, efflagitabant: neque remittendam duximus occasionem, quam ex Dubiis nuper propositis de usu Pontificalium in Metropolitana Barensi nacti eramus, ad praestitutas de eo regulas iterum iniungendas. Quare, cum rationem rei universam memoratae Rituum Congregationi perpendendam demandaverimus, Decretum ab eadem prolatum est die 27. Augusti anni proxime praeteriti, quod hic adiungimus, videlicet: *Ex Romanorum Pontificum indulgentia etc. Huius Decreti tenorem omittimus, quia supra habetur.*

Hoc porro Decretum, ac rationum momenta, caeterasque S. Sedis praescriptiones, quibus illud fuleitur, diligenter consideravimus, cumque experientia edoceamur ex minus recto privilegiorum

huiusmodi usu, plura incommoda redundare, ac praesertim haud parum detrahi splendori Episcopalis Dignitatis, quam sartam ubique, ac tectam Nostri est muneris protueri, idem Decretum, ut illius dispositio firmiter subsistat, atque accuratius observetur ab omnibus, Auctoritate Apostolica, tenore praesentium adprobamus, et confirmamus, eique perpetuae, inviolabilisque firmitatis robur, vim, et efficaciam adiciamus, illudque ab iis omnibus, et singulis, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum, firmiter, et inviolabiliter observari, et adimpleri, nec ab illius observantia, et adimplemento ullo unquam tempore recedi debere mandamus.

Praeterea hisce nostris Apostolicis Literis ea iterum ad observationem revocari volumus, ac, quatenus opus sit, denuo adprobamus, et sancimus, quae per Praedecessores Nostros, ac praesertim per felix recordationis Alexandrum VII. in memorato Decreto diei 27. Septembris 1659., illiusque declaratione edita sub die 20. Iulii 1660., necnon per fel. recor. Benedictum XIV. sua Constitutione, quae incipit: *in Throno Iustitiae*: atque alias per Sacrorum Rituum Congregationem praescripta fuerunt de usu Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus, et Canonicis attributo.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis, aliisque locorum Ordinariis per Apostolica scripta mandamus, ut praesentes nostras Literas, atque omnia, et singula in eis statuta faciant Auctoritate Nostra debitae executioni mandari, illasque inviolabiliter observari, contradictores, et inobedientes quoslibet per opportuna iuris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

Praesentes autem Literas semper, et perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, ac nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, aut in ius, vel controversiam vocari, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, et Sedem Apostolicam praedictam sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam motu proprio factis, et faciendis, comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse, suosque plenarios effectus sortiri, et obtinere.



II. In Breviarii Rubricis legitur : « In die » Octava Epiphaniae ad Laudes, per horas, et » ad Vesperas etc. Si Octava Epiphaniae venerit » etc. Quando autem Septuagesima venerit in » prima Dominica post Octavam Epiphaniae, tunc » in primo Sabbato post Octavam non impedito » Festo novem Lectionum, alioquin prima die post » Octavam, fiet Officium de Feria, in qua ponuntur responsoria 1. noct. Dominicae II. post » Epiphaniam, et tres Lectiones leguntur de Homilia eiusdem Dominicae cum eius Antiphona ad » *Benedictus*, et Oratione. Festum vero semiduplex » in ea occurrens transfertur ad 1. diem similiter » non impeditam. » Infra Octavam Epiphaniae alicubi occurrit Festum S. Patroni Principalis cum Octava, post Octavam Epiphaniae vero dies occurrit infra Octavam d. S. Patroni, et quia Sabbatum impeditum est festo IX. Lectionum, ideo, posita Breviarii Rubrica, locus factus est secundo Dubio, quod ex quatuor coalescit quaesitis.

1. « An Officium dictae Dominicae secundae faciendum sit in supradicta die infra Octavam, siue commemoratione Octavae, sed cum precibus, suffragiis, et commemoratione de Cruce; sicut fit quando in aliqua die infra Octavam occurrit Feria IV. Cinerum, et quando infra Octavam Sanctae Scholasticae, et S. Benedicti Abbatis, occurrit

Dominica Quadragesimae, et in Choro recitandum sit Officium B. M. V., et Defunctorum pro prima die mensis non impedita; et in Cathedrali, et Collegiatis dicendae sunt duae Missae, una pro defunctis post Laudes, aut post Primam, altera de dicta Dominica secunda post Sextam sine *Gloria*, sine *Credo*, et cum tribus Orationibus prima de Dominica, secunda *Deus qui salutis etc.* tertia pro Ecclesia, vel pro Papa, nisi occurrat commemoratio simplicis, cum praefatione de Communi, vel de Octava, si habeat proprium colorem viridem? »

2. « Vel faciendum Officium de dicta die infra Octavam cum nona Lectione de Homilia, et Commemoratione Dominicae secundae, absque precibus, suffragiis etc. Missa vero de Dominica cum commemoratione de infra Octavam cum praefatione Communi vel de Octava, si habeat propriam, et in fine *Benedicamus Domino*, color. Alb.? »

3. « Vel faciendum Officium dictae Dominicae secundae, cum Commemoratione Octavae sine precibus, suffragiis etc.? »

4. « Vel si post Octavam Epiphaniae occurrat supradicta dies infra Octavam in una die, et semiduplex in altera die, Officium Dominicae secundae reponendum in die, in qua faciendum est de die infra Octavam, vel in die, in qua occurrit semiduplex? » (1)

ad laudatum Decretum 18. *Octobris* 1818.), nisi Episcopus iuxta facultates locorum Ordinariis tributas in altero Brevi expedito die 15. *Octobris eiusdem anni*, servataque forma ibi praescripta, indulgeat, ut Festum S. *Antonii Patavini*, ubi Patronus principalis est, propriam sedem retineat.

(1) Cum celebriores rerum liturgicarum Scriptores non unam, eandemque sententiam quoad propositum dubium sequantur, imo in longe diversas abeant opiniones, seite S. C. satius duxit ampliari iudicium, et uberius exquirere votum, ut expensis rationum momentis, quibus innituntur diversa Doctorum placita, rem, quae adhuc in incerto versatur, tandem sua auctoritate definiat. Argumenta, quae in utramque partem afferuntur, vel aequale habent pondus, vel vix in minimo differunt. Cum enim dies infra Octavas communes ullo gaudeant privilegio; si illud excipias, quod non admittunt semiduplex translata, ideo videtur, quod, si dies aliqua infra Octavam occurrat in decimam quartam Ianuarii, eo anno in quo anticipanda est *Dominica II. post Epiphaniam*, quia nulla infra hebdomadam dies est non impedita Festo novem lectionum, omittenda sit, ut locus fiat *Officio anticipatae Dominicae*. Nam si dies infra Octavam cedit semiduplexi occurrenti; multo magis cedere debet Officio, quod ex praescripto Rubricae e loco suo amovet semiduplex occurrens. Haec est sententia cl. Gavanti ad *Rubricas Breviarii sect. 6. cap. 8. num. 5.*: *si Octava celebretur in ea hebdomada, tunc fiat prima die de Feria, quia dies infra Octavam cedit semiduplexi, ergo a fortiori etiam huic Officio Dominicae secundae.* Adversus Gavantum surgit Guyetus *lib. 4. cap. 18. nam:* *In ullo, inquit, me repugnatiorem habet Gavantus, quam in haec responsione;* et mordicus tenet, Officium de infra Octavam omitti non debere, ut locus fiat anticipationi Dominicae, tum quia Octava est Festi continuatio, tum etiam quia nequit transferri. Ideo in casu regulam sumendam esse vult a Rubrica, quae modum iubet tenendum in occurso die infra Octavam cum aliqua vigilia; *ut, videlicet, fiat Officium de die infra Octavam cum nona Lectione, et Commemoratione Dominicae: Missa vero non erit de Octava, sed de ipsa Dominica sine Gloria, et Credo, Commemoratione*



III. Die 6. Iunii est Festum S. Norberti Ep. et Conf. Patroni Principalis rit. 1. class. cum Octava; die vero 12. dicti est S. Ioannis a S. Facundo Conf. Patron. Principal. eiusd. ritus. Accidit quandoque, ut die 6. Iunii occurrat Festum Pentecostes, ideoque dicta Festa Patronorum transferenda sunt ad primam diem non impeditam iuxta

Rubricas, sed in dicto mense dies non impediti post Octavam Pentecosten sunt 15. 16. 17. 18., tunc de S. Norberto Octava iam elapsa est, non item de S. Ioanne a Sancto Facundo, ideo quaeritur.

« Utrum reponendum sit primo Festum S. Norberti, vel Festum S. Ioannis a S. Facundo cum re-

*Octavae.* Guyetum sequitur Meratus, et hac in parte a Gavanti opinione recedit. Verumtamen adversus utrumque Gavanti sententiam tuetur Cavalerius *tom. 2. cap. 14. decret. 2. num. 56. et sequen.*, ac pluribus impugnat, refellitque Guyeti argumenta. Rationes per ipsum allatae tanti momenti visae sunt mihi, ut, nisi S. C. ampliasset iudicium, Gavanti sententiae protinus adhaererem. Convenio tamen cum Guyeto in ea parte, in qua carpit Gavantum: *Quia subiicit omittendas preces cum suffragiis ratione Octavae. Quis enim unquam duxit, ut fiat Officium de Feria, ut in Psalterio sine precibus, aut suffragiis, maxime de Cruce, qui est veluti Officii ferialis proprius character, et nota praecipua?* Si hoc demas, in quo forte erravit Gavantus, non video, cur nam acriter impugnanda esset eius opinio, qua sustinet praefendum esse hoc in casu Officium feriale, et anticipationem Dominicae secundae alteri Officio de die infra Octavam. Imo, si bene sentio, Gavanti opinio proximius accedit praescripto Rubricae, quae, impedito Sabbatho ante Dominicam Septuagesimae Festo novem Lectionum, ponit Officium Dominicae II. post Epiphaniam in die XIV. licet impedita Festo S. Hilarii rit. semidup., cuius proinde translationem iubet. Atque hic advertendum praecipua esse verba, quibus utitur Rubrica: *in primo Sabbatho post Octavam non impedito Festo novem Lectionum, alioquin prima die post Octavam FIAT OFFICIUM DE FERIA . . . Festum vero semiduplex in ea occurrens, TRANSFERATUR etc.* Imperativum verbum *FIAT* procul dubio praecipivum est. Si praecipivum, haud licet a praescripto recedere. Praeterea si obtineret Guyeti, et Merati opinio, non anticipatio Dominicae, sed dies infra Octavam, secus ac Rubricae disponunt, ad aliam diem amandaret semiduplex occurrens. Utique integra Octava habetur, et eiusdem Festi continuatio; utique, si impedimentum occurrat, quod non admittat Officium, vel Commemorationem de infra Octavam, nequit translatione suppleri quod omissum est. Quid tamen inde? Nonne idipsum accidit, dum solemniora Festa incidunt in dies infra Octavam? Nonne integra perit Octava, si Festum Octavam habens ultra istam transferri contingat? Nonne omnino cessat, advenientibus solemnioribus Festis, quae omnes Octavas excludunt, et iam inceptas cessare iubent; quod etiam accidit dum leguntur Antiphonae maiores ante Festum Nativitatis Domini, vel dum tempus incipit quadragesimali ieiunio consecratum? Cur igitur solo hoc in casu tam singulari privilegio gaudere debeat dies infra Octavam, ut simul impediatur anticipatio Dominicae, quam Rubrica ponit in die XIV., et ab hac amoveat occurrens Festum semiduplex, quod vigore Rubricae cedere debet dumtaxat anticipationi Dominicae? Nonne habuit Commemorationem infra Octavam Epiphaniae? Nonne habere debeat Officium, vel saltem Commemorationem, si qui dies post decimam quartam ad Octavae terminum supersint? Haec, et alia, quae possent afferri argumenta me quasi impellunt in Gavanti sententiam. Ideo, quousque secus non definiat S. C., mihi videtur omittendum esse Officium, et Commemorationem diei infra Octavam, et faciendum Officium feriale cum precibus, et suffragiis consuetis. Si ita fiat, fiet ad sensum Rubricae, quae, ut ait idem Gavantus, transferendum praecipit Festum semiduplex cadens post Octavam Epiphaniae, impedito Sabbatho Officio novem Lectionum, duplici de causa. *Primo, ut, ordine historico servato, de vita Christi, legatur post eiusdem Baptismum primum miraculum in Cana Galileae factum, antequam quidquam aliud post eisdem Dominicis de eo narretur. Secundo, ut Officium, et Responsoria Dominicarum post Epiphaniam semel dicantur suo proprio tempore, nec omittantur omnino.* Responsoria autem, quae de anticipata Dominica feriali Officio conveniunt, recitari nequirent, si, ut Guyetus contendit, faciendum Officium esset de infra Octavam cum nona Lectione, et Commemoratione Dominicae.

siduo Octavae, quia dies 15. est dies infra Octavam S. Ioannis a S. Facundo, et dies infra Octavam, et dies Octavae reputantur tamquam una dies? » (1)

IV. Rubrica Breviarii die 8. Novembris Octava omnium Sanctorum, sic se habet: « Vesperae a » Capitulo de sequenti, scilicet de Dedicatione » Basilicae SSm̄i Salvatoris, dup. min. cum com- » memorat. praecedentis, hoc est omnium San- » ctorum: » die autem 18. eiusdem, ait. « Festum » Dedicationis Basilicarum SS. Apostolor. Petri et

» Pauli dup. min. Vesperae a Capitulo de sequenti, » id est de S. Elisabeth Vid. dup. min., cum » Commemorat. praecedentis Festi Dedicationis. » Ex quo quaeritur. « Utrum in dictis casibus, et similibus, faciendum sit a Capitulo, ut disponit Rubrica supracitata, an Vesperae debeant esse integrae de Dedicatione Basilicarum cum commemoratione praecedentis, vel sequentis eiusdem, ob ritus praestantiam, et dignitatem Basilicarum? » (2)

(1) Si standum esset literaliter Rubricae generali, huic Dubio respondendum fuisset *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*, videlicet prius translatum reponendum esse in primam diem non impeditam: sed quoniam, dum Rubricae dispositae fuerunt, nec translationes tam frequentes erant, neque tot Festa decorabantur Octava, data equidem fuit regula generalis, sed non omnes casus contemplati fuerunt, qui contingere imposterum poterant ex adiectione Festorum, et Octavarum. Ideo S. C. tuendis Ritibus praeposita, quae Rubricarum interpret est iuxta diversas contingencias id declarat, quod forte non videtur sufficienter expressum, et iis, quae non fuerunt praevisa, opportune consulit. Talis est casus, qui in dubio proponitur, et decisus fuit in una *Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Provinciae Lusitaniae sub die 18. Martii 1804.* Primum enim ampliatum fuit iudicium; mox vero, re maturius discussa, definitum fuit, quod in concursu duorum Festorum, quae gaudeant Octava, et transferenda sunt, illud in repositione praevaleat, quod, licet posterius sit, diem tamen liberam habet infra suam Octavam. Non est enim privandum eo, quo gaudet privilegio habendi Officium, seu Commemorationem in diebus, qui de Octava supersunt; quo sane privilegio frui nequeunt Festa anteriora, quorum Octava suum iam terminum habuit. Quoniam igitur casus, de quo in dubio, idem est, ideo ob identitatem rationis eidem non alia conveniebat responsio.

(2) Nemini dubium, quod in casibus expositis, et similibus, fieri debeat in primis, et secundis Vesperis, a Capitulo. Siquidem de qualitate Festi Dedicationis Ecclesiae omnino silent Rubricae, ideo nec quaestio fieri debet de maiori, vel minori dignitate. Quidquid enim sit de aliqua antilogia quae occurrit in via variis S. R. C. Decretis, quorum quaedam eo innitebantur principio, quod Dedicationis sit Festum Domini; ultimis tamen decisionibus inhaerendum est. Etenim maturiori examini quaestione subiecta, cum praefatum Festum (dato etiam quod sit Festum Domini) non primariis, sed secundariis adnumerandum veniat, satius visum est servare ordinem Tabellae duplicium primae classis, quae praefatum Dedicationis Festum praefert dumtaxat Patrono, et Titulo Ecclesiae (quod ita est intelligendum, dummodo Patronus, vel Titulus Ecclesiae non sint maioris dignitatis) vide ultima decreta in una *Ordinis Clericorum Minorum Villae Matriten. Toletanae Dioecesis ad dub. 3. et 4. sub die 13. Martii 1804., et in Brixien. ad dub. 9. et 10. sub die 20. Septembr. 1806.* Praeterea notandum est, quod casus in dubio expositus non est de concurrentia Dedicationis, ubi obtinet ritum duplicem primae classis, cum alio Festo aequalis ritus; verum de duplici minori: quamobrem subintrat regula tradita in Tabella de concurrentia sub numero 5., quae iubet Vesperas esse dimidiandas. Quamquam nonne ita praesertim est in speciali Rubrica Breviarii sub die 9. Novembris, et 18. eiusdem mensis? Nonne ita sancitum legitur ab hac Sacra Congregatione in *Romana 12. Iulii 1664., et in Maceraten. 22. Ianuarii 1678.* In primo namque respondit: *Servari Rubricas generales in concurrentia duplicium minorum:* et in altero ad quaesitum: *An in secundis Vesperis Dedicationis Basilicae S. Petri debeat a Capitulo fieri de Officio duplici S. Elisabethae viduae? iussit: Servari Rubricam Breviarii Romani, quae disponit, a Capitulo de S. Elisabetha:* Quae igitur dubitandi ratio? Praestantia Basilicarum Lateranensis, Vaticanae, et Ostiensis efficit, ut de harum Dedicatione fiat speciale Officium sub rit. dup. min. in Orbe Catholico universo, sed non immutat praescriptum Rubricae.

V. Cum Rubricarum dispositio, et Tabella concurrentiae semper, et ubique servanda omnino sit; Quaeritur.

« An, concurrente die Octava Dedicacionis Ecclesiae, Sanctorum Angelorum, S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph, et SS. Apostolorum cum alio duplici min. eiusd. ritus, sed inferioris dignitatis, Vesperae sint dimidiandae, vel integrae persolvendae de die Octava Dedicacionis Ecclesiae, de Sanctis Angelis, de S. Ioanne Baptista, de S. Ioseph, et SS. Apostolis? (1) »

VI. Eadem similiter ex causa sciscitatur.

« An Festis secundariis Sanctorum Angelorum, S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph, et SS. Apostolorum, concurrentibus cum Sanctis eiusdem ritus, sed inferioris dignitatis, Vesperae sint dimidiandae, vel integrae persolvendae de Sanctis Angelis, de S. Ioanne Baptista, de S. Ioseph, et de Sanctis Apostolis? »

VII. Rubrica Breviarii die 28. Augusti « S. Augustini Epise. Conf. Doctor. dupl. min. Vesperae » a Capitulo de sequen., seu de decollatione S. Ioannis Baptistae dupl. min. cum commemoratione praecedentis. Die 29. Augusti decollatio S. Ioannis Baptistae dupl. min. Vesperae a Capitulo de sequen., seu de S. Rosa Limana » dupl. min. cum commemoratione praecedentis, » seu decollationis S. Ioannis Baptistae. » Porro Festum decollationis fuit elevatum ad ritum dupl. mai.; quibus positis, oritur dubium.

« Ubi Festum S. Augustini est dup. mai., et Festum S. Rosae Limanae est dupl. mai.; Utrum Vesperae sint persolvendae a Capitulo iuxta Rubricas Breviarii, vel integrae de decollatione S. Ioannis Baptistae? »

VIII. Cum Congregatio Sac. Rit. fuerit requisita, quid faciendum, occurrente Festo Dedicacionis Ecclesiae cum altero S. Silvestri, iam respondit sub die 23. Ianuarii 1745. Rursus rogata: An de Sanctis, qui in fine anni supersunt rit. dupl., vel semidupl. facienda sit Commemoratio etc., die 18. Decembris 1779. respondit. Cumque

(1) Cum in hoc dubio quaeratur de die Octava concurrente in Vesperis cum Officio dup. min. eadem Tabella *sub eodem num.* 5. dat regulam servandam, et Vesperas dimidiandas iubet. Ab eadem recedendum non est, nisi in diebus octavis Festorum, quae recensentur in adnotationibus ad eandem concurrentiae Tabellam. Excipiuntur etiam Octavae Festorum B. M. V. ut S. C. declaravit eadem die 1. Martii 1681. in *una Ordinis Canonorum Regularium Lateranensium*. Etsi vero Vesperas Angelorum, quae celebrantur sub rit. dup. min., in concursu cum Festo aequalis ritus non esse dimidiandas pluries S. R. C. responderit, id tamen non aequae obtinet in die Octava, quia, ut esse supra notatum est, coartatur privilegium ad Octavas in Rubrica enumeratas, et ad illas Festorum B. M. V.

non pauci existiment de SS. semiduplicib. non esse faciendam, quia sic disponunt Rubricae; sequens proponitur dubium, variis partibus efformatum.

1. « An de dictis Sanctis rit. dup. min., vel mai., qui in fine anni supersunt, et occurrunt in Festis 1. vel 2. class., exceptis tantum ultimo triduo maioris hebdomadae, Festis Paschae, et Pentecostes, cum duobus sequentibus diebus, facienda sit commemoratio in 1. et 2. Vesp., et in Laudibus, et legenda sit IX. Lectio ad Matutinum, ex omnibus Lectionibus propriis ad modum unius, exceptis illis trium Lectionum, Festo, et Octava Corporis Christi, et quoties legenda occurrat IX. Lectio de Homilia super Evangelium? »

2. « An de dictis Sanctis rit. dup. min., vel mai. occurrentibus in Festis 1. vel 2. classis, facienda sit commemoratio in Missis privatis et tantum, vel neque in Missis privatis, neque in solemnibus? »

3. « An de dictis Sanctis rit. dup. min., et mai. facienda sit commemoratio in 2. Vesp. Feriae 3. Paschae, et Pentecostes in casu, quod de ipsis facienda sit commemoratio in die sequenti? »

4. « An de Sanctis rit. dup. min. et mai. facienda sit commemoratio in 1. et 2. Vesp. et in Laudib., si occurrant in Festis Ascensionis, et Corporis Christi? »

5. « An de dictis Sanctis rit. dup. min. et mai. occurrentibus in Festis Ascensionis, et Corporis Christi facienda sit Commemoratio in Missis privatis, et solemnibus, vel tantum in Missis privatis, vel neque in Missis privatis, neque in solemnibus? »

6. « An de Sanctis rit. semidupl., qui in fine anni supersunt, et occurrunt in Festis 1., vel 2. class., exceptis tantum ultimo Triduo maioris hebdomadae, Festis Paschae, et Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, facienda sit Commemoratio in 1. et 2. Vesp., et in Laudibus, et legenda IX. Lectio ad Matutinum composita ex omnibus Lectionibus propr. ad modum unius,

exceptis illis trium Lectionum, Festo, et Octav. Corporis Christi, et quoties occurrat IX. Lectio de Homilia super Evangelium? »

7. « An de dictis Sanctis rit. semidupl. occurrentibus in dictis festis 1. et 2. clas. facienda sit Commemoratio in Missis privatis, et solemnibus, vel tantum in privatis, vel neque in privatis, neque in solemnibus? »

8. « An de dictis Sanctis rit. semidupl. facienda sit Commemoratio in secundis Vesperis feriae III. Paschae, et Pentecostes, in casu, quo de ipsis facienda sit in die sequenti? »

9. « An de dictis SS. rit. semidupl. facienda sit commemoratio in 1. et 2. Vesp., et Laudibus, si occurrant in Festis Ascensionis, et Corporis Christi? »

10. « An de dictis Sanctis rit. semidupl. occurrentibus in Festis Ascensionis, et Corporis Christi,

facienda sit Commemoratio in Missis privatis, et solemnibus, vel tantum in privatis, vel neque in Missis privatis, neque solemnibus? (1) »

IX. Quaestio saepe exorta est, utrum in Missa de requiem, cum paramentis nigris celebrata, post communionem Celebrantis administrari possit Fidelibus adstantibus Eucharistia cum particulis praecsecratis; asserentibus nonnullis posse 1. quia in operibus Ferdinandi Tetami Decretum S. C. diei 2. Septembris 1741., tamquam apocryphum habendum esse dicitur; 2. quia affirmativum fuit responsum Iosephi Dini Apostolicar. Caeremoniar. Magistri sententiae innixi Benedicti XIV. in Opere de Sacrificio Missae: ut autem omnis hac de re tollatur scrupulus, quaesitum fuit.

« An pro certa tenenda sit Sententia affirmativa Benedicti XIV. et Tetami, vel supradictum Decretum sub die 2. Septembris 1741.? (2) »

(1) Haud opus erat, ut S. C. singulis responderet quaesitis in hoc dubio propositis; nam in Decretis, quae dari iussit, quaeque habentur in nostra Collectione similes petitiones leguntur, et singulis opportunae dantur resolutiones.

(2) Nemini dubium, quod Decretum diei 2. Septembris 1741. genuinum, et authenticum sit. Inter alia quaesita, quae comprehenduntur in dubio 4., postremum est: *Possunt in Missa de Requiem consecrari hostiae infra eam distribuendae?* et Sacra Congregatio non directe huic quaesito respondit, sed potius regulam dare voluisse videtur servandam quoad Communionem Fidelibus praebendam. *In Missis itidem defunctorum, seu, ut verbis utar Decreti, in paramentis nigris non ministratur Eucharistia per modum Sacramenti, extrahendo Pyxidem a custodia, potest tamen ministrari per modum Sacrificii, prout est, quando Fidelibus praebetur Communio cum particulis infra eandem Missam consecratis.* Atque hoc pacto indirecte propositam quaestionem solvit, directe vero legem servandam indixit. Hic autem quaeri posset: quodnam Decretum illud sit, de quo in praefato responso, videlicet: *seu, ut utar verbis Decreti, in paramentis nigris?* Fateor me huiusmodi decretum minime reperiisse in Sacrae Congregationis Regestis. Forte qui iussus fuit suum pandere votum, digitum intendit in suppositum Decretum, quod dicitur datum anno 1705. et legitur in Calendario Ecclesiae S. Mariae de Pace Canonicorum Regularium Lateranensium pro anno 1736., videlicet: *Sacerdos in Missa de Requiem non potest populo ministrare Eucharistiam cum particulis existentibus in Pyxide; potest tamen ministrare particulas a se consecratis in eadem Missa. S. R. C. die 2. Augusti 1805.; in hoc tamen non leguntur verba in paramentis nigris.* Verumtamen quid iuvat in hoc immorari, et persequi Decretum, cuius ne vola quidem, aut vestigium in S. R. C. codicibus? Quatenus autem praefatum Decretum authenticitatis nota non caruisset, Sapientissimus Cardinalis Ferrarius, instando in ordinario conventu anni 1711., ne copia fieret alterius Decreti anni 1701. Communionem in Missis de Requiem omnino vetantis (vide Benedictum XIV. de Sacrificio Missae lib. cap. 18. num. 10. 11. 12.) illud produxisset, quo nihil aptius ad suam sustinendam sententiam; et forte etiam allatae distinctionis modum comprobasset. Nobis satis est, quod genuinum, et authenticum sit Decretum anni 1741., quin simus solliciti de aliquibus verbis praeter necessitatem adhibitis, et insertis, veluti illa sunt, *seu, ut verbis utar decreti, in paramentis nigris*, quae S. C. decisionem minime afficiunt. Tota stat ratio in discrimine, quod ponitur inter Communionem administratam per modum Sacrificii, aut per modum Sacramenti; congruit namque, ut petentibus Sacra Eucharistia praebetur ex particulis in eadem Missa consecratis, tum quia ita intelligenda videtur adhortatio Tridentinae Synodi Sess. 22. cap. 5. de Sacrificio Missae: tum etiam quia Oratio

X. Coequentibus Sacerdotibus Apostolica Sedes consuevit concedere Indultum celebrandi Missam votivam B. M. V., et *de Requiem*; dubium oritur.

« An dictus Sacerdos in semiduplicibus, et Feriis simplicibus teneatur sub gravi celebrare Missam *de Requiem*, vel possit ad arbitrium semper celebrare Missam B. M. V.? »

XI. Tempore, quo ad S. Sedem non patebat accessus, Sacerdos coeus ab Episcopo hanc facultatem a Summo Pontifice habente, indultum habuit celebrandi Missam votivam B. M. V.; sed in Decreto omisa fuit obligatio assistentiae alterius Sacerdotis in peractione Sacri. Hinc nacta occasio dubitandi.

1. « An dictus Sacerdos teneatur sub gravi recurrere ad S. C. Concilii, et interim se abstinere a celebratione Missae? »

2. « Et an teneatur sub gravi uti assistentia

alterius Sacerdotis, quamvis in Decreto apposita non fuerit dicta obligatio? »

3. « An dictus Sacerdos possit semper celebrare Missam votivam B. M. V. a Pentecoste ad Adventum, vel assignatam secundum tempus? »

XII. In Decreto concessionis Officiorum SS<sup>mi</sup> Redemptoris recitan. Dominica 3. Iulii; Maternitatis, ac Puritatis B. M. V. pro Dominicis 2. et 3. Octobris, legitur: « Quoties aliqua ex supracitatis » Dominicis fuerit impedita Officio potioris iuris, » et aequalis ritus, Officium eidem affixum trans- » ferri licite valeat in proximiorum diem non im- » peditam, servata Rubricarum dispositione de » translatione Festorum. » Ideoque.

« Si aliqua ex enunciatis Dominicis fuerit impedita Officio aequalis ritus, sed inferioris dignitatis; an transferendum, vel faciendum est Officium supraenunciatum concessionis? »

XIII. Legitur in Rubrica generali Missalis de

*Supplices te rogamus* legenda in Canone, peracta consecratione, expresse loquitur de participatione eiusdem Sacrificii: *Ut quotquot ex hac Altaris participatione Sacrosanctum Filii tui Corpus, et Sanguinem sumpserimus.* Quis forte contra consurget, et reponet, nihili fieri oportere argumentum ex Canonis Oratione desumptum; quia, si valeret, nec congrueret Eucharistiam ministrare cum praeconsecratis particulis, etiam in Missis ferialibus, et de Sanctis. Non ego repugno, neque contendo S. C. illud posuisse discrimen, quia prorsus illicitum putasset praeconsecratas particulas Fidelibus ministrare in Missis vel de Sanctis, vel ferialibus: contendo tamen per illam distinctionem significare voluisse, decens non esse, ut cum paramentis nigris aperiretur Tabernaculum ad extrahendam Pyxidem pro Communione Fidelium. Quidquid vero sit, et quocumque motivo S. C. mota fuerit ad illud ponendum discrimen inter modum, et modum, probans unum, reiiciens alterum; satis nobis est, quod dubitari nequeat de authenticitate Decreti. Quamobrem istud, usque dum alio posteriori revocatum, aut declaratum non fuerit, dat regulam servandam. Nihilominus quaestioni propositae S. C. non respondit, sed satius duxit ampliare iudicium, remque maturiori examini subicere; tum quia non infimae, imo summae auctoritatis Scriptores, (quos inter principem locum tenet Benedictus XIV., quem certe latere nequibat Decretum *anni 1741.*, cum eius opus de Sacrificio Missae latine redditum recusum Romae fuerit multo post, scilicet anno 1748.) contrariam sententiam et tuentur, et pluribus rationibus sustinent; tum etiam quia non una, eademque est apud omnes Ecclesias, et Sacerdotes consuetudo. Expectandum est igitur novum S. C. Decretum, quo vel illud *anni 1741.* confirmet, et ab omnibus servari iubeat; vel potius, ne divisiones fiant, et exoriantur scandala, indulgeat, ut quae in Ecclesiis invaluit consuetudo, et praxis, quae huc usque obtinuit, servari possit, et valeat. Interim, donec novum non prodeat Decretum, quo componantur quaestiones, et dissensionibus opportunum afferatur remedium, congruit, ut, ubi fieri potest sine admiratione Fidelium, praefati Decreti *anni 1741.* servetur dispositio. Porro novum non est, ut S. C. prudenti aliqua discretionem utatur in iis, quae in sacris ritibus quamdam possunt aut moderacionem, aut indulgentiam admittere, ad effectum evitandi admirationem, offensionem, et scandala. Ita, ut exemplo utar, licet rogata in una Senarum: *An super Altare, in quo Sanctissimum Sacramentum expositum est, Crux de more collocari debeat?* sub die 14. Maii 1707. respondisset: *Numquam omittendam Crucis cum Imagine Crucifixi apposita collocationem:* nihilominus reformandam non esse, ubi inolevit, contrariam consuetudinem, et quamlibet Ecclesiam in sua praxi relinquentem esse, *in eadem Aquen. die 12. Septembr. 1741.* declaravit.

ritu servando in celebratione Missae §. V. de *Oratione num. 2.* « cum nominatur . . . caput inclinatur, et similiter ubicumque nominatur nomen » B. M., vel Sanctorum, de quibus dicitur Missa, » vel fit Commemoratio etc.; Quando infra Octavam Sanctorum, qui nominantur in Canone, » occurrat Festum 1. vel 2. class., de dietis Sanctis » non fit commemoratio, » Posita Rubrica, requiritur.

« An inclinandum sit caput, quando nominantur in Canone Sancti, qui nominantur in Canone, si sint rit. semidupl. et Missa dicitur de

*Requiem*, num inclinandum sit caput, quando in Canone nominantur dicti Sancti? » (1)

XIV. In Canone Missae infra actionem nominatur S. Ioannes Apostolus, et Evangelista; in Oratione *Nobis quoque peccatoribus*, dicitur *cum Ioanne*, nascitur exinde dubium.

« Si Missa dicitur, vel fit commemoratio dicti Sancti, qui nominatur in Canone; quando nam caput est inclinandum? quando nominatur, aut commemoratio fit de S. Ioanne Baptista, vel quando Missa dicitur, vel commemoratio fit de S. Ioanne Apostolo, et Evangelista? » (2)

(1) Missa defunctorum, sive ut dicitur de *Requiem*, nihil habet commune cum Officio diei; ideo si celebretur dum licet infra Octavam alicuius Sancti, qui in Canone habet locum, non est a Sacerdote caput inclinandum, dum eiusdem nomen in Canone occurrit.

(2) Iure merito de hoc dubio rogati EE. PP. Sacris Ritibus tuendis praepositi satius duxerunt ampliare iudicium, ut de re difficillimae solutionis deliberarent. Nam expedite definiiri haud posse videtur, quinam ille sit *Ioannes*, qui nominatur in Canone post *Nobis quoque peccatoribus*. Scriptores in diversas abeunt sententias; alii putant esse *Ioannem Baptistam*, alii *Evangelistam* volunt, nec desunt, qui arbitrantur *S. Marcum* intelligi, qui et *Ioannes* est appellatus. Si meum, qualiscumque sit, liceat expromere sensum, crederem illis potius numero, et auctoritate potioribus adhaerendum, qui non alium intelligendum esse existimant, praeter *Ioannem Baptistam*. Pro hac sententia longe plures validae congruentiae concurrunt, et argumenta cum positiva, tum negativa: imo haec forte potiora sunt, utpote quae plane suadent, intelligi haud posse vel *Ioannem Evangelistam*, vel *Ioannem Marcum*. Non primum, quia iam locum habuit cum Apostolis; et Benedictus XIV. de *Missae Sacrificio*, lib. 2. cap. 18. num. 5. rejicit sententiam illorum, qui, ob mysticas rationes, eum bis in Canone nominari opinantur, scilicet in *prima Oratione propter Apostolatus dignitatem*, in *altera propter Virginitatis privilegium*. Non alterum, quia communis est Scriptorum sententia, quod in Canone ratio dumtaxat Martyrum habeatur; et nomina *Marci*, et *Lucae Evangelistarum* ideo deesse, quia non constat sanguinem fudisse pro Christo. Quare, inquit Cardinalis Bona rer. liturgic. lib. 2. cap. 12. num. 3., *Nonnulli haud temere existimarunt Lucam, et Marcum Evangelistas non esse in Canone, quia dubium est, an fuerint Martyres*: et etiam clarius Robertus Sala in not. ad hunc loc. Quare cum tantum pro Christo dictos Sanctos Evangelistas multa perpessos constet, uti ex veterum monumentis tradit Martyrologium Romanum, eosdemque, an in ipso occubuerint Martyrio, incertum sit; ac proinde etiam dubium, an dici possit reapse de eorum singulo: hic est vere Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit etc. Ea propter sapientissime Ecclesia eos Sanctis Martyribus pro Christo passis accenset quidem, at in Canone iis, qui sanguinem suum fuderunt pro Domino, et ipso occubuerunt Martyrio, sociare, et exprimere non censuit. Cum itaque nec Evangelista intelligendus sit, nec Ioannes Marcus: alius certe Ioannes, qui in hac parte Canonis nominatur, esse nequit praeter Baptistam, qui revera Martyr fuit, et ante Christi mortem passus est.

Hinc idem Cardinalis Bona ibidem §. 5. et eiusdem commentator Robertus Sala, non alium memorari arbitrantur praeter *Ioannem Baptistam*, iuxta probabiliorem *Walafri Strabonis sententiam*, quam fere omnes nostri temporis Scriptores liturgici amplectuntur. Idem tenent Gavantus ad *Rubricas Missalis part. 2. num. 9.*, et, ut de aliis sileam, Benedictus XIV. de *Missae Sacrificio lib. 2. cap. 18. num. 5.*, ubi, explosa contraria sententia, illis adhaeret, qui tenent nominari *Baptistam*, quod observat Menardus in notis ad lib. Sacramentor. S. Gregorii pag. 21. Hic videtur intelligendus S. Ioannes Baptista, cuius etiam mentio fit in Liturgiis Basilii, et Chrysostomi post Consecrationem. Verumtamen, etsi cetera argumenta deessent, solus ordo, quem tenent Martyres

XV. Diversum paramentorum colorem Rubricae praescribunt, dum Officium fit de Dominica infra Octavam Sanctorum: Quaesitum ea propter fuit.

« In Dominicis infra Octavam SS. Apostolorum Petri, et Pauli, et Dedicacionis Ecclesiae, color paramentorum debet esse rubeus, vel albus? »

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, exquisita prius sententia alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto pandita, et praelocuta, ad relationem Em̃i et R̃mi D. Card. Cacciapatti Ponentis, censuit rescribendum.

Ad 1. « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam. »

Ad 2. « Dilata, et ad eundem caeremoniarum Magistrum, qui expensis diversis opinionibus Auctorum, suum proferat sensum; et proponatur ex officio. »

Ad 3. « Festum gaudens Octava si transferri contingat, et dies non impedita occurrat, priusquam Octava finem habeat, in repositione praefendum aliis Festis, etiam maioris ritus, vel dignitatis prius translatis; quae tamen non gaudent Octava, vel post eam transferuntur; et detur Decretum in una Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Provinciae Lusitaniae 13. Martii 1804. »

Ad 4. « Ubi Dedicatio Basilicarum Lateranensis, Vaticanae, et S. Pauli in Via Ostiensi fit sub rit. dup. min., in concursu cum Festis eiusdem ritus, prout in casu etc. Vesperas esse dimidiandas. »

Ad 5. « Vesperas esse dimidiandas. »

Ad 6. « Si Festa sint rit. dup. mai., servetur Tabella concurrentiae ad num. 6., si sint rit. dup. min., servetur eadem Tabella num. 5. »

Ad 7. « Vesperas integras de Decollatione S. Ioannis Baptistae, cum commemoratione antecedentis, et sequentis eiusdem ritus. »

Ad 8. « Ad primum huius Dubii quaesitum dentur Decreta in una Urbis Ordinis Minorum Observantiae S. Francisci die 28. Martii 1775., et 15. Iunii 1776., et in altera Ordinis Minorum de Observantia Provinciae Conceptionis in Regno Portugalliae 18. Decemb. 1779., et sic de aliis. »

Ad 9. « Dilata, et videatur particulariter ex officio. »

Ad 10. « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam. »

Ad 11. « Ad primum Dubii quaesitum: quantum Indultum obtinuerit ab Episcopo Apostolica facultate munito, Negative. Ad secundum, teneri in posterum sub gravi uti assistentia alterius Sacerdotis, quamvis in Decreto apposita non fuerit haec obligatio: quoad praeteritum consulat conscientiae suae. Ad tertium Affirmative. »

Ad 12. « Attenta conditione apposita in concessione, transferenda esse praefata Officia, quantum in assignatis Dominicis occurrant alia potioris iuris, vel aequalis ritus, servata in translatione Rubricarum dispositione. »

in hac Oratione, plane evincit *Baptistam* esse illum, qui primum habet locum, utpote qui ante alios Martyrio coronatus fuit, et id tam certum est, quam quod maxime. Querit Robertus Sala *loc. supra cit.*, cur Stephanus ante Mathiam nominetur, et rationem ponit: *Quia ante ipsum post Passionem Domini ille primus omnium Martyrum triumphavit. Ecclesia quippe in hac Oratione non ad dignitatem, sed ad Martyrii ordinem spectat.* Et Benedictus XIV. *loc. cit.* inquit: *Idcirco non ad dignitatem, sed ad Martyrii ordinem spectat.* Et Benedictus XIV. *loc. cit.* inquit: *Idcirco non ad dignitatem, sed ad Martyrii ordinem spectat.* *Ioannes quidem Baptista Stephano fuit Martyrii palma prior, quemadmodum Mathiam Stephanus praecessit.* Atque in ratio altera, quae excludit *Ioannem Evangelistam, et Ioannem Marcum*: nam primus, quamvis post *Stephani* mortem in ferventis olei dolium sub Domitiano missus fuerit, unde illaesus exivit, in bona tamen senectute Ephesi quievit in pace. Alter vero post *Stephanum*, qui primus a Christi morte Martyribus adnumeratur, et Protomartyris appellatione distinguitur, defunctus est; idcirco etiam dato, quod Martyr occubisset, haud praestare potuisset in Canone *Stephanum* ob allatam superius rationem, quod ibi servatur ordo Martyrii, non dignitatis. Si ita est, quaero ergo, quinam *Ioannes* coronatus Martyrio fuit ante *Stephanum*, si non est *Baptista*? Aliam addunt mysticam convenientiae rationem *Cavalerius tom. 5. cap. 21. num. 3.*, et *Tetamus ad diem 24. Iunii sect. 3. num. 91.*, et merito *Ioanni Baptistae* locum post consecrationem designari volunt, quando nimirum iam praesens est *Agnus Dei*, cuius fuit ipse Praecursor: et demonstratur, volens *Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi: Ioan. cap. 1. vers. 29.* Omnia igitur argumenta tam negativa, quam positiva, et mystica in idem confluent, et veriore esse illorum sententiam evincunt, qui putant *Baptistam* esse *Ioannem*, qui ea in Canonis Oratione primum nominatur. Quod, etsi mihi perspectum sit, a S. tamen Congregatione decisionem expecto.

Ad 13. « In Missis *de Requiem*, Negative. »

Ad 14. « Dilata, et videatur particulariter ex officio. »

Ad 15. « Servandam Rubricam, et colorem paramentorum in casu debere esse rubeum, vel album, prout exigit diversitas Octavarum. »

Atque ita Sacrorum eadem Rituum Congregatio respondit, decrevit, statuit, et in posterum tam in Cathedrali praedicta, quam alibi in similibus casibus servari mandavit. Die 12. Aprilis 1823.

4595.

#### MELPHITEN.

Chori servitium quoad Ecclesiasticas functiones in Cathedrali Melphiten. triginta sex Participantes in officio, sive Mansionarii, sive Portionarii, seu Hebdomadarii hactenus expleverunt, qui, absque canonica institutione, et sine Episcopali auctoritate a Capitulo electi, atque eidem Ecclesiae olim addicti, novissime, Literis Apostolicis in forma Brevis die 13. Augusti 1819. expeditis, ad id muneris praevia cum possessione non admittuntur, nisi Sacerdotes, et Clerici, qui ab Episcopo post maturum examen pietate, ac doctrina commendatiores fuerint inventi. Sed quo-

niam Melphitensis Ecclesiae antiquitatis laude, Templi magnitudine, Sacerdotum probitate, ac doctrina, populique devotione, ac frequentia haud parum floret, ad eius splendo rem augendum, utque Dei cultus, ac Fidelium devotio maiora susciperet incrementa, SS<sup>us</sup> Dominus Noster Pius VII. Pont. Max. aliis Literis Apostolicis sub die 8. Aprilis 1820. memoratos triginta sex Participantes, inter quos duo Parochi, et quatuor Cantores existunt, speciali decoravit praerogativa, utendi Rochetto, et Mozzetta cum Caputio violacei coloris. Hoc privilegio suffulti renuunt ad praesens Participantes aliqua peragere, quae ante hanc concessionem exercebant. Hinc Capitulum Ecclesiae Cathedralis, ad stabiliendum ritum, ac disciplinam in Choro conformem, sequentia Dubia Sacrorum Rituum Congregationi resolvenda proposuit.

1. An dicti Participantes postquam induerunt Rochettum, et Cappam Magnam, sive sint Ministri ad Altare, sive non, teneantur aequo modo ante Crucem, et ante Episcopum, necnon assistentes in Choro, dum dicitur Introitus in Missa solemn<sup>i</sup>, genuflectere? » (1)

(1) En praesentis disputationis occasio. Ut certa aliqua, neque imposterum varianda methodus servaretur in Ecclesiis Regni Neapolitani citra Pharum *adscriptitiis* nuncupatis, quia iisdem, praeter Canonicos, alii inferiores adiciebantur Sacri Ministri, sine ulla tamen canonica institutione, qui nulla fruebantur Praebenda, sed pro ratione servitii praestiti quasdam de Mensa distributiones obtinebant: *Sanctissimus Dominus Noster Pius VII. Pont. Max.*, petitionibus annuens *Serenissimi utriusque Siciliae Regis Ferdinandi*, per Literas in forma Brevis expeditas sub die 13. Augusti 1819. decrevit, et mandavit, ut in posterum *ad portiones suscipiendas in Ecclesiis receptitiis illi tantum admitterentur Sacerdotes, et Clerici, qui a Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, et Episcopis, aut Ordinariis Locorum pietate, et doctrina commendatiores essent inventi: iussit praeterea, ut de ipsis examen instituitur coram Ordinariis ipsis, vel eorum Vicariis Generalibus, et tribus saltem ex synodalibus Examinatoribus.*

Altera ex his *collectitiis*, seu *receptitiis* Ecclesiis erat Cathedralis Melphitensis, in qua, praeter sex Dignitates, et octo supra decem Canonicos, alii triginta sex inferioris gradus Participantes, ad Canonicorum placitum adsciti, suum Ecclesiae praestabant servitium. Hi tamen, aboleta antiqua electionis forma, iuxta superius latam a Supremo Pastore legem modo eliguntur, et instituuntur. Et quamquam omnium aequalis sit conditio, non aequae singulorum paria sunt officia, cum duo Parochi sint, quatuor Cantores, ex reliquis octodecim seniores, duodecim iuniores dicantur. Non ita multo post indultam novam electionis, et institutionis formam, Episcopo efflagitante, Melphitenses Portionarii honorifica obtinuerunt Insignia, et praeter ea, quae omnibus, et singulis communia sunt, ut aliis nobilioribus Parochi, Cantores, Seniores distinguerentur, iisdem Apostolicis Literis indultum fuit. Factum hinc est, ut praefati Portionarii suae conditionis obliti, sese ambitiose elevantes, ac si Canonici essent, ea obsequia, et servitia exhibere, et praestare renuerunt, ad quae fuerant, ut sunt ex more, et institutione assumpti. Haec causa dissidii inter ipsos, et Canonicos. Ne ulterius gliscerent mala, et quae inde exortae quaestiones ut componerentur, sex proposita fuerunt S. R. C. Dubia, quibus, post exquisitum examen, respondens ad singula Dubia sancivit: Portionarios Melphitenses, etsi auctos nobilioribus Insigniis, adhuc tamen ad obsequia, officia, et



2. An iidem, dum Episcopus dat benedictionem, vel in solemnī Missae Sacrificio, vel in Officio, teneantur genuflectere?

3. An teneantur pariter, quando in Missa conventuali Canonicus, vel unus Hebdomadarius ex iisdem Participantibus in fine Missae dat benedictionem?

servitia teneri, quae secundi ordinis Cathedralium Clericis conveniunt, iuxta dispositionem Caeremonialis Episcoporum, et eiusdem S. C. Decreta.

Etenim extrinsecae decorationis Insignia non ipsos donant nova nobiliori qualitate, sed in eodem gradu relinquunt, in quo reperiebantur, priusquam illa obtinerent. Quamobrem vel *Portionarii*, vel *Beneficiati*, vel *Mansionarii* dicantur, aut quacumque alia distinguantur appellatione; nullo tamen pacto Canonicis poterunt assimilari, et in Literis Apostolicis non ullum occurrit verbum, quo ad sublimiorem gradum eveci, gratia Pontificis, censeri possint, sed in eodem, quem prius tenebant, adhuc consistunt. Et revera tam certum est, quod Rochettum, Mozettam, Cappam gestandi privilegium nullam denotat superioritatem, et praecminentiam; ut huiusmodi, et, si etiam vis, nobiliora alia ornamenta alicui Collegiatae concessa, non illi potestatem faciunt incedendi, et sedendi in Synodo supra alias Collegiatas Civitatis, et Dioecesis antiquiores, sed iisdem destitutas Insignis, vel longe inferioribus donatas, veluti docet, et probat *Benedictus XIV. de Synodo Dioecesana lib. 3. cap. 10. num. 7.* ubi decisum inquit: *Eiusmodi honoris Insignia nullam denotare praecminentiam, neque allerius iuribus praecudicium ullum inferre: quamobrem ad Ursaiam se refert, qui part. 1. discept. 7. in fin.* asserit procul dubio definitum fuisse: *praecedentiam competere Collegiatae (non Insignis nobilioribus ditatae, sed) quae esset antiquior.*

Ex his plane intelligitur Portionarios Melphitenses, qui certe nec Canonici sunt, neque ulla ratione Canonicis aequiparandi, teneri ad praestanda ea obsequia, quae ab omnibus de Clero transeuntibus ante Altare, aut ante Episcopum praestari debent, exceptis dumtaxat Canonicis Cathedralis, qui caput tantum, et humeros profunde inclinant, veluti iubet *Caeremoniale Episcoporum lib. 1. cap. 18. num. 3.* ibi: *Quoties ipsi Canonici transeunt ante Altare, vel ante Episcopum, caput, et humeros profunde inclinant, Beneficiati autem, et caeteri de Clero genuflectere debent transeundo tam ante Altare, quam ante Episcopum.* Idem dicit de genuflexione ad Confessionem cum Psalmo in Missa Solemni ex Rubricae Missalis praescripto *part. 1. tit. 17. num. 5.* Innumera afferre possem S. C. Decreta, quae idipsum districte iubent. Aliqua indicare sat erit. In *Tornacena die 7. Decembris 1630.* declaratum fuit: *Praeter Dignitates, et Canonicos Cathedralis, reliquos omnes teneri ad benedictionem Episcopi genuflectere, in una Arichipae 13. Martii 1700. Dignitates, et Canonici stent, et caeteri genuflectant.* In *Seguntina 28. Aprilis 1703. Teneri genuflectere Portionarios cum osculo manus in recipiendo candelas, et cineres.* In *Asten. 15. Maii 1745. Beneficiatos etiam plurialibus indutos, aliisque sacris paramentis, teneri genuflectere iuxta formam praescriptam in Caeremoniali Episcoporum.* Novissime vero in *Neapolitana sub die 22. Decembris 1753. S. C. edixit: Beneficiatos hebdomadarios nuncupatos teneri servare omnia, et singula, quae praescribuntur Beneficiatis a Caeremoniali Episcoporum, idcirco teneri recipere candelas, palmas, et cineres genuflexos: Instaurato iudicio sub die 7. Septembris 1754. nedum stetit in decisio, verum etiam addidit: ad Enum Archiepiscopum, qui ineumbat executioni Decretorum S. C. utendo iuris, et facti remediis.*

Si qui autem sunt Beneficiati alios omnes longe praestantes, certe illi sunt, qui Patriarchalibus Urbis adscribuntur, et secundi ordinis, ac subsellii Clerum constituunt: tantae nobilitatis eorumdem Collegia censentur, ut Abbatibus, et Canonicis Cathedralium aequiparentur: nihilominus, etsi Cappa Magna insigniti, obsequium genuflexionis praestare tenentur, si excipias illos Basilicae Vaticanae in unico dumtaxat casu, quo parati simul eodem ordine, et gradu cum Canonico parato incedunt, et ministrant: praeter hunc casum tam parati, quam non parati semper transeuntes ante Altare genuflectere debent. Cum autem Liberiana Basilicae Beneficiati a genuflexionis obsequio se eximere vellent, aut exemptos putarent; delata quaestione ad S. R. C., hac sub die 2. Decembris 1684. declaravit: *Teneri Beneficiatos ad genuflectendum, celebrante Episcopo, vel Canonico, tam paratos,*

4. An in benedictione Candelarum, Cinerum, et Ramorum Olivarum, sive Episcopus, sive Canonicus celebret, teneantur Participantes genu-

flexi, et cum osculo manus, candelam, cineres, et ramos Olivarum recipere? (1)

5. An iidem, post obtenta Insignia, a gerendo

*quam non paratos. Idipsum servandum esse in altera Lateranensi; et etiam clarius fuit expressum in Congregatione diei 18. Iunii 1689. En verba Decreti: Praefatos Beneficiatos, Cappellanos, Clericosque Beneficiatos non solum in praenarratis supra casibus, verum etiam in quibuscumque Missis solemnibus ad Confessionem cum suo Psalmo teneri ad genuflectendum . . . quacumque consuetudine etiam immemorabili, quae allegari possit, non obstante, quam abusum, et corruptelam S. C. declarat; cum consuetudines contra Rubricas Missalis sint sublatae per Decretum eiusdem S. C. a fel. record. Urbano VIII. confirmatum, et in principio Missalis Romani appositum. Numquid Portionarii Melphitenses sublimioris sunt gradus, ut possint et debeant caput, et humeros tantum inclinare ad instar Canonicorum Cathedralium?*

Atque heic loci alia se offert quaestio, num necne Collegiatarum insignium Canonici, eaque ac illi Cathedralium, ab genuflexionis obsequio sint exempti? Dixi supra, et iure dixi, solos Canonicos Cathedralis non teneri ad genuflexionem transeuntes ante Altare, vel ante Episcopum, nam de his unice loquitur Caeremoniale Episcoporum. Quoad Canonicos Collegiatarum, pacifica res non est; quamquam, si attendi velint, simulque conferantur S. C. Responsa, plane apparebit *pro negativa* stetisse, et non obscure demonstrasse, a consuetudine potius, quam a iure, rationem decidendi esse petendam. Utique in *Fundana* sub die 16. Iunii 1674. respondit: *Canonicos Collegiatae debere se tantum profunde inclinare.* Novissime vero in causa vertente inter Episcopum, et Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Pauli Civitatis Vallettae in *Melevitana* rogata, num praefati Canonici, quoties transierint ante Episcopum, debeant eidem Episcopo genuflectere, vel tantum humeros et caput profunde inclinare? sub die 21. Ianuarii 1741. respondit: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam:* Et pluries instaurato experimento, stetit *in decisis*, ut patet ex Decretis. Ita etiam decretum fuit in una *Montis Alti* sub die 26. Martii 1657. et in *Papien.* ad quaesitum: *An Praepositi Curati, qui simul sunt Dignitates, et Capita Collegiatarum tenerentur genuflectere Episcopo, an caput dumtaxat inclinare?* sub die 23. Februarii 1804. S. C. respondit: *Secundum ea, quae proponuntur in casu, teneri genuflectere.* Et reposita causa die 24. Martii, stetit *in decisis.* Numquid autem in adversa abiisse S. C. censenda est? Haud quaquam. Eadem namque modum ministrat componendi Decreta, quae specietenus pugnantia videntur. Etenim in *Neritonen.* ad Dubium: *An Canonici Collegiatae teneantur genuflectere Episcopo ad distinctionem Canonicorum Cathedralis, qui sola inclinatione illum regulariter salutant?* sub die 11. Iunii 1793. respondit: *Canonici Collegiatae, seclusa consuetudine in contrarium, ut Personae graduatae, et in quasi dignitate, non genuflectunt, sed caput, et humeros profunde inclinant Episcopo, et Altari.* Cur autem affirmativo responso limitationem, aut conditionem adiecit: *seclusa consuetudine in contrarium?* quia a possessione turbandi illi non erant, quibus consuetudo favebat, sed non aequae ad illos trahenda ea honoris distinctio, qui genuflectere consueverant, vel ad Canonicos Collegiatae de novo erectae, quae certe consuetudinem afferre nequibat. Id plane consequitur ex supra relatis Decretis in *Melevitana*, quippe Capitulum Collegiatae S. Pauli Vallettae recentissimae erat erectionis. Verbo dicam, ex Congregationis responsis, quae pugnantia videntur, sed pugnantia non sunt, qualis sit eiusdem mens, et sensus plane colligitur, videlicet, quod soli Canonici Cathedralium a genuflexionis obsequio iure sunt exempti: non item Collegiatarum, nisi ex consuetudine, vel privilegio. Potiori igitur iure concludendum, quod Portionarii Melphitensis Ecclesiae teneantur ad genuflectendum Altari, et Episcopo, item ad Confessionem cum Psalmo, et ad Benedictionem in fine Missae conventualis, vel Sacrum fiat pontificaliter ab Episcopo, vel a Canonico, vel ab altero ex iisdem Participantibus Missa conventualis celebretur.

(1) Si Portionarii longe inferioris sunt ordinis, nec ullo modo cum Canonicis confundendi, debent omnino Caeremonialis Episcoporum legibus, quae discrimen ponunt, obtemperare. Clara autem est

Thuribulo, ac officio Ceroferaril in Conventuali, ut prius, sint exempti? (1)

6. Mos est in Cathedrali, ut etiam Participantes in solemnī SSm̄ae Eucharistiae Processione, quae fit in Festo, et in Octava Corporis Christi, incedant cum Planeta super Albam, seu

Camicem. Quaeritur: an vigore Indulti possint ab observantia recedere, incedendo cum Planeta non amplius super Albam, prout gerunt, sed super Rochettum ad instar Canonicorum, vel cum Cappa, et Rochetto? (2)

Et Sacra eadem Congregatio, re maturius di-

eiusdem dispositio relate ad benedictionem, et distributionem candelarum, cinerum, palmarum; ita cap. 17. num. 3. *Beneficiati vero seu Mansionarii, et Clerici, et ceteri omnes similiter bini accedent, et genuflexi candelas accipiant, illas, ac etiam manus Celebrantis deosculantes* cap. 18. num. 13. *Praelati, et Canonici parati capiunt cineres inclinati, reliqui vero tam Clerici, quam laici genuflexi et cap. 21. num. 6. tunc incipit palmas distribuere Canonicis, et aliis eodem ordine, prout de candelis dictum fuit.* Cur autem, dum clara res est, Melphitenses Portionarii renuebant genuflectere in recipiendo candelas, cineres et palmas, ac Celebrantis manus osculari? Longe nobiliores censendi sunt Hebdomadarii Metropolitanae Neapolis, utpote qui priusquam a S. Pio V. eiusdem Clero unirentur, in propriis Ecclesiis S. Salvatoris Stephaniae, et S. Restitutae sacra peragentes Officia, aut Canonici nuncupati fuerant, aut Canonicorum iura sibi tribuerant; nihilominus exortis Dubiis, an dicti Hebdomadarii in die Purificationis, et in Dominica Palmarum tenerentur candelas, et palmas respective a Canonico celebrante accipere genuflexi, atque ipsius manus deosculantes, sive potius stantes, et inclinati tantum sine manus deoscultatione? an in die cinerum tenerentur recipere cineres genuflexi, seu potius stantes, et inclinati? S. Congr. sub die 22. Decembris 1753. respondit: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*; et reposita causa die 7. Septembris 1754. nedum stetit in decisio, verum etiam addidit: *ad Emum Archiepiscopum, qui incubat executioni Decretorum Sac. Congregationis, utendo iuris et facti remedii.* Sed in re tam clara non est ulterius immorandum.

(1) Cum ex supra notatis plane sequatur, per extrinseca honoris Insignia Portionariorum qualitatē non fuisse immutatam, neque eosdem ab iis solutos oneribus, quibus tenebantur, priusquam iisdem Insigniis decorarentur; iam patet adhuc Acolythorum ipsos debere fungi officiis, ceteraque tam in Missa, quam in aliis choralibus functionibus praestare munia, quae Beneficiatis, Mansionariis, Portionariis, aut alio quocumque nomine nuncupatis, secundi subsellii Clericis incumbunt. Praeter Caeremonialis dispositionem, ad rem facit S. C. Responsum in quaestione acta inter Canonicos Metropolitanae Neapolis, et Hebdomadarios; nam inter alia Dubia primum erat, *an asserti Beneficiati, sive Hebdomadarii nuncupati Ecclesiae Metropolitanae Neapolis in functionibus Ecclesiasticis teneantur omnia, et singula, quae praescribuntur Beneficiatis Ecclesiarum Cathedralium a Caeremoniali Episcoporum, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis?* S. Congreg. a Caeremoniali Episcoporum, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis? S. Congreg. respondit, *Affirmative.* Neque omittendum hic est, quod praefati Hebdomadarii indulto gaudent gestandi Rochettum cum manicis ad instar Canonicorum, ut colligitur ex S. C. Decreto in *Neapolitana delationis Cottae die 21. Martii 1705.* Numquid autem Portionarii Melphitenses novis decorati Insigniis praestant Hebdomadarios Metropolitanae Neapolis? Utique adimplere debent Acolythorum officia, et dum his incumbunt, superpelliceum dumtaxat assumere, et deponere Rochettum, Cappam vel Mozzettam, veluti S. C. sancivit. Responsiones autem, quae hisce Dubiis datae sunt, haberi perinde debent, ac si essent generalia Decreta in similibus casibus, qui forte in aliis Regni Neapolitani Cleris citra Pharum occurrere possunt, omnino servanda, utpote quae conformia sunt iuris dispositioni.

(2) Consuetudinibus, quae vere sint laudabiles, et rationabiles, derogatum non fuisse per Caeremoniale Episcoporum S. R. C. declaravit pluribus Decretis, praesertim vero illis, quae in nostra Collectione leguntur. Ideo, etsi lib. 2. cap. 33. eiusdem Caeremonialis regula tradatur, quae iubet, ut in solemnī Processione SSm̄i Corporis Christi Canonici parati incedant sacris indumentis albis, ut in solemnī Processione SSm̄i Corporis Christi Canonici parati incedant sacris indumentis albis, et servata Ordinum distinctione, quemadmodum solent parari, Episcopo solemniter celebrante: non

ligenterque discussa, exquisita prius sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandita, praeoque cusa, Ponente Eñño, et Rñño Domino Card. Petro Francisco Gallegi Episcopo Albanensi, respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative in omnibus. »

Ad 2. 3. et 4. « Affirmative. »

Ad 5. « Negative: et dum ministrant in officio Thuriferarii, et Ceroferarii, superimponant vesti talari dumtaxat superpelliceum. »

Ad 6. « Negative in omnibus. »

Atque ita decrevit, et a praedictis Participantibus servari mandavit. Die 10. Aprilis 1823.

4596. NOLANA.

Deficiente principe Patrono Oppidi, cui nomen a S. Anastasia in Dioecesi Nolana, huius Clerus et Populus, innumera pene beneficia intercessioni S. Francisci Xaverii Conf. e Societate Iesu, referens accepta, ut grati erga eundem animi perenne monumentum exhiberent, sub die 19. Maii anni 1822. ad eiusdem electionem in Patronum principalem devenerunt. Sac. Rit. Congregationi

supplicantes pro confirmatione electionis, et facultate agendi praefatum Festum sub utroque praecepto cum Officio, et Missa rit. dupl. primae classis cum Octava, caeterisque praerogativis, et privilegiis praecipuis Locorum Patronis convenientibus. Sac. Rit. Congregatio, singulis actis electionem respicientibus mature perpensis, referente Eñño, et Rñño Domino Card. Naro Ponente, censuit rescribendum: « Pro gratia confirmationis, et ad mentem. » Mens autem fuit; « Quod Festum perpetuo in posterum, tamquam in die propria, celebretur in ultima post Pentecosten Dominica; nisi Ordinarius, utendo facultatibus concessis in Brevi diei 15. Octobris, eiusque servata forma, indulgeat, ut a propria Sede non amoveatur, et quatenus hic dies incidat in Dominica 1. Adventus, transferatur, iuxta Rubricas (1). » Die 12. Aprilis 1823. Facta autem de praemissis S. S. R. N. P. M. per me Secretarium infrascriptum relatione: S. S. Rescriptum, et mentem S. C. approbavit, et confirmavit. Die 15. eiusdem mensis, et anni.

est tamen haec lex ex illis quae praescriptionem non admittunt, et quamlibet respuunt consuetudinem etiam immemorabilem. Non enim Dignitatibus atque Canonicis ita sacra Indumenta conveniunt, ut nequeant alicubi vel ex consuetudine, vel ex peculiari statuto, vel ex privilegio ab aliis inferioris gradus, sed Ecclesiae servitio addictis, assumi. Ideo consuetudo, quae obtinuit in Ecclesia Cathedrali Melphitensi, ut in eadem Processione parati incedant etiam Portionarii, retinenda est, utpote quae non minuit, sed auget Divinum Cultum, sacrae illi actioni decus addit, et ornamentum. Verumtamen debitus servandus est modus tam quoad ordinem incedendi, quam quoad extrinsecam decorationem. Siquidem Portionarii confundi non debent cum Canonicis, nec ab antiquo more recedere, etsi modo eorumdem coetus nobiliora Insignia Apostolica auctoritate obtinuerit. Quae supra notata sunt plane evincunt per eadem nobiliora Insignia eorumdem qualitatem non fuisse immutatam, sed adhuc secundi ordinis Clerum eosdem constituere, idemque Ecclesiae praestare debere servitium, ac eadem obsequia, quae consueverant, antequam nobilioribus decorarentur Insigniis. Atqui usque adhuc in illa solemnibus Supplicatione Casulam gestarunt supra Albam, quam Camicem dicunt, haud licet nunc antiquum deserere morem, et Albae substituere Rochetum: quod indumenti genus ex novo privilegio deferendum ab ipsis dumtaxat est sub Cappa, seu Mozetta. Portionarii quippe distinguendi sunt a Canonicis, quibus datum est sacra Indumenta vel in Processione SS. Corporis Christi, vel in assistentiis Episcopo pontificaliter celebranti Rochetto superimponere. Iure igitur a S. C. responsum fuit: *Negative*, videlicet, quod, licet Portionarii in solemnibus Processione SS. Corporis Christi servare possint consuetudinem incedendi cum Casula; debent tamen sub Alba adhibere, non autem Rochetum, ut a Canonicis distinguantur.

(1) En alter ex illis casibus a Sacra Congregatione praevisis, quibus aptari nequit regula generalis de transferendis Festis Patronorum principalium ad proximam Dominicam, in Civitatibus, Oppidis, Locis utriusque Siciliae Regni, quibus per Apostolicas Literas in forma Brevis expeditas sub die 10. Aprilis 1818. indulta fuit reductio Festorum: quamobrem eadem S. C. in Neapolitana 18. Octob. eiusdem anni, datae responsioni ad Dubium 6. addidit: *Si Dubia occurrant, habebitur ratio in casibus particularibus.* Cum igitur S. Franciscus Xaverius novissime datus sit in principem Patronum Oppidi a S. Anastasia nuncupati in Dioecesi Nolana, iuxta formam praefatae regulae

4597.

RAVENNATEN.

Metropolitanae Ecclesiae Ravennaten. Canonici, dum Archipraesulem a propria residentia ad illam, vel aliam Ecclesiam comitantur, bini post Archiepiscopalem Crucem ante ipsum Archiepiscopum incedunt. Vigentis consuetudinis ignoratur prorsus origo. Ad hanc eliminandam, utpote Caeremoniali Episcoporum *lib. 1. cap. 25. §. 1., et lib. 3. cap. 10. §. 2.* contrariam, insti-

tit modernus Archiepiscopus. Ast Canonici recensitum ius sibi vindicant acquisitum: re itaque unanimi Archiepiscopi, et Canonorum consensu ad Sac. Rit. Congr. delata, sequens Dubium super huiusmodi consuetudine enodandum propositum fuit. An consuetudo, qua Canonici Ravennatenses, in associatione Archiepiscopi ab eius aula ad Ecclesiam, incedunt post eius Crucem immediate ante ipsum, possit in casu sustineri? (1)

reponendum foret eiusdem Festum, tamquam si esset sedes propria, in proximam Dominicam; sed fieri hoc nequit: nam vel *dies 3. Decemb.* in quo praefati Sancti memoria recolitur, occurrit in *Dominica prima Adventus*, et haec omnia excludit duplicia cuiuscumque classis; vel infra hebdomadam primam Adventus, nec poterit reponi in ullam ex sequentibus, quia omnes sunt impeditae usque ad anni finem. Et quamquam *Dominicae 2. 3. et 4. Adventus* sint ritus duplicis secundae classis, ac proinde locum cedant Festis primae classis accidentaliter occurrentibus; nequeunt tamen ullam ex his duplicibus admittere tamquam in sedem propriam, veluti accederet, si Festum *S. Francisci Xaverii*, ubi est principalis Patronus, perpetuo celebrandum foret in *Dominica secunda Adventus*. Quomodo igitur providendum? Per anticipationem recolenda erit *S. Francisci Xaverii* memoria, cum Officio, et Missa in ultima Dominica post Pentecosten, ut S. C. sancivit. Neque novum id est, nam in casibus parum a praesenti diversis, simili modo a *Sa. Me. Pio VI. et a Sac. Rit. Congregatione* provisum fuit pro locis ditioni potentissimo Borussiae Regi subiectis, quorum favore indulta fuit fere omnium Festorum translatio in proximam sequentem Dominicam (videri possunt, quae adnotavimus ad praefatum Dubium 6.). Quoniam vero per alterum Breve datum 16. *Octobris* eiusdem anni potestas facta fuit locorum Ordinariis sub quibusdam conditionibus, ut indulgeant, ne Festum Patroni principalis a propria sede amoveatur; ideo Sacra Congregatio suo Rescripto addidit exceptionem, videlicet, nisi Ordinarius permittat, ut Festum *S. Francisci Xaverii* prorsus sedem retineat. Quid autem faciendum, si in hoc casu *dies 3.* eidem assignata incidat in *Dominicam primam Adventus*? Facilis est solutio. Cum enim huiusmodi occursum accidentaliter sit, et non perpetuus, servari poterit in eadem Dominica extrinseca solemnitas, Officium vero cum Missa transferri in diem primam non impeditam iuxta Rubricas. Ita responsum fuit in *Gnesnen.* quoad Festum *S. Catharinae*, quod transferri nequibat in proximam Dominicam, dum occurrebat prima Adventus. Nam, cum huiusmodi occursum non perpetuus, sed accidentaliter esset, S. C. adhaesit Voto Magistri Caeremoniarum, qui insinuaverat, non omittendam extrinsecam solemnitatem in Dominica privilegiata, translato Officio iuxta Rubricas (vide adnotationem nostram supra laudatam). Atque ita intelligenda est postrema pars Rescripti Sacrae Congregationis.

(1) De ordine servando in associatione Episcopi ad Ecclesiam profecturi, ut Sacra solemniter peragat, vel iisdem assistat, agens Caeremoniale Episcoporum *lib. 1. cap. 15. num. 2.* praecire iubet familiares Episcopi, Magistratum, ac Viros illustres; Canonicos vero suae Cathedralis Eum sequi. Haec est regula generalis, quae tamen magis urget, si agatur de Archiepiscopo; nam, ut Caeremoniale loco citato prosequitur: *Si fuerit Archiepiscopus, aut alius utens Cruce, ipsa Crux immediate ante Archiepiscopum per aliquem Cappellanum deferatur, Imagine Crucifixi ad Archiepiscopum conversa, inter quam, et Archiepiscopum nullus omnino incedat; est enim insigne ipsius: ergo familiares Episcopi, Magistratus, illustres Viri ante Crucem incedere debent: Canonicos vero anteire non licet; et quamquam quis crederet tolerari id posse, si Episcopus sit associandus, attamen nequit, si Ecclesia Metropolitana sit, et Archiepiscopatus honore gaudeat, vel Praesul deferendi ante se Crucem Apostolico privilegio fruatur, quia nedum habenda ratio est regulae generalis, verum etiam, et multo magis peculiaris, quia Crux immediate ante Archiepiscopum, vel Episcopum*

Et eadem Sacra Congregatio, Eñõ, et Rñõ Domino Card. Iulio Maria de Somalia Episcopo Ostien. et Velitern. Praefecto, et Ponente referente, re maturius, diligenterque discussa, audito prius voto alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque evulgato, ad propositum Dubium respondendum censuit: « Negative, ac servetur omnino Caeremoniale Episcoporum, et amplius. » Atque ita decrevit, ac servari mandavit. Die 12. Aprilis 1823.

4598. IMOLEN.

Duo inter caeteras Sodalitates canonice erectas in Oppido Massae Lombardorum Dioecesis Imolensis distinguuntur, altera quarum sub invocatione SSñi Sacramenti erecta est in Archipresbyterali Ecclesia loci eiusdem; altera, cui ab Nosocomii cuiusdam gubernio, et regimine nomen est Hospitalis, et extat in Ecclesia B. Virginis in Coelum Assumptae nuncupata. Ut autem prima, ratione Instituti, ius habet praecedentiae in singulis Supplicationibus, in quibus SSñum Eucharistiae Sacramentum defertur; ita et haec, sicuti ratione temporis, et erectionis caeteras praecellit in reliquis Processionibus, quae in eodem Oppido fiunt, tantumdem in illis SSñi Sacramenti posse novissimis temporibus est arbi-

trata: hinc quaestiones inter utramque subortae, ad quas componendas, concordatis antea Dubiis, propositum fuit in hodierno ordinario S. R. C. conventu.

1. An, et cui ius competat praecedendi in Processionibus SSñi Sacramenti, etiam ad effectum manutentionis, in casu etc.?

2. An, et cui competat ius praecedentiae in aliis Processionibus, etiam ad effectum manutentionis, in casu etc. ? (1)

Et Sacra eadem Rit. Congregatio, visis, matureque perpensis omnibus iuribus, et allegationibus favore utriusque partis allatis, ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Rivarola Pontis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Praecedentiam competere Confraternitati SSñi Sacramenti. »

Ad 2. « Praecedentiam competere Confraternitati Hospitalis. » Atque ita respondit. Die 12. Aprilis 1823.

Facta autem de praemissis SSñõ D. Nostro Pio VII. Pont. Max. relatione per me Secretarium infrascriptum, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis Responsa approbavit, atque ita in Oppido Massae Lombardae Dioecesis Imolen. in posterum servari mandavit. Die 15. dicti mensis, et anni.

eodem privilegio decoratum, nemine intercedente, deferenda est. Ab hac autem Caeremonialis dispositione fas non est recedere, etiamsi contraria invaluisset consuetudo. Si haec alicubi obtinuerit improbanda est, utpote contraria Pontificii iuris dispositioni; ideoque tradita regula Caeremonialis ad observantiam revocanda. Nam illae dumtaxat reservantur consuetudines, quae vere laudabiles, et rationabiles sunt, nec aperte repugnant regulis in eodem Caeremoniali praeeptive praescriptis. Talis non erat, quae Ravennae vigeat, ubi Canonici non sequebantur Archiepiscopum, sed incedere consueverant ante ipsum post Crucem, contra expressam Caeremonialis legem, quae omnino vult, ne inter Crucem, et Archiepiscopum ullus intersit. Quae regula limitationem solummodo patitur, dum Archiepiscopus Sacris amictus incedit; tunc enim Canonici parati ad modum processionis immediate antecedunt. En dispositio Caeremonialis *lib. 2. cap. 8. num. 27. Si vero celebrans fuerit Archiepiscopus, aut Archiepiscopo maior, aut habens privilegium, ut Crux ante se deferatur Archiepiscopalis, per Subdiaconum paratum defertur ante Canonicos paratos tantum, non autem ante alios de clero.* Spartam hanc praeclare illustravit in suo elucubratisimo voto *cl. Vir. Ioannes Canonicus Fornici Congregationis Caeremonialis a Secretis*; nec mei instituti ratio patitur, ut plura hic addam. Haec adnotasse sufficiat, ut quisque intelligat, iure Sac. Congreg. respondisse proposito Dubio: *Servandum omnino esse Caeremoniale Episcoporum.*

(1) De controversiis, quae saepe excitantur circa ordinem servandum in Processionibus, aliisque sacris functionibus inter Sodalitates laicales, pauca adnotavimus, dum alias hac de re disserendi se dedit occasio in simili quaestione exorta inter Confraternitatem Sanctissimi Sacramenti, et alteram S. Ioseph civitatis Notabilis Insulae Melitae, quae discussa, et definita fuit sub die 23. *Septembris* 1820.

4599.           DECRETUM.

In aliquibus Cathedralibus, et Collegiatis Ecclesiis Beneficiati, vel Mansionarii, vel Hebdomadarii, vel quocumque alio nomine nuncupati, ex Apostolico speciali Indulto deferunt Cappas pellicibus ornatas, diversi tamen coloris ab eo, quo Canonici utuntur. Quum haec coloris differentia inter Canonicos et inferiores Beneficiatos opus sit ut semper appareat; Sac. Rit. Congr., ad nonnullas removendas exortas quaestiones, me infrascripto Secretario referente, declaravit, quod in illis Capitulis, in quibus, aestivo etiam tem-

pore, Cappae, pellicibus depositis, retinentur, sericum operimentum in anteriori parte Capparum eorumdem Beneficiatorum debet respondere colori pellicium, quas ipsi dimittunt. Die 12. Aprilis 1823.

4600.           DUBIUM  
DE SACRIS RELIQUIIS.

Proposito Dubio in Sacra Congregatione super Indulgentiis, sacrisque Reliquiis. An Ossa Foemoris alicuius Sancti sint Reliquia insignis? responsum fuit « Negative » (1).

(1) Etsi praefatum Decretum a Sac. Rit. Congregatione non prodierit, sed ab alia, quae instituta est super Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis, proindeque respondet quaestionibus, quae nonnunquam circa easdem excitantur: nihilominus opportunum visum est illud nostrae Collectioni adiacere, quia connectitur cum aliis Decretis, quae ab eadem Sac. Rit. Congregatione evulgata fuerunt. Etenim non omnes, quantumvis notabiles Reliquiae habendae, et appellandae sunt insignes, itaut queat earumden intuitu Festum cum Officio, et Missa celebrari in Ecclesiis ubi asservantur, sed illae dumtaxat hoc gaudent honore, quae speciatim, et nominatim insignes declaratae sunt. Usque ab anno 1617. sub die 3. Iunii sancitum fuit, ad effectum recitandi Officium et celebrandi Missam: *Necessarium esse, ut Reliquia sit insignis illius Sancti, de quo celebrare petunt Officium, veluti corpus integrum, aut magna pars eiusdem, aut caput*: Sed quoniam adhuc dubitari poterat, quid intelligendum esset per illud: *aut magna pars eiusdem*: magis id fuit expressum generali Decreto die 13. Ianuarii 1631., quo sancitum est: *Reliquias insignes esse caput, brachium, crus, aut illam corporis partem, in qua passus est Martyr*: duplici tamen conditione adiecta: *dummodo sit integra, et non parva, et legitime ab Ordinario adprobata*: atque huiusmodi Decreta tanto cum rigore accipienda sunt, ut, quamvis os princeps cruris sit *tybia*, nihilominus S. C. declaravit sub die 3. Iunii 1662. solam *tybiam sine fibula* non esse Reliquiam insignem. Siquidem iuxta S. C. sensum, *crus*, ut insignibus adnumeretur, integrum esse debet; et quoniam duobus ossibus constat; si unum desit, membri perit integritas. *Os foemoris* utique maius est ac *tybia*, nec tamen ut insignis Reliquia habendum est, quamvis notabilis sit corporis pars; nec proinde Clero Ecclesiae, in qua asservatur, concedere poterit Ordinarius Officium, et Missam, etiamsi de Reliquiae authenticitate plane constet, et sit Sancti ab Ecclesia adprobati. Si ratio quaeratur, cur nec foemora, nec aliae notabiles corporis partes in Decreto non recensitae, queant insignes appellari; facile erit eandem invenire. Quia, si liceret, ob cunctas Reliquias magnitudine, et integritate notabiles Officium institui, nunquam esset finis Officiorum, et in nihilum prorsus abirent Officia Ferialia, ac Dominicalia; et sequerentur quaecumque alia incomoda, ad quae unice praecavenda S. R. C. nondum quibusdam dumtaxat potioribus partibus insignis qualitatem convenire declaraverat; verum etiam, et alias conditiones adiecerat, videlicet, quod Reliquiae sint de Sanctis canonizatis, et in Martyrologio Romano descriptis, et concessio intelligatur coërcita ad solam Ecclesiam, in qua asservatur Reliquia. Quod si emolliendo Decreti rigorem, declaratum fuisset *os foemoris* insignem esse Reliquiam, possent etiam ut tales haberi *scapulae*, aliaeque omnes corporis partes, quae notabiles sunt, et ad aliquod peculiare officium destinatae a Supremo Artifice, et naturae Conditore. Hinc, multiplicatis Reliquiis insignis qualitate donatis, ea etiam multiplicarentur incommoda, ad quae vitanda S. R. C. prudenti consilio quasdam dumtaxat potiores simul, et quoad usum notabiliores corporis partes distinguendas esse sanciverat, ut Sancti illi, quorum insignia, cum viverent, fuerunt membra, in iisdem honorarentur.

4601.           CARPEN.  
(1) Magister Caeremoniarum Cathedralis Carpen. in ordinario Conventu Sacrorum Rituum

Congregationis diei 12. Aprilis praesentis anni  
Eñis Patribus Sacrae eidem Congregationi Prae-  
positis Dubium proposuit, ut infra: Quidam Sa-

(1) *Vota Theologorum a S. C. exquisita, sunt quae sequuntur.*

Votum Rñi P. Michaelis Dominici Zecchinelli Soc. Iesu.

« Ad propositum dubium respondendum censeo: *Negative*. Ratio responsionis est, quia bis  
» eadem die Sacrificium Missae offerre non licet, nisi in quibusdam casibus exceptis, quorum in  
» proposito dubio nulla prorsus fit mentio: id patet ex Innocentii III. Decretali *cap. Consulisti 3.*  
» *et cap. Te referente 12. de Celebrat. Missar.* et ex Benedicto XIV. *de Synodo Dioecesana l. 6. c. 8.*  
» *n. 2.*, et ex eiusdem Constitut. *Declarasti 16. Martii 1746.* Iam qui coeptum ab alio Sacrificium  
» continuat, illud ita perficere censetur, tamquam a se inchoatum fuisset. Cum enim sumptio con-  
» secratorum in Sacrificio ex natura Sacrificii ad ipsius integritatem pertineat, ita simul coalescere  
» censetur, a duobus etiam diversis in eodem Sacrificio posita, ut et qui inchoavit, et qui perfecit,  
» unum agens morale, seu unus tamquam moraliter sacrificans existimetur; et simul una fecisse,  
» et Sacrificium perfecisse creduntur, ex communi Doctorum sententia dicuntur. Hoc confirmatur  
» etiam ex eo, quod, si quis prae debilitate continuare, ac perficere Sacrum non possit, debet ta-  
» men simul cum alio continuante Sacrificium sumere ex consecratis a se, si id fieri possit, et hoc  
» propterea, quia duo in eodem perficiendo Sacro, moraliter unus sacrificans censetur. Est communis  
» Moralistarum.

» Praeterea hoc ex eo etiam patet, quod si deficiente illo, qui coepit Sacrificium, continuari  
» illud ab alio non possit, nisi post longam moram, v. g. post duas horas, consecrata iubentur  
» reponi in ciborio, consumenda postridie, aut a proxime faciente: propterea autem tum continuari  
» nequit, quia ob longam interruptionem, nec Sacrificium unum, nec ab uno moraliter perfectum cen-  
» seri poterit. Ita Tournely de Sacrific. Missae cum aliis.

» Ex huiusmodi praemissis colligi posse videtur, quod, sicut non liceret illi iterum eodem die  
» Sacrum facere, qui post consecrationem defecit viribus, et dum alter Sacerdos perfecit pro illo,  
» ipse ad vires rediit, ita nec illi putandum sit licitum Missam dicere, qui ab alio inchoatum Sa-  
» crificium perficiendo, consecrata consumperat.

» Accedit eodem, quod qui consecrata ab alio Sacerdote consumit, ut Sacrificium absolvat, si  
» postea alia a se consecrata in altero Sacro consumat, bis communicat, et particeps fit duorum  
» Sacrificiorum ab se invicem distinctorum. Id vero non licere nisi in quibusdam casibus, quorum  
» nullus in praesenti Dubio occurrit, patet etiam ex ipsa praxi.

» Quapropter ad quaesitum censeo respondendum esse: *Negative*, salvo tamen meliori sapientioris  
» Consultoris iudicio, cui meam hanc qualemcumque sententiam aut confirmandam, aut, si visum  
» fuerit, reformandam, permitto etc.

P. Michael Dominicus Zecchinelli S. I. Sac. Rit. Congreg. Consultor.

Votum Reverendissimi P. Aloysii Ianni Ordinis Eremitarum  
S. Augustini.

» Cum super proposito Dubio numeris sit omnibus absoluta sapientissimi Patris Consultoris  
» Zecchinelli negativa responsio, nihil, quod illi addam superest mihi, eique firmiter adhaereo.

» Possem haec consistere; quod quidem ad impositum mihi onus foret certe satis. Ast videri  
» nolo a meditatione, et labore abstinens, nullum consuluisse de hisce rebus Scriptorem. Iustis enim  
» curis non peperci, et Angelicum Doctorem perlegi, et Benedictum XIV. nedum de Sacrificio Mis-



cerdos celebrans in Ecclesia rurali Carpen. Dioecesis, prolatis verbis « nobis quoque peccatoribus » morbo repentino correptus, e vita illico decessit.

Aderat Cappellanus Paroeciae, qui statim Sacrum perfecit. Hinc orta est quaestio inter Parochum dictae Ecclesiae, et Caeremoniarium Capituli Ca-

» sae, sed et in Constitutione *Declarasti*, et in altera *Quod expensis*, et *Franciscum Silvium*, et  
 » *Vasquesium*, et *Bibliothecam Ferraris*, et *Natalem Alexandrum*, et *Berti*, et *Tournely*, et *Ha-*  
 » *bert*, et *Ioannem Baptistam Scortia de Sacrificio Missae*, et *Iuvenin* in *Commentario historico*  
 » *de Sacramentis*.

» Quae interim in eorundem lectione reperi, duo sunt. *Primum* scilicet, quod nullus ex ipsis  
 » casum effingit directe, et expresse eundem cum isto, qui hodie Sacrorum Rituum Congregationi  
 » exponitur; et quidem etiam dum materiae connexio illum videtur prorsus efflagitare. *Alterum*  
 » est, quod in omnibus laudatis Auctoribus, et consequenter in aliis pluribus, quos ipsimet Aucto-  
 » res citant, analogae reperi constanter fundamenta, ex quibus certa surgit ad hodiernum proposi-  
 » tum casum negativa responsio.

» Ex recensito autem circa hunc praecise casum Scriptorum silentio, quid erit arguendum?  
 » Nihil equidem ( nisi caecutiam ) concludendum videtur, talem esse illum, ut a nullo meruerit  
 » proponi, et ad discussionem revocari, cum solida, et nota sint principia, ex quibus expedita  
 » surgit negatio. Unde iure Illustrissimus, et Reverendissimus Sac. Rit. Congregationis Secretarius  
 » scribit: *Essendo proposto nella ultima Congregazione Ordinaria de' Sacri Riti il Dubio descritto*  
 » *nell' inserto foglio, piacque agli Eminentissimi Signori Cardinali ordinare, che, quan-*  
 » *tunque la cosa fosse abbastanza chiara (nempe pro responsione negativa), pure per una mag-*  
 » *gior cautela, si esplorasse il voto di due Consultori Teologi.*

» Utinam nobis fuissent aliquo saltem modo indicatae rationes, quae hinc inde a duobus illis in-  
 » ter se dissentientibus Sacerdotibus adducebantur, ut sic innotesceret, quaenam sibi favo-  
 » rabilis visa sit Cappellano, qui, postquam Sacrificium complevit inchoatum, et ultra specie-  
 » rum consecrationem productum ab alio Sacerdote per mortem impedito, ne ipsemet perficeret,  
 » putavit, se exinde eadem die posse legitime celebrare Missam, servato, ut fecit, ieiunio. Ast,  
 » quia forsitan in huiusmodi dubiorum propositione non habetur in praxi rationum indicatio, quid  
 » divinandum tentabimus?

» Certissimum est nulli Sacerdoti licere duas celebrare eadem die Missas, praeter quam in die  
 » Nativitatis D. N. I. C. (vel in alia aliqua die iuxta expressa privilegia). Videantur Constitutio-  
 » nes Benedicti XIV. *Declarasti*, et *Quod expensis*, ubi etiam discutitur, quo in casu extraordi-  
 » nario secundam liceat celebrare Missam. Certissimum similiter est nulli licere ad duas accedere  
 » in eadem die Ecclesiasticas Communiones.

» Dum autem haec responsio de vetito dupli in una die Sacrificio producit Cappellano (quae  
 » quidem etiam idiotissimis nota est) tentandum est, ut inveniamus. Neque enim supponendum est  
 » Cappellanum ignorare, quod vetita sint in eadem die regulariter, et communiter loquendo, duo  
 » Sacrificia. Investigandum igitur, quid, his non obstantibus, cogitaverit ipse, ut suam tueretur sen-  
 » tentiam, forsitan dicet, me in falso esse supposito duarum Missarum; cum actio illa antecedens,  
 » in qua defuncti Sacerdotis vires supplevit, dicenda non sit, appellandaque Missa, cuius ipse fue-  
 » rit celebrans, ita ut exinde a Sacrificio eadem die sit arcendus.

» Si hoc Cappellanus dicat, utique errat. Non heic ego ad assumpti probationem sententia utar  
 » *Bonacinae*, aliorumque paucorum (vide *Bibliothecam Ferraris* in vocabulo *Sacrificium*) asseren-  
 » tium, quod partes essentialia Sacrificii Missae sint *consecratio*, *oblatio*, et *sumptio*: dabo Sacrifi-  
 » cii Missae essentiam consistere in Consecratione. Atque hanc esse fatebor communiorum, et ve-  
 » riorem Doctorum sententiam. At certum quoque communissime, et universaliter est, consecratarum  
 » specierum *sumptionem* ad *integritatem Sacrificii* pertinere; atque habita huius integritatis ratione,  
 » aliquo modo ad Sacrificii pertinere essentiam: *neesse est quod Sacerdos comedat*, ait Angelicus

thedralis, utrum Cappellanus postea, ablutione iam ommissa, causa servandi ieiunium, licite Missam celebrare poterit? Et Eñi Patres Sacrae ei-

dem Congregationi praepositi, ad relationem mei infrascripti S. R. C. Secretarii, sedulo diligenterque discussa quaestione, « etiamsi in negati-

» Doctor 2. 2. *quaest. 45. art. 3. ad 3. obiect.* Consulatur idem Angelicus *tertia part. quaest. 83. art. 6. ad primam obiect.*, cui consonant communiter Theologi. Hinc scribit Natalis Alexander *Theol. Dogm. et Moral. lib. 2. cap. 6. : pars altera propositionis* (idest sumptionem pertinere, etsi non ad essentiam, ad integritatem Sacrificii) *ex eo probatur, quod Christi Corpus et San-*  
*guis per consecrationem exhibeantur, et sistantur sub specie cibi, et potus: ideoque ad manducationem, et bibitionem ordinantur. Quamobrem Communio Sacerdotis sub utraque specie pertinet ad perfectionem, et integritatem Sacrificii iure Divino.* Habert in tractat. *de Eucharistia* allegat praeceptum Divinum, et Ecclesiae traditionem.

» Illud autem, quod exinde ad rem praesentem concludo, hoc est: Sacerdos, de quo in casu, dum consecratas species sumendo, caeteraque explendo supplet vices alterius post consecrationem demortui, ex hoc ipso pertinet ad illud idem sacrificium, ad quod pertinuit defunctus Sacerdos, qui consecraverat. Videatur Angelicus *tertia part. quaest. 83. art. 6. ad primum*, ubi aurea citantur verba *Concilii Toletani decret. 7. quaest. 1. cap. Nihil*, ad rem identice nostram: *Cum enim omnes simus unum in Christo, nihil contrarium diversitas personarum format, ubi efficaciam prosperitatis unitas Fidei repraesentat etc.* Actio enim Sacrificii Missae una est, atque ex praecepto tam Divino, quam Ecclesiastico debet esse integra. Ecclesia, quae naturale ieiunium strictissime praecipit pro extrinseca dispositione ad S. Communionem, ad hoc devenit, ut praeciperet, quod nisi alius, qui sit ieiunus, adsit, a Sacerdote etiam non ieiuno, (in casu) perficiatur Sacrificium. Adeo ipsi cordi est, ut Sacrificium integre compleatur. Hoc concinunt universaliter Theologi. Opportune autem notetur cum ipsis, non adeo in providendo supplemento cunctandum esse, ut rationabiliter censeatur, abruptam fuisse unius illius Sacrificii continuationem. Integra autem non est nisi consecratae in ea species a Sacerdote sumantur. Sacerdos ergo supplens in casu praesenti Sacrificium per integritatem perficit; *unam* illam Sacrificii actionem explet; et proprio sibi modo, *unus* fit cum eo Sacerdote, qui post consecrationem mortuus est.

» Ast quomodo (dicet) quomodo fit unus? Respondeo, unitate nempe morali. En pro explanatione analogum exemplum: *Sacerdotes*, ait Angelicus *tert. part. quaest. 82. artic. 2. in corp. cum de novo ordinantur, concelebrant Episcopo Ordinanti. . . . Sacerdos cum ordinatur constituitur in gradu eorum, qui a Domino acceperunt potestatem consecrandi in Coena, nec propter hoc iteratur consecratio super eandem Hostiam; quia sicut Innocentius III. dicit (lib. 4. De Myst. Missae cap. 25. in medio) omnium intentio debet ferri ad idem instans consecrationis.* En igitur analogum moralis unitatis exemplum clarissimum, cuius quidem ad praesentem casum applicatio clarissima pariter est ex dictis. Ita duo illi (in casu) Sacerdotes, quorum unus ex necessitate cessat, et alter actionem perficit, feruntur, et diriguntur ad *unitatem* Sacrificii *integre* explendi, ut sit perfectum Sacrificium, et sic, relate ad huiusmodi *unitatem* actionis, eiusque *integritatem* de duobus fit unus.

» Huiusmodi *unitatis* de causa fit, ut novelli Sacerdotes cum Episcopo tunc concelebrantes debeant ibidem Sacram Communionem recipere cum materia in eo Sacrificio consecrata, et non aliter; quia sicuti omnes ii fuerunt cum Episcopo concelebrantes, eiusdemque materiae in illo Sacrificio consecratores in unum, ita de eodem Eucharistico cibo, et potu debent omnes participare, ut sic ipsi in unum perficiant Sacrificium, quod unum est. Observanda interim sunt extrema Sancti Thomae illa ibidem verba: *oportet ritum Ecclesiae servare.* Quid dicendum igitur dum non solum ex ritu, et praecepto Ecclesiae, sed ex praecepto insuper, et Institutione Divina integrum debet esse Sacrificium? Nonne tunc duo illi Sacerdotes dicendi erunt *modaliter unus*?

vam sententiam illico descendissent, rem nihilominus duobus Consultoribus Theologis expendendam, atque ad Iuris Ecclesiastici, Sacraeque Liturgiae Canones adornandam committi oportet.

» Opportune heic addam, quae habentur in cap. *Relatum est, Dist. 2. de Consecrat. quod ex Concilii Toletani duodecimi can. 5.* desumptum est. *Relatum est nobis quosdam de Sacerdotibus non tot vicibus Communionis sanctae gratiam sumere, quot Sacrificia in uno die videntur offerre; (tunc temporis lata non fuerat lex singulis Sacerdotibus de una tantum Missa in singulis diebus) sed si in uno die plurima per se offerant Sacrificia, in omnibus se oblationibus a Communionis sanctae gratiam suspendunt, et in sola tantum extrema Sacrificii oblatione Communionis sanctae gratiam sumant: quasi non sit toties illi vero, et singulari Sacrificio participandum, quoties Corporis, et Sanguinis D. N. I. C. immolatio facta constiterit. Nam ecce Apostolus dicit. Nonne qui edunt Hostias, participes sunt Altaris? Certum est quod hi, qui sacrificantes (id est in Missa illa, quam actu celebrant) non edunt, rei sunt Dominici Sacramenti. Quicumque ergo Sacerdotum deinceps Divino Altari Sacrificium oblaturus accesserit, et se a Communionis suspendit, ab ipsa, qua se indecenter privavit, gratia communionis, anno uno repulsum se noverit: Post haec verba, Natalis Alexander, a quo ea sumpsit, concludit ad rem suam: Ergo modis omnibus est tenendum, ut, quotiescumque Sacrificans Corpus et Sanguinem D. N. I. C. in Altari immolat, toties perceptionis Corporis, et Sanguinis Christi participem se praebeat: Ergo (concludam ego ad rem meam) Sacrificii Missae perfectio integralis quae habetur per consecratae materiae sumptionem, clara undique resultat. Clara pariter resultat unitas sacrosanctae actionis in seipsa inspectae; et unitas proinde moralis duorum (ut in casu) Sacerdotum, quorum unus consecrat, et alter eadem consecrata sumit: et sic integrum perfectumque fit Sacrificium, quod unum est. Cappellanus igitur noster, qui vices formaliter supplendo, sumpsit Consecrata ab alio Sacerdote post illam consecrationem mortuo, caeteraque usque ad finem Missae complevit, vere et proprie illi participavit eidem Sacrificio, cui perfectionem dedit et integritatem, quae nedum de Ecclesiastico iure est, sed et insuper de Divino; et per hoc ecclesiasticae subiectus factus est legi, quae Sacerdoti plura in eadem die Missae Sacrificia vetat.*

» Adeo verum est, Sacerdotem (ut in casu) supplementem consociari, atque uniri illi eidem Sacrificio, ut sumere debeat, et sumat utramque speciem, quam mortuus Sacerdos sumpsisset, et quam quilibet sumit Sacrificans, qui per se perficit Sacrificium. Insuper adeo hoc verum est, ut suppletus Sacerdos vestibus sacris more Sacrificantium indutus suum debeat supplementum praecise inchoare ab eo prorsus Missae loco (seu Oratione etc.), ubi alter Sacerdos cessavit per mortem. Notum tandem est, supplementem Sacerdotem, si unam ibi speciem repererit consecratam, statim consecrare debere et alteram, praecise incipiendo a ritu consecrationis Sanguinis.

» Quod si Cappellanus interroget sic; ergo ne Sacerdos, qui post celebratam a se Missam debet (ut in meo casu) alterius vices supplere, duplici participabit Sacrificio? Et si affirmative respondeatur, cur non licebit et mihi? Respondeo: Utique ex dictis sequitur duplici illum Sacrificio participare. Ex vera enim necessitate, quae oritur ex Divina institutione, et Ecclesiae praecepto, ille (quamvis non amplius ieiunus) debet, post celebratam a se Missam, supplere vices alterius, post peractam consecrationem deficientis, ut Sacrificium sit integrum; tibi autem e converso non licet, quia nulla pro te pugnat necessitas, licet ieiunium servasti.

» Observatio illa, qua dicitur vetitam esse duplicem in eadem die Eucharisticam Communionem, verissima quidem est, atque fundatissima, eaque firmiter contra Cappellanum nostrum militat, qui postquam supplevit etc., Missam exinde praesumat celebrare, et consequenter bis sumere. At isthaec observatio nodum illius non solvit, Dubiumque non avertit. Ipse siquidem nec ignorat, nec ignorare potest Ecclesiasticam prohibitionem (*generaliter*) super duplici Eucharistica Communionem in eadem die, sicuti non ignorat, vetitum *singulariter* esse duplex in eadem die Sacrificium. Attamen his non obstantibus in ea est sententia, ut putet licere sibi Sacrificium inchoare, et perficere

tunum iudicarunt per rescriptum : Detur responsum , exquisito Voto duorum Consultorum Theo-

logorum (1). » Quumque Eminentissimorum Patrum sententiae apprime in omnibus convenerint Con-

» usque ad finem ritu consueto, quamvis antea sumpserit species ab alio Sacerdote consecratas. Ego  
» vero interim (optimo, ni fallor, iure) arbitror secundam Eucharisticam sumptionem non intendi,  
» ac praesumi a Cappellano seorsim (italice *isolatamente*) prout sumptio est, sed prout necessario  
» sequitur Sacrificium, illique adnectitur, ut more, rituque solito perficiatur; vult enim celebrare  
» Missam. Unde per consequens, si bene illi vertat, praesumpta Missae celebratio inevitabilis, et li-  
» cita descendat iterata Eucharistiae Communio. Ad hanc itaque praesumptam Missae celebratio-  
» nem tota reducitur difficultas, quae tamen ex superius dictis satis superque mihi videtur con-  
» futata.

» Unum tamen remanet, non praetereundum, effugium. Posset siquidem Cappellanus vires resu-  
» mere, sic dicendo: duplex Sacrificium, ideoque duplex etiam Communio vetita quidem est regu-  
» lariter, et ordinarie loquendo; at regula excipit extraordinarios aliquos casus, in quibus duplex  
» permittitur Missae Sacrificium: ideoque duplex Eucharistica etiam Communio: atqui in neces-  
» saria et extraordinaria ego versor circumstantia, in qua debui vices mortui post peractam consecra-  
» tionem Sacerdotis supplere: easque consecratas species sumere: Ergo etc.

» Respondeo: vanissimum est hoc effugium. Primo namque plures a variis Theologis referuntur  
» casus, in quibus ipsi opinantur licitum in eadem die esse secundum Sacrificium. At nullus (quod  
» huc usque sciam) ex consultis a me Scriptoribus meminit huius, qui hodie proponitur casus.  
» Unde, hoc posito, arbitraria, et effraenis foret Cappellani nostri pro se opinio, quae in sola eius  
» mente fundamentum haberet. Secundo, inter plures, qui a variis Theologis proponuntur casus,  
» in quibus licere putant iteratam in uno die Missam, referuntur ad summum duo vel etiam unus  
» tantummodo, in quo affirmativa tenenda sit sententia (ita cordatiores Theologi, sed praesertim le-  
» gantur Constitutiones Benedicti XIV. *Declarasti*, et *Quod expensis*) neque interim locum habet  
» casus praesens. Huic vero notandum est, Doctores, et praecipue laudatum Benedictum XIV.  
» ea, qua pollebant sagacitate et praxi, quoscumque investigasse casus, ut formiter doceretur, qua prae-  
» cise in circumstantia secundum liceret Sacrum facere; et tamen de hoc casu non loquuntur, qui  
» caeteroquin fuisset obviissimus. Tertio, omnes omnino de hisce rebus Scriptores, immo Ecclesia hac  
» super materia de illa loquitur necessitate, quae post primam supervenit Missam, et respicit id-  
» circo secundam, ut (servatis servandis) valeat celebrari. At in praesenti themate hoc non verifi-  
» catur, cum necessitas adfuerit in prima actione, idest in supplenda mortui Sacrificantis vice, et  
» per consequens cum illius ratione supplementi (sicut demonstratum est) ad prius Sacrificium  
» ipse pertineat tamquam verus, et proprius eius Sacerdos, iterum celebrare non potest, nisi ali-  
» qua adsit vera, et probata necessitas Sacrum iterandi, quemadmodum cuicumque Sacerdoti, qui  
» Missam antecedenter celebraverit, concedit Ecclesia. Cumque in praesenti casu nulla memoretur  
» huius generis necessitas, ab iterando Sacrificio Cappellanus noster arcendus est.

» Ita censeo. Satis autem superque ad rem hanc erat aureum *Rmi Patris Consultoris Zecchi-  
» nelli* iudicium. Ita sentio, meamque interim (qualiscumque sit) hanc operam etc. Er̄nis PP. emen-  
» dandam si lubeat, delendamque subiicio.

*Fr. Aloysius Ionni Ord. Eremit. S. Augustini Sac. Rit. Congregat. Consultor.*

Hisce votis pauca addere mihi liceat.

Adeo clara sunt ea rationum momenta in dissertissimis Theologorum consultationibus allata, quibus plene est demonstratum, non licuisse Sacerdoti Sacrificium offerre, postquam sacras sumpserat species, perfecitque Missam ab altero usque ad Canonis partem post consecrationem productam,

sultorum elucubrations, facta per me infrascriptum de singulis SSmo D. Nostro Leoni XII. Pont. Max. relatione, Sanctitas Sua Sacrae Con-

gregationis Responsum adprobavit, et confirmavit, et Decretum expediri mandavit. Die 16. Decembris 1823.

eoque repentina morte sublato, interceptam, ut quid illis superaddendum quaerere ad inutile, vanum, superfluum opus referri posse videatur. Detur tamen mihi venia, si quid ego etiam proferam quod, etiamsi ad quaestionem propositam strictam, directamque relationem habere non videatur, nonnihil tamen offert analogiae, magisque confirmat potiora argumenta, quae ad scindendum nodum prolata sunt. Ex Ecclesiae instituto cuilibet Sacerdoti datum est in die Dominicae Nativitatis ter Sacrum facere: Theologi, et sacrae Liturgiae cultores quaerunt: an liceat Sacerdoti communicare extra Sacrificium, sive per seipsum, sive omnino, more laico, per manus alterius Sacerdotis; semel vel bis, ante vel postea, celebrare Missam? Et omnes unisona voce concludunt, *non licere*: quia non ad simpliciter communicandum ter in Natali Domini facultas a iure, et consuetudine conceditur; sed solum conceditur hac die ter celebrare, ac per consequens ter intra Sacrificium ad illud videlicet consummandum, et nullo modo extra illud, communicare, si celebraverit, vel celebrare voluerit. Ita *Quintanadvenas in Singul. tom. 1. tract. 4. de Euch. singul. 9. Cardinalis de Lugo de Euchar. disp. 20. sec. 1. n. 43., Franc. de Lugo de Sacram. lib. 4. de Euch. c. 9. qu. 5. n. 46., Diana edit. coord. to. 2. tr. 1. R. 96. §. 3. et tom. 3. tract. 1. Reg. 54. §. 11. Vasquez qu. 80. art. 11. disp. 214. c. 3. in fine, Merat. tom. 1. part. 4. tit. 3. num. 15. Gobat apud la Croix lib. 6. part. 1. de Sacrif. Mis. qu. 32. §. 8. n. 242.* Videri etiam potest *Suarez, 3. in tertia par. disp. 69. sect. 4. §. Dices saltem.* Ideo Cardinalis in officio Diaconi ministrans Pontifici celebranti communicat in Missa; at si Sacerdos sit, neque ante, neque post, alias duas, vel unam Missam celebrare debet. Idem dicendum de aliis Cardinalibus, qui licet Sacerdotes sint, quia tamen in Diaconorum Ordine sunt, e manu Pontificis Sacram sumunt Synaxim; necnon de Canonicis Vaticanae Basilicae, qui ministrantes in officio Diaconi vel Subdiaconi onus habent communicandi in Missa Conventuali, et de similibus Sacerdotibus, qui inservientes Episcopo, de eius manu communicant. Cur autem ita? Quia statim ac Sacerdos more laico communicavit, non amplius uti potest privilegio concesso ratione Sacrificii, non ratione Communionis. At noster diversus est casus, quum non agatur de Communione more laicorum, sed de perfectione Sacrificii, cuius pars integralis est sacrarum specierum sumptio. Non intercedo; nego tamen, quod unus ad alterum magnam non habeat affinitatem: et quoniam interdictum est Sacerdoti alias celebrare Missas in Nativitate Domini, si more laico communicavit; ita vetitum reiterare Sacrificium (excepto casu necessitatis, et die Nativitatis Domini, ut infra videbimus) Sacerdoti, qui sumptione sacrarum specierum Missam absolvit ab altero inchoatam, et usque ad partem Canonis post Consecrationem productam; quia, ut plane demonstratum est, qui consecravit et qui sumpsit unus idemque moraliter censendus est; et licet sumptio sit pars integralis Missae, nihilominus nostro in casu qui sumit ad Sacrificii complementum magnam partem in eodem Sacrificio habet. *Oblatio, Consecratio, Sumptio* ab unius Sacrificii unitate scindi non debent; quamobrem Cappellanus sacras species ab altero oblatas, et consecratas, ne unum, idemque Sacrificium imperfectum relinquatur, sumens, habendus perinde est, ac si moraliter Sacrificium confecisset, quia per sumptionem illud perfecit. Ex allato exemplo Sacerdotis, qui in Officio Diaconi die Nativitatis Domini communicavit in Missa Pontificali vel Conventuali, sic argumentationem instituo. Si Sacerdoti ministranti in officio Diaconi die Nativitatis Domini non licet argumentationem instituo. Si Sacerdoti ministranti in officio Diaconi die Nativitatis Domini non licet duas alias celebrare Missas, quia de Sacrificio particeps quidem fuit, sed illud nec perfecit, nec perfecit; multo minus licebit illud reiterari a Cappellano, qui (intelligendum de diebus, in quibus semel dumtaxat celebrare licet) sumendo species ab alio consecratas, nedum Corpore et Sanguine Iesu Christi se refecit, celebrare licet) sumendo species ab alio consecratas, nedum Corpore et Sanguine Iesu Christi se refecit, verum etiam Sacrificantis demortui vices supplendo, vere, et realiter Sacrificio complementum dedit.

Etsi vero ex iis, quae huc usque dicta sunt, sequatur in proposito casu non licuisse Sacerdoti Sacrificium iterare, et haec regula sit in similibus omnino servanda, unus tamen est casus, praeter alios ab Ecclesia permissos, qui excipiendus videtur. Potest tale infortunium contingere in die

4602. PANORMITANA.

Porrectis elapso anno sub die 12. Aprilis Sacrorum Rituum Congregationi nonnullis dubiis ex parte Magistri Caeremoniarum Cathedralis Panormi, super quibus, audita prius in scriptis sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, quamvis singulis apposite responderi potuisset, nihilominus visum fuit EE. PP. dictae Congregationi praepositis, ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Card. Cacciapiatti Ponentis, super secundo, et decimoquarto ex allatis Dubiis iudicium differre, eidemque Caeremoniarum Magistro onus demandare, ut, digestis quoad illa variis Auctorum opinionibus, cunctisque maturius, et accuratius perpensis rationum momentis, suum iterum sensum promeret examinandum, cribrandumque ex officio. Disponente namque Rubrica, quod, dum in 1. Dominica post Octavam Epiphaniae occurrat Septuagesima, in primo Sabbatho post Octavam Epiphaniae non impedito Festo IX Lectionum, alioquin 1. die post Octavam, fiat Officium de Feria, in qua ponuntur Responsoria primi Nocturni Dominicae II. post Epiphaniam, et tres Lectiones leguntur de Homilia eiusdem Dominicae cum eius Antiphona ad *Benedictus*, et Oratione: Festum vero semiduplex in ea occurrens transferatur ad primam diem non impeditam. Cumque aliquibus in locis occurrat dies infra Octavam S. Patroni, nec fieri possit Officium de Dominica in Sabbatho impedito Festo IX. Lectionum, Dubium secundum oriebatur quatuor constans quaesitis, quod hodie primo loco resolvendum proponitur, nimirum.

Nativitatis D. N. I. C., in quo permissum est ter Sacrificium offerre. Poteritne qui ad perficiendum Sacrificium sumpsit species ab alio consecratas, iterum ad Aram accedere, et unam, vel duas Missas, vigore privilegii Festivitati adnexi, celebrare? Utique posse videtur, ea potissimum ratione, quia, ceu probatum est supra, antecedens Communio nequit haberi tamquam laica, sed ut pars integralis Sacrificii, cuius a loco, in quo primus repentino morbo correptus desiit, vere minister censendus est Sacerdos, qui Missam perficit: pari iure, ni fallor, quo, ut docent *La Croix loc. cit.*, et *Diana tom. 4. tract. 8. regul. 94. §. 1.*, alique, posset Episcopus communicare in Missa, in qua hac die ordinatur, et postea legere alias duas Missas; quia in Missa, in qua ordinatur, est simul sacrificans. Neque opponat aliquis casum esse diversum, quia sacrificans vere dici nequit Sacerdos, qui species ab altero consecratas sumens, Missam perficit. Nam, ut a doctis Consultoribus demonstratum est, ad unitatem Sacrificii servandam, qui consecravit, et qui sumpsit, in casu, ut unus moraliter censentur. Rem paucis absolve. Non licuit in casu proposito Cappellano Missam celebrare, quia ex praesenti Ecclesiae disciplina (nisi necessitas urgeat) semel tantum in die fas est Sacrum facere, et moraliter fecisse Cappellanus censetur Missam perficiendo sacrarum specierum sumptione: licuisset in Natali Domini unam, vel duas dumtaxat (non autem tres) celebrare Missas, quia ter ea in Solemnitate Sacrificium iterare permissum est, quin obstat sacrarum specierum sumptio, quae vere ad complementum Sacrificii pertinet, nec cum Communionem laicam confundi debet, et ideo tertiae Missae dumtaxat ponit impedimentum.

1. An Officium dictae Dominicae secundae faciendum sit in supradicta die infra Octavam, sine commemoratione Octavae, sed cum precibus, suffragiis, et commemoratione de Cruce, sicut fit quando in aliqua die infra Octavam occurrat Feria IV. Cinerum, et quando infra Octavam Sanctae Scholasticae, et Sancti Benedicti Abbatis occurrat Dominica Quadragesimae, et in Choro recitandum sit Officium B. M. V. et Defunctorum pro prima die mensis non impedita: et in Cathedrali, et Collegiatis dicendae sunt duae Missae, una pro Defunctis post Laudes, aut post Primam, altera de dicta Dominica secunda post Sextam, sine *Gloria*, sine *Credo*, et cum tribus Orationibus, prima de Dominica, secunda *Deus qui salutis etc.* tertia Ecclesiae, vel pro Papa, nisi occurrat commemoratio simplicis, cum Praefatione de communi, vel de Octava, si habeat propriam color. virid.?

2. Vel faciendum Officium de dicta die infra Octavam cum nona Lectione de Homilia, et commemoratione Dominicae secundae, absque precibus, suffragiis etc. Missa vero de Dominica cum commemoratione dictae infra Octavam, cum Praefatione communi, vel de Octava, si habeat propriam, et in fine *Benedicamus Domino*, color alb.?

3. Vel faciendum Officium dictae Dominicae secundae cum commemoratione Octavae, sine precibus, suffragiis etc.?

4. Vel si post Octavam Epiphaniae occurrat supradicta dies infra Octavam in una die, et semiduplex in altera die, Officium Dominicae se-

cundae reponendum in die, in qua faciendum est de die infra Octavam? vel in die, in qua occurrit semiduplex? (1)

Similiter cum in Canone Missae dicatur in Oratione *Nobis quoque peccatoribus: Cum Ioanne*: quaerebatur Dubio XIV. quod hodie secundum tenet locum.

Si Missa dicitur, vel fit commemoratio S. Ioannis, qui nominatur in Canone, quandonam caput est inclinandum? quando nominatur, aut commemoratio fit de S. Ioanne Baptista; vel quando Missa dicitur, vel commemoratio fit de S. Ioanne Apostolo, et Evangelista? (2)

Et EE. PP. sacris ritibus tuendis praepositi, visis matureque perpensis iis, quae in hac nova allegatione fuerunt per eundem Caeremoniarum Magistrum diligentius illustrata, referente praefato Eñño et Rñño Domino Card. Cacciapiatti Ponente, respondendum esse censuerunt.

Ad primum ex quatuor Quaesitis Dubii secundi hodie primo loco propositi: « Affirmative. »

Ad secundum, et tertium: « Iam provisum in primo. »

Ad quartum: « Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam. »

(1) Vide supra adnotationem ad huiusmodi quaesita, ubi expensis diversis Scriptorum sententiis, aliis praefendam esse illam visum est, quam postea Sac. Congregatio admisit, firmavit, definivit.

(2) Vide supra adnotationem ad hoc dubium, ubi plane est demonstratum *Ioannem*, qui nominatur in Canone: post *Nobis quoque peccatoribus*, non alium esse, nisi *Baptistam Praecursorem Domini*.

(3) Ne a quaestione deflectar, quae Sac. Rit. Congregationi discutienda, ac definienda proposita fuit, non quaeram, num *Pontifex Thelesphorus* primus fuerit, qui indulsit, ut in die Nativitati Domini sacra tres Missae possent celebrari, veluti nonnulli argui debere existimant, ex Cap. *Nocte Sancta* 48. *distinct. 1. de consecratione*, quod perperam eidem tribuitur, et supposititiis adnumerandum esse emunctae naris Scriptores volunt, ac ad Isidori Mercatoris merces amandant. Nec video, quomodo talis permissio, aut institutio ex eo canone (quatenus ut genuinus haberi velit) evinci queat, cum ne verbum quidem in eo occurrat, quo huiusmodi opinio fuleiri possit: constitutum quippe dumtaxat in eo est, ut Missae celebrari non liceat ante horam tertiam, praeter quam nocte sancta Nativitatis Domini. Certum tamen est morem celebrandi tres Missas ea die multo ante aevum *S. Gregorii Magni* in Ecclesia saltem Romana obtinuisse; ut in *Homil. 8. in Evang.* Neque mihi dabo scrutari, et expendere mysticas significationes, quas in harum Missarum partibus, et relate ad horas, in quibus easdem celebrari statutum est, inveniunt Amalarius *lib. 3. de Eccles. offic. cap. 41.*, Rabanus Maurus *lib. 2. cap. 31. Instit. Cleric.*, Micrologus *de Eccles. observat. cap. 4.* Rupertus *de Divin. Offic. cap. 15. 20. 21., et 22. ac tandem*, ut plurimos alios praeteream, Pougetus *institut. catholic. tom. I. pag. 814.*, et Benedictus XIV. *de Fest. D. N. I. C. cap. 17. num. 57.* Strictim potius pauca quaedam adnotabo, quae simul demonstrant Sac. Congregationem, non secus ac fecit, proposito dubio respondere debuisse, et *SSmum D. N. Leonem XII.* plene in omnibus eiusdem Congregationis voto adhaesisse, licet temperaverit legis rigorem, et, attentis circumstantiis, specialique gratia, intactam relinquens rubricae regulam, de suae potestatis plenitudine aliquid circa modum indulserit.

Ad II., quod in altera propositione fuerat XIV. « Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam. » Die 27. Martii 1824.

4603. TIBURTINA.

Sacr. Rit. Congregationis Decreto die 17. Septembris 1822. Ordinariis Locorum districte praecipitur, ut Rubricarum, Caeremonialis Episcoporum, et Decretorum eiusdem Sacrae Congregationis observantiam urgeant; quod sane consequi perquam facile fuit Rñño Episcopo Tiburtino, ob singularem Capituli, et Canonicorum Cathedralis erga ipsum venerationem, et obsequium. Cum autem eadem sit lege sancitum, in dubiis adeundam esse eandem Congregationem pro declaratione; ideo super nonnullis illius Cathedralis immemorabilibus consuetudinibus, quatuor exaratis Dubiis, unanimi Episcopus, et Canonici consensu sacrum hoc Tribunal adire opportunius duxerunt, eadem EE. PP. resolvenda proponentes, nimirum.

1. An, stante consuetudine Tiburtinae Cathedralis, a Canonicis omitti possit in die Nativitatis Domini secunda Missa, quae in aurora illius diei celebranda a Rubrica Breviarii praescribitur? (3)

2. An, in Sabbatho Sancto retinenda sit consuetudo Tiburtinae Cathedralis, ex qua post Benedictionem ignis, alius Diaconus diversus ab eo, qui Celebranti assistit, et totius Missae officio

Rubrica Missalis Romani agens *tit. 15. de hora celebrandi Missam conventualem* apte distinguit Festa, in quibus recolitur memoria Sanctorum, Ferias, atque Vigillas, et diversas designat horas pro Sacro faciendo iuxta diversitatem dierum, et ritus: excipit tamen a regula generali diem Nativitatis Domini, ibi num. 4. *Excipiantur ab hoc ordine dicendi Missam conventualem Missae in Nativitate Domini, quarum prima dicitur post mediam noctem, finito Te Deum Laudamus in Matutino; secunda in aurora, dictis Laudibus, et Prima; tertia vero in die, post Tertiam; vel ubi aliter ex dispositione Apostolica disponatur.* Conformis pariter est rubrica Breviarii, quae haec habet: *In die Nativitatis Domini etc., quo finito (Te Deum), et dicto Benedicamus Domino, celebratur prima Missa post mediam noctem . . . . summo mane dicitur Prima, qua finita celebratur secunda Missa in aurora . . . . Tertia dicitur hora sua, qua finita, celebratur tertia Missa de die Nativitatis:* ita etiam glossa ad praefatum cap. *Nocte sancta.* Exceptio tamen huiusmodi non respicit Missas privatas, quae celebrari possunt quacumque hora ab aurora ad meridiem, nec singuli Sacerdotes ad trinam celebrationem tenentur; sed, prout libet, potest quilibet semel, aut ter Sacrificium offerre; nam Ecclesia non iubet, sed ea in solemnitate permittit iterare Sacrum, quod aliis diebus vetitum est. Verum rationem habet Missarum Conventualium, ad quas Ecclesiae praesertim Cathedrales tenentur, veluti praecipit Honorius III. in *Cap. Cum creatura, de celebratione Missarum:* recta hinc descendit Cathedralis Tiburtinae Canonicos, ex rubricali praescripto teneri, statis horis, ad solemnem trium Missarum celebrationem. Centies namque a S. Rit. Congregatione declaratum, definitumque fuit, in Cathedralibus et Collegiatis, in quibus quotidianum est Chori servitium, tot Missas esse celebrandas cum cantu, quot rubricae celebrari iubent. Ita in Burgen. 26. *Maii* 1626. in altera ad tollendos abusum die 16. *Januarii* 1620., in Nucerina 16. *Februarii* 1630., in Aquileien. 9. *Aprilis* 1633, in Policastren. 16. *Novembris* 1649., in Urbeveta die 3. *Augusti* 1737., aliisque quamplurimis brevitatis gratia omittendis. Speciali notatu dignum est responsum Sac. Congregationis in d. *Policastren.*, quia multam habet ad easum nostrum affinitatem. Illius Cathedralis Canonici se exemptos esse putabant ab aliis praescriptis Missis praeter unam conventualem: *propter praebendarum tenuitatem, et consuetudinem immemorabilem,* sed S. C. absolute respondit: *Omnino praedictos Canonicos teneri ad celebrandam utramque Missam iuxta Rubricas Missalis Romani in praedictis temporibus, quacumque exceptione, et consuetudine adducta non obstante.* Haud prodesse poterat Tiburtino Capitulo contraria immemorabilis consuetudo, argumentum deductum ex Caeremonialis dispositione, interpretatio rubricae Missalis, atque id genus alia, quibus se tuebatur, ne cogeretur ad onus canendi secundam Missam in aurora. Consuetudo, etsi immemorabilis, cui accesserit Ordinariorum tolerantia, et adquiescentia, nequit sustineri, et reprobandi abusus induit naturam, quia, quum laudabilis, et rationabilis non sit, pugnat cum lege Ecclesiae universalis, veluti pluribus possem demonstrare, nisi de re ageretur satis clara, et explorata, ac praecise, in casu a nostro non absimili, iam definita a Sac. Congregatione in *antedict. Policastren.* . . Satis haec essent ad propositi Dubii solutionem: verum id magis patebit, si expendantur rationum momenta, quibus se sustinere posse arbitrabantur Canonici Tiburtini. Utique Caeremoniale Episcoporum de hac secunda Missa non loquitur, et bene quidem. Nam discrimen ponendum est inter *Missas Pontificales, et simpliciter conventuales, inter solemnissimas, et minus solennes. Prima autem et tertia solemnissimae sunt, secunda vero minus solennis:* omnes sunt conventuales, quia cuncti Chori servitio addicti ad eas convenire debent: sed *prima* Pontificalis est ad libitum; *tertia* in praecepto, seseque ab ea dispensare nequit Episcopus, nisi legitimo impedimento detineatur; cum Caeremoniale iubeat, et praeceptiva ditione utatur: *omnino cantabit (tertiam Missam) Episcopus in die, lib. 2. cap. 14. num 11.; secunda* vero Capitulo importat onus, sed non Episcopo, qui eandem privatim celebrat: et Caeremoniale rationem habet Missarum, quae hac die pontificalibus adnumerantur, idcirco illam praeterit,



debet inservire, albis vestibus indutus, debitis caeremoniis Arundinem accendit, et ad Legile

quae simplex conventualis est, et cuius celebrationi per Missalis Rubricas satis provisum est, quin ad eam celebrandam, vel ab alio celebratae assistendum teneatur Episcopus. Cur autem de hac aliquid disponere Caeremoniale debebat? Quid vero dicam de argumento altero, quod petebant Canonici ex distinctione rubricarum inter *praeceptivas, et directivas*, ut inde concluderent ad secundam Missam in aurora non teneri, quia rubrica praecipitiva non est, ut ipsi perperam arbitrantur? Nolum talia audire a Sanctuarii Ministris, quasi pro lubitu liceat a sanctissimis illis regulis declinare, quae, licet positivum praecipitum non importent, sapienti tamen consilio datae sunt pro Choralium quae, licet positivum praecipitum non importent, sapienti tamen consilio datae sunt pro Choralium functionum directione, observantia, et implemento. Praeterea dictio illa rubricae, *dicitur*, quae arbitrarie, contorto sensu, ut directiva obruditor, praecipitiva revera est, vel, si placet, dabo eandem partim praecipitivam esse, partim directivam. Praecipitum dat quoad obligationem trium Missarum conventualium certo ordine ea die distributarum; directionem vero praebet quoad designationem temporis, quo singulae absolvendae sunt: quamobrem vi praefatae rubricae ea in solemnitate omnino tres conventuales Missae cum cantu sunt celebrandae: ad tempus vero designatamque horam, quae singulae canendae sunt, eadem rubrica directiva est, quia locum relinquit pro circumstantiarum diversitate alicui moderationi ab Apostolica Sede obtinendae. Explicit namque limitationem ponens: *vel ubi aliter ex dispensatione Apostolica disponatur*, quae verba relationem habent ad horas, non autem ad onus celebrationis. Ita Gavantus: *ex dispensatione Apostolica: intellige de concessa post Concilium Tridentinum, quod prohibet, ne aliis horis, quam debitis Missae celebrentur*. Neque alius rubricae sensus esse potest, si attendatur particula *vel*, quae disiunctiva est, et necessario ad celebrandi horam referri debet, quae potest ex dispensatione variari, non ad ipsam celebrationem, quae nequit omitti. Sed de hoc sermo infra redibit; satis modo est, posuisse discrimen inter illud, quod in sensu rubricae cadit sub praecipito, et aliud, quod aliquam moderationem ab Apostolica Sede impetrandam admittere potest. Cetera, quae a Tiburtinis Canonicis afferebantur tam levia sunt, ne dicam inepta, ut potius praetereunda, silentioque tegenda sunt, quam diluenda, et refutanda. Nam caeli inclementia, anni tempestas, viarum asperitas, quae aliquando stratae sunt nive, aedium a Cathedrali distantia, tuendae valetudinis cura, deficientia temporis ad tres Missas privatim celebrandas, et his similia si attendenda essent, omnes fere Cathedrales ab onere secundae Missae in aurora forent absolvendae. Cum enim sollemnis Nativitatis Dominicae memoria in media incidat hyeme, praefata incommoda et ubique occurrunt, et omnibus communia sunt. Porro huiusmodi circumstantiae aliquam possunt indulgentiam invenire quoad horam, non autem quoad Missae onus adimplendum.

Hac indulgentia favore Cleri Tiburtini usum fuisse SS<sup>m</sup>um D. Nostrum, firma tamen rubrica, mox videbimus. Verum, quod attinet ad Sac. Congregationis Responsum, cum quaereretur; an liceret vigore consuetudinis secundam Missam in aurora omittere? optimo iure eadem declaravit, non licere, tum quia id erat contra apertum rubricae praescriptum; tum quia in Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis, quae habent onus quotidiani servitii, tot conventuales celebrandae sunt Missae, quot eadem rubricae canendas iubent, veluti supra notatum est. Enimvero SANCTISSIMUS, relatione auctore, adprobando, confirmandoque in omnibus praefatum Sac. Congregationis Responsum, sartam, dita, adprobando, confirmandoque in omnibus praefatum Sac. Congregationis Responsum, sartam, tectamque voluit rubricam ea in parte, qua, iuxta allatam distinctionem, *praecipitiva* est: verum tamen, *attentis peculiaribus circumstantiis animum suum moventibus*, moderando eandem rubricam alia in parte, qua est *directiva*, indulsit, ut *secunda Missa, quae in aurora dicenda esset, protrahi posset ad unam, alteramve horam post Solis ortum, dummodo tamen Missa eum cantu celebretur, omnesque intersint, qui ad Chori servitium tenentur*.

Per huiusmodi autem Pontificium rescriptum magis magisque confirmatur rubricae sensus quoad postrema illa verba, *vel ubi aliter ex dispensatione Apostolica disponatur*, quae referuntur ad horam ex Apostolica dispensatione in aliam commutandam, non autem ad onus secundam hanc celebrandi Missam. Et revera, si quod est ex hisce tribus Saeris, prae aliis, stata hora persolvendum,

procedit ad cantandum: *Exultet*; quo cantato, sacras Vestes deponit, et postea ad Chorum cum aliis revertitur? (1)

3. An Episcopo Vesperas solemniter peragente, vel Missam Pontificalem celebrante, Canonicus Subdiaconus, qui in Vesperis Antiphonas

illud profecto est, quod post mediam noctem, iuxta rubricae praescriptum, peragi debet, ad recordandam temporis memoriam, quo Redemptor noster in Bethelhem Iudae natus est: nihilominus non ubique idem servatur, sed nonnullis in Ecclesiis ex privilegio, antequam dies civilis initium habeat, ea celebratur Missa, non obstante Constitutione *Sanctissimus* etc. a *S. Pio V.* evulgata die 29. *Martii* 1566., qua omnia privilegia sublata sunt antea quibusdam Ecclesiis concessa, illam celebrandi ante mediam noctem. Praeter Pontificium Sacellum, in quo, una saltem hora ante civilis diei initium, peractum est Sacrum; Venetiis non una est, sed plures sunt Ecclesiae, in quibus idipsum fit; quod non nisi vigore posterioris privilegii derogatorii Pianae Constitutionis fieri posset. Videsis *Benedictum XIV. de Synodo Dioecessana lib. 6. cap. 8. num. 9.*, *Lucium Ferraris verb. Missa art. 5. num. 51. Tetamum Tract. 1. lib. 3. par. 2. ad 25. Decembris num. 45. et seq.* Praeterea in Patriarchalibus, et Collegiatis Urbis, necnon aliis in Ecclesiis haec Missa protrahitur ad plures horas post mediam noctem, ita ut celebretur, illucescente iam die. Rem dico omnibus manifestam. Itaque, si in aliquibus Ecclesiis prima Missa in nocte celebranda vel anticipatur, vel protrahitur Apostolici vigore indulti; multo magis, attentis peculiaribus circumstantiis, aliquo privilegio gaudere potest secunda Missa in aurora, quae longe minorem solemnitatem habet, quam illa post mediam noctem celebranda, etiamsi ratio haberi nolit sublimissimi mysterii, quod in hac prima Missa prae aliis recolimus. Nec praetereundum, quod non desunt, qui volunt secundam hanc Missam in aurora non ubique antiquitus obtinuisse, sed *Romae extra ordinem ob id tantummodo celebratam esse, quod in Urbe haberetur Ecclesia S. Anastasiae, cuius Festum in eundem diem Natalis incidit etc.*, prout latius apud Meratum ad Gavantum *part. 4. tit. 3. num. V.*

(1) Eruditissimus Meratus hac de re agens *part. 4. tit. 10. de Sabbatho Sancto rubric. 4. num. XI.* notat, quod: *Diaconus debet esse ille idem, qui in Missa, et Officio inservire debet, et non alius ad hanc solam functionem, et ad cantandum tantummodo Praeconium Exultet etc., ut male multi faciunt, hoc enim repugnat omnino rubricae Missalis, neque in ullo habetur Caeremoniali, cum sit quiddam addere, quod est contra Bullam Pii V., et maxime notandum cum Corsetto cap. 8. num. 3. et Hyppolito a Portu rubric. 4. in adnotat. num. 7.* Haec profecto est generalis regula in rubricae praescripto fundata; quae tamen tanto cum rigore accipienda non est, ut et praeeptivis adnumeranda sit, et nullus detur casus, qui non aliquam in quibusdam circumstantiis exigat moderationem; quamobrem Sacra Congregatio regulae insistens, primum proposito dubio respondit: *negative*, verumtamen omnia considerans, quae in casu concurrunt, et indulgentiae dant locum, rem supremo Pastori definiendam remisit, addens rescripto: *consulendum SSmo iuxta Votum, quod erat pro indulto servandae consuetudinis, attentis peculiaribus circumstantiis in casu, de quo agitur: Et SANCTITAS SUA adprobando, et confirmando eiusdem S. Congregationis Votum, benigne annuit.* Quum enim ad Praeconium canendum Diaconus seligendus sit, qui bene polleat cantu Gregoriano, ne asperitate vocis, et dissonantia notarum adstantibus offensionem, et scandalo sit, multosque ad risum potius commoveat, quam ad devotionem alliciat: cumque alicubi ad officium Diaconi pro sacris actionibus, et Missa, specialiter aliquis teneatur, qui tamen ad modulandum, vocemque notis aptandam habilis non sit; satius esse videtur alium substituere ad canendum Praeconium, quod multum requirit idoneitatis. Hinc novum non est, quod in permultis Ecclesiis mos invaluerit ad unum Praeconium canendum alium seligere Diaconum ab eo diversum, qui Celebranti assistere debet. Huiusmodi autem mos, qui Praesidium vigilantiam ut fugiat, haud credi potest; nihilominus tacite toleratur; sed tolerantia locum non haberet, si rubrica aliquam quandoque moderationem, aut dispensationem, aut benignam interpretationem non admitteret. In nostra facti specie rationabilis causa dispensationis non deerat; siquidem Episcopus ipse fatebatur in Tiburtino Clero perpaucos esse ad huiusmodi officium aptos,

praintonat; et Diaconus, et Subdiaconus pariter Canonici, et Missae ministrantes, possint ex consuetudine Tiburtinae Cathedralis sedere in scamno in cornu Epistolae cum ligneo postergali, necnon

serico damasceno rubro cooperto, coronide deaurata a parte superiori apparente, et uno gradu a terra elevato? (1)

4. An quotannis in Cathedrali Tiburtina ce-

praesertim quia ea in Cathedrali Diaconus, qui Celebranti tenetur assistere, unus est ex duobus, qui ex fundatione *Cardinalis Marescotti* praebenda fruuntur cum onere inserviendi in officio Diaconi, et Subdiaconi Canonicis celebrantibus. Plerumque idcirco fit, ut ex his nullus sit aptus ad cantum Praeconii: en necessitas alterum ad hoc munus suffiendi. Aderat igitur in casu proposito congruus, ac rationabilis titulus, quo Tiburtinae Cathedralis Capitulum servandae consuetudinis indultum obtineret.

(1) Duplex est casus, diversa igitur decidendi ratio. Primus est de Subdiacono praintonante antiphonas in Vesperis Episcopo in crastinum Missam celebraturo: debetne idem sedere in distincto parato scamno, et non potius in suo choralis stallo? Omnem dirimit controversiam Caeremonialis dispositio *lib. 2. cap. 1. num. 7*, ubi loquitur: *Caeremoniarius ducit Subdiaconum, vel alium, ad quem spectat, de Ecclesiae consuetudine, intonare antiphonam in habitu, in quo repetitur ante Episcopum . . . et donec per Episcopum non fuerit praintonatio repetita . . . Ea autem repetita, ad loca sua redeunt*: Quid clarius? si tam Caeremoniarius, quam Subdiaconus redire debent ad loca sua, palam fit, quod Subdiaconus, qui tunicella paratus esse debet, non in scamno, quo in cornu Epistolae solent Sacri Ministri Altaris uti, sedere debet, sed ad suum chorale stallum redire. Et quoniam alii Canonici sacris amicti sunt indumentis, haud decet, ut inferior, qualis est Subdiaconus, habeat distinctum honorificum locum, et sedeat supra alios ordine digniores pluviali, vel casula, vel dalmatica indutos.

Diversa est species altera de Sacris Ministris inservientibus Episcopo in Missa Pontificali quibus, Caeremoniale assignat *scamnum paratum*. Agens namque *lib. 1. cap. 9. num. 1. de officio Diaconi*, haec habet: *Sedente postea Episcopo (post Kyrie Eleison), et ipsi sedent in scamno aliquo parato in cornu Epistolae Altaris*: omnis quaestio igitur versatur circa intelligentiam, et sensum dictionis: *in scamno aliquo parato*: Caeremoniale nec formam praescribit, nec ornatum, quae duo accidentaliter sunt, et varia esse possunt iuxta diversas Ecclesiarum consuetudines; dummodo certos intra fines coerceantur. Scamni nomen genericum est, et aequae potest intelligi tam de scabellum oblongo, quam de lignea pariter oblonga sede cum suo postergali; excludit vero sedes camerales. Qui tamen sit Caeremonialis sensus: num velit scamnum cum, vel sine postergali, incertum est. Qui morem reprobatur Tiburtinae Cathedralis adhibendi *scamnum cum postergali serico damasceno rubro cooperto, coronide deaurata a parte superiori apparente, ab uno gradu a terra elevato*, pro se habere putat Sacrae Congregationis Decretum in Turrutana 19. Maii 1614. auctoritate *Cl. Catalani*, et declarationem, quae legitur in *Memoriale Rituum maioris hebdomadae*. Sed haec, quod obscurum est, et in duplici diversa significatione intelligi potest, non elucidant. Quid, quaeso, prodest Decretum in Turrutana? Numquid per idem declaratur, quod in Caeremoniali non est satis expressum? Imo tale Decretum quaestionem intactam relinquit, dum simpliciter iubet *servari formam libri Caeremonialis*. Nec adhaerendum videtur Catalano, qui ad praefatum Caeremonialis locum pro scamno parato intelligendum vult *scabellum nudum, sed lamen pictum, et ad lib. 1. cap. 8. num. 23. sedem nudam ibidem positam*. Non enim ulla ratio subest, qua talem esse Caeremonialis sensum admittamus. Ac tandem illud *sedeant in scamno, seu scabellis in cornu Epistolae*, prout habetur in praefato Memoriali etc. *lib. 2. cap. 27. de Episcopo celebrante num. 13.* satis non est, ut inde consequatur, scamnum esse oportere sine postergali. Neque insistendum in disiunctiva *vel scabellis*; nam Caeremoniale apte distinguit *scamnum* pro sacris Altaris Ministris a *scabellis* parandis pro Diaconis Episcopo assistentibus. Quum igitur res in ancipiti sit posita; ideo S. Congregatio noluit positivo responso definire quid per *scamnum paratum* intelligendum sit, sed tolerari posse morem Cathedralis Tiburtinae decrevit.

lebrandum sit Anniversarium pro Anima ultimi Episcopi defuncti, die ipsius obitus recurrente, quod numquam fuit celebratum? (1)

Et EE. PP. sacris Ritibus tuendis praepositi, accepta prius sententia unius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scripto pandita, typisque evulgata, ad relationem Emi, et Rmi Dom. Card. Falzacappa Pontentis, censuerunt respondendum.

Ad primum: « Negative. »

Ad secundum: « Negative, sed consulendum SSmo iuxta Votum. »

Ad tertium: « Consuetudinem quoad Subdiaconum in Vesperis esse eliminandam; quoad Diaconum, et Subdiaconum in Missa tolerari posse. »

Ad quartum: « Affirmative. » Die 27. Martii 1824.

Quibus omnibus, et singulis a me infrascripto S. R. C. Secretario relatis SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONI XII. PONT. MAX., SANCTITAS SUA Sacr. Congr. Responsa in omnibus approbavit, et confirmavit; verum « in casu,

de quo agitur, attentis peculiaribus circumstantiis animum suum moventibus, ex speciali gratia indulsit Capitulo Cathedralis Tiburtinae, ut secundum Sacrum solemne iuxta rubricas in Aurora persolvendum, protrahi possit ad unam, alteramve horam post Solis ortum; et, Prima ex Horis Canonicis absoluta, eadem Missa cum cantu omnino celebretur, assistentibus omnibus Canonicis, Beneficiatis, aliisque de Clero, qui in solemnioribus Choro interesse debent, *iisdemque, ut supra*, attentis circumstantiis, in casu, de quo agitur, benigne annuit, *quoad secundum*, pro Indulto servandae consuetudinis. Contrariis non obstantibus. » Die 30. Martii 1824.

#### 4604. RESOLUTIONIS DUBIORUM.

Director Calendarii Romani pro eiusdem recta compilatione a Sacr. Rituum Congregatione petiti declarari.

1. An in secundis Vesperis Dominicae SSmae Trinitatis concurrentibus cum Festo primae, vel secundae classis, fieri debeat commemoratio de Dominica? (2)

(1) Est certe mirandum, quod in Cathedrali Tiburtina numquam celebrari consuevit Anniversarium pro ultimo Episcopo defuncto, secus ac iubent Caeremoniale Episcoporum, et Concilium provinciale Romanum. Illud namque districte id praecipit *lib. 2. cap. 26. Episcopus vivens Praedecessoris sui proxime ante ipsum defuncti memoriam habere debet, et pro eius anima singulis annis in die obitus celebrare, vel saltem Missae ab aliqua Dignitate, vel Canonico celebratae assistere, et in fine absolvere*: Praeceptiva pariter sunt duo Anniversaria, quae in praefato Concilio *tit. 15. cap. 5.* praescribuntur pro defunctis Episcopis: *Et ipsis Caeremonialis Episcoporum mandato in universis cuiuscumque Civitatis, et Dioecesis Cathedralibus, et Collegiatis, aliisque conventualibus, seu receptitiis Ecclesiis, praeter solemne Anniversarium pro ultimi defuncti Episcopi anima in eius die obitus celebrandum; alterum etiam per singulos annos agendum decernimus in perpetuum pro omnibus propriis Dioecesis Episcopis infra praedictam fidelium omnium defunctorum Octavam*: Sed quod magis admirationem excitat, est audire, quod numquam hoc Anniversarium celebratum sit contra expressum praceptum, quod legitur in Synodo Tiburtina *tit. 11. de Sacrificiis Missarum 7.*: *praeter solemne Anniversarium pro Anima ultimi Episcopi defuncti, in eius die obitus celebrandum, alterum etiam per singulos annos agendum decernimus pro omnibus huius Dioecesis Episcopis etc., ad quae Anniversaria omnes omnino Canonici, et Beneficiati convenire sub poena punctaturae teneantur*. Meum non est tantae oscitantiae originem, et causas scrutari; nemini forte ex illis qui modo Capitulum, Clerumque Cathedralis componunt, id culpa vertendum est, imo potius commendandi omnes sunt, si ad Sacram Congregationem una cum Episcopo confugerunt, ut docerentur, quid ab ipsis in posterum agendum sit. Modo igitur composita res est, postquam proposito Dubio responsum fuit. *Affirmative.*

(2) Anno proxime praeterito 1823. *Festum S. Philippi Neri* pro Urbe elevatum ad ritum secundae classis, incidit in Feriam II. post Dominicam Trinitatis, quae prima est post Pentecosten: orta hinc quaestio; num in secundis Vesperis praefati Festi SSmae Trinitatis, praeter illam de sequenti, hoc est *de S. Philippo*, fieri etiam deberet commemoratio Dominicae? Distractae fuere sententiae, ideo in Calendario Patriarchalis Lateranensis, et in altero Romano addita fuit: in Vaticano, ac Liberiano omissa. Ubinam bene? Id quaerendum.

2. An occurrente in Octava SS<sup>m</sup>i Corporis Christi Festo Nativitatis S. Ioannis Baptistae,

Ut huiusmodi enodetur quaestio, statuendum est, quam in classem ponenda sit Dominica prima post Pentecosten simpliciter considerata, ac si adnexum non haberet Festum SS<sup>m</sup>ae Trinitatis. Scriptores de rebus liturgicis hanc praetereunt controversiam; et vix unus est *Gavantus*, qui in nihilo differre docet hanc Dominicam seorsim ab adnexa Festivitate consideratam ab aliis, quae sequuntur usque ad Adventum: *Haec Dominica*, inquit, *prima post Pentecosten, ut sic* (videlicet ut Dominica) *est eiusdem rationis cum Dominicis sequentibus, non enim de ea intelligitur Rubrica sub titulo Dominicarum primae classis, quae numquam omittuntur, nempe Dominica Trinitatis: ut patet, quia de illis fit totum Officium, de hac vero commemoratio tantum, et ipsa commemoratio omittitur in iis Vesperis, si Feria II. celebretur Officium secundae classis, vel primae: et occurrens obiecto, quod forte alicui magni ponderis videri poterat, ex eo deducto, quod huiusmodi Dominica notatur in Tabella Breviarii praemissa inter Dominicas, quae numquam omittuntur; ita prosequitur: Neque mireris, quod Festum Trinitatis nunc dicatur Festum, nunc Dominica; nam utrumque verum est, et ratione Dominicae, in qua semper occurrit, habet hoc, quod numquam omittitur Officium de Trinitate, licet eo die occurrat alicubi primae classis Festum; ratione vero Festi, habet ea tantum, quae sunt propria Festorum secundae classis: Ad Rubricas Breviarii sect. 6. cap. 19. num. 2.*

Igitur iuxta *Gavantum* Dominica prima post Pentecosten in ratione Dominicae minime differt ab aliis post Pentecosten, et post Epiphaniam. Et hoc bene est; nam haec Dominica aliam habere nequit qualitatem, praeter illam, quae communis est supraindicatis, neque ullo pacto confundi debet cum aliis, quae qualitatem habent primae, vel secundae classis, quoad privilegium exclusivum, licet ritus sint semidup. Non titulus, non ratio occurrit, ob quam privilegiatis queat adnumerari. Praecedens Sabbathum dat complementum celebrationi Officiorum de Divinis Mysteriis relate ad Passionem, et Resurrectionem Christi Domini, et Adventus Spiritus Paracliti; ideo eo in Sabbatho, celebrata Missa, finem habet tempus Paschale. Igitur Dominica, quae immediate sequitur, neque est, neque haberi potest, ut Octava Pentecosten; nam si talis esset reputanda, comparanda quodammodo foret Dominicae in Albis, quae gaudet ritu duplici; contra vero haec Dominica, quae immediate sequitur, iam absoluta Pentecosten hebdomada; non habet, nisi ritum semiduplicem. Et revera Missa, quae legenda esset in hac Dominica, nisi Officium occurreret SS<sup>m</sup>ae Trinitatis, nullam habet relationem ad Octavam Pentecosten: et ideo non omittitur in Missarum Codice, quia legebatur, priusquam Festum SS<sup>m</sup>ae Trinitatis ad universam Ecclesiam praeceptive extenderetur. Quod vero sit rit. semidup., patet, quia habet secundam Orationem *a Cunctis*, tertiam *ad libitum*: contra vero si haberet qualitatem Octavae Pentecosten, haberet etiam ritum duplicem, et unicam Orationem, ut illa est Dominicae in Albis.

Neque obicias, Dominicas Adventus, et Quadragesimae qualitatem habere dup. 1. vel 2. class. quoad privilegium exclusivum, et nihilominus non esse, nisi rit. semidup. veluti illa est, quae primum post Pentecosten occurrit: nam ex hoc non consequitur hanc eodem privilegio gaudere. Hoc illae decorantur, quia ex Ecclesiae institutione peculiaria includunt Mysteria, et populum Christianum spirituali quodam apparatu disponunt ad celebrandas solemniores Festivitates, in quibus memoria recolitur Nativitatis, Manifestationis, Passionis, Mortis, et Resurrectionis D. N. I. C. Quae vero sequuntur Dominicae post Epiphaniam, et Pentecosten nihil habent, quod non omnibus, et singulis aequae convenient; neque ulla est, quae aliqua distinguatur praerogativa. Ad harum classem referenda certe est prima post Pentecosten; ideoque, si privilegio gaudet quodlibet excidendi Officium cuiuscumque ritus, eo gaudet, non ratione Dominicae, sed ob adnexam Festivitatem SS<sup>m</sup>ae Trinitatis, quae licet sit 2. class., numquam omittitur, etiamsi occurrat Festum primae classis, quod Rubrica transferendum iubet. Uniuntur quidem Festum Trinitatis, et Dominica prima post Pentecosten, sed non confunduntur: unicuique tribuendum est, quod illi convenit: Festum Trinitatis privilegio donatur eliminandi quodecumque duplex; Dominica vero, ut Dominica, cum sit ritus semidup., id dumtaxat habet, quod exigit qualitas ritus.

Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, Dedi- cationis, aut Tituli Ecclesiae, Patroni principalis,

Quod si aliquis velit hanc Dominicam ratione sui, et separatim ab adnexo Festo SS<sup>m</sup>ae Trinitatis, illis revera adnumerandam esse, quae numquam omittuntur, onus in se suscipit aliquam promendi ex iis rationibus, quae ab intrinseco dicuntur. Equidem ego diu cogitationes intendi, ut haec adinvenirem, irrito tamen conatu. Si quae excogitari possunt, extraneae sunt, et ad id conficiendum, quod probandum est, nullatenus prosunt. Nemo est, qui neget hanc Dominicam legi in Tabella illarum, quae numquam omittuntur. Quid tamen inde? Non ut Dominica illis adnumeratur, verum notatur ratione adnexae Festivitatibus, quae licet sit secundae classis, nihilominus primae qualitatem habet, idcirco non dicitur *Dominica prima post Pentecosten*, vel *Dominica in Octava Pentecosten*, ut dicitur *prima Adventus: prima Quadragesimae*: verum enunciat *Dominica Trinitatis*. Dominicis quae numquam omittuntur, adnumerantur *Pascha, et Pentecosten*; at nemo est, qui sibi fingat Dominicam, ut Dominica, eo privilegio gaudere, quod adnexum est solemnioribus illis Festivitatibus, ex Ecclesiae instituto, in Dominica perpetuo celebrandis. Ita etiam festiva solemnitas SS<sup>m</sup>ae Trinitatis Dominicae perpetuo affixa, notatur in Tabella duplicium secundae classis, sed iterum notanda erat inter Dominicas, quae numquam omittuntur, ratione privilegii exclusivi. Secus dicendum esset, in eo stare privilegium SS. Trinitatis, quod ei cedit Dominica, quae numquam omittitur. Id autem, utpote contradictionem involvens, absurdum est. Patet igitur privilegio decorari Festum, non Dominicam, eodem ferme modo, quo solemnitates Paschae, et Pentecosten alia omnia respuunt Festa ratione sui, non relate ad Dominicas, in quibus perpetuo huiusmodi solemnitates sunt affixae.

Forte non deerit, qui existimet Dominicam primam post Pentecosten eodem frui privilegio, quo gaudet Dominica in Albis, quae est rit. dup. mai., et nihilominus Festo altioris ritus locum non cedit. Ast vehementer errat, qui in hac opinione versatur. Magnum quippe unam inter, et alteram discrimen est. Dominica in Albis quamquam de rigore non sit Octava Paschae, quae desinit ad nonam Sabbathi praecedentis, habet nihilominus qualitatem Octavae singulari privilegio ditatae, quo ab aliis omnibus distinguitur, ideo in Rubrica legitur: *Dominica in Albis in Octava Paschae*. Breviarium Mozarabum, et Orationale Gothicum habet *Dominica in Octava Paschae*, ita etiam in Sacramentario Gelasiano apud *B. Thomasium*, et Gregoriano apud *Menardum*. Non quaeram modo, curnam in Albis dicatur: num, quia nuper baptizati albas deposuerant in praecedenti Sabbatho, unde in Missali Ambrosiano appellabatur *in albis depositis*, et in antiquo Ordine Romano, *Dominica post albas*; an potius quia, *depositis vestibus albis susceptis in Baptismo, alias vestes similiter albas recipiebant in Confirmatione in hac Dominica, in qua hoc alterum Sacramentum* (scilicet Confirmationis) *ipsis ab Episcopo conferebatur*, prout latius videri potest apud Tetamum *Diar. Ecclesiastic. et Civil. part. 3. lib. 5. cap. 1. art. 1. sect. 2*. Attendenda potius est qualitas Missae eiusdem diei propriae: Deo in hac reddimus gratiarum actiones, tum pro noviter Sacro lavacro regeneratis, tum pro Paschalibus festis peractis. *Introitus* quippe, et *Epistola* ad collatum Neophitis Baptismum relationem habent, *reliqua* ad Resurrectionem. Hisce de causis haec Dominica semper in Ecclesia solemnissima fuit, utpote quae sublimia includit Mysteria. Hinc etiam apud Graecos *Dominica nova*, seu *novella* fuit appellata, quia, ut vult Raynaldus *tom. 10. tract. de Agno cereo cap. 7. num. 6.*, *erat addicta recolendae novae generationi, et novitati vitae per Baptismum receptae*. Praetereo alia multa, ne nimius videar, diuque immerer in re satis omnibus clara.

Enimvero Dominica prima post Pentecosten nihil prorsus habet, unde aequari possit Dominicae in Albis; imo si adnexum non haberet Festum Trinitatis, et de ea fieri deberet, nullatenus differret a Dominicis, quae sequuntur. Nam, ut legitur in Ordine Romano XIII., sive Caeremoniale edito iussu Gregorii X. *num. 27.* apud Mabillon *Mus. Italic. tom. 2. pag. 241.*: *In Dominica prima post Festum Pentecosten, quae caret Octava, die Sabbathi in Vigilia ipsius Dominicae usque ad Dominicam primam de Adventu Domini fit Officium de die, et nocte, ut continetur in Ordinario, et utitur Ecclesia colore viridi*. Et quamquam assentiri nolim Granelasio De Breviario Romano *lib. 2.*

aut alterius cuiuseumque Festi dupl. primae classis, fieri debeat in secundis Vesperis Commemoratio

cap. 81., et Cavalerio, tom. 2. cap. 17. num. 6., qui volunt ideo hanc Dominicam assignatam fuisse Festo Sanctissimae Trinitatis, quia, absoluta iam in Sabbatho Octava Pentecosten, non habebat Officium proprium, et vacantibus adnumerabatur; quippe vacans non est, si dat initium Dominicis Cappella Pontificia Missa Trinitatis uniceam Orationem habebat, quin de Dominica fieret Commemoratio. Ita in Caeremoniali S. R. C. lib. 2. tom. 2. cap. 13.: *In vigilia SSmae Trinitatis fiunt Vesperae etc. In die fit Missa sollemnis etc. dicitur tantum una Oratio; ad quem Caeremonialis locum notat Catalanus: Hic est ritus, cuius passim meminit Burchardus in suo MS. Diario, ubi etiam refert, quod, cum, finita Missa, Cardinalis S. Marci ei dixisset, quod de Dominica debuit fieri commemoratio in Vesperis, et in Missa; se eidem respondisse, illam de expresso mandato D. N. Papae (nempe Innocentii VIII.) fuisse omissam. Idipsum confirmatur ex Rubrica 27. Codicis Vaticani 4737., quae iubet: Item in Festo Trinitatis, quae est in Octavis Pentecosten, utitur paramentis albis . . . nec in Missa dicti Festi fit commemoratio de Dominica, quamvis in Matutinis, et Vesperis de ipsa Dominica fit commemoratio: apud Gatticum: actu selecta Caeremonialia tom. 1. pag. 45. column. 2.*

Verumtamen, etsi alia deessent argumenta, illud unum sufficeret ad finem quaestioni imponendum, quod haec Dominica nec decoratur Statione, qua gaudent omnes aliae Dominicae, quae ob privilegium exclusivum, etsi ritu gaudeant semiduplici, Festa tamen occurrentia ritus primae, vel secundae classis non admittunt; quod expresse notatum video a Panvinio de Basilic. Lateranen. lib. 2. cap. 8. ex MS. asservato in Archivio eiusdem Basilicae: *ast Stationes S. Gregorius PP. . . . limitavit . . . statuens, videlicet quatuor Dominicis Adventus etc., a vigilia Pentecostes usque ad Dominicam SSmae Trinitatis EXCLUSIVE.* Ex his iure concludam: si revera Dominica prima post Pentecosten Dominicis adnumeranda esset, quae privilegio exclusivo gaudent, nec color viridis adhibendus foret (quatenus de ea fieri deberet Officium), sed potius rubeus, ut albus adhibetur in Dominica in Albis; neque omittenda eiusdem commemoratio in solemnī Missa de Trinitate, quae cantatur in Sacello Pontificio; neque careret Statione, qua nulla ex Dominicis privilegiatis fraudatur. Haec tene, et die modo, Dominicam hanc, ratione Dominicae, et non adnexae festivitatis, illis adnumerandam, quae numquam omittuntur.

Quae cum ita sint, plane consequitur nihil fieri debere, et omnino corruiere, quae in contrarium afferri, imo potius obtrudi, et fingi possent argumenta? Et revera omni prorsus fundamento careat opinio, seu simplex suppositio, quod haec Dominica qualitate primae classis gauderet, priusquam Ioannes XXII. eadem assignaret Festo SS. Trinitatis. Fallax esse huiusmodi argumentum plane evincit ritus Missae (quae adhuc in Missarum Codice habetur, ne eiusdem obliteretur memoria.) Cum enim praeter Orationem propriam, habeat secundam a Cunctis, tertiam ad libitum, ritus semidup. fuisse, et esse, certo consequitur. Quod si in eadem ratione habita fuisset, ac illa est, quam in albis dicimus, eundem obtinisset ritum dup. mai. cum privilegio exclusivo. Contra vero iam demonstravimus aeo Beati Gregorii X. qui per dimidium fere saeculum fere saeculum speciali praerogativa nem XXII., a quo Festum Trinitatis additum fuit, eandem Dominicam nulla speciali praerogativa fuisse decoratam, et ab Ecclesia adhibitum colorem viridem, qui proprie convenit Dominicis semiduplicibus post Epiphaniam, et Pentecosten: Iure igitur postulo, ut qui privilegiatam volunt Dominicam primam post Pentecosten, ita ut frui commemoratione debeat in secundis Vesperis concurrentibus cum Festo dup. 2. class., proferant unam ex Dominicis, in quibus color viridis adhibetur, quae ritus semidup. non sit, et aliqua praerogativa fruatur.

Neque alterum iuvat, quod petitur ex pervetusta consuetudine Basilicae Lateranensis adnotandi in Directorio Officii: *Dominica prima post Pentecosten dup. 1. class.: Festum SSmae Trinitatis dup. 2. class.* Errorrem, in quo primus Directorii extensor inconsiderate lapsus est, oscitanter nimis sequuti sunt caeteri, qui ei in munere successerunt. Arbitraria enim est inversio Rubricae. Nam no-

de eadem Octava, an potius sequentis Festi Sacri Cordis Iesu? (1)

Sacra eadem Congregatio, ad relationem mei infrascripti Secretarii, respondit.

tandum erat non Dominica prima post Pentecosten, verum *Dominica Trinitatis*, ut in tabella legitur, quae licet ratione Festi sit secundae classis, induit tamen qualitatem primae: et quoniam Dominicae affixa est, bene stat, quod Dominicis adnumeretur, quae numquam omittuntur. Nam si primae classis esset quoad privilegium exclusivum Dominica, in ratione Dominicae duo sequerentur absurda, videlicet, vel quod Dominica, quae numquam omittitur, omittenda esset; vel quod privilegio exclusivo potiretur Dominica, et Festum Trinitatis eo gauderet non ratione Festi, sed ratione Dominicae: quae certe contradictionem involvunt, nulloque pacto componi queant. Omnia conciliantur, si ad Festum Trinitatis referatur illud *Dominica Trinitatis*, itaut sensus sit: *Festum Trinitatis, quod adnexum est Dominicae primae post Pentecosten, licet sit rit. 2. class. ad instar Dominicarum, quae numquam omittuntur.*

Quae autem huc usque dicta sunt, plane evincunt praefatam Dominicam ratione sui, privilegiatis non adnumerari, omnique fundamento destitui quae in contrarium afferri, aut fingi possent: nam revera haec Dominica gaudet ritu dumtaxat semiduplici, minimeque differt ab aliis, quae sequuntur; et privilegio exclusivo Officii cuiuscumque ritus decoratur Festum SS<sup>mae</sup> Trinitatis, non Dominica: quamobrem recta descendit responsio ad propositum Dubium; *Negative*, et *Commemorationem Dominicae esse omittendam*; veluti Sac. Congregatio sua auctoritate definivit, ut Calendaristae in simili concursu sciant, quid in Directorio Officii notare debeant.

(1) Casus est novus; et primum accidit (saltem Romae) hoc anno 1824., cum recens sit institutio Festi Sacri Cordis Iesu, cui celebrando assignata est *Feria VI. post Octavam SS<sup>mi</sup> Corporis Christi*: unde oritur apud nonnullos quaestio; an, et cui commemoratio in secundis Vesperis tribuenda sit? De utroque non licet, cum duplex commemoratio, vel Officium simul, et commemoratio de eodem subiecto ex Rubricarum praescripto fieri nequeant. Omnis controversia cessaret, si obtinisset illorum opinio, qui censebant nihil obstare, quominus in secundis Vesperis *Octavae SS<sup>mi</sup> Corporis Christi* de uno fieri posset Officium, de altero simplex commemoratio: (vide *Tetamum Diar. Ecclesiastic. tract. 1. lib. 6. part. 2. cap. 2. art. 4. sect. 1.*) Sed quoniam praevalere debet contraria sententia, quae stricte adhaeret regulae generali iubenti, ne in eadem parte Officii simul de eodem Officium et commemoratio fiat, ac propterea in Romano Directorio, quod aliis certam dat normam, amovetque arbitrium aliter statuendi, signatur: *Vesperae de eadem Octava sine ulla commemoratione*, ideo decidendi ratio a congruentia petenda est. Etenim ex una parte videtur, quod illud, de quo inchoandum in Vesperis Officium est, locum obtinere debeat prae altero, quod per accidens simplicatum fuit: contra vero si Octava ob occursum Festi solemnioris ritus huic cedit, et licet duplex sit, gaudeatque privilegio exclusivo cuiuscumque Festi, quod dup. primae classis non sit, in huius duplicis concursu simplicem habet commemorationem, non ideo tamen ea praerogativa privatur, quae compatibilis est cum qualitate simplicis per accidens. Haec autem ratio tanti est, quae unica valet, ut praelatio concedatur commemorationi Octavae, nullatenus vero concurrenti Festo, quod nec habere potuisset commemorationem, si de eadem Octava Vesperae persolvi debuissent.

Quin prosint exempla, quae in contrarium afferuntur ab illis, qui commemorationem Sacri Cordis Iesu fieri debere arbitrantur, altera omissa de die octava. Non illud *Festi Patrocinii B. M. V.* concurrentis (dum transferri contingit in *diem 17. vel 19. Decembris*) cum altero *expectationis partus*, quippe ad quaesitum: *Quomodo in iis casibus disponendae sunt Vesperae*: Sac. Congreg. sub die 27. Martii 1779. respondit: *totum de praecedenti in utroque casu, nihil de sequenti*, videlicet de *Patrocinio translato in die 17.*, de *Expectatione partus*, si illud in die 19. reponendum sit. Utrumque eiusdem est ritus, et dignitatis; neutrum ullo peculiari privilegio donatur. Bene igitur stat, ut de illo Vesperae persolvantur, de quo factum est Officium, et nihil de sequenti. Imo retorqueri posset argumentum, si in concursu duorum Festorum B. M. V. aequalis ritus Vesperae fiunt,



Ad primum: « Negative. »  
 Ad secundum: « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. » Die 27. Mart. 1824.

4605.

COLLEN.

Ut primum Terra a S. Geminiano nuncupata in Etruria a Volaterana dioecesi distracta, aggregata

de quo Officium factum est, ita etiam de Octava SSmi Corporis Christi simplificada fieri debet in secundis Vesperis commemoratio, quae venit loco Officii, et nihil de SSmo Corde Iesu, quod relate ad eas Vesperas, nec ius habet ad Officium, nec ad commemorationem.

Quod si *Dominica IV. Adventus* incidat in diem 18. *Decembris* assignata Officio *expectationis partus*, cui reponendo non sit locus, et ad diem 19. transferatur illud *Patrocinii*, necesse omnino est, ut de hoc Vesperae fiant, quia nequit habere secundas Vesperas Officium per accidens simplificatum: pari modo, quo in *Feria III. Quadragesimae* nequit habere primas Vesperas dies octava, quae incidit in *Feriam IV. Cinerum*, ut sancivit S. R. C. in una *Hispaniarum die 17. Maii 1692.* quia in hac *Feria* nec Officium, nec commemoratio Octavae fieri potest. Ast ex hoc non valet illatio ad commemorationem, quam non perdit Officium per accidens simplificatum, praesertim in concursu cum altero Festo, quod, si non occurrisset impedimentum, nec ad commemorationem ius habuisset.

Multo minus ad rem facit alter hypotheticus casus, quem sibi fingit contrariae opinionis assertor; occursus videlicet *Octavae SSmi Corporis Christi* cum *Dominica privilegiata*, sed ritus semidup. Si huiusmodi occursus dari posset, utique fieri deberent secundae Vesperae de sequenti duplici, non autem de Octava, quae non habuit Officium, sed quid ad nos? Hypotheticus casus nullam habet relationem ad speciem, in qua non de Vesperis quaestio est, sed de simplici commemoratione, ad quam ius habet Octava, cuius Vesperae, remoto impedimento, peragenda fuissent; nullatenus vero Festum subsequens, quod Vesperis caret, nec habet commemorationem. Verumtamen ultro progredior, et quoniam hypotheses placent, fingo casum, quod *Festum Sacri Cordis Iesu* concurrat in Vesperis cum *Dominica privilegiata*, et *Octava SSmi Corporis Christi*, libenterque concedam de *Sacro Corde Iesu* Vesperas fore celebrandas, sine commemoratione *Octavae*, ob allatam rationem, quod secundas Vesperas nequit habere Festum, de quo factum non fuit Officium: Sed quid tum postea? Non inde infertur, quod fieri nequeat commemoratio, in casu a nostro omnino diverso, qui nihil obstat, ut fiat, quinimo fieri debet, quia *Octava* praestat Festum subsequens, quod, re integra, in iisdem Vesperis nec habet commemorationem.

Quin vero ad hos, aliosque hypotheticos casus recurramus, obuius est ille de *Dominica* impedita a Festo duplici, si secundae Vesperae concurrant cum semiduplici; huius commemoratio non obtinet primum locum, etiamsi in *Feria II.* integrum de eo Officium persolvendum sit; sed praevalet commemoratio *Dominicae*, de qua faciendum Officium fuisset, nisi occurrisset impedimentum ob Festum altioris ritus. At si ratio valeret, quod Festum habens integrum Officium in die sequenti, praevalere deberet Officio simplificato, de hoc primum in secundis Vesperis facienda esset commemoratio, deinde de *Dominica*.

Quid insuper? Nonne casum habemus, qui propius ad nostrum accedit? Pone, quod in *Feria VI.* non illud *Sacri Cordis Iesu*, sed aliud duplex occurrat non e solemnioribus. De quonam primum facienda erit commemoratio? Nonne de *Octava simplificada*, et secundo loco de occurrenti duplici? Ita in 28. ex *Tabulis perpetuis* a Merato ordinatis priusquam Festum *Sacri Cordis Iesu* Apostolicae Sedis iudicio probaretur.

24. *Iunii Nativitas S. Ioannis Baptistae Dup. 1. cl. omn. propr. com. Oct. Corp. Christi . . . . in secundis Vesperis com. Oct. Corp. Christi, et sequen.*

25. *Fer. 6. S. Ioannis a S. Facundo Conf. dup. (12. huius.)*

Quatenus vero obtineret contraria opinio, primus locus dandus esset commemorationi duplicis occurrentis, quia de eo die sequenti fit Officium, secundus *Octavae simplificadae*. Cur autem secus fit? Quia praevalere debet *Octava*, quae, procul ab occurso Festi primae classis, integras Vesperas habuisset. Plane igitur ex his consequitur, quod etiam in hypothesi commemorationis faciendae de *Sacro Corde Iesu*, ut vult *Tetamus loc. supra cit.*, huic dandus foret secundus locus, primus vero

gata fuit Collen. Dioecesi, nullo prorsus iure, nullaque ratione conveniens usque tunc praestitus S. Geminiano principi Terrae Patrono cultus sublatus est, et Incolis Terrae illius S. Martialis Festum sub utroque praecepto servandum, nuntiatum est: multae extunc obortae quaestiones, multae auditae querimoniae, et Parochi, et Clerus in diversas abiire opiniones, ex quibus incertus populus dictae Terrae, an, et de quo Patrono agen-

dum, nonnihil offensionis passus est. Hinc ad omnes deinceps eliminandas dubitationes, et quaestionum causas Ioseph Rocchi, et Caietanus Contri, uterque enunciatae Terrae Canonicus, et Parochus, supplici exhibito libello Sacr. Rit. Congregationi, sequentia solvenda proposuerunt dubia, videlicet.

1. An Festum S. Geminiani Patroni principalis Terrae huius nominis, sit de integro praecepto servandum in dicta Terra, eiusque districtu? (1)

*Octavae*, de qua *Vesperae* fuissent peragenda. Sed quoniam *Tetami* opinio reiicienda est, et utraque commemoratio fieri nequit, illa dumtaxat obtinebit, quae succedit loco *Vesperarum*.

Addam ulterius casum, quem sibi proponit Cavalerius *tom. 1. cap. 6. Decree. 5. num. 34.*: de duobus aequae duplicibus Festis simul occurrentibus, et ab Officio superioris ritus impeditis, quin circa anni finem dies liberi supersint pro eorumdem repositione: et hanc dat solutionem. *In simultanea autem occurrentia duorum Festorum per accidens simplicium, illud prius commemorationem sortietur, de quo Officium fieret, si ambo non impedirentur; et Festum illud, quod in tali occurso transferretur, secundo loco commemorationem habebit; quod enim alteri Festo in casu Officii locum cedit, utique, et cedere debet in casu solius commemorationis.* Quod autem obtinet in *occurrentia*, cur non obtinebit in *concurrentia*? Nonne par est casus utriusque ratio? Neque dicas casum a casu differre, et unum inter et alterum interesse discrimen, quia, prout habetur in dubio, Octava per accidens simplificada non occurrit cum Festo pariter simplificato, sed cum illo, quod licet nequeat habere *Vesperas*, habet nihilominus in sequenti FERIA VI. integrum Officium. Sit equidem casus diversus; magnam tamen unus ad alterum habet analogiam, et quod discrimen ponit, tanti non est, ut aliam inducat decidendi rationem.

Etenim, in aequalitate ritus, et dignitatis, Officium, seu Festum primum praeferrere debere secundario certum est. Atqui *Octava SSmi Corporis Christi* dat complementum Festo primario amplissimis privilegiis decorato: contra vero secundariis adnumerandum est illud *Cordis Iesu*, quod relate ad primum est quaedam veluti eiusdem appendix: et quamquam idem sit Festi utriusque obiectum, illius tamen reale est, istius vero symbolicum, veluti in eiusdem Festi approbatione declaratum fuit, videlicet: *Non aliud agi, quam compleri cultum iam institutum, et symbolice renovare memoriam illius Divini Amoris, quo Unigenitus Dei humanam suscepit naturam, et factus obediens usque ad mortem praeberere se dixit exemplum hominibus, quod esset mitis, et humilis corde:* Octavae igitur danda est praelatio; et quoniam, nisi occurrisset Festum duplex primae classis, integras habuisset *Vesperas*; ideo fraudari nequit commemoratione, ut locum cedat secundario, quod, in casu, dum de Octava *Vesperae* fiunt, commemorationem non habet.

Addam insuper: si contrariae sententiae adhaerere quis vellet, admittere cogeretur absurdum; nam Octava, de qua *Vesperae* integrae essent recitandae, perderet etiam commemorationem, et hanc obtineret Festum, cuius in concursu nulla mentio fieri debet; quia, ut vidimus, et rubrica disponit, de uno, eodemque subiecto simul fieri nequit Officium, et commemoratio. Atqui iuxta *Cavallerii* doctrinam, in aequalitate tam ritus, quam simultanei impedimenti, in occurso facienda primum est commemoratio illius, de quo faciendum Officium esset, nisi occurrisset Festum altioris ritus; concludendum videtur, etiam in concursu commemorationem deberi Octavae SSmi Corporis Christi, quae procul ab impedimento integras habuisset *Vesperas* sine commemoratione de sequenti. Sed modo composita res est, et omnis cessat dubitandi ratio, postquam S. R. C. proposito dubio respondit: *Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam.*

(1) Species haec erat. Incolae Terrae S. Geminiani Dioecesis Volaterranae hunc Sanctum vel ab immemorabili, vel ex electione legitime peracta, uti principem Patronum venerabantur, diemque eius nomini sacrum sub integro praecepto recolebant. Postmodum vero, quum eadem Terra, ab

2. An Parochi rurales in suburbiis, et agris dictae Terrae S. Geminiani degentes in dicta die

Volaterana disiuncta, fuerit Collensi unita, nescio quo iure, cultus, quo prius gaudebat S. Geminianus, exhiberi coepit S. Martiali Collensis Civitatis Patrono. Sed non apud omnes pacifica res fuit, et plures inde exortae quaestiones, quia Parochi, et Clerus in diversas abierunt opiniones, et populus in ancipiti positus, quod agendum esset, ignorabat. Hinc ad componenda huiusmodi dissidia, ut ad id, quod in posterum servandum foret, constabillendum, Sac. Rit. Congregatio rogata fuit, et ad id, quod in posterum servandum foret, constabillendum, Sae. Rit. Congregatio rogata fuit, et quod ut exortis dubiis respondere dignaretur, et omnem controversiam sua auctoritate definiret. Et quod niam primum quaesitum fuit; an in dicta Terra, eiusque districtu Festum S. Geminiani esset sub utroque praecepto colendum? iure fuit datum *affirmativum responsum*. Etenim Sa. Me. Urbanus VIII. de observantia Festorum sollicitus, in sua Constitutione: *Universa per orbem etc.* dat. idibus Septembris 1642. Festa enumerans sub utroque praecepto servanda, quoad Patronos principales disponit, ut Festum peragatur *unius dumtaxat ex principalibus Patronis in quocumque Regno, sive Provincia, et alterius pariter principalioris, in quacumque civitate, oppido, vel pago, ubi hos Patronos haberi, ac venerari contigerit*. Itaque, si lex Festi celebrationem coarctat ad loci Patronum, alterumque Regni, vel provinciae, quin illum Dioecesis appellet: plane consequitur civitatem, vel locum, in quo peculiaris habetur Patronus, haud debere, aut posse, proprio posthabito, festum agere diem alterius, qui est Protector civitatis episcopalis, aliorumque Dioecesis locorum, in quibus alius non est, vel ab immemorabili cultu Patronis debito veneratus, vel ex universi populi suffragiis legitime in Patronum electus. Id tam verum est, ut qui specialem habent Patronum, nec ad servandum diem festum Patroni Dioecesis, nec ad eiusdem Officium persolvendum tenentur. Ita Sac. Rit. Cong. in Narnien. 6. Aprilis 1658. declaravit: *De Patrono principali civitatis, in civitate tantum cum Octava, in Dioecesi vero, ubi non adsit proprius loci Patronus, similiter cum Octava; et ubi colitur Festum peculiaris Patroni, nihil de Patrono civitatis, vel, attenta consuetudine, sine Octava, sub duplici maiori tantum*. Ita etiam sancivit in Calaguritana 28. Septembris 1558. Igitur vix permittitur, ut de Patrono civitatis et dioecesis, ubi peculiaris habetur, fiat sub inferiori ritu, quatenus adsit consuetudo. Per huiusmodi Decreta declaratur alterum latum in Caven. 23. Maii 1739., quo voluisse videtur S. R. C., ut de Patrono civitatis fieret etiam per Dioecesim: nam ad dubium. An de Protectore principali civitatis celebrari debeat Officium cum Octava per civitatem, et Dioecesim: respondit: *Affirmative tam in civitate, quam in Dioecesi*. Nam res erat de locis, quae peculiari Patrono carebant: ideo, ut bene adversit Cavalerius Tom. 1. cap. 3. Decr. 5. num. 3. ponenda est limitatio, *quod per dioecesim Patronus civitatis cum Octava coli debet, ubi non adsit proprius loci Patronus; secus autem, ubi colitur Festum peculiaris Patroni*. Et ibidem Decret. 6. num. 3., hoc ipso, ait, *quod peculiaris Patronus alieubi habetur, relate ad ea loca Patronus civitatis patrocinium non gerit, et consequenter deperdit titulum, vi cuius Officium sibi vindicat; quapropter, nisi aliunde eidem Officium debeatur, nihil de Patrono civitatis faciendum venit. Quod si civitatis Patronus inter dictorum locorum Patronos adnumeretur, adhuc utique non inter Patronos principales, cum unius loci plures huiusmodi Patroni esse non valeant, sed inter minus principales, et hoc in casu de eo Officium instituendum est sub ritu duplici maiori tantum sine Octava etc.* Sensus igitur Decreti est, ut civitatis Patronus gaudeat privilegiis, et proaerogativis Protectoribus debitibus in iis Dioecesis locis, quae proprium non habent. Ex his patet populum et Clerum S. Geminiani ad huius Sancti dumtaxat Festum sub integro praecepto servandum teneri, etiam postquam eadem Terra unita fuit Dioecesi Collensi, ut tenebatur, dum ad Volateranam pertinebat. Quod si aliquis adhuc dubitet, omnem dirimunt controversiam literae Apostolicae fel. rec. Pii VII. in forma Brevis expedit. sub die 15. Octobris 1818. super observantia, et reductione Festorum pro utriusque Siciliae Regno. In his enim, moderando, et declarando, quae relate ad Patronorum Festa praescripta fuerant in primo Brevi dat. 10. Aprilis eiusdem anni, dum facultas conceditur Episcopis, una tamen cum suis Capitulis, quorum consilio rem perpendere mature debeant, annuendi populorum votis

teneantur ad Missae applicationem, et ad annuntiandum Populo abstinentiam ab operibus, pro integra observatione praecepti? (1)

3. An Regulares dictae Terrae teneantur ad Octavam S. Geminiani, quinquaginta, aut sexaginta abhinc annis omissam? (2)

potentium retinere Patronorum Festivitates in diebus propriis, quin easdem teneantur in proximum diem Dominicum transferre, ad formam generalis Indulti; simul statuitur, quod cum agatur de Patronis Dioecesium, praeceptum Sacro interessendi, et abstinendi a servilibus ad eas civitates, et loca dumtaxat extendatur, quae cum non habeant praecipuum, et singularem Patronum tenentur ad celebrandum Patroni Festum sub eadem solemnitate, et ritu, quo in civitate peragitur: en verba: *Ea tamen lege, ut quando res sit de Patronis Dioecesium, praeceptum non protendatur ultra civitatem principalem, vel ultra ea loca, quae cum peculiari Patrono careant, Festum Patroni Dioecesis ex rubricae praescripto pari solemnitate celebrare tenentur.* Quoniam igitur Terra S. Geminiani hunc Sanctum, cuius nomine decoratur, et distinguitur, proprium habet Patronum, veluti habuerat, et coluerat, priusquam Collensi Dioecesi uniretur; ideo eiusdem dumtaxat Festum celebrare debet sub integro praecepto cum aliis solemnitatibus, privilegiis, praerogativis, quae principibus Patronis conveniunt.

(1) Si *Benedictus XIV.* in sua Constitutione, *Cum semper oblatas*, de obligatione applicationis Missae parochialis pro populo, ad hanc teneri Parochos declaravit, quos inter non leves erant obortae quaestiones, iis etiam in Festis, in quibus quoad nonnullas Dioeceses, firma obligatione audiendi Sacrum, alterum relaxaverat onus abstinendi ab operibus servilibus: *Nos, ita inquit, ut obortae dubitationes circa onus applicationis Missae parochialis in huiusmodi diebus festis (moderatis) penitus eliminantur, statuimus, et declaramus, quod etiam iisdem Festis diebus, quibus populus Missae interesse debet, et servilibus operibus vacare potest, omnes animarum curam gerentes Missam pro populo celebrare, et applicare teneantur:* Praeterea si ad eandem applicationem tenentur Parochi iis quoque diebus antea festis, quos *Sa. Mem. Pius VI.*, utraque obligatione sublata, suppressit, adiecta una tantum conditione, quod in sacris Ecclesiae functionibus nihil esset immutandum, veluti declaravit *Sac. Congregatio Concilii*, quae sub dubio proposito ab Antistite Camerinesi: *An diebus festis praecepto a Sa. Mem. Pio VI. suppressis, sit applicanda in futurum Missa pro populo in casu etc.* sub die 28. Martii 1801. respondit: *Affirmative*: multo magis, potiorique iure ad id tenentur Parochi locorum, in quibus Patroni principis memoria sub utroque praecepto solemniter recolitur. Et quoniam Parochi rurales in suburbis, et agris Terrae S. Geminiani adnexi venerari Patronum debent, quem, uti principalem colunt Incolae Terrae: ideo et iisdem incumbit onus, cum applicandi Sacrum pro populo, tum annunciandi subiectae plebi abstinentiam ab operibus servilibus pro integra observatione praecepti. Sciscitandi hic locus esse videtur, curiam huiusmodi excitatum sit dubium? Fortene qui illud discutendum proposuit, ea in opinione versatur, quod obligatio colendi Festum Patroni civitatis, aut loci non extendatur ad suburbia, et Paroecias rurales? Vehementer errat, qui ita existimat: nam sub nomine civitatis, et loci veniunt etiam suburbia, et rurales Paroeciae, ac propterea horum Incolae colere debent eum eadem solemnitate principem Patronum eiusdem civitatis, aut loci. Ita *Sac. Cong.* declaravit in Tridentina sub die 15. Septembris 1742. Dubium erat: *An dictum Festum (S. Marci Evangelistae in oppido Roboreti) tamquam de praecepto celebrandum ab Incolis totius oppidi, vigore Constitutionis. « Universa per orbem » ab Urbano VIII. anno 1642. emanatae: an vero solum ab iis, qui eiusdem Ecclesiae parochiani existunt? complectitur autem haec Parochia fere totum oppidum, excepto unico suburbio transpontem: et responsum fuit: Si Festum S. Marci erit tamquam Patroni oppidi Roboreti . . . vigore Constitutionis Urbani VIII., iuxta Decreta S. R. C., tunc Festum S. Marci erit de praecepto observandum, et celebrandum ab Incolis totius oppidi, etiam a transpontem suburbis.* Merito igitur S. Cong. ad utramque dubii partem in casu proposito respondit: *Affirmative.*

(2) Non video, curiam hoc dubium discussioni propositum fuerit, postquam S. R. C. centies sanciverat, Regulares teneri quidem ad Officium Patroni principalis Civitatis, vel loci, sed sine

4. An Festum S. Martialis Patroni Civitatis Collis habendum sit ut moderatum in Terra S. Geminiani, cum obligatione tantum audiendi Sacrum? (1)

5. An Clerus urbanus, et suburbanus S. Geminiani teneantur ad Octavam S. Martialis, cum ab immemorabili teneatur ad Octavam S. Geminiani? (2)

Licet autem Em̄is Patribus Sacrae eidem Congregationi Praepositis allata dubia, vel ex positiva Legum dispositione, vel ex accurata Constitutionum, et Decretorum Sacr. Rit. Congregationis interpretatione, iam abunde soluta esse viderentur; exquisita nihilominus prius in scriptis sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, praelo etiam cusa, ad relationem

Octava. Rogata namque sub die 22. Iunii 1630.: *Quomodo concurrere debent Regulares in celebratione Festi Patronorum, et Titularium Cathedralium locorum circa Officium, et Missam?* respondit: *Regulares in Festis Patronorum, seu Titularium Cathedralium locorum debere celebrare sub ritu duplici Officium cum Missa, prout celebratur in dictis Cathedralibus, ipso tantum die festo, et non Octavas: et ita per quoscumque Regulares servari debere declaravit.* Ita etiam in una Pistoriensi 27. Martii 1628. In Baren. 28. Martii 1647. In Neapolitana diei 19. Aprilis 1687., et aliis quamplurimis, quae brevitatis gratia omittuntur. Proposito autem dubio simillimum illud est, quod declaratum fuit a S. R. Congregatione in Panormitana 10. Septembris 1741. Cum enim expositum fuerit S. R. Congregationi, Clericos Regulares Theatinos Panormi per saeculum, et ultra consuevisse Patronorum civitatis Festum peragere cum Octava, quae postmodum per annos septem intermissa fuerat, ac propterea exorta inter eosdem quaestione, an iterum intercepta Octava esset reassumenda, quod faciendum aliquibus videbatur, eo praecipue: *Perchè li medesimi si servono del Calendario, di cui si vale il Clero secolare di Città; ideo eadem S. Congregatio rogata a volersi degnare di dichiarare, se detti Religiosi siano tenuti di celebrare li predetti Uffizi, e Messe de' sette Santi Protettori colle loro rispettive Ottave?* sub die 10. Septembris 1741. respondit: *Regulares non teneri ad recitationem Officii de Octava Patroni loci, vel Titularis principalis.* Igitur, si non tenentur ad Octavam Regulares, qui eodem Calendario utuntur, quo utitur Clerus saecularis, etiamsi per saeculum, et ultra de ea facere consueverint; multo minus eam celebrare debent, imo *nec poterunt* Regulares, qui Calendarium habent a dioecetano diversum. Dixi, *nec poterunt*, et iure dixi. Illud enim *non teneri, non tenentur*, idem sonat, ac *non debere, non posse, non debent, non possunt.* Ita expressio illa, quae in praefatis Decretis occurrit, intelligenda est, ut nec facultatem relinquat peragendi Octavam *ad libitum.* Non arbitraria est, nudaque opinio huiusmodi interpretatio: quippe talem esse eadem Sacra Congregatio declaravit, dum ad quaesitum hisce verbis expressum: *Disponente (Sacra Congregatione) quod Regulares ad Octavam Patroni principalis non tenentur: an ly non tenentur excludat etiam libitum, ita ut Regulares non possint de dicta Octava recitare, si velint?* Sub die 20. Martii 1683. in una *Ordinis Minorum de Observantia* respondit: *non posse, nisi id specialiter indultum fuerit ex vi concessionis Apostolicae; vel Constitutionis Religionis a S. Sede approbatae:* vide *Cavalerium tom. 1. cap. 3. decret. 9., Gavantum ad Rubricas Breviarii sect. 3. cap. 12. num. 5., ac Meratum ibidem num. III.* Patet igitur ex his, Regulares in Terra S. Geminiani commorantes, vel Calendario Dioecetano utentes, vel Religionis proprio, nec teneri, nec posse reassumere interceptum usum protrahendi Officium de Patrono principali ad Octavam, sed debere se conformare Decretis supra relatis: ideo S. Congregatio proposito dubio respondit: *Negative.*

(1) Cum Incolae Terrae S. Geminiani, ut in *responsione ad 1.*, habeant, et venerentur proprium Patronum, ad cuius Festum sub utroque praecepto celebrandum, vi Constitutionis S. Me. Urbani VIII., tenentur; haud habent onus recolendi ullo modo memoriam S. Martialis principalis Protectoris civitatis Collensis, qui relate ad eosdem nec integro praecepto gaudet, nec altero dumtaxat audiendi Sacrum.

(2) Eadem est ratio: etenim Clerus tam urbanus, quam suburbanus nullo pacto tenetur ad Officium S. Martialis ratione patronatus, ac propterea multo minus ad eiusdem Octavam. Recolenda hic sunt, quae ad *primum dubium* adnotavimus.

Enī, et Rmī D. Card. Serlupi Ponentis, censuerunt respondendum: « In omnibus iuxta Votum: » nimirum.

Ad primum: « Affirmative. »

Ad secundum: « Affirmative ad utrumque. »

Ad tertium: « Negative. »

Ad quartum: « Negative. »

Ad quintum: « Negative. » Die 27. Mart. 1724. 4606. DUBLIUM.

Caeremoniale Episcoporum, agens de Subdiaconi officio in Missa solemnī Pontificali lib. 1. cap. 10. §. 2. apertissime praescribit, ad Subdiaconum pertinere Episcopum Sandaliis induere, adiuvante altero ex eiusdem familiaribus; id ipsum confirmat lib. II. cap. VIII. §. 7. Ubi vero de exuendo Episcopo loquitur eodem lib. I. cap. X.

§. 6. et lib. II. cap. VIII. §. 8. forte non eadem claritate verborum significat Subdiaconi esse illa Episcopo detrahere. Cum igitur desuper pluries requisiti Caeremoniarum Magistri, licet quid sentiendum ex littera Caeremonialis cognoscerent, certo tamen quaestionem definire, et quid agendum statuere abstinerunt. Idcirco ad firmandam in posterum legem, Sacrorum Rituum Congregationem adire, eidemque, quod adnotatur dubium, ex officio resolvendum proponere adiudicantur.

An post solemnem Missam pontificalem teneatur Canonicus Subdiaconus Episcopo detrahere Sandalia, vel potius ad scutiferos haec actio pertineat? (1).

Et Sacra eadem Congregatio, sedulo, diligen-

(1) Quamvis Caeremoniale Episcoporum adamussim praescribat, quae in Pontificalibus notanda agendaque sunt tam a Celebrante, quam a sacris Ministris, aliisque inservientibus, et officia, quae singulis conveniunt, pro munerum diversitate ordinatim enumeret; sunt tamen aliqua, quae non erant necessario exprimenda, prout non exprimuntur, quia perquamfacile deduci possunt, et deducuntur ex clare expressis, cum quibus habent connexionem. Tale illud est, de quo rogata fuit S. Congregatio in proposito Dubio de detrahendis Episcopo, peracta Missa pontificali, sandaliis. Equidem si dubitari potest, num Subdiaconus teneatur Episcopo pontificaliter celebranti detrahere sandalia, quia idem Caeremoniale omnino silet, neque expresse iubet, ut id ab eo fiat; cessat tamen omnis dubitandi ratio, nam quod hac in parte obscurum est, facile declaratur ex alia eiusdem Caeremonialis rubrica, de ritu servando, dum Episcopus Sacrum solemne peracturus, incipit legere Psalmos, qui ponuntur pro praeparatione ad Missam. Praeterea, quod expressis non declaratur verbis, ubi opportunus occurrebat locus, volitum tamen intelligendum est sub generali expressione, quae includit, quod non erat necessario specialiter exprimendum. Quoniam vero sandalia sacris adnumerantur indumentis, plane consequitur, eadem non a laicis, sed ab Altaris ministro detrahenda esse, dum Episcopus post Missam, sacris aliis paramentis depositis, sandaliis postremo exiit.

Iuxta praefati Caeremonialis dispositionem officium Diaconi est induere, et exuere Episcopum sacris paramentis. Diacono vero datus est in adiutorium Subdiaconus, sed huic praecise, et specialiter pertinet e credentia ad solium deferre sandalia, eademque aptare pedibus Celebrantis. Ita lib. 1. cap. 10. §. 2. Episcopo igitur incipiente legere Psalmos, affert (Subdiaconus) illi caligas et sandalia ex credentia sumpta, quae portat super bacili, seu velo serico cooperta. . . . et adiuvante uno ex familiaribus Episcopi induit primo tibiam, et pedem dexterum Episcopi, mox sinistram genuflexus sub cappa illius, et, cum tempus erit, simul cum Diacono adiuvabit Episcopum dum caeteris paramentis sacris induitur, quod munus licet ad Diaconum praecipue spectet, Subdiaconus tamen coadiuvat, ubi opus est: Et iterum lib. 2. cap. 8. §. 7.: Interim Subdiaconus cantaturus Epistolam . . . affert ex credentia super bacili sandalia, et caligas, manibus velo coopertis . . . illaque adiuvantibus duobus Episcopi scutiferis . . . genuflexus induit primo in dextero, deinde in sinistro pede Episcopi, detractis prius per scutiferum ordinariis calceis: Equidem silet idem Caeremoniale, dum res est de exuendo Episcopo; nam lib. 1. cap. 10. §. 6. legitur dumtaxat, quod Subdiaconus: redit ad locum suum post Episcopum, et ibi stat usque ad finem Missae, et, ea finita adiuvat Diaconum in exuendo Episcopum: Et lib. 2. cap. 8. §. 81. ibique per eosdem Ministros exiit sacris paramentis: Sed quid tum postea? Si ad Diaconum pertinet sacris

terque perpensis quae in Caeremoniali Libro discernuntur, quaeque Sacrarum Apostolicarum Caeremoniarum Magister in sua sententia typis vulgata concessit rationum momenta; audita relatione Emi,

et Rm̄i D. Card. Cacciapiatti Ponentis, censuit respondendum.

« Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. » Die 27. Martii 1824.

indumentis exuere Episcopum, eodem legis praescripto, quo suam praestare operam debuerat ad ipsum Sacris induendum, curnam Subdiaconus non debet idem praestare obsequium quoad sandalium detractionem, si ei iubet rubrica, ut ipsius pedibus eadem aptet, designando pedem, qui primum, quique postea induendus est? Nonne quoad utrumque eadem concurrit ratio? Ideo tam in induendo quam in exuendo idem servandus est modus, et una Caeremonialis Rubrica per alteram declaratur. Praeterea quoad caleceamenta fit apta distinctio inter usualia, et pontificalia, ac diversa distinguuntur officia, quapropter Subdiaconus pedes Episcopi sandaliis induit, non nisi postquam scutifer usualia detraxerat. En discrimen inter servile servitium, quod praestandum a scutifero est, et honorificum officium ab Altaris ministro exhibendum. Scutifer igitur, Missa peracta, suum debet reassumere servile servitium, non prius, sed postquam Episcopus omnibus pontificalibus indumentis exutus est, detractis a Subdiacono sandaliis, quibus induendus est Celebrans, priusquam sacra alia paramenta sumat de manu Diaconi, quaeque deponit, postquam aliis exutus fuit. Ex rubrica igitur de induendo Episcopo facile consequitur id, quod clare non exprimit alia rubrica de sacris paramentis dimittendis post Missam.

Sed, quod magis est, id ipsum colligitur ex illis rubricae verbis: *ibidem per eosdem Ministros exiit sacris paramentis*: quae tacite includunt, quod necesse non erat aperte exprimere. Etenim, postquam declaratum fuerat, quae agenda essent cum a Diacono, tum a Subdiacono ad sacris Episcopum induendum; quae necessitas iterum inutiliter repetendi singularia vel ab utroque, vel ab alterutro praestanda officia in exuendo? Sensus ergo illorum verborum *per eosdem Ministros exiit*: nisi me omnia fallant, non alius est, quam sequens: *quilibet eorum suo fungatur officio*; scilicet, *expleta Missa, Subdiaconus adiuvet Diaconum in exuendo Episcopum, ut fecerat in induendo, et postremo peculiare suum expleat officium, detrahatque sandalia, quemadmodum imposuerat*. Itaque cum in actione illa nulla notetur differentia, imo eadem solemnitate exuendus Episcopus sit, iisdem caeremoniis, et per eosdem ministros, quisque videt, planeque intelligit, actionem istam ab iisdem, eodemque modo esse praestandam, nullumque inter utramque ponendum esse discrimen. Atqui ante Missam solemniter celebraturus Episcopus sandaliis a Subdiacono induitur; ab eodem igitur eodemque modo exuendus est, absoluta Missa. Hanc autem esse interpretationem verborum illorum *per eosdem Ministros exiit*, declarat cl. Ioseph. Catalanus *ad Caeremoniale lib. 2. cap. 27. num. 28. Comment. 16.* ubi ait: *Accepta per Episcopum cappa, accedant duo assistentes Diaconi in habitu Canonicali, et Diacono ad suum scabellum manente, Subdiaconus it ad credentiam ubi accipit velum humerale album, et cum Acolythis, et scutifero ad Archiepiscopum accedit pro detrahendis sandaliis . . . Subdiaconus, detractis sandaliis, ipsisque repositis apud credentiam, una cum Diacono, facta Altari et Episcopo profunda inclinatione . . . ad Sacristiam pergunt*. Id ipsum legitur in *Memorial. Rituum maioris hebdomadae tit. 1. cap. 2. §. 17. num. 26.* Subdiaconus, more solito (accedit) cum Acolythis et scutifero pro sandaliis detrahendis. Neque sit, qui excipiat, velitque sandalia sacris indumentis adnumeranda non esse, ideoque non pertinere ad Subdiaconum in iis exuendis suam praestare operam. Ah hoc me facile possum expedire. Sciscitabor, curnam Caeremoniale praecipit, ut Subdiaconus, et non scutifer Celebrantis pedibus sandalia aptet? non nisi quia inter sacra indumenta recensentur. Verum si sacra sunt, dum Episcopus iisdem induendus: quapropter sacrum ad hoc opus Caeremoniale iubet adhiberi ministrum; desinant esse talia, peracta Missa, ut non a Subdiacono, sed a scutifero sint detrahenda, ac si essent usualia, et profana? Quonam argumenti genere huiusmodi poterit extricari nodus?

Quamquam omnis cessat controversia, si pretiosa antiquitatis monumenta spectare velimus, rubri-

4607. VELITERNEN.

In Ecclesia S. Mariae ad Nives nuncupat. Civitatis Veliternen. ab anno 1600. canonicè erecta est Sodalitas sacrorum Stigmatum S. Francisci, quam Sa: Mem: Clemens VIII. per Apostolicas Literas in forma Brevis de anno 1604. singulis ditavit privilegiis et praerogativis, quæ Archiconfraternitas sub enunciato titulo in Urbe gaudet. Semper autem, nemine contradicente, Cappellano usa est in publicis tam solemnibus, quam funebribus Processionibus, Superpelliceo, et

Stola induto tam intra quam extra propriam Ecclesiam. Novissime visum est Parochis Civitatis illam ab huiusmodi consuetudine deturbare, sub praetextu, quod Stola parochialis iurisdictionis sit peculiare distinctivum, quodque Sacra Congregatio in Generali Decreto diei 12. Ianuarii 1703. requisita ad Dubium XXIII. An in dictis Processionibus Cappellani Confraternitatum possint deferre Stola? Responderit: « Negative extra propriam Ecclesiam: » Cuius Decreti etiam meminit Synodus Dioecæsans in Appendice ad Part. IV.

carum praescripta expendere, Scriptores omnes de hac re agentes audire. Omnia simul in unum confluunt, evincuntque, sandalia sacris pontificalibus indumentis esse adnumeranda. Mei instituti ratio non patitur, ut cuncta, quæ in demonstrationem afferri possent, ex ordine proferam, et mysticas significationes recenseam, quæ huiusmodi pontificali indumento tribuuntur. Videri possunt Amalarius lib. 2. cap. 25. Rabanus Maurus de institutione clericorum lib. 1. cap. 22. Valfridus Strabo de rebus Eccles. cap. 23. Ivo Carnutensis Sermon. 3. Rupertus Tuitiensis de Divin. Offic. cap. 24. Honorius Augustodinensis lib. 1. de antiq. Missar. ritu cap. 210. Hugo Victorinus lib. 1. de Sacrament. cap. 54. Innocent. III. de mist. Missae lib. 2. cap. 48. Guillelmus Durandus lib. 3. cap. 8. num. 7. et 8., alios quamplurimos omitto brevitatis gratia. Addam ex recentioribus Cardinalem Bonaver. liturgic. cap. 24. num. 9., ibique Robertum Sala, et Catalanum in prolegomenis ad Pontificale Romanum cap. 8. Haud praetereundum, quod legitur in rubrica de ritu servando in celebratione Missae §. 6. si sit Episcopus, et solemniter celebret, accipit paramenta, et alia, ut in Caeremoniali etc. ubi Gavantus hoc est caligas, amictum, albam etc. Siquidem indumenta, quibus Episcopus a simplici Sacerdote distinguitur, sunt Caligae, Sandalia, Crucæ pectoralis, Tunicella, Dalmatica, Chyrothecae, Mitra, Baculus pastoralis. Meratus ad Gavantum ibidem num. 34. Nulla autem in rubricis, nulla a Scriptoribus distinctio inter paramenta et paramenta: ideo si sacra sunt Tunicella, Dalmatica, Chyrothecae etc. cur non erunt Caligae, et Sandalia? Sed in re tam clara, quid verbis est opus? si alia deessent argumenta, illud unum sufficeret, ab oratione petendum in sandaliis induendis a Celebrante recitanda. In consecratione Episcopi, dum is caligis et sandaliis induebatur, sequens a duobus Episcopis, qui cum Consecrando e Sacratio egressi ad paratum Sacellum venerant, dicebatur Oratio: Omnipotens sempiternus Deus, qui es initium, et finis, fac istum famulum tuum N. Fratrem scilicet nostrum tua benedictione calceari, pedibus istis in praeparatione Evangelii pacis. Ita se legisse ait in quodam antiquo Ordine Romano Ioseph Vice-Comes lib. 3. de Missae apparatu cap. 2. pag. 116. apud Dominicum Giorgi de Liturgia Romani Pontificis tom. 1. cap. 13. num. 2. Numquid autem preces istae assignantur in solemnibus peragendis mysteriis, quoad indumenta, quæ sacra non sint? Sed eur immoror in antiquis, quæ non sunt amplius in usu; si formulam Orationis habemus, quam Episcopus solemne Sacrum facturus recitare debet, dum sandaliis induitur? videlicet: Calcea Domine pedes meos in praeparationem Evangelii pacis, et protege me in velamento alarum tuarum. Sandalia igitur sacris indumentis adnumeranda esse tam certum est, quam quod maxime. Quid plura? Sandalia peculiare quid festivum habent ad solemnitatem actionis referendum; ideo iisdem Episcopus non utitur Feria VI. in Parasceve, vel si in funeribus pontificaliter celebret, ut in Caeremoniali lib. 2. cap. 11. §. 2., et cap. 25. §. 6. Si quaeras cur ita? rationem affert Durandus: quia tunc omnis solemnitas cessare debet; apud Martene de antiquis Ecclesiae ritibus lib. 1. cap. 4. art. 12. pag. 589. et apud praefatum Dominicum Giorgi ibi cap. 14. num. 7. et 8. Dic modo, quod sandalia sub sacrorum indumentorum appellatione non veniant, et uti profana habeantur? At si sacra sunt, nondum deest, ut sacer Minister, tam in induendo iisdem, quam in exuendo Episcopum suam praestet



Hiscē innixi rationibus praetendunt, eandem a dictis Cappellanis non a collo pendentem defendendam esse; sed potius instar Almutiae, vel Manipuli brachio superimpositam (1). Ad huius-

modi evellenda dissensionum germina Confraternitatis Sodales, exquisita Emī, et Rmī Card. Episcopi venia, Sac. Rit. Congregationem rogaverunt pro consuetudinis manutentione.

operam, et obsequium; verum etiam ita faciendum omnino, veluti iubet Caere moniale, et S. Congregatio in responsione ad propositum dubium definivit.

(1) Ad componendas quaestiones, quae saepe oriebantur inter Parochos, et Sodalitates Laicorum, horumque Cappellanos generalia Decreta evulgata fuerunt anno 1703., quorum ope certa statuuntur confinia, intra quae utraque pars continere se deberet, ne in posterum similes contentiones excitarentur. Haec inter, quod nostra interest, illud est, quo non licere declaratur praefatis Cappellanis stolam deferre extra propriam Ecclesiam, quo posito ad huius Decreti tramites *Negative* respondendum fuisse? supplicii Libello porrecto nomine Sodalitatis sacrorum Stigmatum Velitris canonice erectae, et Archiconfraternitati Urbis aggregatae. Secus tamen accidit: et Emī Patres Sac. Rit. Congregationi praepositi declararunt: *Servandum esse consuetudinem, et nihil innovandum.* Et iure quidem. Etenim Decretum illud non ubique observantiam obtinuit, et forte alicubi Ordinariis locorum acquiescentibus, et annuentibus, in desuetudinem abiit. Praxis, quae Romae obtinet exemplo sit, ubi Cappellani Sodalitatum sine ulla contradictione Stolam deferunt, et pacifica modo res est, nedum vigore inductae consuetudinis, verum etiam Tribunalis Vicariatus Decreto, et Sententia. Nam, lite excitata inter Sodalitatem Mortis, et Parochos Urbis quinque Dubia Sac. Rit. Congregationi proposita pro decisione fuerunt, quae inter tertium: *An Rectores sive Sacristae, aliive Cappellani earundem Confraternitatum, quando non incedunt cum suis Confraternitatibus, sed seorsim ab illis, possint in funeribus duendis Stolam deferre?* cui responsum fuit sub die 27. Ianuarii 1680. ad 3. *Negative.* Dubium autem supponit potius, quod Stolam deferri liceret, vel saltem in more id esset, dum Cappellani incedebant cum suis confraternitatibus: non enim de hoc quaestio erat, quae unum respiciebat casum Cappellanos seorsim a suis Confraternitatibus incedentium. Non acquieverunt dissidentes partes, iterumque causa, beneficio novae audientiae, Sacrae Congregationi delata fuit, cui rem maturiori examini subiciendam fore visum est; quamobrem sub die 21. Aug. eiusdem anni ampliatum iudicium fuit, quin tamen appareat iterum Sacrae Congregationem rogatam pro Dubii decisione fuisse. Verumtamen scimus ex Decreto Cardinalis de Carpineo Urbis Vicarii super huius controversiis anno 1698. plures habitos fuisse particulares Conventus; ac tandem, quatuor relicta Dubia a Patribus Sacrae Congregationi Concilii praepositis, negatumque Sodalitatum Cappellanis *Cotta et Stola indutis tantummodo recitare preces, et lustrali aqua cadavera aspergere in Ecclesiis Parochialibus;* sed per hoc non consequitur interdictum fuisse Stolae usum in Processionibus. Dices tamen, id postea vetitum vigore memorati Decreti anni 1703. Non intercedo. Dico tamen, vel numquam, saltem Romae, hoc Decretum in observantia fuisse, vel postea eidem derogatum, vel permissumque Stolae usum in processionibus vel funereis, vel generalibus, vel peculiaribus, suprema auctoritate aut praeeptis, aut permissis. Lego enim in Statuto Cleri Camerarii Urbis, confirmatum fuisse Cardinalis de Carpineo Decretum sententia Cardinalis Marefuschii Urbis Vicarii, Petri Cathedram tenente *Benedicto XIII.* (scilicet multo post, quam prodierat Decretum generale anni 1703.) Per eam sententiam vetitum est Confraternitatibus Crucem erigere, sed eisdem datum, parvum adhibere vexillum, seu signum in deferendis cadaveribus; permissum tamen, quod *Cappellani Confraternitatum incedant cum Stola immediate post ipsam Confraternitatem.* Ex quo intelligimus, antea inolevisse ab usum incedendi cum Stola seorsim a Confraternitate, vel etiam in eadem linea ad sinistram Parochi, cum decisum videam sub die 20. Decembris 1698.: *Cappellanis Confraternitatum in associatione cadaverum tumulandorum, etiam ad Ecclesias, seu Oratoria ipsarum Confraternitatum, non licere incedere in fine Processionis funebris ad sinistram Parochi, sed tantummodo incedere debere post ipsam Confraternitatem funus associantem.* Quae Decreta confirmata postea fuerunt a

Et Sacra eadem Congregatio, immemorabili usu mature perpenso, habitaque ratione, quod Decreto generali minime obstante, etiam in Urbe et alibi consuetudo in contrarium viget; animadvertens tandem, decere, et conveniens esse, ut

Confraternitatum Cappellanus a simplicibus Clericis distinguatur, ad relationem mei infrascripti Secretarii, rescribendum esse censuit: « Servandam esse consuetudinem, et nihil innovandum. » Die 27. Martii 1824.

*Cardinali Guadagni Urbis Vicario sub fel. recor. Clemente XII.* Ita in praefato Cleri Urbis Statuto a pag. 61. ad pag. 63. Sed hic de Stola adhibenda, vel non, dum Cappellani seiuncti non sunt a suis Confraternitatibus, ne verbum quidem occurrit, vetitus vero est Stolae usus in Ecclesia tumultante, in qua possunt preces devote recitari, ut prosequitur laudatum Cardinalis de Carpineo Decretum, *sed sine cantu, sine thure, sine Stola, et sine aspersione aquae benedictae, luminibus tamen accensis.* Verum prohibitio isthaec non extenditur ad funebrem Processionem extra Ecclesiam. Ex his consequitur delationis Stolae prohibitionem, quae venit ex Decreto anni 1703., vel ex permissione, et privilegio, vel ex longaeva consuetudine coercendam esse quoad Ecclesias, non quoad Processiones. Et revera haec est consuetudo, quae Romae viget, ubi in omnibus Processionibus, quae fiunt, vel in funerum associatione, vel devotionis gratia, vel de Praesidum mandato, cum, vel sine pompa, Cappellani agmen Confraternitatum claudentes Stolum deferunt coloris, quem exigit actionis qualitas, eandemque in Ecclesiarum ingressu dimittunt, in egressu reassumunt. Quodsi ratio quaeratur, cur id, ubi consuetudo est, permittatur? facile est invenire: decet namque, ut hisce in Processionibus Sacerdotes Stolum deferant, quae characteris distinctivum est, ne cum simplicibus clericis confundantur. Neque est, cur Parochi id eis invideant, turbasque moveant: non enim per delationem Stolae ipsorum iura, privilegia, praerogativae laeduntur: siquidem probatum fuit in *adnotationibus legendis ad Decretum in Tiburtin. diei 25. Augusti 1818.* Stolum distinctivum quidem esse, non autem signum iurisdictionis, ut perperam Parochi arbitrabantur. Neque ipsis fit iniuria, si Cappellani incedentes cum suis Confraternitatibus, Stolum deferant, praesertim in ducendis funeribus, quippe Parochi digniori prosequuntur loco in fine processionis, neque cum iisdem Cappellanis confundi possunt; ideo per praefatum *Cardinalis Carpinei* Decretum dumtaxat praecipitur, ne Cappellani eandem tenentes lineam, ad eorum sinistram cum Stola incedant: quo tantum in casu ab iisdem minime distinguerentur, et aliquod ius viderentur habere in corpus defuncti, ut habent Parochi; iure igitur vetitum id est. Enimvero haud repugnabant Parochi Velitrenses, imo annuebant, ut praefatus Cappellanus Stola, tamquam Sacerdotalis characteris insigne, uti posset, dummodo eam deferret super brachio plicatam instar Almutiae, non autem e collo pendentem. Quid ineptius ad componendam litem? Numquid novi ritus ad litigantium placitum, commodumque sunt inducendi? Stola ex Rubricarum praescripto, non alio deferenda est modo a simplicibus Sacerdotibus supra Cottam, quam circa collum aptata, et pendens ante pectus, praeterquamquod in Sacrificio Missae, in quo componenda est in forma Crucis: neque est chorale indumentum, ut ad instar Almutiae deferenda sit. Licet dumtaxat brachio plicatam superimponere, dum aliqua actio Stolum requirat, dimittendam, actione absoluta, reassumendam, quando iterum Sacerdos sacrae actioni operam suam praestare debet.

Erit forte nonnemo, qui hucusque relata haud trahi posse secum putet ad casum, de quo agitur; nam *S. C. Concilii responsa, Cardinalis de Carpineo Decretum, Cardinalis Marefuschii sententia*, prodierunt in causa Parochorum, et Confraternitatum Urbis, nec quidquam commune habent cum controversia inter Parochos, et Confraternitatem a Stigmatibus nuncupatam Civitatis Velitrensis. Huic exceptioni facile satisfit. Equidem non diffiteor de Cappellanis tantummodo Sodalitatum Urbis actum fuisse: verum a *Cardinali Marefusco* pronunciata sententia, et consuetudo deferendi Stolum per praefatos Cappellanos evincunt in casibus particularibus, aut consuetudinem sustineri, aut privilegio alias etiam Confraternitates posse decorari. Nam a firmata regula, prohibente Confra-



gregationis Secretario, « benigne annuit, ut Fratres, et Moniales Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium, in Bononiensi Dioecesi degentes, in posterum valeant observare Sacrorum Rituum

Congregationis generalia Decreta, quoad Officia propria cuiusque Dioecesis, in qua Regulares morantur; iuxta quod etiam sancitum fuit a sa. me. Pio Papa VI. Decreto 16. Decemb. 1797.

*Dedicationum Ecclesiarum Cathedralium:* ut ex Decreto S. R. C. die 16. Decemb. anno 1697. Orta hinc dubitatio, num Patres Conventuales Provinciae Bononiensis huic obtemperare Decreto tenerentur, an potius possent, tuta conscientia, antiquum sequi morem, seseque Calendario Dioecesano accommodare, quoad illorum Sanctorum Officia, in quibus lectiones proprias *omnibus qui ad Horas canonicas tenentur*, districte recitari laudatus Pontifex *Benedictus* praeceperat. Nec dubitatio iniqua erat; quia in supplicii libello porrecto a Commissario generali Conventualium Provinciae Bononiae nulla facta fuerat mentio iussionum praefati Pontificis *Benedicti XIV.* illorum praevaluit opinio, qui ab onere faciendi Officia propria de Sanctis Dioecesanis, solutos se non esse censeant, et iterum eadem Officia Directorio addiderunt anno 1804. usque ad annum 1820. Ab huiusmodi additione sistere dein opus fuit, quia supremus Conventualium Ordinis Moderator *sub die 24. Martii 1820.* districte praecepit, ut omnes uti deberent Calendario perpetuo a sa. me. Pio VII. die 4. Decembris 1819. approbato, iuxta peculiare Ordinis regulas a *Benedicto XIV.* confirmatas: quamobrem in Calendario pro Conventualibus Provinciae Bononiensis additum fuit monitum, quod *in posterum non liceret adiacere aliud quodcumque Officium, nisi Patroni praecipui Dioecesis, vel loci, Dedicationis propriae Ecclesiae, et Titularis, servata forma Decreti 16. Decembris 1797.* Composita res videbatur, sed secus accidit: nonnulli namque in sententia perstabant, quod Decretum antedictum *anni 1797.* non afficeret, quia in eodem nulla mentio facta fuerat literarum, et iussionum *Benedicti XIV.*, neque propterea iisdem derogatum videbatur; ideo in re satis dubia, ad imponendum controversiae finem, ac ut, quid foret agendum in posterum, certo tandem innotesceret; e re sua esse duxit admodum Reverendus Pater Ioannes Franciscus Barbieri eiusdem Orbis alumnus, et Civitatis Bononiae Coenobio adscriptus, cuncta documenta, quae disputationi causam dederant, in unum colligere, et, seposito quolibet partium studio, supplicii libello SSmum Dominum Nostrum Leonem XII. Pont. Max. exorare, ut dignaretur definire, vel per declarationem, vel per dispensationem, ad quae Dioecesana Officia praefati Conventuales Dioecesis Bononiae teneantur. Et Sanctitas Sua, audita relatione Ei facta per Secretarium S. R. C., confirmando Decretum sa. me. Pii VI., ita precibus annuit, ut ab iisdem Fratribus, et Monialibus in Bononiensi Dioecesi degentibus servanda in posterum essent generalia S. R. C. Decreta, quae iubent a Regularibus non alia recitanda esse Dioecesana Officia, praeter illa Patroni principalis Civitatis, vel loci, necnon Dedicationis Ecclesiae Cathedralis.

Facti series haec est, quam necesse erat exponere, quia forte ex praefato Decreto alia excitari controversia posset. Sciscitabitur aliquis, num idem Decretum extendi debeat etiam ad alios utriusque sexus regulares, qui vel in Civitate, et Dioecesi Bononiensi commorantur, vel in eadem Provincia habent Coenobia, quique se tueri posse arbitrantur, aut antiquae consuetudinis ratione, aut vigore Apostolicarum Literarum, quas utrique Clero *Benedictus XIV.* inscripsit. Mea quidem sententia extendi haud debere videtur, tum quia Decretum datum est ad petitionem dumtaxat Fratrum, et Monialium Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium Dioecesis Bononiensis, tum etiam, (opinari quis posset) quia Sanctitas Sua non praeceptum positivum imposuisse alicui videtur, cum verbum facultativum adhibuerit *valeant*. Quamquam postrema haec ratio haud prodest, quia, licet facultativa sit distinctio *valeant*, separatim a contextu accepta, praeceptiva evadit, si cum contextu consideretur. Concludit namque Decretum: *iuxta quod etiam sancitum fuit a sa. me. Pio Papa VI. Decreto 16. Decembris 1797.* Atqui in eodem Decreto praeceptum impositum est, cum legatur: *mandavit, ut in posterum in omnibus Coenobiis eiusdem Ordinis dictae Provinciae recitetur Officium iuxta Calendarium proprium ipsius Ordinis, nullo alio adiecto Officio, nisi Patronorum princi-*



1. Se in tal caso la Funzione di quella mat-  
tina debba proseguirsi sino al compimento?

2. Se possa proseguirla il Diacono digiuno,  
ovvero continuarla un Sacerdote non digiuno? (1)

Et S. C. sub die 19. Iunii 1773. abrogavit omnia Festa secundaria, et Octavas, quibusdam tantum retentis. Alia omitto, quibus idipsum possem confirmare.

Paucis rem absolvam. Ego quidem, ut supra dixi, Regularibus, qui proprium habent Breviarium, et in Coenobiis Provinciae Bononiensis commorantur, ut de Sanctis Dioecesis Officium faciant, opinor, haud prodesse consuetudinem, aut dictiones, quae in Apostolicis Literis Benedicti XIV. continentur, videlicet: *Clero saeculari, et regulari: omnibus qui ad Horas Canonicas tenentur: cum eadem, et aliae similes, mea quidem sententia, ad Regulares referendae sint, qui Breviario, et Calendario Dioecetano utuntur, nec proprium habent. Nec tamen si aliqui censeant sub iisdem dictionibus omnes indiscriminatim comprehendi, non ita meae sententiae tenax adhaereo, ut eosdem in errore versari credam. Forte dubitari potest, num, et quae vera sit dictionum intelligentia. Ast in dubio aequanda est S. R. C., quae dirimat quaestionem, et quod obscurum est, sua auctoritate declaret. Hoc usi sunt remedia Patres Ordinis Minorum Conventualium ad dubitationem repellendam, conscientiamque sedandam, ut patet ex Decreto, cui hanc adnotationem adiacere opportunum duxi.*

(1) Casus, super quo, duobus propositis Dubiis, Sac. Rit. Congregatio rogata fuit pro decisione, vere est singularis. Similis forte numquam per plurimum saeculorum fugam contigerat; accidit tamen anno proxime praeterito 1824. in altera ex Ecclesiis Status Veneti. Qua ratione pro novitate rei consultum fuerit, omnino ignoratur: nec certe poterat in temporis angustia a Missalis Rubricis, vel a liturgicarum rerum Scriptoribus lumen aliquod peti, cuius ope, quid facto opus esset, agnosceretur. Si quod tunc fuit male gestum (quod ignoro) emendari nequit: plurimum tamen interest, immo S. R. C. visum est omnino necessarium, maturo examini subicere proposita Dubia, nedum, ut cognoscatur quo modo agendum sit, si idem casus imposterum contingat; verum etiam, ut palam fiat qualitas, et natura Missae, quam Feria VI. in Parasceve, vero Sacrificio destituta, Praesantificatorum appellatione distinguimus. Exquisitum proinde fuit Votum duorum Theologorum; sed quoniam hi non fuerant in una, eademque sententia concordantes, demandatum mihi fuit, ut iisdem expensis, meum sensum aperirem. Parvi mandatis, et pro ingenii tenuitate rationes, quae in unam potius quam in alteram sententiam inclinabant, ingenuo calamo exposui. Votum autem praelo cum, quod fuit Eminentissimis PP. Sacrae Congregationi praepositis distributum, et ab iisdem probatum, est, ut sequitur.

» Quantunque la soluzione de' propositi Dubbii nulla giovi rapporto al fatto già consumato, ed al quale non sappiamo, se bene, o male fosse allor provveduto; si è nondimeno riputato espediente di averli in considerazione sì per istabilire la regola da tenersi in altri simili casi, se mai accadessero che per conoscere, qual sia propriamente la qualità della Messa, che dicesi de' Presantificati. Perciò all' Istanza fu rescritto: *Proponatur in prima, exquisito Voto duorum Consultorum Theologorum*: Dieder questi i loro Voti in iscritto, che dal degnissimo Monsignor Segretario furono a me, come Assessore della S. Congregazione, comunicati, affinché li riducessi in compendio, e sull' affare aprissi il mio sentimento.

» In esecuzione dell' onorevole incarico, ho preso in considerazione ambedue i Voti, quali ho trovati nella parte sostanziale frà loro discordi; e non poco ho esitato prima di determinarmi piuttosto all' uno, che all' altro parere; giacchè, per non porre il piede in fallo, e senza prevenzione per l' uno, o per l' altro, seriamente ho voluto ponderare le ragioni recate *hinc, inde*.

» Convengono essi in due punti, cioè *nel primo*, che se per mancanza di soggetto abile a proseguir la funzione, dovesse questa rimaner interrotta, non deve trovarsi ostacolo nell' ammirazione, che ciò potrebbe cagionare nel popolo, avvegnachè in simili, o poco differenti casi l' ammirazione si toglie, con avvertire il popolo dei motivi, pei quali non può proseguirsi la sagra funzione.

Latuit tunc sane, prout latet adhuc, silente Parocho, quid in Ecclesia, de qua supra, consilii coeptum; sed quoniam opportunum nimis visum est proposita Dubia discutere, ut inde

certa decerni regula posset in similibus, si forte contingant, eventibus, tenenda; et definire, quaeenam révera sit qualitas, et natura Missae, quae Praesantificatorum dicitur; ideo EE. PP. eidem

« Il secondo poi, sul quale parimenti convengono, si è, nello stabilire, che non possa il Diacono in virtù dell'Ordine, che esercita nel ministero, proseguir la funzione, e dare a questo compimento colla Messa, che dicesi de' Presantificati. E ciò con tutta ragione: imperciocchè, qualunque sia in questo giorno la natura di tal funzione, e Messa; certo è però, che per istituto, e disciplina della Chiesa, questa è così propria dell'Ordine presbiterale, che da altri d'inferior grado non si può eseguire per qualunque evento, urgenza e circostanza. In questo dunque cessa ogni questione, e l'affare è composto.

« Ma non sono così d'accordo nel punto sostanziale, cioè, se non essendovi, che un solo Sacerdote non digiuno, possa questi riprendere la funzione dal luogo, ove fu interrotta per l'apoplezia, da cui venne improvvisamente colpito il Celebrante, oppure nol possa, ed in conseguenza abbia a riporsi la Sacra Ostia nel Tabernacolo, da consumarsi nel dì seguente dal Celebrante, dopo la sunzione del Calice.

« L'uno crede, che debba continuarsi l'interrotta azione dal Sacerdote non digiuno. Egli si appoggia all'opinione probabile di quei Teologi, che tengono essere la Messa de' Presantificati il compimento del Sacrificio offerto nell'antecedente Giovedì: ed atteso che in materia de' Sacramenti fa d'uopo attenersi alla più sicura sentenza, essendo bastevole qualunque dubbio, purchè sia fondato, e ragionevole, per determinare il giudizio; perciò egli opina per la continuazione. Così esso argomenta: L'opinione probabile che la Messa de' Presantificati sia compimento del precedente Sacrificio, rimane tuttavia indecisa, non essendo stata finora dalla Chiesa o espressamente ammessa, o assolutamente riprovata: dunque la cosa è dubbia, e nella dubbiezza sembra debba prevaler l'obbligo di dar compimento al Sacrificio, e non attender l'altro del digiuno naturale, non potendosi in questo caso osservare ambedue i precetti. Se un tal'argomento possa convenire al caso nostro, il vedremo in appresso. Ogni qual volta si avesse ad ammettere una tale opinione, si dovrebbe rispondere ai proposti quesiti.

Ad 1. *In casu de quo agitur, Affirmative.*

Ad 2. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

« Diametralmente è opposto il Voto dell'altro Teologo; e siccome questi è d'opinione, che non possa continuarsi l'interrotta azione nè dal Diacono digiuno, nè dal Sacerdote non digiuno, così ei si determina per la negativa, tanto al primo quanto al secondo quesito, e conchiude, che debba cessare la sacra funzione, e convenga riporre il Sacramento nel Tabernacolo. Le ragioni, che egli adduce, (senza far conto di quelle che si recano più *ad ornatum*, che *ad opportunitatem*) specialmente si riducono a questa, cioè, che nel caso proposto non si tratta di dar compimento ad un Sacrificio incoato, e che debba necessariamente perfezionarsi, ma bensì di consumare la Sacra Ostia riservata nella Messa del precedente giorno, cioè della Feria V. affine che nella seguente Feria VI. in Paraseve dal Sacerdote, che eseguir deve le funzioni del giorno, possa consumarsi. Dunque non v'interviene quella validissima ragione, per la quale non solamente è lecito al Sacerdote non digiuno di compiere la Messa da altro Sacerdote, dopo la consecrazione di una, o di due, ambedue le specie, interrotta, per improvviso sopravvenuto accidente; ma assolutamente lo deve, poichè l'obbligo di perfezionare il Sacrificio prevale al precetto Ecclesiastico del natural digiuno. Conferma il suo sentimento coll'autorità, e dottrina di *Benedetto XIV.*, il quale seguendo la sentenza di altri dotti Scrittori, tiene, che nel caso del Parroco, che ha celebrato, e riposto il Sacramento nel Sepolcro in due Parrocchie nel Giovedì Santo, non possa poi nella Feria VI. iterare la funzione, e celebrar la Messa de' Presantificati in ambedue: giacchè, avendo ciò interamente ese-

Sacer. Congregationi praepositi fuerunt in sensu, rem in ordinario Conventu esse ad examen revocandam, exposito in antecessum Voto duorum

Consultorum Theologorum; cumque horum non una in omnibus eademque mens fuerit, ne ullus ambigendi locus superesset, utriusque Votum

guito nella prima Parrocchia, con adempire il rito della Chiesa, che non deve essere per verun modo alterato, ha dovuto necessariamente franger la legge del natural digiuno, con sorbire la Particola della Sacra Ostia in un col vino non consagrato. Questo è un caso così analogo al nostro, che non può desiderarsi di più.

» Ammesso dunque il Voto di questo secondo Teologo, si dovrebbe rispondere *Negative al utrumque.*

» In questa diversità di opinioni, quale dovrà abbracciarsi? Non sono io da tanto, che possa simil questione decidere, ed aspetto il giudizio, che sarà per pronunciare la Sacra Congregazione in cosa di non lieve momento, quale è la presente. Nondimeno siami lecito di esporre, e soggettare al savio intendimento degli Eminentissimi Porporati, che la compongono, quelle ragioni, che, dopo aver maturamente esaminati gli argomenti recati *hinc inde*, mi fanno propendere a favore del sentimento del secondo Teologo.

» Senza andar per le lunghe, e cercar da lontano argomenti, che di molto raziocinio abbisognino, la soluzione sembra a me semplicissima, come quella, che unicamente dipende dal conoscere, se la Messa de' Presantificati debba aversi per vero Sacrificio, o per compimento del Sacrificio antecedente, oppure non sia nè l'uno, nè l'altro. Sciolta questa questione, il dubbio è risoluto. Imperciocchè, se avrà dimostrato non esser la Messa de' Presantificati vero Sacrificio, nè compimento di Sacrificio, sarà dimostrata altresì la qualità, e natura della medesima, che dicesi Messa in lato significato, perchè il Celebrante usa i sacerdotali indumenti, con misteriosi riti, e ritenendo alcune preci appartenenti alla Messa, ma non sostanzialmente al Sacrificio, colla solennità propria del giorno, consuma la Sacra Ostia, a tal fine nel precedente giorno riservata, spezza l'Ostia, e ne immerge una particella nel Calice ec. Da tali premesse chiara ne discende la conseguenza, che non è lecito al Sacerdote non digiuno di dare nel caso proposto compimento alla Messa de' Presantificati.

» Certa cosa ella è, che a mio credere non può dirsi la Messa de' Presantificati vero Sacrificio. Così la comune de' Teologi. E benchè fra questi alcuni pochi vi siano, che sostengono il contrario, o almeno abbiano la Messa de' Presantificati per compimento del precedente Sacrificio; non è da farsi verun conto della loro opinione, troppo essendo labili, e fuor di proposito le ragioni da essi addotte, come mi accingo a dimostrare.

» Non vale quella dedotta dal ripetersi più volte nella sacra azione il termine *Sacrificio*, e dal recitarsi pria di partire dall'Altare l'orazione *Placeat*. Imperciocchè la parola *Sacrificium* non sempre ha il significato di Messa, ma bensì *vel late sumitur pro quocumque ministerio sacro: vel (che è il caso nostro) significatur ipsa Hostia consecrata; eo modo, quo victima Sacrificii solet interdum Sacrificium appellari.* Tetamo *Diar. Ecclesiast. tract. 2. lib. 4. par. 2. cap. 8. num. 254. et 266.*, Suarez. *tom. 3. in 3. part. disp. 75. sect. 4. in fine.* Si possono vedere i significati della parola *Sacrificium* nel *Lessico del Macri*, e nel *Glossario del Dugange*: Non sussiste poi, che si chiuda la sacra funzione coll'Orazione *Placeat*, giacchè dettosi dal Sacerdote: *Quod ore sumpsimus etc.* nota la Rubrica: *non dicitur Corpus tuum Domine, nec Post Communio, NEC PLACEAT TIBI, nec datur benedictio, sed, facta reverentia Altari, Sacerdos cum Ministris discedit.* Ma dato ancora, che una volta si conchiudesse la Sacra azione coll'Orazione *Placeat*, come si pretende (non so con qual fondamento) da chi sostiene l'opinione suddetta; l'essersi poi questa posteriormente omessa, porge un validissimo argomento per istabilire, che la Messa de' Presantificati non è Sacrificio: poichè l'anzidetta Orazione *Placeat* in tali termini è concepita, che nella medesima la parola *Sacrificium* ha più stretto, e proprio significato, di quello abbia nell'*Orate*



contrahendum Rmo Dom. Assessori fuit datum, qui allata ab unoquoque rationum momenta sedulo, diligenterque discuteret, perpenderet, pon-

deraret, insuperque suam in scriptis sententiam Sacrae Congregationi aperiret.

Integro tandem proposito negotio in ordinario

*fratres*, e nell' *In spiritu humilitatis*. Affine dunque di togliere ogni motivo di equivocare sull' intelligenza dell' espressioni usate in detta Orazione, che potrebbe far credere esser vero Sacrificio quello, che tale non è, avvedutamente la Rubrica vuole che nel Venerdì Santo si taccia non solo il *Post Communio*, ma ancora l' Orazione *Placeat*. Perciò il Gavanto *ad Rubr. Missal. part. 4. tit. 9. num. 20. litt. Z.*, meritamente avverte, che si tralascia l' Orazione *Placeat: non ob eam rationem, quia Sacrificium in ea nominatur, quod non fit hodie: nam supranominatum est in Oratione: Orate fratres; sed quia hic expresse diceret Sacerdos, se obtulisse Sacrificium, quod non est verum; est autem verum in Sacramento Christi esse Sacrificium Sacerdotis, et populi, seu victimam Sacrificii, late sumpto vocabulo Sacrificii, ut in hoc casu docet Suarez part. 3. disp. 75. sect. 4. in fin. quod, in Orate fratres dicitur. Et hoc idem voluit Durandus etc.* Che più dunque vi vuole per conchiudere, che il termine *Sacrificium*, quale in questo giorno s' incontra nell' *Orate fratres*, e nell' *In spiritu humilitatis*, non deve esser preso nello stretto e proprio significato di vero, e real Sacrificio, ma bensì largamente *pro quocumque ministerio sacro, et pro ipsa Hostia consecrata?*

» Non mi fermo nell' altra ancor più debole ragione desunta dal supposto, che l' assistenza alla funzione di questo giorno si abbia per adempimento del precetto d' udir la Messa, se in esso coincide la Festa dell' Annunciazione di Maria SS. Argomento piantato sul falso: giacchè, cessando in tal giorno l' Ostia, e il Sacrificio, cessa ancor l' obbligo di udir la Messa; e la Chiesa ha provveduto al caso, col trasferire insieme la Festa col precetto alla Feria II. dopo la Domenica in Albis; a differenza di quanto accade nella Feria V., in cui, per esser giorno *liturgico*, a comodo del popolo si permettono più Messe, oltre la solenne Conventuale.

» Finalmente non so intendere, come si voglia trarre al significato di vero Sacrificio una espressione usata dal Dottor Angelico, che sicuramente nol porta. All' obbiezione, che ei si propone: perchè mai, facendosi la commemorazione della Passione di Gesù Cristo nella Feria VI. in Paraseve, venga intermesso il Sacrificio? risponde: *Quod veniente veritate, cessat figura. Hoc autem Sacramentum est figura quaedam et exemplum Dominicæ Passionis; et ideo in die, quo ipsa Passio Domini recolitur, prout realiter gesta est, non celebratur Consecratio huius Sacramenti.* (Lo stesso è che dire, *cessat Sacrificium*). Indi prosiegue, *ne tamen Ecclesia ea etiam die sit sine fructu Passionis, per hoc Sacramentum nobis exhibitum, Corpus Christi consecratum die præcedenti reservatur sumendum in illo die, 3. part., quaest. 23. art. 2. ad. 2.* Qui il Santo Dottore parla del frutto del Sacramento riservato per questo giorno, in cui, *veniente veritate, cessat figura*; ma non mai significar vuole, che la suzione dell' Ostia preconsecrata sia vero Sacrificio, o compimento dell' antecedente, pienamente già perfezionato. Che se volesse l' espressione usata da S. Tommaso prendersi nel significato di Sacrificio, o compimento di Sacrificio, ne deriverebbono due gravissimi assurdi. Il primo, che manca qualche cosa alla perfezione del Sacrificio celebrato nel dì antecedente, lo che è apertamente falso. Il secondo che vi sarebbe il Sacrificio nel giorno, in cui per istituto della Chiesa cessar deve il Sacrificio, e dovrebbe dirsi giorno *liturgico* quello, che dicesi ed è *aliturgico*, perchè senza Sacrificio. Patentissime contraddizioni! Ne risulta perciò, che non può trarsi verun argomento dall' espressione di S. Tommaso a sostener l' opinione di chi pretende, esser la Messa de' Presantificati vero Sacrificio, o compimento dell' antecedente.

» Ed in fatti Francesco de Lugo, il quale *lib. 4. de Missa c. 2. quaest. 5. num. 4.*, si dimostra propenso all' opinione, che sostiene, doversi intendere l' espressione dell' Angelico, se non di vero Sacrificio, almeno di compimento del Sacrificio antecedente; si ritrattò poscia per la forte ragione, che il Sacrificio antecedente ha di già avuto il pieno suo compimento, nè resta cosa, di che perfe-

EE. et RR. PP. Coetu coacto sub die 5. Martii currentis anni, auditaque relatione Emi, et Rmi D. Card. Falzacappa Pontentis, ad proposita Dubia

unanimes consensione respondendum esse censuerunt: *In Voto R. D. Assessoris*, nimirum.

Ad 1. « *Provisum in 2.* »

zionario; perchè una *Consecratio non nisi per unam sumptionem compleri debet in ratione Sacrificii*, e l'una, e l'altra azione comprendono morale unità di tempo *in ratione Sacrificii*. Ciò tanto è vero, che, trattandosi di vero Sacrificio, dato il caso, che questo sia interrotto dopo la Consecrazione, nè si abbia pronto un Sacerdote, che prosiegua, e compisca la Messa, ed intanto passino più ore; vuole la comune de' Teologi, che si riponghino le specie consecrate nel Tabernacolo, da consumarsi dopo la sunzione del Calice in altra Messa nel dì seguente, ma non esser più lecito il perfezionare la Messa interrotta nel giorno antecedente, poichè una lunga interruzione toglie l'unità morale necessaria al Sacrificio. Si veda Tetamo *loco citato quaest. 4. num. 267.*, il quale aggiunge: *Quod Sà verbo Missa num. 38. docuerat, etiam sequenti die esse ab alio peragendum, ubi prior desiderat, et sic complendum Sacrificium; hoc correxit Magister Sacri Palatii, recte volens sequenti die sumi in alia Missa, quod superesset; quia peracta est actio tota hesternae Missae, nec censeretur esse idem Sacrificium.* Tratta magistralmente questa questione il Quarti *ad Rubric. Missal. tit. 10. num. 2. sect. 1. dub. 5.* ed ottime ragioni adduce, che pienamente convincono, esser una lunga interruzione, che toglie l'unità morale, d'impedimento a compiere il vero interrotto Sacrificio. Che dir dunque dovremo del caso in questione, in cui, oltre la lunga interruzione, vi è il più forte motivo desunto dalla qualità della Messa de' Presentificati, che nè è, nè in stretto senso dir si può Sacrificio?

» Sembra perciò bastantemente comprovato, che la Messa de' Presentificati non è Sacrificio, ma neppur può dirsi compimento del Sacrificio antecedente, che ebbe la sua piena, ed intiera perfezione. Mi si dirà, perchè dunque nella Messa della Feria V. furono consecrate due Ostie? Perchè la seconda con tanta solennità custodita? Perchè nel seguente giorno, secondo il prescritto rito, dal celebrante Sacerdote all'Altare consumata? E non potranno considerarsi la celebrazione della Messa, la riposizione nel Sepolcro, li prescritti riti del dì seguente, e la Messa de' Presentificati per una continuazione di atti fra loro sì strettamente connessi, e legati, perchè formino moralmente l'unità dell'azione? Se ciò non prova, che la Messa de' Presentificati abbia ad aversi per un vero Sacrificio, almeno condurrà ad averla per compimento del Sacrificio antecedente. A tale oggetto rispondo, che le premesse non conducono alla conseguenza, che se ne vuol trarre.

» Imperciocchè è vero, che nella Feria V. si consacrano due Ostie; ma altrettanto è vero, che una solamente è necessaria, e dee servire alla perfezione del Sacrificio; l'altra si dee conservare ad un fine totalmente diverso, cioè per consumarsi in un giorno, che privo è di Sacrificio, perchè, secondo la dottrina dell'Angelico: *Ne Ecclesia etiam hodie sit sine fructu Passionis etc.* Allo stesso modo, benchè a differente oggetto, e fine, si consacrano le particole da riporsi nel Tabernacolo per la comunione de' Fedeli; si consacrano due Ostie, affine di riserbarne una da esporsi alla pubblica venerazione. Ognun vede qual conseguenza debbasi da ciò dedurre. Sono poi piene di sublimi misteri le azioni posteriori alla Messa della Feria V. cioè la riposizione nel Sepolcro, i riti da osservarsi nel seguente giorno, le lezioni, le preci, i mesti canti, e la Messa de' Presentificati; tutto diretto a tener viva nel cuor de' Fedeli la memoria della Passione, e Morte del Redentore. Si abbian pur questi per atti continuati, che formino l'unità dell'azione; avrassi bensì una continuazione successiva di riti, e ceremonie riguardanti il medesimo oggetto, ma non già una continuazione, ed unità identica; onde la sunzione dell'Ostia riservata abbia necessariamente ad aversi per continuazione, e compimento dell'antecedente Sacrificio. Che se vorrà dirsi, che la Messa de' Presentificati per li speciali riti proprii di quel giorno, nel suo estrinseco ha una tal quale apparenza di Sacrificio, il concederò; purchè mi si dia, che nel senso stretto, e proprio non è Sacrificio, nè compimento di vero Sacrificio.

Ad 2. « Si ministrans ut Diaconus est Sacerdos, et ieiunus, ipse, assumpta Casula, prosequatur Officium, et Missam Praesanctificatorum absolvat, alterque non ieiunus Sacerdos ei suc-

cedat in munere Diaconi: quatenus vero ille sit dumtaxat in Diaconatus Ordine constitutus, et nemo alius adsit Sacerdos ieiunus, cesset Officium, et sacra Hostia reponantur in Tabernaculo,

» A maggior conferma di quanto finora si è detto giova ancora il riflettere, che nè vi è obbligo, nè la Rubrica prescrive, che il Sacerdote, il quale ha celebrato nel Giovedì, e nella Messa ha consecrate due Ostie, abbia poi ad eseguire le sacre funzioni della Feria VI., e conchiuderle colla Messa de' Presantificati: Anzi universale è l'uso contrario, e nelle Patriarcali, Cattedrali, Collegiate, e Chiese Conventuali per il solito celebra le sacre funzioni quello, che è di turno, benchè diverso dall'altro, che ha celebrato nell'antecedente Giovedì; anzi così si pratica nella Cappella Pontificia, ove nella *Feria V. in Coena Domini* canta Messa un Cardinal Vescovo, nella *Feria VI.* il maggior Penitenziere. Dirò di più, che la Sagra Congregazione de' Riti ha eredito universale la diversità de' Celebranti in questi giorni, poichè nelle questioni spesso proposte; se, ed a chi debbasi consegnare la chiave dell'Urna, che racchiude la sacra riservata Ostia? costantemente ha risposto: *Canonico, vel Dignitati, qui in crastinum Feria VI. in Parasceve erit celebraturus: Sacerdoti in crastinum celebraturo.* Lo stesso è che dire. *Al Sacerdote, a cui tocca per turno.* Così nella Pacen. 30. *Ianuar. 1610. et Hispalen. 9. Ianuarii 1633. et 22. Novembris 1636., Granaten. 16. Ianuarii 1664. Carthagenen. 15. Martii 1732. Tiburtina 7. Decembris 1737.* Si tralasciano per brevità altri simili Decreti. Ma se la Messa de' Presantificati fosse una continuazione, e compimento del precedente Sacrificio; se le funzioni di ambedue le Ferie si dovessero avere, come componenti una sola identica azione, cosicchè non consumandosi l'Ostia preservata, restasse imperfetto il Sacrificio della Feria V., ragion vorrebbe, che, per modo di regola, senza un legittimo impedimento la funzione della Feria VI. venisse eseguita da quello stesso, che ha celebrato nel giorno antecedente. Dunque qual conseguenza se ne dovrà dedurre? Non altra certamente, se non che la Messa de' Presantificati non è vero Sacrificio, nè compimento di Sacrificio.

» Nè punto mi muove l'argomento, che si fa dall'autore del primo Voto. Oltrechè l'opinione probabile, alla quale egli si appoggia, (cioè che la Messa de' Presantificati è compimento dell'antecedente Sacrificio) si è dimostrato essere d'ogni ragione sformata; si dee riflettere, che qui non si tratta *de Sacramento conficiendo*; oppure *de validitate Sacramenti*; rapporto a' quali, qualunque dubbio, che sia fondato, e ragionevole, basta, perchè si abbracci il partito, che metta la cosa in sicuro: ma la questione si riduce a vedere, se la sunzione dell'Ostia consecrata debba aversi in sicuro: ma la questione si riduce a vedere, se la sunzione dell'Ostia consecrata debba aversi per così connessa col Sacrificio del precedente giorno, che si abbia a tenere per parte integrale del medesimo. Qui la validità del Sacramento è in sicuro, e non consumandosi, secondo il prescritto rito, per qualunque inaspettato accidente, l'Ostia preconsecrata, il Sacrificio del precedente giorno nulla perde della sua perfezione, ed integrità, nè può acquistare maggior perfezione: perciò credo, non potersi ammettere il sentimento esposto nel primo Voto, il quale, attenendosi al parere, come egli crede, probabile di pochi Teologi di sopra già confutati, giudica ciò essere sufficiente, perchè possa, e debba il Sacerdote non digiuno continuare l'interrotta funzione, e consumare l'Ostia riservata.

» Da quanto si è detto fin qui sembra al corto mio intendimento essere a sufficienza provato, che la Messa de' Presantificati non è Sacrificio, nè compimento di Sacrificio. Che se ciò non bastasse, assai di forza aver deve l'esempio del Parroco, che in due distinte Parrocchie ha celebrato nel Giovedì Santo, e sì nell'una, che nell'altra ha riservato l'Ostia per consumarsi nel seguente Venerdì. Se in questo giorno compie la funzione nella prima Parrocchia, non può iterarla nella seconda, perchè non più digiuno, avendo sorbito la particola infusa nel vino non consecrato. Così Benedetto XIV. nel Trattato *de Sacrificio Missae lib. 3. cap. 5. num. 5.* aderendo al sentimento del Silvio, e del Suarez: così il Tetamo *loc. cit. cap. 8. num. 170.* Ma quel che è più, ciò che aveva insegnato il suddetto dotto Pontefice da Dottore privato, confermollo poscia nella

die sequenti post sumptionem Calicis a Celebrante sumenda.»

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis responsa approbavit, confirmavit, et ita in posterum in similibus servandum esse decrevit. Die 8. Martii 1825.

4610. DECRETUM GENERALE.

Pluries dubitari contingit; utrum in Orationibus Sanctorum Ioannis Episcopi Constantinopolitani, et Petri Episcopi Ravennaten. Cognomina Chrysostomi, et Chrysologi proferri deberent, iubentibus Sacrae Liturgiae legibus, quod Cognomina ex Ecclesiae precibus omnino expungantur: quae sane controversia nuperrime in quadam

Costituzione: *Declarasti nobis, delli 16. Marzo 1746 super celebratione duarum Missarum eodem die per unum Sacerdotem. Bullar. tom. 2. Constitut. 3. pag. 14. et seq.* Mi sia lecito di qui riportar per intero l'articolo della detta Costituzione su tale oggetto; « In nonnullis regionibus mos inoleverat, quod Parochi duarum Parochiarum Feria VI. maioris hebdomadae Officium faciebant, primum in una ex Parochiis, et deinde illud iterabant in altera. Ieiunii praeceptum in sumptione Eucharistiae non est iuris Divini, sed Ecclesiastici, teste *Cardinali Bona, Rerum liturgicarum lib. 1. cap. 21. num. 2.*, ubi refert, initio non omnibus in locis universos praedicta lege obstrictos fuisse: cumque, hoc minime obstante, animadversum fuisset, Parochum celebrantem Officium in secunda Parochia, non ieiunium sumere Eucharistiam sub specie panis, sumpserat enim in Officio, quod celebravit in prima Parochia, particulam Hostiae consecratae die praecedenti, una cum vino non consecrato, et sic ieiunium fregerat naturale; **REPROBATA FUIT CONSUETUDO**, etsi, uti afferebatur, pietati, et devotioni innixa. Hoc exemplo percussi alii Parochi duarum Parochiarum, aliam induxerunt consuetudinem, ut in utraque Parochia Officium Ferae VI. maioris hebdomadae celebrare possent, praetermittendi scilicet haustum vini in primo Officio, quod in prima Parochia celebrabant, sumentes tantummodo speciem panis, ut ieiunii in secunda Parochia Officium facerent, Missamque, quae dicitur Praesanctificatorum celebrarent. **AT HAEC QUOQUE CONSUETUDO FUIT REPROBATA**, utpote contraria ritui Ecclesiastico, quem et Ordo Romanus, et Sacramentarium S. Gregorii praescribunt, et adhibet universalis Ecclesia. *Franciscus Sylvius magni nominis Theologus, tom. 5. suorum operum editionis Antuerpiensis Orat. 1., quae est unica de Officio Parasceve*, rem graphice exponit, nec Parochorum consuetudini censet esse ullo modo deferendum. De hac eadem re plura habentur apud *Suarez in 3. part. Divi Thomae tom. 3. quaest. art. 2. disput. 80. sect. 3.*, et nos ipsi haec omnia exposuimus in nostro tractatu *de Sacrificio Missae*, et in alio tractatu *de Festis Domini nostri Iesu Christi part. 1. typis Patavinis edito, §. 306. et seq.* confutavimus errorem Graecorum schismaticorum, qui volunt, in Missa Praesanctificatorum, per immersionem particulae in Calicem ex Sacratissima Hostia detractae, transubstantiationem fieri vini in Sanguinem Christi, et diximus, Sacerdotem in Officio Ferae VI. maioris hebdomadae, sumere Christi Corpus, et Sanguinem, cum utrumque revera sit sub specie panis praecedenti licet die consecrati.»

Ma se al Parroco di due Chiese non è lecito l'iterare la funzione del Venerdì Santo nella seconda Chiesa, dopo averla eseguita nella prima, perchè non è più digiuno, avendolo dovuto frangere per necessità in osservanza del rito prescritto dalla Chiesa; molto meno potrà esser lecito il farlo al Sacerdote, che, non già per l'osservanza del prescritto Ecclesiastico rito, ma per natural necessità, o per qualunque altra siasi volontaria, o accidental cagione trovasi di averlo violato. La Rubrica *tit. 9. num. 4.* contempla il solo caso, in cui si abbia a compiere l'interrotto Sacrificio, perchè non debba rimanere imperfetto: *Missa per alium Sacerdotem expletur ab eo loco, ubi ille desit, et in casu necessitatis, etiam per non ieiunium.* Ma siccome la Messa de' Presanctificati, atteso quanto si è detto, non è Sacrificio, nè compimento di Sacrificio, cessa il motivo di dar compimento a ciò, che è perfettamente compito, e perfezionato; ed in conseguenza, tolta di mezzo la condizione assoluta della positiva necessità, non potrà il Sacerdote non digiuno consumar l'Ostia preservata, ma dovrà questa esser riposta nel Tabernacolo.

Etruriae Civitate excitata, delata est ad Sacrorum Rituum Congregationem pro opportuna definitione. Haec autem in ordinario Conventu coacto sub infrascripta die, re mature, diligenterque perpensa, audito prius Voto R. D. Assessoris, ad mel infrascripti S. R. C. Secretarii relationem, etsi perspectum habeat Sanctorum Cognomina, vel Patriam non esse in Orationibus apponenda, quum horum Deus non indigeat ad dignoscen-

dum in cuiusnam Servi sui nomine Oratio sibi dirigatur, nihilominus, quoniam non abest ab Ecclesiae disciplina, ut peculiaris aliqua virtus, mirificumque donum significetur, ob quae unus, aut alter ex Sanctis caeteris praeluxit, ab huiusmodi lege excipere ea censuit, quae minus proprie Cognomina dici debent, sed potius characterem Sancti alicuius, vel donum illi a Deo collatum exprimunt. (1)

» Faccio qui fine, tralasciando quel di più, che dir potrei in conferma di quanto ho cercato di comprovare, e non facendo d' uopo d' ulteriori argomenti a dimostrare l' insussistenza dell' opinione contraria. Resta ora, che la Sagra Congregazione in vista delle addotte ragioni decida, non già per rimediare ad un fatto, che non può disfarsi, perchè consumato, ma per prender motivo dal medesimo, affine di provvedere all' avvenire, dandosi un simil caso: e la risoluzione potrà servire per vieppiù confermare quel che già è certo, cioè, che la Messa de' Presantificati non è Sacrificio, nè compimento di Sacrificio. Crederei perciò, che potrebbe essere il Rescritto, come siegue.

» Ad 1. *Provisum in secundo.*

» Ad 2. *Si ministrans ut Diaconus etc.*, ut in Decreto.

(1) Dubitatum saepe fuit, num in Orationibus recitandis in Officio, et Missa S. *Ioannis Constantino-*politani Antistitis, et S. *Petri Episcopi Ravennae* addi possent agnomina *Chrysostomi, et Chrysologi*, an potius omitti, vigore Decreti ab hac S. Congreg. editi in Einsilden. 23. Junii 1736., quod iubet, ut expungantur omnino in Orationibus tantum cognomina, et Patriae Sanctorum. Iure autem super hoc rogata S. R. C. definivit, stricte accipiendum esse praefatum Decretum, nec extendi ad agnomina, vel pronomina specialis praerogativae, qua Sancti decorantur. Ratio autem discriminis est, quia familiae cognomina, et Patriae designatio distinguunt personam ab aliis, quibus idem nomen est, et cum Oratio dirigatur ad Deum, non est opus, ut Sanctus, cuius memoria recolitur, cognomine, aut Patria ab aliis eiusdem nominis secernatur. Etenim, ut notat Cavalerius tom. 2. cap. 38. decret. num. 4. *In Orationibus . . . Deum alloquimur, qui haud eget instrui, cuiusnam Sancti intercessionem postulemus, quare ab Orationibus, aliisque, quae ad Divinum pertinent Officium, merito ad distinctionem Patria apponi vetatur: et ibidem decret. 2. num. 2. ubi in praecedenti decreto ab Orationibus Patria expungi dumtaxat praescribitur: modo et Patria, et cognomina expungenda dicuntur. Sicuti namque in praecedenti decreto ponderabamus, Deum, quem in Orationibus alloquimur, ut intelligat cuius Sancti praesidium imploramus, cognomine aliquo nefas est indignum reputare.*

Non ita dicendum de pronomine, quod includit, atque designat specialem quamdam qualitatem seu praerogativam, qua Deus decoravit Sanctum, de quo recitatur Officium, uti sunt *Ioannes Chrysostomus, et Petrus Chrysologus*. Non enim pronomen adiiicitur, ne confundantur cum aliis Sanctis eiusdem nominis, uti sunt familiae cognomen, et indicatio Patriae, sed adiiicitur ad recolendum singulare donum iisdem concessum, quod ad Dei donantis gloriam refertur, et ad fideolum aedificationem. Praefatus Cavalerius ibidem decreto 1. num. 5., postquam a regula excipiendas esse docuerat *Mariam Magdalenam, Mariam Aegyptiacam*, aliasque Sanctas, quae *Mariae* nomen habent, ut distinguantur a *Maria Christi Matre*, quam sicuti dignitas a caeteris mulieribus admodum distare facit, ita congruit eadem secernatur, ita ut *Mariae* nomen absolute, et simpliciter pronuntiatum, *Matri Christi dumtaxat adaptetur: prosequitur ad decret. 2. num. 4.: ab hac regula (vetante additionem cognominis, et Patriae) exciperemus agnomina illa, ut Chrysostomi, et Chrysologi etc., quae tituli honoris sunt, et praesertim, quia novissime cum hoc titulo in Breviario S. Petrus Chrysologus invecus fuerit: videri etiam potest Guyetus in Hortologia lib. 3. cap. 2. quaest. 5.*

Adeoque Em̄i Patres S. R. C. praepositi in sensu fuere: « Non esse in Orationibus expungenda nomina Chrysostomi, ac Chrysologi, quae adiectiva potius sunt, et vel facundiam, vel vim, et efficaciam divini sermonis recensitis Sanctis, quasi supernaturali inditam virtute designant, idque ubique servandum censuere, si SS̄mo Domino Nostro placuerit. » Die 5. Martii 1825.

Facta autem de praemissis omnibus SS̄mo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. per me infrascriptum Secretarium relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis sensum adprobavit, iussitque edi Decretum generale, atque, ut ab omnibus servetur, referri mandavit in Acta eiusdem Congregationis, ac typis evulgari. Die 8. supradicti Mensis, et Anni.

4611. BRICTINORIEN.

Vertente Saeculo XIV. ob civiles seditiones, multaque bella Foro Pompilii Civitas ferro, ignique pene absumpta, suam Episcopalem Sedem amisit: Robertus enim tunc Antistes ad viciniorem Bricinorii Civitatem se recipiens, illam secum transtulit, ibique firmavit, ac Templum maius Deo in honorem S. Catharinae Virg. et Mart. dicatum ad Cathedralis notam evexit. Exordium inde, quo Christi Martyr Catharina, ceu principis loci Patrona venerata fuit, eiusque Festum duplici sub

praecepto, ac praecedenti Vigilia celebratum. Progressu temporis, scilicet de anno 1784., ac 1816. annuentibus sa: me: Pio VI. ac VII. a pristino statu Dioecesis abducta est, praesertim ob unionem nonnullorum vel Pagorum, vel Paroeciarum, quae excerptae ex Abbatiis S. Elleri de Galeata, S. Mariae in Cosmedin, ac Nullius Foro Pompilii eius spirituali iurisdictioni subiectae fuere. Multiplex inde exortus Patronorum numerus. Super hoc itaque, nonnullisque aliis abusibus vehementer dolens R̄mus Episcopus Bricinorien., praecipue vero quae ipsam Episcopalem dignitatem quodammodo respiciunt, et quammaxime cupiens, ut de medio tollantur, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia exposuit.

1. An possit, et debeat Episcopus vigilare, et exigere, ut Festum S. Catharinae Virg. et Mart. Patronae Principalis Dioecesis, tamquam Patrona etiam Principalis in quocumque Dioecesis loco observetur de praeepto, in casu etc.?

2. An segregati in spiritualibus a Terris, et Oppidis Patronum habentibus, et Dioecesi Bricinoriensi noviter, et permanentemente uniti, debeant, tamquam Patrono carentes, servare Decretum S. R. C. docens, et statuens, quod populi non habentes Principalem Patronum debeant celebrare Festum Patroni Civitatis, ac Dioecesis in casu etc. ? (1)

Et revera, si in Orationibus id exprimendum est, in quo magis emicuit Sanctus, de quo celebratur memoria ad fidelium aedificationem, et exemplum: curiam tacendum erit pronomen, quod donum Dei includit, et pandit, veluti sunt *Chrysostomus, et Chrysologus*? Nonne haec duo nomina miram exhibent in dicendo facundiam, et in suadendo efficaciam, qua *Ioannes, et Petrus* fuerant insigniter a Deo ditati, ut docerent, instituerent, corripent, animarum spirituali saluti consulerent, ac devios in vias Domini revocarent? Num ne grande hoc Dei donum, quod nedum honorificum est illis, quibus datum est, verum etiam in elargitoris Domini gloriam convertitur, cui soli debetur laus, honor, et gratiarum actio, in Orationibus tacendum erit? Num ne huiusmodi pronomina confundenda sunt cum familiae cognomine, et designatione Patriae, de quibus dumtaxat loquitur Decretum anni 1736. ? Res tamen clara ulteriori illustratione non indiget; et cessat modo quaelibet controversia, postquam S. C., re mature discussa, pronomina illa retinenda esse declaravit, ut patet ex relato Decreto. Firmum igitur stat, quod per Decretum anni 1736. delenda ex Orationibus sunt familiae cognomina, Patriae designatio, et aliae quaelibet additiones, quae ideo invecatae sunt, ut Sanctus ab aliis eodem nomine nuncupatis distinguatur; non autem pronomina, quae honoris sunt, et ad significandam Sancti, de quo fit Officium, singularem a Deo ipsi datam qualitatem, apponuntur.

(1) Facti species haec erat. Bricinoriensi Dioecesi novissimis temporibus plures accesserunt Parochiae cum suis plebibus. Siquidem ex conterminis Abbatiis S. Elleri de Galeata, et S. Mariae in Cosmedin suppressis, sa: me: Pius VI. anno 1784. duodecim Paroecias, quae temporali Pontificio Dominio subiiciebantur, Bricinoriensi Ecclesiae adiunxit: anno 1806. sa: me: Pius VII. addidit septem alias, quae prius ad Abbatiam Nullius Foro Pompilii pertinebant. Quoniam autem ab eo usque tempore, quo Bricinoriensis Civitas ad Sedem Episcopalem evecta fuit, quod accidisse fertur saeculo XIV., Virginem, et Martyrem *Catharinam*, quae iam erat Titularis maioris Eccle-

3. An possit Episcopus tolerare, quod in Calendario dicatur Patrona Principalis Civitatis, ac Dioecesis tam Bñia Virgo Maria de Lacu nuncupata, quam S. Catharina Virgo, et Martyr, quum

utriusque Officium, et Missa celebretur sub ritu duplici primae classis cum Octava in tota Dioecesi, in casu etc.? (1)

4. An Vigilia S. Catharinae Principalis Patronae

siae, Cathedralis honore postea decoratae, Civitatis, et Dioecesis incolae, ut principem Patronam habuerunt, ei tribuentes omnia venerationis obsequia, quae Patronis debentur; opinio invaluit, quod adiectae supramemoratae Paroeciae, ut caetera Dioecesis loca, S. Catharinam in Patronam assumere deberent. Hinc orta dissidia, cum aliquae plebes, quos antea coluerant, nollent cum diverso Patrono commutare. Composita res fuit quoad Paroecias primae accessivis; nam (si unus excipiatur populus Terrae Civitellae, qui arbitratur sibi Patronum adesse S. Philippum Nerium, haud se induci sivit, ut S. Catharinam ei in Patronatu sufficerent) aliae omnes undecim minime dubitarunt illam in Patronam habere, quae hoc honore in Dioecesi Bricinoriensi decorabatur. At non ita accidit de aliis Paroeciis avulsis ab Abbatia, et Territorio Foro Pompilii: singulae quippe Patronos, quos prius coluerant, retinere voluerunt. Huiusmodi dissidia, et in Patronis colendis varietates, excitarunt sollicitudinem vigilantissimi Episcopi, qui, ut cuncta componeret, et ad formam legis exigeret, S. R. C. supplices rogavit, ut, quid facto opus esset, sua auctoritate definiret. Implexa res videbatur, cum de tot diversis Patronis ageretur: nihilominus S. C. brevi responso ad duo prima Dubia singulis plebibus, quae peculiare Patronos venerabantur, sua prudentia consuluit. Generalem regulam dedit ubique in similibus servandam, qua, ut saepe alias declaratum fuerat, sancivit, ab omnibus colendum esse Civitatis Patronum, dummodo in locis Dioecesis nullus reperiat Patronus principalis. Hisce adnumerari nequibat populus Terrae Civitellae, qui perperam putat sibi adesse Patronum S. Philippum Nerium, minime servata forma Decretorum Urbani VIII., arbitrarie assumptum. Id clarissime evincitur, tum quia idem Sanctus in illa Terra ritu dup. mai. gaudet; tum etiam quia usque ad annum 1784. in eadem cultum principalis obtinuerat S. Ellerus Ecclesiae, cui tunc subiciebatur, Patronus. Nequit igitur praefatus populus feriatum habere diem festum S. Philippi (nisi ex simplici devotione fiat), sed iuxta praefatum S. C. responsum, S. Catharinam, ut praecipuam Patronam colere debet. Quid vero dicendum de Paroeciis, et plebibus, quae sub iurisdictione fuerant Abbatiae Nullius Foro Pompilii, et modo adiectae sunt Dioecesi Bricinoriensi, si retinere cupiant Patronos, quos, ut principales Territorii, in quo versabantur, coluerant? Turbandi ne erunt a legitima possessione, et cogendi, ut alium Patronum assumant? Si meum fas est expromere sensum, in libertate huiusmodi id esse relinquendum videtur. Difficile enim est, ut antiquum Patronum, quem tam maiores, quam ipsi specialibus venerationis significationibus coluerant usque adhuc, modo velint deserere, ut alterum prosequantur. Vere quippe ipsorum Patronus, quia talis erat Ecclesiae, cui subiciebantur. Sed licet haec mea sit opinio; attamen magis congruere credo, si fieri sine turbis, et offensione potest, ut hortationibus inducantur harum Paroeciarum, et Pagorum incolae ad debito honore colendam Patronam Dioecesis, ad quam modo pertinent. Plura disserere non est opus, consulto tamen haec adnotavi, quia non raro accidunt huiusmodi dismembrationes, et adiectiones, ac opportunum visum est, cohaerenter ad S. R. C. responsum, regulam tradere, quae hisce in casibus quoad principales Patronos servanda sit. Ad rem hanc illustrandam nonnihil prodest aliud recentius Decretum eiusdem S. C. in Collen. 27. Martii anni mox praeteriti 1824. cum subiectis adnotationibus, quas inutile est hic repetere.

(1) Iure quaesitum fuit: An possit Episcopus tolerare, quod in Calendario dicatur Patrona Civitatis, et Dioecesis tam B. V. Maria de Lacu nuncupata, quam S. Catharina V. et M., Unus namque, ut decreta iubent, Patroni Civitatis, et praerogativis gaudere potest: quamobrem cum S. Catharina V. et M., ab immemorabili tempore talis sit, perperam in Calendario principalis Patronae qualitate B. V. Maria de Lacu donata est. Habet quidem Officium ex concessione S. R. C. duplex 1. class. cum Octava; sed sola elevatio ritus non valet ad patronatum, quum alii multi

Brictinorien., de qua nihil fit in Officio, et Missa, debeat expungi a Calendario, vel saltem notari tamquam ieiunium ex devotione, in casu etc.?(1)

5. An Magistratus etiam nunc cogi possit ad praestandum Episcopo solitum obsequium, saltem dum consueta Pontificalia celebrat diebus solem-

sint tituli, qui S. C. inducunt ad illud indulgendum. Ad patronatum inducendum aliae, et multo plures sunt conditiones, quae requiruntur, et in casu, et in specie nostra omnino desunt. Specialissimus cultus, singularia venerationis obsequia debentur B. M. V. quae prae omnibus Sanctis omnium Christifidelium Patrona est: verum non inde consequitur, quod non generali dumtaxat, sed etiam peculiari alicuius Civitatis, vel loci patronatu gaudeat, cum adnexis praerogativis, et privilegiis, nisi praecesserit formalis electio, et subsequens confirmatio, iuxta *Urbani* decreta. Ideo S. C. proposito Dubio respondit: *Negative, etiamsi Officium Beatissimae Virginis celebretur sub rit. dup. 1. class. cum Octava.*

(1) Altera se offerebat quaestio de abstinentia, et ieiunio servando in pervigilio Festi *S. Catharinae* principalis Patronae. Varias erant sententiae. Notabat extensor Calendarii Dioecesanii: *Vigilia cum ieiunio*. Rogatus, quo iure? Ignorare fassus est: neque ex caeteris inventus est ullus, qui id sciat. Certum tamen est alios esse, qui tenent ex praecepto omnino servandam, alii putant in arbitrio id relinquendum, et quatenus servari velit, non nisi ex devotione faciendum: hinc scandala, et peccandi pericula. Qui ieiunium non servant scandalo sunt iis, qui abstinentiam, et ieiunium in praecepto esse arbitrantur; et ex diverso opinandi modo oriri potest periculum quoad populum operandi cum erronea conscientia. Eoque magis id timendum, quia non una est, sed varia Confessoriorum praxis. Ut rem componeret solertissimus Episcopus, onus sibi dedit scrutandi; num ex voto, num ex consuetudine, an alia quacumque ex causa huiusmodi ieiunium inductum fuerit: nihilque invenisse fatetur, unde saltem conici posset Vigiliam hanc cum ieiunio de praecepto servandam. Ad hanc igitur S. C. recursum habuit pro solutione Dubii. Quid ergo iuris? Decidendi ratio a regula generali petenda est, qua docemur huiusmodi ieiunium non esse in praecepto; repetendam vero eiusdem originem, vel a Maiorum voto, vel a consuetudine, ac voluntaria populi devotione. Nulla lex est, quae iubeat principalium Patronorum Festa praevenienda esse in pervigilio, et illa dumtaxat sub praecepto cadunt, quae in Rubricis, Breviario, et Missali Romano suis apte locis notantur, vel cum Officio, et Missa, atque ieiunio servanda, vel cum alterutro tantum, iuxta qualitatem Festorum, et temporum, in quibus cadunt. In hypothesis vero, quod ieiunio originem dederit votum a Maioribus nuncupatum, hoc non obligat successores, qui non voverunt, ut pluries declaravit S. R. C., praesertim vero sub die 18. Aprilis 1643.: *Unanimi consensu declaratum fuit, ex dispositione Constitutionis praedictae (Universa per Orbem Urbani PP. VIII. pro observatione Festorum dat. Idibus Septembris 1642. relat. in hac Decretorum Collectione) personas voventes tantum teneri.* Huiusmodi autem responsum idem Urbanus Pontifex laudavit, et approbavit, dixitque, *intentionem suam fuisse per eam Constitutionem tollere Festa de voto quoad vim praecepti, et reducere illa ad instar Festorum de devotione, praeservata obligatione ratione personalis contractus ex vi voti provenientis ipsismet personis tantum, qui voverunt.* Ita etiam sancitum fuit in Hipporegien. die 19. Novembris 1650., in Marianen. die 16. Martii 1658. et 15. Februarii 1659., in Barcinonen. 20. Decembris 1659., et in Panormitana die 1. Februarii 1744. Ad consuetudinem quod attinet, haec laudabilis est, strictam tamen obligationem non inducit. *Guyetus in Hortologia lib. 1. cap. 17. quaest. 2. de hac re agens multorum pia, inquit, ac laudabilis consuetudo tam Saecularium, quam Regularium, ut in pervigiis suorum Patronorum, sive ex devotione, sive ex statuto, et ordinatione aliqua particulari ieiunium servant: mox quaestio 3. quaerit: num legitimus sit huiusmodi Vigiliarum usus? Et respondet ut sequitur: cum Ecclesiae illae, in quibus receptus est, insignes sint, ac titulares, quae suo item gaudent Breviario proprio, non tantum legitimus est eiusmodi usus, sed etiam venerandus, ac laudabilis; adeoque iure retinendus. Quoad vero alias Ecclesias, quae Romano Breviario mancipatae sunt, si talis etiam usus apud illos*



nioribus? et quatenus affirmative, quibus remediis compelli possit?

6. An dictis diebus solemnioribus Magistratus comitari debeat Episcopum ad Templum maius, ab eo recipere aspersionem aquae benedictae, ac interesse Horae Tertiae in cantu; seu potius, expleto cantu Tertiae, et Episcopo iam pontificaliter parato, possit Magistratus accedere ad Ecclesiam cum comitatu, et sonitu Tympanistrarum usque ad Presbyterium? (1)

7. An idem Magistratus interesse debeat eodem ordine, saltem secundis Vesperis, quae cadunt semper in die Festo, et solemniori?

8. An Gubernator, et Magistratus cogi possint, ut de manu Episcopi accipiant Candelam, Cineres, et Palmam olivarum, iuxta perpetuam consuetudinem, et quibus remediis compellendi sint?

9. An in casu, de quo loquimur, Gubernator pro tempore computandus sit inter componentes Magistratum, tamquam Praeses, ut consideratur in aliis negotiis?

10. An duo soli de Magistratu intervenire debeant, vel suppleri possit, ac debeat per alium virum consularem?

Et eadem Sacra Congregatio, re mature, diligenterque discussa, audita prius sententia alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis pandita, prae loque eusa, ad relationem Eius, et Rm̄i Domini Card. Serlupi Pontentis, respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative, dummodo in locis Diocesis nullus reperitur legitimus Patronus Principalis. »

Ad 2. « Iam provisum in primo. »

Ad 3. « Negative, etiamsi Officium Bñae Mariae Virginis celebretur sub ritu duplici primae classis cum Octava. »

Ad 4. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, et consulendum SSmo pro absoluteione quoad praeteritum, et exemptione quoad futurum, quatenus opus sit. »

Ad 5. « Affirmative, et compelli posse Magistratum remediis a Iure statutis. »

Ad 6. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 7. et 8. « Iam provisum in quinto. »

Ad 9. « Affirmative. »

Ad 10. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Atque ita decrevit, et servari mandavit. Die 5. Martii 1825.

Facta autem de praemissis omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. per me infrascriptum Secretarium relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis responsa approbavit, annuitque: « Pro absoluteione quoad praeteritum, et quatenus opus sit, exemptione quoad futurum, atque, ut ab omnibus servetur, Decretum desuper expediri iussit. Die 8. supradicti Mensis, et Anni. »

*inductus est ex legitima item consuetudine, quae numquam interrupta fuerit, non video quid necesse sit eum abrogare, maxime cum id patitur ratio temporis, nec aliud occurrit impedimentum. Nam velim id sit praeter Rubricas quidem, at non contra . . . ubi vero talis usus incognitus fuit hactenus, haudquaquam eum legitime induci posse crediderim, cum nihil simile in Rubricis permittatur (ubi agit de more illarum Ecclesiarum, quae proprio gaudent Breviario, iungendi ieiunio Vigiliae Officium), cuius proinde silentium haec in parte pro negatione haberi debet. Esto ergo, ieiunetur in mensa, SI LUBET (idem est, ac si ex devotione fiat) haud tamen propterea Officium diei immutare, aut aliquid addere fas est. Equidem commendatissimus Auctor inductam laudabilem, et legitimam consuetudinem vult esse servandam, quae tamen, ut prosequitur, nusquam interrupta fuerit. In specie autem nostra, num consuetudo ieiunandi in pervigilio S. Catharinae legitima sit, et numquam interrupta fuerit? dubium est, et dubitandi rationem affert opinionum dissensio, et confessariorum praxis, unde fit, ut aliqui de populo abstinentiam, et ieiunium Festo praemittant principalis Patronae, alii non item ad id teneri arbitrantur. Itaque S. C. regulae adhaerens proposito Dubio respondit. Negative ad primam partem. Affirmative ad secundam. Sed quoniam providendum erat quieti animarum, cum et Confessarii in diversa abirent, scandalisque parandum erat remedium, addiderunt Patres: Consulendum SSmo pro absoluteione quoad praeteritum et exemptione quoad futurum, quatenus opus sit.*

(1) Dubia haec centies fuere a S. C. resoluta, ut videri potest in generali Indice huius Collectionis, verbo *Magistratus*.

4612. TERRACINEN.

Capitulum Collegiatae Ecclesiae B. V. M. Sermonetae, Dioecesis Terracinen., licet Ordinum diversitate polleat, stalla tamen unicuique Ordini determinata non habet, nec ulla ab erectione Praebendarum differentia distinguitur; nihilominus, qui in minoribus Ordinibus constituti sunt Canonici, Canonicis Presbyteris possessione posterioribus, quamvis dignioribus Ordine, praecedentiam contendunt; ex quo contentiones, et iurgia, quae vel ipsis laicis scandali praebent

occasione, eo etiam quia Reverendissimi Episcopi zelo, et monitis acquiescere renunt; hinc Canonici Presbyteri Sacrae Rituum Congregationi sequens Dubium dirimendum exposuerunt.

An ad Canonicos Clericos Collegiatae Ecclesiae Sanctae Mariae Sermonetae possessione antiquiores, seu potius ad Canonicos Presbyteros antianitate posteriores, tam in stallo, quam in omnibus aliis functionibus tam intra, quam extra Ecclesiam, spectet praecedentia? (1)

Et Sacra eadem Congregatio, exquisita prius

(1) Etsi centies a Sac. Rit. Congregatione declaratum fuerit, quod ubi praebendae non sunt distinctae, praelationis ratio petenda sit ab dignitate Ordinis, non ab anterioritate possessionis, ita ut Presbyteri Diaconis, hi Subdiaconis antea debeant, Clerici vero ultima tenere subsellia, et in Processionibus, aliisque sacris functionibus locum iisdem cedere: nihilominus frequentes ad Sacram Congregationem deferuntur querelae ob insolentiam Clericorum, qui anterioritate possessionis superbiens, nolunt se intra praescriptos continere fines, et locum dignioribus debitum usurpare praesumunt. Ideo, exorta huiusmodi controversia inter Canonicos Clericos Collegiatae S. Mariae Sermonetae, qui praestare contendunt tam in stallo, quam in omnibus aliis functionibus, tam intra, quam extra Ecclesiam Canonicos Presbyteros potiores Ordine, sed possessione posteriores, incassum adlaborante Episcopo, ut litem componeret, turbatamque pacem revocaret, opportunum huic malo remedium a Sacra Congregatione petendum fuit, quae, constans in sententia, et inhaerendo Decretis alias latis, Canonicos in casu proposito Presbyteros posteriores antianitate praefereandos esse Canonicis Clericis possessione antiquioribus, edixit. Regulam dat Decretum *in una Urbis S. Mariae ad Martyres*. Postquam enim S. C. rem definiverat *sub die 29. Martii 1659.*, non acquiescentibus Canonicis Clericis, iterum discussa fuit controversia in S. R. C. ordinaria habita coram SSmo; et Sanctitas Sua nedum decrevit: *Canonicos Sacerdotes, quamvis possessione Canonicatus posteriores, ubi praebendae non sunt distinctae, semper, et ubique praefereandos esse Canonicis inferioris Ordinis, etiam possessione Canonicatus anterioribus*: Verum etiam addidit; *non obstante immemorabili consuetudine, quam ab usum imperscriptibilem declaravit*. Duo praesertim in hoc Decreto notanda sunt: Primum, quod, ut generale habendum est, quia Pontifex dictionem *ubique* adhibuit, qua significare voluit, in omnibus Ecclesiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis, ubi praebendae non sunt distinctae, praefereandos esse Presbyteros Canonicis Clericis, quamvis hi sint possessione anteriores. Secundum vero, quod minime prodest consuetudo, etsi immemorabilis, quae non aliam qualitatem habere edixit, nisi illam abusus imperscriptibilis. Neque a regula declinavit S. C. in similibus controversiis alias excitatis. Forte tamen quis erit, qui secum putet, diversum quandoque fuisse iudicium, ac inter se pugnare Decreta. At oppido fallitur, qui ita credit; nam S. C. semper pro regula stetit, ut ex pluribus Decretis evidenter patet. Quod si aliquando ab eadem recessisse videatur, id accidit in casibus particularibus, et concurrentibus, aut alia consuetudine, aut circumstantiis, quae diversum exigebant responsum. Ita in *Tropien. 10. Decembris 1619.* respondit: *Praecedentiam competere Canonicis prius receptis*: ex eo quia eiusdem Ecclesiae consuetudo habet, ut Canonici omnes sint Presbyteri. Sed praeterquamquod hoc Decretum latum est longe prius, quam generalis regula prodiret in posterum servanda, quae, ut supra notatum est, peti debet a S. C. responsis Pontificia auctoritate firmatis, in *Causa praecedentiae inter Canonicos S. Mariae ad Martyres*: Eadem S. C. *die 24. Maii 1659.* id declaravit, quod forte in *Tropien.* erat obscurum, edicens, quod, ubi praebendae omnes sunt Presbyterales, sequens ordo tenendus sit: *Consuetudinem Ecclesiae servandam esse, modo Canonici infra terminum a Sacra Tridentina Synodo statutum, Presbyteralem Ordinem susceperint; at si consuetudo probari nequeat, praefereendum esse Canonicum, qui prius post*

sententia alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarata, typisque vulgata, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Domini Cardinalis Bardaxy, iuxta alias in similibus resoluta, censuit respondendum; *Iuxta Votum*, nimirum. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. » Die 5. Martii 1825.

Facta autem SSm̄o Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. relatione, Sanctitas Sua Congregationis Responsum approbavit, et ita in posterum in Collegiata B. M. V. Sermonetae servari mandavit. Die 8. dicti Mensis, et Anni.

4613.

URBIS.

Humillimas caeremoniarum Magistri Patriarchalis Basilicae Lateranensis preces porrexerunt Sanctissimo Domino Nostro Leoni XII. Pontifici Maximo, postulantes nonnullas ampliaciones privilegiorum cum tam intra, quam extra Eccle-

siam, dum in Ordinationibus, et ecclesiasticis functionibus quibuscumque, ac etiam in Processionibus Reverendissimo Domino Cardinali Urbis Vicario, eiusque Vices-gerenti, vel aliquo ex eisdem Patriarchalis Canonico Episcopo assistunt, ita sane, ut in omnibus caeremoniarum Magistris Sanctitatis Suae, ac S. Sedis in posterum aequiparari valerent. Quas sane preces Sacratissimus Princeps Sacrae Rituum Congregationi expendendas remisit. Haec autem in Ordinario Conventu habito die 5. Martii currentis, mature perpensis iis, quae in supplici Libello exponebantur, auditisque rationum momentis, quae ex parte Magistrorum caeremoniarum Sanctitatis Suae afferebantur, et petitioni adversari videbantur, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Domini Card. Galleffi Pontentis, rescribendum censuit: « In decisio sub die 17. Septembris 1822. in responsione ad dubium 14. » (1)

*adeptam possessionem ad Ordinem Presbyteratus ascenderit.* Ita in Veliterna. Hinc in *Sutrina praecedentiae*, postquam declaraverat, praecedentiam deberi Presbyteris non autem Diaconibus, et Subdiaconibus possessione potioribus, nam ita sancitum legitur in cap. *Statuimus de maiori parte, et obedientia*; alteri Dubio, quo quaerebatur: *An Canonicus Diaconus, vel Subdiaconus anteriorem habens possessionem, promotus postea ad Sacerdotium, praecedere debeat Canonicum Sacerdotem Ordine Sacerdotali anteriorem?* sub die 27. Augusti 1707. respondit: *Negative*. Ab hac tamen regula fateor aliquando recessisse: verum id accidit aliquo peculiari in casu rationabili ex causa, quia alia forte erat Ecclesiae consuetudo, vel quia Clericus possessione anterior aetatem non habens ad suscipiendos Sacros Ordines requisitam, protestatus fuerat, paratum se esse quamprimum aetatem impleverit, ad suscipiendum Ordinem, ac proinde locum suae possessionis tunc velle repetere. Hoc in casu in *una Sanctae Severinae sub die 23. Novembris 1659. S. C. declaravit, quod Orator quousque Sacerdotio carebit posthabendus est Canonicis Presbyteris etiam posterioris possessionis. At si, cum primum licuerit, Sacerdotium suscipiet, tunc, nisi consuetudo Ecclesiae, quam eo casu Canonici iuniores probare debebunt, secus non exigat, locum suae possessionis ascendat.* Videri etiam possunt *Eugubina die 15. Septembris 1736. et Verulana praecedentiae 41. Augusti 1737.* Haec adnotanda duxi, ne quis existimet, inter se pugnare S. C. Decreta. Nam in servanda regula eadem constans semper fuit, quod si ab eadem declinasse quandoque videatur, id fecit, quia, aut consuetudo, aut peculiare circumstantiae diversum exigebant responsum.

(1) Cupientes Magistri caeremoniarum Patriarchalis Lateranensis Basilicae novis privilegiis, praeter ea, quibus gaudent, locupletari, preces dederunt Sanctissimo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. eas flagitantes honorificentias, et praerogativas, quae Sacri Palatii Apostolici caeremoniarum Magistris concessae sunt: precibus autem ad S. R. C. remissis, haec, re mature discussa, respondendum censuit: *In decisio sub die 17. Septembris 1822. in responsione ad 14. videlicet. Et quoad caeremoniarum Magistros Ecclesiarum Patriarchalium Urbis servandam esse stricte formam privilegii.* Aequum visum fuit huiusmodi responsum Sanctissimo Domino Nostro, ac proinde nedum Sanctitas Sua eidem Apostolicae auctoritatis addidit pondus, verum etiam iussit, *ne preces amplius recipiantur.* Decet namque illos, qui immediate servitio Domini Apostolici specialiter sunt destinati, nedum extrinsecis honorificentis, sed et privilegiis plurimis distingui ab aliis, qui eodem funguntur officio, sed quosdam intra limites contineri debent, utpote ad unius Ecclesiae servitium destinati. Hi namque uti possunt indulgentis privilegiis, non ubique, sed in Ecclesia tantum, cuius servitium sunt addicti. Secus si fieret, magna oriretur confusio, et ex communicatione privilegiorum non levis daretur dissidiorum occasio.

Facta autem de praemissis *SSmo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max.* relatione per me infrascriptum Secretarium, *Sanctitas Sua* Sacrae Congregationis « Rescriptum in omnibus approbavit, et confirmavit, et similes preces amplius in posterum recipiendas non esse mandavit. » Die 8. dicti Mensis, et Anni 1825.

4614. NERITONEN.

Pluribus praerogativis, et honorificentis a tempore, cuius initii memoria non extat, fuisse potitos Archipresbyteros pro tempore Collegiatae Ecclesiae B. M. V. ad Nives Oppidi Cupertini quondam Nullius, nunc autem Neritonensis Dioecesis, evidentissime evincunt Literae in forma Brevis Sa. Me. Clementis XI. die 29. Decembris anni 1713., quibus tunc temporis Archipresbytero illa confirmabantur. Vulgata vero per Sa. Mem. Pontificem Pium VII. Constitutione: *Decet Ro-*

*manos Pontifices*: qua ad praescriptum Canoniarum Sanctionum indulta quaelibet, et privilegia erant revocanda, arbitratus est Reverendissimus Archiepiscopus Neritonensis. huius vigore, hodierno etiam Archipresbytero, ab assertis iuribus abstinendum, cuius sane iussu facessere hic illico studuit. Quoniam vero, ne cuiquam praeiudicium inferri videretur, cautum fuit in laudata Constitutione, ut, siqui amplioribus privilegiis se decoratos arbitrarentur, haec ad S. R. C. deducerent perpendenda; hinc Vincentius Maritati Archipresbyter Cupertinas ne sibi, et Successoribus pro tempore Archipresbyteris S. Mariae ad Nives Oppidi Cupertini Neritonensis Dioecesis ex aequiescentia praeiudicium aliquod inferatur, exhibitis iuribus quae favere possunt, Sacram Congregationem rogavit pro manutentione, et, quatenus opus foret, pro nova privilegiorum confirmatione. (1)

Siquidem, ut non infrequenter accidit in similibus, ex privilegiorum etiam limitata communicatione, possent, qui hanc obtinuerunt, fimbrias extendere, iuraque turbando, indebita ac incompetencia sibi munia usurpare in praeiudicium illorum, quibus privative conveniunt; cavendum propterea, ne id fiat. Neque illud omittendum, quod magnum discrimen ponit inter Pontificios caeremoniarum Magistros, et alios qui Patriarchalibus Basilicis inserviunt. Quippe primi nobile quoddam Collegium efformant, atque constituunt. Horum in munere senior Praefecti nomine decoratur; et idem, vel ex eodem Collegio alter assumptus, a Summo Pontifice deputatur in Secretarium Congregationis Caeremonialis, cui semper praest Eminentissimus Dominus Sacri Collegii Cardinalis Decanus. Et quoniam numquam defuerunt in eodem Collegio, qui nedum in agendo peritia, et rerum liturgicarum cognitione, verum etiam in scientificis aliis facultatibus multum praestabant; ideo amplioribus honoribus digni habiti sunt. Et ne vetustiora exempla quaeramus, recentissima non desunt: nam saeculo proxime praeterito sacris infulis *Gambaruccius*, et *Realius* fuerunt insigniti: *Dinius* vero Praelatis domesticis adnumeratus: et modo etiam alter, qui in eodem Collegio fuerat, ob eximia sua merita, et doctrinam, uno ex iis muneribus decoratur, et fungitur, quibus maiora succedunt. Qui igitur ad huiusmodi Collegium pertinent, confundendi non sunt cum illis, qui in respectivis Patriarchalibus Lateranensi, Vaticana, et Liberiana idem munus exercent. Hi sua habent privilegia, suasque etiam extrinsecas honorificentias, quibus ab aliis inservientibus minoribus Ecclesiis distinguuntur; iisdem contenti sint, nec potiora quaerant.

(1) Dum S. R. C. a *fel. record. Pio VII.* deputata in peculiari Conventu die 27. Augusti 1822. providis legibus modum imposuit Capitalis, et Canoniceis, quibus Insignium Pontificalium usus, vel exercitium, aut utrumque indultum est, ne sibi indebitos usurparent honores, utque ab usurpatis imposterum desisterent, simul addidit per statutas leges Apostolica auctoritate firmatas, ope Constitutionis, *Decet Romanos Pontifices etc. editae IV. Nonas Iulias 1823.* nullum inferri praeiudicium Capitalis, si quae sunt, amplioribus privilegiis decorata. Sed quoniam evenire facile poterat, ut aliqui, perperam interpretando hanc exceptionem, et praeservationem, eadem abuterentur, censentes sibi licere morem sequi, et honorificentias in Decreto et Constitutione non expressas adhibere, ac si essent speciali Indulto, vel immemorabili consuetudine, quae iustum supponit titulum, roboratae; ideo cautum consulto fuit, ut si quae sunt, aut esse putantur huiusmodi privilegia, in Sac. Congr. perpendenda deducantur, ad effectum opportune decernendi, quod e Canoniarum Sanctionum praescripto visum fuerit. Latae legi obtemperans Neritonensis Antistes, et Apostolicae Constitutioni §. *Quo circa*, praecipienti locorum Ordinariis, ut praesentes nostras Literas, et singula

Et eadem S. R. Congr. praerequisitis rationum momentis serio diligenterque perpensis, referente Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Card. Falzacappa Ponente, rescribendum censuit. « Affirmative quoad trinam benedictionem, et quoad anulum tantum. » Die 5. Martii 1825.

Facta autem SSmo Domino Nostro Leoni XII. Pontifici Maximo relatione, *Sanctissimus annuit.* Die 8. dicti Mensis, et Anni.

4615.

APUANA.

Ab anno 1722. mos et usus invaluit, ut in Processionibus Rogationum, Sanctissimi Corporis Christi, caeterisque, quae ab Ecclesia Apuana tunc Collegiata, nunc, vi subrogationis, in Cathedrali evecta, instituuntur, alterna vice Parochi Crucem propriae Paroeciae elevant, quam Clerici, Presbyterique universae Civitatis sequuntur, ac deinceps ipsi Parochi Superpelliceo,

*in eis statuta faciant auctoritate nostra debitaee executioni demandari, illaque inviolabiliter observari:* interdixit quasdam honorificentias, et praerogativas, quas agnovit nec expressas, nec permissas in praefatis Decretis, et subsequenti Apostolica Constitutione Archipresbytero primae Dignitati insignis Collegiatae Castri Cupertini, qui, licet nec iniuria, nec perperam, iisdem uteretur, reverenter tamen mandatis paruit. Verum cum bonum ius habere crederet, ne sibi, suisque successoribus detrimentum silentio afferret; e re sua esse duxit, S. C. rogare, ut dignaretur declarare, privilegia, quibus huc usque usus fuit, legitime fuisse inducta, ac propterea in possessione ipsum esse manutenendum. Eminentissimi autem Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, inhaerentes dispositioni §. *Si quae vero etc.* antedicti Decreti, abnuerunt ab iis, quae documentis destituebantur, veluti erat mos *sumendi ex Altari paramenta, adhibendi assistentem ministrum supra numerum, sedendi in mobili sede coriacea,* et coercendas praerogativas declaravit dumtaxat ad duo, videlicet, *quoad trinam benedictionem, et quoad anulum.* Ita habetur in supra relato Decreto; de his namque plene constabat, praesertim ex actis visitationis peractae anno 1686., in qua Episcopus cognovit: *Che il Reverendo Arciprete di Copertino aveva il privilegio ab immemorabili di benedire il popolo col Santissimo Sacramento con tre Croci, come suole benedire il Vescovo; ed anco tiene privilegio di celebrare la Messa, o solenne, o privata con lo anello in dito:* Propterea huiusmodi praerogativas approbavit, confirmavitque. In Instrumento vero possessionis datae Proviso a *felic. recordationis Clemente XI.* de Archipresbyteratu, legitur, eundem admissum in possessione fuisse: *Apponendo in uno ex eius digitis anulum gemmatum, quem continuo gestare debet, et tam solemnibus, quam privatis, et ubique locorum; ac pariter in triplici benedictione populi cum Venerabili Sacramento ad instar Episcopi, ut ex privilegio etc.*

Facti seriem exponere opportunum duxi, immo id consulto feci, ut, qui in casibus huic affinis versantur, intelligant, quae fuerit mens Sac. Congr., dum Decreto generali adiecit clausulam *praeservativam*, quae simul *suspensiva* est. Qui enim in dignitate aliqua constituti Pontificalibus fruuntur Insignis, vel etiam exercendi Pontificalia habent in more, ne credant sibi licere usum honorificum alicuius praerogativae, quam sibi debitam, praeter expressas in Decreto, et Apostolica Constitutione, arbitrantur vel ex privilegio, vel ex consuetudine, priusquam iura ad Sac. Rit. Cong. deducant, et huius decisionem obtineant. Nam non datum est ipsis de legitima possessione decidere, sed examen, et iudicium eadem Sac. Cong. sibi reservavit, et semper est parata, iuxta canonicas sanctiones ad confirmandum privilegia, si qua legitima repperit, vel immemorabilem consuetudinem, nisi plene probatam cognoverit. Sciant quoque Episcopi, alique locorum Ordinarii, onus sibi iniunctum exequendi praefatum generale Decretum, quod, utpote Apostolica auctoritate firmatum, vim legis universalis obtinet: proindeque, si in respectivis Dioecesibus, aut separatis Territoriis quid inductum invenerint vel praeter, vel contra in Decreto indulta, et specialiter expressa, iubere debent, ut adamussim servetur idem Decretum; et interea, specialis praerogativae usu suspenso, ad Sac. Rit. Cong. deducantur documenta, ut eadem, iuxta casuum diversitatem, et documentorum pondus, providere possit, et, quid in posterum servandum sit, praecipere, veluti in praefato casu Archipresbyteri Collegiatae Castri Cupertini Dioecesis *Neritonensis*. factum est.

37

Stolaque induti: sequitur deinde Cathedralis Crux cum Cappellanis, Canonicis, ceterisque de Mensa: Clerici vero Episcopalis Seminarii, qui nonnisi de anno 1805. institutionem sortiti sunt, in huiusmodi Processionibus, nemine reluctante, usque adhuc sequenti sunt Ecclesiae Cathedralis Crucem. Res isthaec modo visa est Parochis propriam laedere dignitatem, si cogantur Clericis digniorem cedere locum, atque praecminentiam, adeoque ab Episcopo petterunt, ut et ipsi Seminarii Alumni cum ceteris Civitatis Clericis consociarentur. Sed postulatis fraudati, a Processionibus abstinerunt, unus autem ex ipsis adfuit, et quamvis ipsi non pertineret, suam tamen de-

tulit Crucem, sub qua Civitatis Clerus incederet. Ceterorum inde clamor, et recursus Parochorum. Ad vitanda iurgia, et indecoras in Clero dissensiones, de consensu Reverendissimi Episcopi ex parte tum Capituli Cathedralis, tum ipsorummet Parochorum, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda sunt proposita.

1, An Supradieti Parochi, attenta consuetudine centenaria, qua semper pacifice usi sunt, manutenendi sint in possessione alternatim, ut supra dictum est, elevandi in Processionibus Crucem, et vestiendi Stolam circa collum virtute possessionis huiusmodi, ut a reliquo Clero, qui Parochos debet praecedere, distinguantur? (1)

(1) Quamquam Caeremoniale Episcoporum, dum ordinem servandum in solempni Processione Sanctissimi Corporis Christi apte disponit *lib. 2. cap. 33. num. 4.*, tam Parochis, quam Collegiatis sub Cruce Cleri Ecclesiae Cathedralis incedentibus, debitum locum assignet: haec tamen regula non omni ex parte, ut praeeptiva tenenda est, sed potius, ne oriantur inter diversos Cleri coetus dissidia, et dissensiones de praecedentia, et loco, ut directiva habenda est, dum sub unica tantum Cruce, unicum quodammodo morale Corpus efficiunt, licet diversi Ordines sint: Ideo varias locorum consuetudines non eliminat, veluti notat cl. Catalanus ad hunc Caeremonialis locum *num. 1. et 2.* Eadem dispositio obtinet dumtaxat in casu, quo diversi Ordines simul conveniunt, non autem si in more sit positum, ut seivnetim a Clero Cathedralis, vel Parochi, vel Collegiatae sub propria Cruce incedant. Hoc adeo verum est, ut nemo ignoret universali fere usu id esse receptum. Itaque Apuani Parochi cum a saeculo, et ultra consueverint alterna vice propriae Parochiae Crucem erigere, sub qua primum Clerici, mox Presbyteri, demum ipsi Parochi Superpelliceo, Stolaque induti incedebant, digniorem locum relinquentes Collegiatae (postmodum in vim subrogationis ad Cathedralis decus evectae) a legitima possessione acquisita per centenariam consuetudinem, quae vix praeter, non contra legem est, turbandi non sunt. Neque deneganda eis est stolae delatio. Praeterquamquod enim de centenaria huiusmodi delationis consuetudine non dubitatur; decet, ut Parochi collegialiter, non uti singuli, incedentes, a ceteris Presbyteris distinguantur. Stola quippe sacerdotale indumentum est, non signum iurisdictionis (si excipias parochiale exercitium in funeribus), ut quidam perperam opinantur. *Nullam autem importare iurisdictionem, si simpliciter deferatur sine ullo illius actuali exercitio*, docet Pignatellus *tom. 3. consultat. 48. num. 40.*, expresse dicens, *quod Stola sine suo exercitio non est signum praecipuum iurisdictionis, sed vestis sacerdotalis. Cap. Ecclesiastica 9. distinct. 23.*, et ut tradit S. Thomas *tom. 3. part. 9. supplement. artic. 7. in corpor.* Est habitus proprius Sacerdotis, et est veluti forma totius ornatus Sacerdotalis, et deducitur *ex Concilio Bracharen. III. et Toletan. IV. cap. 39. apud Gratian. cap. 398. n. 61. Panimol. part. 3. decis. 270. num. 11.*, Rota *In Savonen. aggregationis 15. Iunii 1699. §. Non obstat, coram Pio ibi: Non obstat, quod Stola sit signum iurisdictionis, ideoque non concedenda simplici Sacerdote etc. Quapropter aliud Stola significat in Episcopo, aliud in simplici Sacerdote etc. Et propterea esse signum aequivocum, nec importare iurisdictionem, nisi illam deferens expleat Parentalia.* Et in *Bisnianen. Praecminentiarum 27. Ianuar. 1726. §. final. coram Calcagnino; ubi, quod delatio Stolae in actibus non funeralibus non est signum iurisdictionale, sed dumtaxat distinctivum Parochorum a ceteris Presbyteris; et sic etiam alibi saepe saepius, ut refert probando Scarfantonus ad Ceccoperium part. 3. addit. 39. sub num. 80.* Et expresse declaravit *Benedictus XIII. Constitut. incip. Pretiosus §. et ad tollendam, ibi, declarantes, et quatenus opus erit, decernentes, ac matura deliberatione mandantes Crucis erectionem, Stolae delationem, et ingressus in Ecclesias in omnibus, et singulis*



ligerterque discussa, exquisito prius Voto alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis pandito, praeoque cuso, habitaque relatione Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Card. Odescalchi Pontentis, respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Negative. »

In reliquis *acquiescant*. Die 5. Martii 1825.

Facta autem de praemissis omnibus per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis responsa adprobavit, et ab omnibus servari mandavit. Die 8. supradicti Mensis et Anni.

4616. EMERITENSIS.

*In Indiis Occidentalibus.*

Pagus est in Dioecesi Emeritensi Chinquinquirum ab aquarum inundatione indico vocabulo nuncupatus, in quo Sacellum insigne B. M. Virginis imagine sub appellatione Rosarii populorum concursu, et miraculorum fama, praesertim vero die 26. Decembris frequentatissimum. Ideo Reverendissimus Emeritensis Episcopus humillimas Sacrorum Ri-

tuum Congregationi preces porrexit, postulans, ut Clero Archiepiscopatus S. Fidei, adnexarumque Dioecesis. Officium proprium cum Missa B. M. Virginis, loco alterius, quod ubique gentium recitatur, tam Dominica prima Octobris celebrandum, quam secundo in peculiari Imaginis antedictae Festo, die assignanda a respectivis locorum Ordinariis loco diei 26. Decembris, adprobare dignaretur sub ritu dup. mai. in Archiepiscopatu, adnexisque Dioecesis., ritu vero dupl. primae Classis cum Octava in Ecclesia de Chinquinquirum nuncupat., cuius est Titularis ipsamet Beatissima Virgo.

Quibus sane precibus Eminentissimi PP. in Ordinario Conventu diei 5. Martii currentis anni mature, diligenterque perpensis, ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi D. Card. Galleffi Pontentis, censuerunt: « Protrahendum esse responsum, quousque accederent aliorum Episcoporum instantiae, una cum documentis originalibus assertam supradictae Imaginis manifestationem comprobantibus, de qua in Lectionibus II. Nocturni, per rescriptum: Dilata, et ad D. Secretarium ad mentem. » (1)

factum est, nequit pro infecto haberi. Igitur, cum per praedictas responsiones ad 1. et 2. cuncta sint composita, dummodo Parochi pareant; quid interest, quid iuvat de iis quaestionem agere, quae contigerunt, dum non omnes Parochi in una eademque sententia conveniebant?

(1) Iure merito S. R. C. ampliavit iudicium quousque accederent aliorum Episcoporum instantiae, una cum documentis originalibus assertam supradictae Imaginis manifestationem comprobantibus. Unus enim erat Emeritensis Episcopus, qui postulationem faciebat pro universa Sanctae Fidei Provincia. Utique in Emeritensi Dioecesi situs est Pagus nuncupatus *Chinquinquirum*, sacra Imago dictatus B. M. V. titulo *Rosarii* populorum devotione, et frequentia, ac miraculorum fama apud Indos celebratissima, quae ex traditione maiorum mirabiliter ad finem vergente saeculo decimo sexto fertur manifestata: sed non inde sequitur, quod Dioecesanus Antistes ius habeat usurpandi nomen universae Provinciae, pro qua petit in Patronam dari B. M. V. sub praefato titulo cum Officio proprio in Festo secundo celebrando in die designanda ab Ordinario, ad recolendam eiusdem Imaginis manifestationem, quam accidisse dicunt die 26. Decembris perpetuo impedita. Neque ad cohonestandam Emeritensis Antistitis petitionem, ratio valet, quod tam Archiepiscopalis, quam fere omnes Episcopales Provinciae sedes modo vacant: nam non de re agitur, cui, aut prompto remedio, aut aliquo Indulto consulendum sit: immo nullum detrimentum religioni, illisque populis venit, si cunctando S. C. differatur responsum, quousque novi Pastores vacantibus Sedibus dentur. Et quoniam ratio extendendi Officium sub convenienti ritu ab altera dependebat, scilicet a confirmatione Patronatus; et petitio altera concessionis Officii cum lectionibus propriis secundi Nocturni ab authenticis, legitimisque documentis, quae deerant, cum ea, quae afferebantur ad rem faciendam, essent prorsus inepta; ideo, ne pes laboretur in lubrico, nedum opportuna, verum etiam necessaria visa est praefata dilatio. Verumtamen, novis datis precibus, SSmo Domino Nostro Leoni XII., eadem Sanctitas Sua, cunctis perpensis facti circumstantiis, habita ratione tituli Ecclesiae B. M. V. de *Rosario* a nomine Pagi de *Chinquinquirum* nuncupatae, petitam gratiam indulsit, eam coercendo ad unam dumtaxat titularum Ecclesiam sub ritu Titularibus convenienti. Sed quia, ut supra notatum est, apud Indos traditio viget, quod dictae Imaginis mira accidisset manifestatio, pluribus signis,



De quibus omnibus, et singulis facta SS<sup>m</sup>o Domino Nostro Leoni XII. Pontifici Maximo relatione, eadem Sanctitas Sua, singulis perpensis facti circumstantiis, habitaque ratione tam tituli Ecclesiae B. M. V. nuncupat. de Chinquinquir, quam effusissimae Indorum devotionis erga Coeli Reginam, cuius Patrocinium ea in Imagine iugiter sibi promereri student, ita precibus annuit, ut: « Firmo Sacr. Congregationis responso quoad Archiepiscopatum Sanctae Fidei, adnexasque Dioeceses, liceat in Ecclesia dumtaxat B. M. V. de Chinquinquir nuncupat. praeter solemne Festum Rosarii B. M. V. Dominica prima Octobris ritu dup. primae classis cum Octava, iterum Imaginis recensitae memoriam agere die a R<sup>m</sup>o Ordinario fixe designanda, et nullo unquam tempore varianda cum eodem Officio, et Missa iam pro Universali Ecclesia approbat. ritu tamen dupl. secundae classis sine Octava, servatis Rubricis. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. » Die 12. Aprilis 1825.

4617.

VICEN.

Ex laudabili consuetudine duorum Saeculorum metam excedente mos obtinuerat in Cathedrali Vicen. Missam solemnem cum cantu de SS<sup>m</sup>o Sacramento singulis mensibus Dominica tertia celebrandi ante Processionem eiusdem iuxta privilegium Confraternitatis ibi erectae sub hac appellatione, quom de anno 1804. in rerum omnium subversione nonnullis novitatum studiosis visum est temere morem antiquissimum perturbare, Missamque hanc, durante cantu Horarum Tertiae, et Sextae, celebrare; alteramque dein cantare de Festo, vel de tempore, quin per conditionem temporum miserrimam liceret Capitulo, et Canonice adversus novitatem huiusmodi suas producere querelas. Rebus tandem, favente Deo, compositis, Sacerdos Ieseph Sendil Caeremoniarum Magister Ecclesiae recensitae nomine Capituli et Canonice Sacrorum Rituum Congregationem supplex adiit pro immemorabilis consuetudinis reintegracione. (1)

atque miraculis comprobata die sacro *Protomartyri Stephano*; ideo, ne pietas Indorum tepesceret, quae potius excitanda, fovendaque videtur, indulget insuper, ut eiusdem manifestationis quotannis memoria fieret in nunquam immutanda die ab Ordinario fixe designanda, sed cum Officio, et Missa de SS<sup>m</sup>o Rosario pro universali Ecclesia approbatis; sed nihil decrevit de manifestationis modo, cuius examen instituendum reliquit S. C., postquam allata fuerint, siqua revera habentur, documenta eiusdem veritatem, et circumstantias comprobantia; quapropter nihil detractum voluit eiusdem S. C. responso, quod immo firmum manere declaravit. Haec adnotanda duxi, ne quis credat Pontificio rescripto reformatum fuisse S. R. C. responsum, aut eidem derogatum, quin imo simul ambo mire concordant, unumque tantum intercedit discrimen vix attendendum, quod SS<sup>m</sup>us id benigne concessit, quod nullum praebebat obstaculum; et S. C., ampliato iudicio, hoc etiam, quod seorsim petitum indulgisset, decidendum reservaverat in alio Ordinario Conventu, ut sub uno eodemque Decreto aliis ad rem eandem pertinentibus petitionibus respondendo, cuncta simul comprehenderet. Ecclesiae namque sub titulo B. M. V. *de Rosario* iure convenit ritus dupl. 1. clas. cum Octava: et constans apud Indos traditio de mira eiusdem Sacrae Imaginis manifestatione, satis erat pro indulto celebrandi Festum secundarium in eiusdem memoriam. Verum Sanctitas Sua, S. R. Congregationi reservavit examen documentorum, si quae sunt de modo, quo huiusmodi manifestatio facta est, ad effectum declarandi, an pro memorato secundario Officio historicae lectiones secundi Nocturni admittendae sint, an reprobandae.

(1) Duo sunt, quae notanda occurrunt ad huius Decreti illustrationem. Primum versatur circa abusum celebrandi Missam Conventualem, simul ac in Choro aliqua ex Horis canonicis cum cantu persolvitur. Id fieri solet in Cathedrali Ecclesia Vicensi, in qua, ut in facti expositione legitur, singulis tertiis Dominicis cuiuslibet mensis usque ab anno 1584. Missam votivam solemnem de SS<sup>m</sup>o Sacramento celebrari consuevit *post Missam conventualem celebratam, durante cantu Horarum canonicarum Tertiae, et Sextae*. Alterum vero, quod in proposita instantia quaerebatur, erat circa tempus canendi Missam solemnem de Sacramento, cui Processio succedit.

Ad primum quod attinet abusum dixi, et merito quidem, morem illum Vicensis Ecclesiae celebrandi Conventualem Missam, dum persolvuntur Horae canonicae. Actiones enim sunt, quae successivae esse debent, nec licet easdem ita simul componere, ut, quae diversae sunt, et certo

Et Sacra eadem Congregatio, actionis unitati intendens, et laudabilibus servandis consuetudinibus Ecclesiarum, ad relationem Eñi, et Rñi D. Cardinalis Naró Ponentis, sub die 25. Martii 1825. in Ordinario Eminentissimorum, et Reverendissimorum PP. Coetu censuit rescribendum. « Pro gratia iuxta modum ab Eñio Ponente declarandum: *Est autem modus*, quod post Tertiam celebratur Missa Conventualis de die; absoluta autem Nona, altera cantetur Votiva de SSñio Sacramento, nisi occurrat Dominica, vel Festum primae classis: quo casu in Missa Conventuali de die fieri poterit Commemoratio SSñi Sacramenti.»

Facta autem de praemissis omnibus, et singulis SSñio Domino Nostro Leoni XII. Pontifici Maximo relatione per me Secretarium infrascriptum Sacrorum Rituum Congregationis; Eadem Sanctitas Sua, Sacrae Congregationis rescriptum approbavit, et confirmavit, atque ita in posterum in Cathedrali Vicen. servari mandavit. Die 8. dieti Mensis, et Anni 1825.

4618. ALATRINA.

Quum summopere insitum animo sit Rñi Episcopi Alatrini, vehementerque curet, ut omnia

quodam ordine peragi debent, quodammodo compenetrentur. Ne iterum repetam quae iam alias haec de re notata habentur ad Decretum in *una Nullius Provinciae Compostellanae ad Dubium V.*, videri possunt rationum momenta, quae ibi adducta sunt.

Ad alterum ut progrediar, cum Missa sollemnis votiva de SSñio Sacramento nullam habeat relationem ad Officium, et Missam de Dominica, aut de Festo occurrente, non nisi post Nonam canenda est. Ita disponit Rubrica *part. 1. tit. de hora celebrandi Missam num. 5.* ubi legitur: *Missae votivae, quia non correspondent Officio, si solemniter celebrentur pro re gravi, vel publica Ecclesiae causa cum populi frequentia, dicantur post Nonam.* Ibi Gavantus. *Duplicem habes causam; discordantiam ab Officio, et frequentiam populi; qui dum tardiori Missae interest, quasi suo ieiunio Orationi publicae vires addit.* Perperam igitur anno 1804. vel 1806., antiquus mos (nescio quorum consilio) perturbatus fuit, et ordo confusus: nam Missa votiva sollemnis de SSñio Sacramento cantari coepit, dum simul in Choro persolvebatur cantus horarum Tertiae, et Sextae: deinde vero succedebat Conventualis de Dominica, aut Festo occurrente cum Processione. Oh quot in hisce innovationibus reprobandi, damnandique abusus! Praescriptus ordo pervertitur; incongruus locus datur Missae votivae sollemni; eodem tempore simul persolvuntur Horae canonicae, quae praemitti debent Missae Conventuali postmodum canendae de Dominica, aut Festo occurrente, quae proinde celebratur non post Tertiam, ut Rubrica iubet, sed post Sextam. Erat igitur debitus revocandus ordo; quamobrem S. R. C. nedum antiquum laudabilem morem arbitrarie inversum restituit; verum etiam praefatos abusus removit, mandans, ut post Tertiam celebratur Missa conventualis de die; absolutis vero reliquis horis Sexta, et Nona, altera sollemnis cantetur votiva de SSñio Sacramento. Cum vero ritus diei sit primae classis, qui impedit Missae votivae celebrationem, quae Expositionem, et Processionem cum SSñio Sacramento non impedit, eadem conventualis Missa celebrari posse post Nonam videtur, ut Processio Missam immediate sequatur.

(1) Tot sunt in hac nostra Collectione Decreta, quae declarant, ac iubent, in funeribus unicam Crucem esse elevandam tumultantis Ecclesiae, ut, si id demonstrandum susciperem, inutili improboque me gravarem labore.



Senioribus Canonicis, possit Canonicus Silvestroni Stolum induere, pro qua duplex est emolumentum, et cerae distributio, in illius praeiudicium, qui eam induere deberet, nisi Canonicus Silvestroni stalli privilegium obtinisset?

Et Eñi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi, re mature, diligenterque discussa, auditoque voto alterius ex Apostolicarum Magistris Caeremoniarum scriptis exhibito, praeloque cuso, ad relationem Eñi et Rñi Dom. Card. Pedicini Ponentis, respondendum censuerunt.

Ad 1. « iuxta Votum, scilicet in casu praecedentiam deberi Canonico Silvestroni. »

tem componerentur dissidia, conventum inter partes fuit, ut res omnis definienda proponeretur Sac. Rit. Congregationi.

Quinque igitur Dubiis, quae data fuerunt, Eñi Patres eidem Congregationi praepositi responderunt, ut in supra relato Decreto; declarantes, Silvestronio de novo Canonicatu proviso cum retentione stalli praeeminentias, et munera in omnibus Ecclesiasticis functionibus fuisse praeservata, quae eidem, priusquam novum Canonicatum consequeretur, vel ex iure, vel ex indulgentia competebant, quin obstet dictio illa *dumtaxat*, quia retentio stalli alia omnia includit, quae in eo sedenti conveniunt. Duo tamen excepienda visa sunt, videlicet sedes in Capitulo, et delatio Stolae in funeribus.

Etenim sedes in Capitulo confundi nequit cum stallo in Choro. Per stallum quippe locus designatur a Praebendatis occupandus ad persolvendas Horas canonicas, aliaque agenda, quae ad Divinum Cultum pertinent, nihilque ibi licet peragere quod temporale, et profanum sit. Contra vero eorumdem conventus in Capitulo de rigore actio sacra non est, vel talis improprie, latoque modo appellanda. Non enim fit ad *Primam* complendam, ut antiquitus praesertim apud Monachos erat in more positum, qui, dicta Oratione, e Choro pergebant ad Capitulum, videlicet in unum conveniebant omnes ad *Martyrologii*, *Neerologii*, *Sacraeque regulae lectionem*, *Culparum emendationem*, ac *laboris iniunctionem etc.* (Videri possunt Martene *lib. 1. cap. 5. de Monachorum ritibus*, ac alii, quos recenset Meratus ad *Gavantum sect. 5. cap. 21. num. 4.*) At iuxta hodiernam disciplinam Capitulum nihil commune habet cum Horis Canonicis, a quibus omnino se iungitur. Si quid vero superest antiqui moris vestigium, non ad Capitulum, sed ad Chorum pertinet, ubi Horae Primae Oratione absoluta, preces leguntur, quae antiquitus legebantur in Capitulo. Sed nedum Capitulum a Choro distinguitur, verum etiam in eo plerumque temporalia tantum tractantur, agitur de bonorum administratione; dati, et accepti rationes a ministris redditae expunguntur; designantur personae, quibus diversa distribuuntur officia, et id genus alia fieri solent, quae, ut quisque videt, planeque intelligit, latum ponunt discrimen inter stallum in Choro, et sedem in Capitulo, seu, ut rectius dicam, inter choralia officia, et capitularia negotia. Iure igitur per *dictionem illam praeservativam* simul, et *restrictivam: quoad stallum dumtaxat*, reservata fuisse Silvestronio declaratum fuit munera, praeeminentias, honorificentias, ac alia, quae stallo Chori adnexa sunt: neutiquam vero praecedentiam in Capitulo, tum quia antequam ipse Canonicus fieret primae erectionis, vocem in Capitulo non habuerat, tum etiam quia aequum non videbatur, quod ei essent postponendi in voto, et subscriptione, qui usque dum in possessione reperiebantur tam votandi, quam subscribendi.

Ius autem deferendi Stolum quod Silvestronio non competebat ratione praecedentiae in stallo, priusquam Canonicis primae erectionis adnumeraretur, neque competere modo potest supra illos, qui licet sint inferiores in sedendo, sunt tamen antianitate potiores. Enimvero cum huiusmodi ius in funeribus lucrum aliquod secumferat, ratio illud exercendi non est petenda a iure praecedendi in stallo, sed, cum praebendae omnes sint aequae presbyterales, anterioritas possessionis unice spectanda

Ad 2. « In eodem, nimirum Hebdomadari munus obeundum esse a Canonico Silvestroni iuxta ordinem stalli. »

Ad 3. « Negative. »

Ad 4. « Iuxta Votum, videlicet Canonico Silvestroni deberi ultimum locum in Actibus capitularibus. »

Ad 5. « Negative. »

Atque ita responderunt, ac servari mandarunt in Cathedrali Albanen. Die 6. Maii 1826.

Facta autem de praemissis omnibus *SSmo Domino Nostro LEONI XII. Pont. Max.* per me infra scriptum Secretarium relatione, SANCTITAS SUA

Sacrae Congregationis responsa adprobavit, et confirmavit. Die 10. supradicti Mensis, et Anni.

4620. ALEXANDRINA.

Nonnulli paucis ab hinc annis Cathedrali in Ecclesia Alexandriae in Subalpinis abusus irrepere contra Caeremonialis Episcoporum, ac Pontificalis leges, et praescripta, iique ab uno, alterove ex eiusdem Cathedralis Canonicis, nemine adprobante, inducti fuere. Prima Cathedrae Dignitas Archidiaconus Mense Dec. 1824., humillimis datis precibus, quaesivit, fas ne sibi esset permittere, ut memoratus usus recenter inductus inualesceret, vel potius ut abusus esset eliminandus? Ac sub die 21. Decembris eiusdem anni Rîno Episcopo Alexandrino rescriptum fuit atque mandatum, ut omnem conferret operam quominus in quibuslibet ecclesiasticis functionibus semper, et a quocumque adamussim servetur Caeremoniale. » Ipse autem ecclesiasticae ut est disciplinae acerrimus propugnator, Sacrorumque Rituum assertor, haud immoratus fuit huiusmodi Sacrae Congregationis rescriptum Ca-

nonicis novitatem inducentibus communicare, ut pro sui muneris officio Ritus eo, quo praescribuntur, modo, Cathedrali sua in Ecclesia accuratissime servari adniteretur. Verum, uti usuvenire solet, specie quadam non satis dare, aperteque apparere quid in casu a Caeremoniali praecipiat, Canonici vigilantissimi Episcopi curas negligentes, inductas novitates adhuc retinendas esse authumarunt. Dum autem de hoc adimplendo Sacrae Congregationis Decreto, et abusu tollendo agebatur, novum quaestionis exitum genus est. In hac vel opinionum discordia, vel novitatis tuendae studio, memoratus Archidiaconus ad ea servanda, quae in ipsa sui Beneficii additione servaturum, sacramenti interposita religione, spondit, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia proposuit enodanda Dubia.

1. Quomodo sit interpretandum Caeremoniale Episcoporum quoad Crucis delationem in Processionibus, ac potissimum die omnium Fidelium defunctorum, Purificationis, Dominica Palmarum, assistente nimirum Episcopo? (1)

est; ideo detrimentum inferendum non est illis, quos Silvestronius priusquam novo Canonicatu potiretur, ex indulgentia praeierat, neque eo privilegio uti potuerat, etsi gauderet aliis honorificentis stallis adnexis, veluti sunt officium hebdomadarii, Missa conventualis per turnum, praecintonatio Antiphonarum, et his similia.

Breviter ut omnia complectar, Sac. Congregationis responsa redigi ad unum possunt, quo declaratur ita intelligendam esse dictionem illam *quoad stallum dumtaxat*, ut per eam praeservata Silvestronio fuerint iura omnia, honorificentiae, munera quibus huc usque potitus fuerat, non autem alia, ad quae ius non habuerat, uti sunt vox in Capitulo, et delatio Stolae in funeribus, quae duode novo ei conveniunt, utpote de Canonicatu primae erectionis proviso: idecirco in horum exercitio ordo servandus est non stalli, sed provisionis, et possessionis.

(1) Non inficior aliqua, (sed sane pauca) in Episcoporum Caeremoniali occurrere, quae forte non satis clara videri possunt; talia tamen non sunt, dummodo non superficiali intuitu, vel sola, separatim a contextu, spectetur expressio, vel ratio haberi velit omissionis alienius dictionis non necessario exprimentae, ut sibi fingunt, qui novitates amant, easque inducere student; sed attendenda sunt, simulque conferenda adiuncta, et circumstantiae sacrae functionis, ut qui fuerit extendenda sunt, quae in casu faciendum sit, intelligatur. In hoc tamen immorari non est opus, soris sensus, et quid in casu faciendum sit, intelligatur. In hoc tamen immorari non est opus, quum in proposito casu, de quo est quaestio, nihil implexum sit, nil obscurum, nil non satis declaratum, ut propterea interpretatio sit postulanda. *Lege cap. 16. lib. 2. Caeremonialis de Processione Candelarum in die Purificationis B. M. V., praesente Episcopo. Ibi num. 15. praecipitur Processionem esse inchoandam, praeeunte thuriferario, quem sequuntur duo Acolyths... et inter eos Subdiaconus paratus Planeta ante pectus plicata super Albam sine manipulo, portans Crucem. Igitur non a Clerico Cotta induto Crux est deferenda, sed ex Caeremonialis lege a Subdiacono Planeta ante pectus plicata. Quod vero is diversus esse debeat a Subdiacono Missae ministrante, clarissime patet, quia, dum fit Processio, Canonicus, aut alius Missam celebraturus cum Diacono, et Subdiacono capiunt paramenta convenientia. Ibi §. 16. Nec diversus est ordo servandus in Dominica Palmarum, etenim ut in cap. 21. §. 8. habetur, ordinatur per Caeremoniarium Processio per Ecclesias eodem ordine, quo ibi (scilicet in die Purificationis) dictum fuit... interim Canonicus*

2. An veteres huius Ecclesiae consuetudines, quae scilicet nulli Ecclesiae statuto opponuntur, abrogatae sint per ea Rescripti verba: « Semper, et a quocumque servetur Caeremoniale? » (1)

3. An Capituli Dignitates excludi possint ab assistentia Episcopi Sacramentum deferentis in Coena Domini? (1)

4. Num usus Planetae plicatae, exclusa Dal-

*Missam celebraturus cum Diacono, et Subdiacono debent esse parati.* Quod vero attinet ad *Feriam V. in Coena Domini*, iubet Caeremoniale cap. 23. num. 10. *interim alter Subdiaconus accipit Crucem velatam velo violaceo.* Et agens cap. 25. de Feria VI. in Parasceve: *interim ordinatur Processio . . . praecedet Subdiaconus paratus eum Cruce denudata inter duos Ceroferarios.* Qui Subdiaconus alius sit oportet a Subdiacono Missae, qui ministrare necessario debet celebranti in reliquo Officio, et Missa, quae dicitur *Praesantificationum*. Ubinam igitur obscurum occurrit, quod interpretatione indigeat? Imo potius clara sunt omnia, et ad cuiuscumque intelligentiam expressa.

Aliqua forte posset exoriri dubietas de Crucifero adhibendo apud Castrum doloris, dum assistens Episcopus, vel e throno, vel e faldistorio in die omnium Fidelium defunctorum, et in Anniversariis absolutionem facit. Siquidem Caeremoniale *lib. 2. cap. 12. num. 6.* apertis non id declarat verbis: at si te non pigeat implicitum scrutari sensum, fatearis oportet, satis hoc esse declaratum. En Caeremonialis verba: *Si Episcopus voluerit ipse absolvere, deposita cappa apud sedem, capiet amictum supra Rochettum, sive supra cottam, si sit Regularis, crucem pectoralem, et Stolum, et demum pluviale nigrum, et mitram simplicem, et omnia fient, quae superius in praecedenti capite dicta sunt.* Atqui ibi legitur *praecedunt duo Acolythi . . . in quorum medio erit Subdiaconus, qui in Missa cantavit Epistolam, deferens Crucem etc. cap. 11. num. 14.* Idipsum igitur faciendum est si Episcopus dumtaxat assistat, et Missa ab alio celebrata fuerit. Atque haec est omnium Ecclesiarum Cathedralium praxis, quae arbitrarie invertenda non est, imo constanter servanda, cum nulla ratio occurrat, qua vel Subdiaconus diversus a Ministrante, vel non Tunicella nigri coloris, sed simplici indutus Cotta, Crucem deferat.

Nihil est quoad hoc Quaesitum indigens declaratione. Sacra enim Rituum Congregatio, dum servandum iubet Caeremoniale Episcoporum, haud intendit adprobare, vel reprobare peculiare Ecclesiarum consuetudines, sed sibi reservat earumdem examen in casibus particularibus, ut cognoscere possit, num rationabiles, et laudabiles sint, vel potius habendae ut corruptelae, et abusus, ac tales propterea sint, ut reprobari, et eliminari omnino debeant. Equidem in dubio de consuetudinibus res esse videtur, quae nulli Ecclesiae Statuto opponuntur: sed id privatorum iudicio non est relinquendum. Multae quippe consuetudines, quae laudabiles privato aliquorum iudicio videri possunt, tales revera non sunt: ideo vel ad debitam formam ab locorum Ordinariis reducendae sunt, vel in dubio Sac. Congregationi exponendae, ut eadem definiat, utrum necne queant retineri. Si ita est, poteruntne consuetudines omnes, ut in dubio, ac veluti in unum collectae, quaeque ignorantur, probari, vel reici una responsione negativa, vel affirmativa? Quis non videt quot quantaque incomoda, quotque in probatorum rituum perniciem induci, aut invalescere possent corruptelae ex nimis generico illimitato responso; prudens ideo, et omnino necessaria est illius regulae observantia, quam constanter servat Sac. Congregatio, dum generica haec dubia proponuntur, respondens, prout in casu, *recurrendum in casibus particularibus.*

(1) Nec video nec intelligo, quo argumenti genere queant se tueri, qui dubium proponunt, voluntque assistentiam a Dignitatibus non deberi Episcopo Sacramentum deferenti ad paratum Sacellum Feria V. in Coena Domini, hoc officium reicientes in Diaconum et Subdiaconum, qui Missae inserviant. Qui novitatem hanc nituntur inducere, oculos tantisper intendant in Caeremoniale Episcoporum *lib. 2. cap. 23.*, in quo agitur de *Feria V. in Coena Domini num. 12.* ubi legitur: quo facto Episcopus *redit ad Altare . . . et DIACONUS ASSISTENS* (ut distinguatur a Diacono, qui ministravit in Missa) *et non alius, cum debitis reverentis capit Sacramentum de Altari, et illud stans offert Episcopo:* et paulo post *MINISTRI ASSISTENTES* (non Diaconus, et Subdiaconus Missae) *hinc inde elevat fimbrias anteriores Pluvialis.* Quod si adhuc dubitas, lege *Me-*

matica, et viceversa, permitti possit, et quatenus negative, num qui eundem usum induceret apprime sciens illum esse Rubricis oppositum, aliquam poenam incurreret, et quam? (1)

Et S. eadem C. re mature diligenterque discussa, auditoque alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris voto scriptis pandito, typisque impresso, ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Card. Cacciapiatti Ponentis respondendum censuit.

Ad 1. « Caeremoniale Episcoporum interpretatione non indiget, et sub respectivis capitibus aperte declarat a quo, et qua sacra veste induto, deferenda sit Crux, nimirum in die Purificationis, Dominica Palmarum, Feria V. in Coena Domini, Feria VI. in Parasceve, a Subdiacono diverso a Ministrante, amicto Tunicella,

aut Planeta plicata, prout exigit sacrae actionis qualitas: die vero Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, a Subdiacono Missae.

Ad 2. « Recurrendum ad hanc Sac. Cong. in casibus particularibus. »

Ad 3. « Negative, et servanda Caeremonialis dispositio. »

Ad 4. « Quicumque ille sit, qui Crucem deferret, vel ministret in Missa, Canonicus, aut inferioris Ordinis Sacerdos, uti debet Dalmatica, aut Planeta plicata, prout exigit sacrae actionis qualitas: *Hinc ad 1. partem negative; ad 2. vero contra faciens plectendus poena, arbitrio Episcopi, pro qualitate defectus.* »

Atque ita respondit, ac servari mandavit in Cathedrali Ecclesia Alexandrina. Die 6. Maii 1826.

*moriale Rituum*, in quo praescripta in Caeremoniali clare, et ordinate enumerantur. Dum ibi agitur de Processione cum SSmo Sacramento ad sacellum §. IX. num. 1. legitur: *Episcopo parato; accedit PRESBYTER ASSISTENS . . . recedentibus Diacono, et Subdiacono in Secretarium pro deponendis Albis, et sumendis paramentis super Rochettum sicuti et caeteri Canonicorum, etc . . . in suppedaneo genuflexus Sacramentum incensat, ADIUVANTIBUS PRESBYTERO, ET DIACONIS ASSISTENTIBUS* (non Diaconus, et Subdiaconus Missae) *qui iam recesserant, et amicti paramentis Ordini convenientibus, se aliis Canonicis adiunxerunt.* Non nisi igitur qui Caeremoniale ignorat, opinari potest, quod in solemni hac SSmi Sacramenti delatione ab assistente Episcopo facienda, non ei teneantur debitum obsequium, ac servitium praestare, a quibus id exigit qualitas functionis pontificalis.

(1) Haud concipere mente possum, quod aliquis inveniatur, qui arbitretur pro diversitate personarum invertendas esse cum Caeremonialis tum Missalis Rubricas circa ea, quae communia sunt sacris Ecclesiae Ministris, vel hi sint ex Dignitatum, et Canonicorum Collegio, vel Beneficiati, ac Mansionarii, vel exteri Cathedrali Ecclesiae Clero non adscripti. Pro diversitate temporum, et functionum diversa adhiberi debent sacra paramenta, quae nedum colore, sed etiam forma distinguantur, neque ulla ratio habenda est maioris, minorisve dignitatis Ministrorum, qui iisdem uti debent, sed unice attendendum est officium, in quo ministrant. Atqui usus Dalmaticae, vel Planetae plicatae pro dierum, temporumque diversitate statutus est, et ab Ecclesia absolute praescriptus, non est in privatorum arbitrio eundem immutare; quod si id fiat, qui facit, vel Ecclesiae leges ausu temerario contemnit, aut ut mitius agam, suam crassam, supinamque ignorantiam prodit. In utroque casu, vel debita plectendus poena, vel monendus, et erudiendus; ideo Sacra Congregatio ad primam Dubii partem respondit: *Negative*, ad secundam vero *contra faciens plectendus poena arbitrio Episcopi pro qualitate defectus.* Mei instituti non est hac de re longius disserere, rationesque exponere, ac enumerare, ob quas in diebus maestitiae et luctus, ac illis praesertim, qui nos ad re-colenda praecipua Incarnationis, et Redemptionis mysteria disponunt, Dalmatica, et Tunicella in Planetas plicatas commutantur: ostendisse sat est relate ad Dubium, quod in alterutrius usu at-tendi omnino debent Rubricarum praescriptum, et sacrae actionis qualitas, nullatenus vero mini-strantium in officio Diaconi et Subdiaconi diversus subsellii gradus, maior minorque honorifica per-sonalis dignitas. Tanto autem cum rigore accipienda, ac servanda est rubrica praescribens usum planetarum complicatarum in designatis diebus, et functionibus, quin liceat earumdem loco Dalma-ticam, et Tunicellam adhibere, ut in minoribus Ecclesiis, ad quas Caeremonialis dispositio non ex-tenditur, Diaconus, et Subdiaconus haud possint cum Dalmatica, et Tunicella, sed in Albis tantum de-beant ministrare, ita respondit S. R. C. in *Angelopolitana die 13. Iunii 1671.* Si quis plura velit, consulat Meratum ad Gavantum in adnotationibus ad Rubricas Missalis *part. 4. tit. I. num. IV. ad §. 4.*

Quibus omnibus *SSmo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max.* per me infrascriptum Secretarium relatis, *Sanctitas Sua* Sacrae Congregationis responsa adprobavit, et confirmavit. Die 10. suprad. Mensis et Anni.

4620. a. **DECRETUM GENERALE.**

Pluries Eñi Patres Sacrorum Rituum Congregationi praepositi ad sibi allatas quaestiones, liceret neene publicis in solemnibus Supplicationibus, quae fiunt occasione celebritatis Sanctorum Patronorum principalium, per Civitates et Loca, horum Reliquias, vel Spinam Sacratissimae Coronae Domini Nostri Iesu Christi, aut Lignum vivificae Crucis sub Baldachino deferre? responderunt, *SSmæ Eucharistiae* dumtaxat Baldachini usum competere, ad tradita per Caeremoniale Episcoporum, Rituale Romanum, aliosque rituales Libros: ideoque, habita ratione disparitatis ritus et cultus, neque Instrumenta Dominicæ Passionis, neque Sanctorum Reliquias sub Pallio seu Baldachino hastato deferri licere, huiusmodi delationem ab usum declarantes, huncque improbandum, et eliminandum. Quia vero et Lignum *SSmæ Crucis*, et Sacratissimæ Spinæ Coronæ Domini, prout alia quaedam Instrumenta Passionis Dominicæ contactu immediato *SSmî Corporis Domini Nostri Iesu Christi* sanctificata fuere, eiusque praetiosissimo Sanguine conspersa, proindeque speciali honoranda cultu; insuperque ea fere universali ubique locorum et gentium invecta consuetudine, sub Baldachino deferri obtinerint, ideo illarum circumductionem sub baldachino tolerandam censuerunt: congruum quippe et rationi consonum videbatur, ea reverentiae argumenta esse exhibenda Domino, quae Sanctis nultenus praestari debent.

Sed quoniam, hisce non obstantibus sanctionibus, abusus, qui irrepserant, sensim alicubi invalescere persentiantur, et nonnulli existunt, qui pia quadam fraude legem eludere in animum

induxerint, superimponentes Reliquias Sanctorum vivificae Crucis Reliquiam, ut illas sub Baldachino huius praetextu deferant, prout ex repetitis ad Sanctitatem Suam, et Sacram Congregationem datis adversus huiusmodi abusus precibus. Hinc ne debitus turbetur ordo, et in extrinsecis etiam honorificis, licet non essentialibus significationibus, congrua ratio servetur, utque vigentes adhuc abusus opportune abscindantur, et eliminentur, quaeque praescripta sunt debitaee executioni mandentur, re mature diligenterque perpensa in Ordinario Conventu habito die 6. Maii currentis Anni 1826. Eñi Patres fuerunt in voto: Dandum esse Decretum generale, quo, iuxta alias resoluta caveatur, et per modum regulæ ubique servandæ praefiniatur, ne in posterum alicubi per quoscumque, quolibet sub praetextu solemnitatis, devotionis, pietatis, privilegii, indulti, concessionis, tolerantiae, consuetudinis licet immemorabilis, quam ab usum non ferendum declararunt, liceat umquam Sanctorum Reliquias processionaliter sub Baldachino circumferre: tolerari tamen posse, et permitti, quod Lignum *SSmæ Crucis*, aliaque Instrumenta Dominicæ Passionis peculiari horum attempta veneratione, habitaque ratione fere universalis consuetudinis, deferantur sub Baldachino, dummodo tamen id fiat seorsim, et disiunctim a Sanctorum Reliquiis, quibus distinctivum hoc honoris omnino non convenit; et ad me Secretarium cum *SSmo*. (1)

Facta igitur de praemissis omnibus et singulis Sanctissimo Domino Nostro *LEONI XII. Pont. Max.* relatione per me infrascriptum eiusdem Congregationis Secretarium, *Sanctitas Sua* Sacrae Congregationis sensum adprobavit, confirmavit, iussitque promulgari, et in Acta Sacrorum Rituum Congregat. referri, Locorum Ordinariis stricte praecipiens, ut eliminandis abusibus, qui irrepserint, incumbant, et Decreti huius observantiam solertissime urgeant. Die 27. Maii 1826.

*Iulius M. Card. Episcopus Ostien. et Velitren. della Somaglia S. Eccl. Vice-Cancellarius, et S. R. C. Praefectus etc.*

Loco ☩ Sigilli.

I. G. Fatati S. R. C. Secr. Coad.

(1) Reliquias Sanctorum circumferendas non esse in Processionibus sub Baldachino decisum iam fuerat in Sacra Congregatione coacta die 23. Martii 1686. in *Calaguritana*, et nuperrime in *Novariensis*. 25. Septembris 1820. Ad eliminandum autem ab usum, quem pluribus in Dioecibus inolevisse delatum est, eadem Sac. Congregatio nedum opportunum, sed necessarium etiam duxit generalem legem dicere, quam *SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER* adprobavit, confirmavitque, et insuper locorum Ordinariis stricte praecipit, ut eiusdem observantiae sedulo incumbant.



**DECRETA AUTHENTICA**  
**CONGREGATIONIS**  
**SACRORUM RITUUM**

---

---

**APPENDIX I.**

AB ANNO 1826. NUM. 4621. USQUE AD DIEM 11. MARTII 1837. NUM. 4810.

# INDEX

## DIOECESUUM ET DECRETORUM

- |  |   |
|--|---|
| <p>A.</p> <p>Aesina 4664.<br/>         Albanen. 4721.<br/>         Alben. 4766.<br/>         Alexandrina 4631. 4737.<br/>         Anagnina 4695. 4779. 4800.<br/>         Anconitana 4704.<br/>         Andrien 4647.<br/>         Aquipendien. 4643. 4738.<br/>         Arboren. 4770.<br/>         Aretina 4728.<br/>         Ariminen. 4681.</p> <p>B.</p> <p>Baiocen. 4802.<br/>         Baren. 4649. 4657.<br/>         Beneventana 4713.<br/>         Bisulanen. 4757.<br/>         Bituntina 4697. 4698.<br/>         Bononien. 4665.<br/>         Bosanen. 4720.<br/>         Brixien. 4694. 4714.<br/>         Bugellen. 4633.</p> <p>C.</p> <p>Caietana 4675.<br/>         Calaguritana 4715.<br/>         Calaritana 4630.<br/>         Calatayeronen. 4803.<br/>         Camerinen. 4632. 4785.<br/>         Capuana 4784.<br/>         Casalen. 4666. 4768.<br/>         Cathanien. 4650.<br/>         Cenomanen. 4805.<br/>         Civitatis Castellanae 4707.<br/>         Civitatis Castellanae et Hortanae 4771.<br/>         Civitatis Castellae 4691.<br/>         Civitatis Plebis 4699.<br/>         Claremonten. 4708.<br/>         Collen. 4682. 4712.<br/>         Compostellana 4740. 4741.<br/>         Congregationis Missionis 4793. 4804.<br/>         Constantien. 4739.<br/>         Casentina 7422. 4756.</p> <p>D.</p> <p>Decretum generale 4624. 4730.<br/>         Decretum Urbis et Orbis 4635.<br/>         Derthonen. 4679.<br/>         Dubiorum 4772.<br/>         Dublinum 4758.<br/>         Dublinen. 4729.</p> <p>E.</p> <p>Eugubina 4765.</p> <p>F.</p> <p>Fanen. 4600.<br/>         Faventina 4641.<br/>         Feretrana 4759. 4773.<br/>         Firmana 4700. 4801.<br/>         Florentina 4651. 4795.</p> | <p>G.</p> <p>Gandaven. 4623.<br/>         Gerunden. 4656.<br/>         Gratianopolitana 4742.</p> <p>H.</p> <p>Hibernen. 4659.<br/>         Hieracen. 4774.<br/>         Hispalen. 4652.</p> <p>I.</p> <p>Ianuen. 4644. 4681.<br/>         Imolen. 4622. 4640. 4723.<br/>         Isernien. 4662.</p> <p>L.</p> <p>Lauretana 4733.<br/>         Leodien. 4806.<br/>         Lucana 4629. 4775. 4786.<br/>         Lucerina 4781.<br/>         Lucionen. 4743. 4785.</p> <p>M.</p> <p>Maceraten. 4683.<br/>         Marsorum 4669. 4684.<br/>         Massae et Populoniae 4985.<br/>         Massen. 4799.<br/>         Mathelicen. 4807.<br/>         Mazarien. 4639.<br/>         Mediolanen. 4648. 4709. 4716.<br/>         Meliten. 4637.<br/>         Mexicana 4648. 4744.<br/>         Miniati (S.) 4642. 4745. 4798.<br/>         Minoricen. 4787.<br/>         Montis Alti 4674.<br/>         Montis Regalis Provinciae Pedemontanae 4760.<br/>         Murana 4667.</p> <p>N.</p> <p>Namurcen. 4701. 4746.<br/>         Neapolitana 4627.<br/>         Neritonen. 4790.<br/>         Novarien. 4690.<br/>         Nullius Farfen. 4724.</p> <p>O.</p> <p>Oppidi de Laurea 4719.<br/>         Ordinis Eremitarum S. Augustini 4749.<br/>         Ordinis Excalceatorum Reformatorum Sanctissimae Trinitatis Regni Hispaniarum 4680.<br/>         Ordinis Minorum Cappuccinorum Provinciae Helvetiae 4748.<br/>         Ordinis Minorum Cappuccinorum Provinciae Hetruriae 4767.<br/>         Ordinis Minor. Conventualium Archidioecesis Theatinae 4726.<br/>         Ordinis Minorum S. Francisci 4692. 4762.<br/>         Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium 4810.<br/>         Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia 4702. 4750.<br/>         Ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci 4749.<br/>         Ordinis S. Hieronymi Vallis de Hebron Dioecesis Barchinonensis 4688.<br/>         Ordinis S. Joannis de Deo 4711. 4718. 4725.</p> |
|--|---|

Ordinis Reformatorem Excalceatorum SS. Trinitatis Redem-  
ptionis Captivorum 4717.  
Ostonen. 4731.

P.

Patavina 4636.  
Pisana 4613. 4672. 4678. 4696. 4732.  
Pistorien. 4670.  
Praenestina 4771.

Q.

Quebecen. 4751.

R.

Ravennaten. 4621.  
Recinaten. 4706.  
Rhedonen. 4658. 4780.  
Rhedonen. et Coenom. 4671.  
Romana 4734. 4769.  
Romana Basilicae Collegiatae S. Mariae Transtiberim 4628.  
Romana seu Ordinis Cisterciensium 4659.  
Rothomagen. 4705.

S.

Sabinen. 4673.  
Sarzanen. 4668.  
Sedunen. 4788.  
Senen. 4703.

Senogallien. 4796.  
Severi (S.) 4742.  
Sorana 4693.  
Suaneu. 4789.

T.

Tarentina 4676. 4677. 4686.  
Tarvisin. 4735. 4763. 4776.  
Taurinen. 4761.  
Theatina 4754.  
Tiburtina 4704. 4808.  
Tridentina 4777.

V.

Valentinen. 4778.  
Valven. Sulmonen. 4791.  
Veliternen. 4625. 4626. 4654.  
Venusina 4795.  
Veronen. 4631. 4707. 4753. 4782. 4809.  
Verulana 4755.  
Vicen. 4655.  
Viglevanen. 4657. 4730.  
Vintimilien. 4710. 4727.  
Volaterana 4645.

U.

Urbis 4663.  
Urbis et Orbis 4638.



# DECRETA AUTHENTICA

## CONGREGATIONIS SACRORUM RITUUM

### APPENDIX I.

#### 4621. RAVENNATEN.

Dum Summus Pontifex S. M. Pius VII. ad privilegia, quibus nonnulla Canonicorum Collegia cohonestata fuere, praestitutis legibus continenda IV. Nonas Iulii anni 1823. Apostolicam edidit Constitutionem, ut S. R. C. Decreto diei 27. Augusti 1822. super declaratione usus Pontificalium robur, ac firmitas accederet, Reverendissimus Archiepiscopus Ravennas Antonius Codronchi, qui nuper fato cessit, universon eorumdem usum Dignitatibus, et Canonicis suae Metropolitanæ Ecclesiae ratus est inhibere; donec peculiaria sua iura, iuxta recensiti Decreti placitum, in Sacram eandem Congregationem perpendenda deducerent. Etsi vero horum studium in id potissimum contenderet, ut quam citissime huiuscemodi negotium Sacri Consensus iudicio expenderetur, ne sacrae functiones consueto nitidiori, nobiliorique aspectu, ac decentia fraudarentur: vicissitudines tamen etiam incendii, quæ Capituli Tabularium saepe laboravit, rem omnem ad novissimum Ordinarium coetum distulere, qui ad Vaticanum pridie Nonas Maii huius anni coactus fuit. Expensis Privilegiorum momentis in authenticis apographis, et authographis desumptis numero adscriptorum, Em̃i Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi unanimi in voto fuere, expectandum esse novum Archiepiscopum. Divina protegente gratia ipsam Ravennatensem Ecclesiam, quæ ex testimonio Innocentii Papæ III. quasi Primogenita est Apostolicæ Sedis, novo illo excitato Archipraesule Summi Pastoris iudicio Dignitati huic pari invento, extemplo Capitalum Metropolitanæ SS̃no Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. humillime sup-

plicavit, ut de plenitudine potestatis, vel Em̃o Card. Falzacappa Ponenti, vel R. P. Secretario, accedente informatione, et voto Rm̃i Archiepiscopi in Curia, causam hanc discutiendam committere dignaretur. Sanctitas Sua, precibus benigne inclinata sub die 20. Septembris huius anni Congregationem particularem statuit, designavitque Em̃os Praefectum de Somalia, laudatunq; Pontem, qui una cum R. P. Pescetelli S. Fidei Promotore, R. D. Frattini ipsius Sac. Congr. Assessore Coadiutore, meque infra-scripto Secretario super re decernerent. Octavo die scilicet IV. Kal. Octob. coadunata penes Em̃um Card. Praef. particulari hæc Cong. audito voto Rm̃i Archiepiscopi in Curia, scriptis pandito; iterum expensis allatis rationum momentis, collatisque consiliis, unanimi voto statuendum decrevit.

« Quoad Palmatoriam, affirmative iuxta privilegium, et laudabilem consuetudinem, nempe ea uti possint Dignitates, et Canonici Metropolitanæ Ravennatium in Civitate, universaque Dioecesi in omnibus Ecclesiasticis functionibus; dummodo aliquis non assistat ex S. R. E. Cardinalibus, vel Archiepiscopus. »

« Quoad Mitram serico-damascenam affirmative, dummodo dissimilis sit in textura ab illa reverendissimorum Cardinalium, et quoad Processionem SS̃ni Corporis Christi serventur strictim Decreta in Anicien. 13. Iunii 1682., et in Urbinaten. 29. Ianuarii 1752. in reliquis servetur Decretum Archiepiscopi Farsetti die 24. Decembris 1727., ac 2. Ianuarii 1728., atque expediantur Literæ Apostolicæ in forma Brevis, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit. » (1)

Quibus omnibus per me infrascriptum S. R. C.

(1) Paucis est opus, ut quisque videat, planeque intelligat per Apostolicas Literas *Decet Romanos Pontifices* felic. recordat. Pii VII., de quibus latius in *Imolen.* infra relat. derogatum nullatenus fuisse iuribus, ac privilegiis, quibus aliqua Capitula decorabantur, praeter expressa in eadem Constitutione, eaque proinde firma consistere, quibus ditata Ravennatensis Metropolitana Ecclesia emittitur, atque inter celebriores cum vetustate tum dignitate distinguitur. Ignorare id nequit qui in ecclesiastica historia hospes non sit, et peregrinus. Usque ab Ecclesiae primordiis suam habuit

Secretarium, SSmo Domino Nostro LEONI XII. Pont. Max. relatis, SANCTITAS SUA particularis huius Congregationis sensum, et Decretum adprobavit, et confirmavit; idque in Metropolitana Ravennatum Ecclesia, ac per Civitatem, et Dioecesim servari iussit, Literasque Aposto-

licas in forma Brevis super re expediri mandavit. Die 4. Octobris 1826.

4622.

IMOLEN.

Inter Ecclesias, quae singularibus cohonestatae Insigniis, et Pontificalium usu donatae sunt, Imolensis adnumeratur, quae ab S. M. Pio VII. va-

institutionem, et nacta est Antistitem S. Appollinarem a Petro Apostolorum Principe Romae consecratum, illucque missum, ut eam regeret, et gubernaret. Interim optimus Pastor per Aemiliam discurrens ab nefario Idolorum cultu plurimis revocatis, et ad humilem Christi sequelam adductis, Ravennam tandem reversus glorioso martyrio cursum consummavit. Ita in *Martyrologio romano ad diem 24. Iulii*. Successores habuit nonnullos multa sanctitate praestantes, quos inter speciali mentione dignus est *Sanctus ille Petrus* coelitus datus, qui ob auream eloquentiae vim *Chrysologi* pronomine meruit nuncupari. Merito igitur *Innocentius III.* Ravennatensem Ecclesiam appellavit *quasi primogenitam* Apostolicae Sedis, aliique plures ex Romanis Pontificibus verbis amplissimis commendarunt. Sed ne antiquiora quaeramus exempla, quod longum nimis, ac laboriosum foret; satis esse puto recentissima felic. recordat. *Benedicti XIII.* ac *Pii VII.* elogia referre. Siquidem ille datis Literis in forma Brevis die 19. Augusti 1727., eam appellavit *Metropolitanam istam tot conspicuis meritis vetustae, recentisque memoriae illustrem ecclesiam etc.* Alter vero in similibus Literis datis sub die 22. Iunii 1819. eam appellat *vetustissimam Ravennatensium Ecclesiam, quam a primis Christianae Fidei temporibus celebratam multis, praeclarisque nominibus etc.*

Non autem hic est animus singula percensere privilegia, honorificentias, ac praerogativas, quibus omni aevo fuit cumulatum, et gaudet Ravennatensis Metropolitanae Capitulum; neque, ut hoc praestem, mei fert instituti ratio. Satis est animadvertere eiusdem Metropolitanae Dignitates, atque Canonicos honoribus plurimis, usu Pontificalium, atque Insigniis fuisse decoratos, vel beneficentia, et auctoritate Romanorum Pontificum, vel longaeva consuetudine, cuius origo inter tenebras antiquitatis omnino latet, et frustra adlaboraret, qui eam quaereret invenire. Verum etsi tam nobilis, insignisque Ecclesiae Capitulum, dum prodiit praefata Constitutio *Debet Romanos Pontifices* de amplioribus, praeter illa quae in eadem enumerantur, et declarantur permessa Pontificalium usum habentibus, de sibi collatis privilegiis, et praerogativis, quae illustria sunt, et non pauca, minime dubitaret; nihilominus paruit Archiepiscopo praecipienti, ut latae legis in obsequium ab eorumdem usu cessaret, ac interea sua iura expendenda in S. R. C. deduceret, simulque ostenderet non esse comprehensum sub regula generali, bene vero ad eorum classem pertinere, quae sub clausula praeservativa, *si quae vero Capitula veniunt*, et excipiuntur. Praestitum hoc fuit in ordinario Conventu habito *pridie nonas Maii* 1826. In hoc autem visum est Patribus Emis ampliare iudicium, non quod ancipites essent de bono postulantium iure, sed quia tunc temporis Ravennatensis Ecclesia suo erat viduata Pastore, ideoque esse cunctandum duxerunt, quousque novus eidem daretur Antistes, qui et audiri posset, et Sacrae Congregationis decreta exequi, quaecumque demum ea forent. Ideo statim ac Archiepiscopali illi Sedi *SSmus Dominus Noster Leo XII. Pont. Max.* novum dedit Archiepiscopum, instaurata fuit instantia; et, ne in longum nimis protraheretur decisio, omnem sollicitudinem posuit novus Antistes, ut antequam ad sibi commissam Ecclesiam accederet, definitivum hac super re iudicium postularet. Quamobrem Sanctitas Sua precibus annuens, eiusdem Causae cognitionem Congregationi particulari commisit, quae sub die 28. *Septembris anni* 1826. definivit Ravennatense Capitulum a generali lege esse excipiendum, utpote comprehensum sub praefata clausula praeservativa, ac propterea manutenendum esse in possessione, et usu privilegiorum, quae private eidem concessa, optimoque iure acquisita communia non sunt aliis Capitulis, Dignitatibus, Canonicis, Rectoribus, aut alio quocumque nomine nuncupatis Pontificalium usum habentibus. Ne tamen ex generali, simplicique responsione ulla posset oriri dubietas, aut controversia, opportunum duxit specificè duo declarare, videlicet *licere usum Palmatoriae in Civitate, universaque Dioecesi, in om-*

riis privilegiis clementer, peramanterque fuit insignita per literas Apostolicas in forma Brevis expeditas V. idus Maii 1816. Quoniam autem tum Decreto S. R. C. edito VI. Kalendas Sept. Anni 1822., tum eiusdem Summi Pontificis Constitutione lata IV. Nonas Iulias Anni 1823. declaratum fuit §. 28. quod in dubiis super huiusmodi concessionibus Sacra haec adiretur Congregatio; ac si quae Capitula amplioribus, praeter ea, quae enunciato in Decreto recensentur,

privilegiis se aucta fuisse arbitrarentur, peculiaris sua haec iura ad ipsam Congregationem perpendenda deducerent; extemplo Imolensis Cathedralis Capitulum recensitis Decreto, et Constitutioni reverenter obtemperans ab ampliorum privilegiorum usu omnino se abstinuit, arrepta occasione supplicem Sacrorum Rituum Congregationi exhibuit Libellum una cum Brevis concessionis, quo quid ipsi in usu privilegiorum liceret opportune decerneretur. (1)

*nibus ecclesiasticis functionibus*, apposita tamen exceptione, et limitatione: *dummodo aliquis non assistat ex Cardinalibus, et Archiepiscopus*: Item sancivit: *licere adhibere Mitram* (non simplicem hoc est lineam) sed *serico-damascenam*, addita declaratione, *dummodo dissimilis sit in textura ab illa Eminentissimorum Cardinalium*, ac praeterea iussit quoad *Processionem Corporis Christi*, ut *serventur strictim decreta in Ancien. et Urbinaten.*, quae iubent *ne in hac processione caput Mitra tegatur*. In reliquis sancivit, *ut servetur decretum Archiepiscopi Farsetti die 24. Decemb. 1727. et 2. Ianuarii 1728*. Non erant necessario exprimenda, quae in praefatis Decretis enumerabantur privilegia Metropolitanae Capitulo speciatim concessa, aut immemorabili, legitimaque inducta consuetudine comprobata. Ac praeterea in iisdem ita clare, distincteque enumerantur tam quae in sacris actionibus licite retinenda, et servanda sunt, quam modus in exercitio adhibendus, et circumstantiae, quibus occurrentibus unius, alteriusve praerogativae usus coercendus; ut nihil superesset aut moderandum, aut declarandum, aut abolendum: Antedictae autem particularis Congregationis Rescriptum approbavit, confirmavitque SS<sup>ms</sup> Dominus Noster Leo XII. die 4. Octob. eiusdem anni 1826.

Quae huc usque dicta sunt, quaeque adnotaveram in *Imolen.*, potius quam ad utriusque decreti dilucidationem, servire possunt, et debent ad docendum, Capitula, Dignitates, Canonicos, Rectores etc., qui ampliora privilegia, praeter enumerata in generali decreto, et subsequenti Apostolica Constitutione, vel habent vel habere arbitratur, ne ad placitum, sacra Congregatione inconsulta, in eorumdem usu continuare praesumant, sibi que usurpare declaratorum iudicium, quod apertis verbis eidem Sacrae Congregationi reservatum est sub ea clausula: *si quae vero Capitula amplioribus ac praeter huiusce decreti instituta privilegiis se aucta fuisse arbitrentur, peculiaris haec iura in Sacram Congregationem perpendenda deducant, ut, quod ex canonicarum sanctionum praescripto visum fuerit, opportune decernatur*. Exemplo sint ipsi *Capitula Ecclesiarum Ravennaten-sis et Imolensis*, quae licet illustria, clara, nullique exceptioni obnoxia haberent monumenta, quibus bonum ius tueri possunt, ac talia, ut ignorem, num aliquid sit, non dicam amplioribus sed saltem aequalibus ditatum, nihilominus praecepto obsequentes ab specialium indultorum usu, et exercitio cessarunt, eaque subiecerunt Sacrae Congregationis examini. Si quae sunt igitur Capitula, Dignitates, Canonici, Rectores etc. maioribus praerogativis ac honorificentis gaudentes, sciant, non ipsis licere in eorumdem exercitio continuare, nisi id fieri posse Sacra Congregatio declaret, et iubeat post institutum eorumdem privilegiorum examen.

(1) Iuvat hic recolere ea, quae adnotata fuerunt ad Decretum Sac. Congregationis in Causa *Neritonensis*. die 5. Martii 1825. legendum in hac Collectione., ubi declaratum fuit quomodo intelligenda sit clausula praeservativa apposita Decretis eiusdem Sacrae Congregationis *sub die 27. Augusti 1822.* et in Constitutione Apostolica *Decet Romanos Pontifices IV. Nonas Iulii anni 1823. a fel. record.* Pii VII. adprobatis, et confirmatis ad effectum eliminandi corruptelas, et abusos, qui inoleverant in quibusdam Cathedralibus, Collegiatis, aliisque Ecclesiis, et Personis arbitrarie, ac ad proprium commodum, decusque ampliantibus aliqua privilegia ipsis concessa circa usum honorificum Insignium, ac exercitium Pontificalium, eadem revocando ad formam iuris, enumerando, quae per eadem privilegia licent, et quae non item. Praefata quippe clausula declaratum fuit per

Et Eñi PP. sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum coacto sub infrascripta die, ad relationem Eñi, et Rñi Dom. Cardinalis Falzacappa Pontentis, exquisito prius voto Eñi, et Rñi Dom. Card. Archiepiscopi Imolen. Episcopi, auditaque sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandita, praeloque cusa, omnibus mature diligenterque perpensis, atque ad trutinam revocatis,

rescribendum censuerunt. « In Voto Magistris Caeremoniarum ad formam privilegii: *Licere nimirum Capitulo Imolensi uti Pontificalibus in omnibus ad formam Literarum Apostolicarum in forma Brevis expeditarum.* » Et ita rescripserunt, Die 16. Decembris 1826.

Super quibus omnibus, et singulis facta postmodum SSmo Domino Nostro Leoni XII. P. M. per me infrascriptum S. R. C. Secretarium re-

generales leges in Decretis, et successiva Constitutione contenta: *nullum inferri praeiudicium Capitulis, si quae sunt amplioribus privilegiis decorata.* Sed quoniam evenire facile poterat, ut nonnulli perperam interpretando hanc exceptionem, et praeservationem, eadem abuterentur censentes sibi licere morem sequi, et honorificentias in Decretis, et Constitutione minime expressas, (pervertendo sensum, vel aucupando verba, eaque ad placitum studiosè trahendo) sibi usurpare ac si essent speciali indultu, vel immemorabili consuetudine roborata; ideo, ne id accideret, provide consultum fuit, adiectamque conditionem; ut, si quae sunt, aut esse putantur huiusmodi peculiariora privilegia in Sac. Rit. Congregationem deducantur, ad effectum opportune decernendi, quod ex Canonice Sanctionum praescripto visum fuerit. Quum autem praefata clausula praeservativa modo supra relato tenenda, servandaque sit: ideo Imolensis Cathedralis Ecclesiae multis nominibus nobilioribus adnumerandae Dignitates, et Canonici, quos per Literas in forma Brevis expeditas die 11. Maii 1816. fel. record. Pii VII., qui eandem Ecclesiam gubernavit Antistes, et etiam post Summum adeptum Pontificatum, universaeque Ecclesiae regimen ad plures annos retinere voluit, privilegiis amplissimis decoravit, et auxit, licet de iisdem, utpote expresse indultis, et singillatim enumeratis, deque eorumdem firmitate dubitandum minime foret; nihilominus latae legi reverenter obtemperantes, religioni sibi duxerunt suppliciter a Sacra Congregatione declarationem postulare, qua licite possent honorifica adhibere insignia, et Pontificalia diebus modisque (a quibus post latam Constitutionem cessaverant) exercere. Quoniam igitur in praefatis Apostolicis Litteris Pii VII. omnes enumerantur honorificentiae, et privilegia, quibus ditati sunt Imolensis Cathedralis Ecclesiae Canonici et Dignitates, itemque modus et tempora, quibus permissum est iisdem uti; ideo Sacrae Congregationi haesitandum non fuit, et ad aequam postulationem respondit: *Iuxta votum Magistris Caeremoniarum, ad formam privilegii licere Capitulo Imolensi uti Pontificalibus in omnibus ad formam Literarum in forma Brevis expeditarum.*

Unum tamen est, de quo dubitari adhuc posse videtur; num scilicet fuerit concessum, utpote in praefatis Litteris specificè non expressum, hoc est privilegium Presbyteri assistentis praeter alios Ministros in Missa pontificali. Siquidem nonnemo putabit dubiam rem esse, et in utramque partem disputari posse. Si literaliter, et striete accipienda sunt, quae in Apostolicis Litteris enumerantur, certe videtur Presbyter assistens nullatenus comprehensus in indultu, cum nulla fiat eiusdem mentio in tam specifica privilegiorum enumeratione, proptereaque censendum non illud concessum, quod expressum non est. Et revera ipsi Canonici, et Dignitates Imolensis Ecclesiae post editam saepedictam Constitutionem *Decet Romanos Pontifices etc.* de huiusmodi privilegio utpote non expresso, merito dubitarunt: nam, ut refert Vicarius Generalis in sua informatione: « *Canonici in executione Literarum Apostolicarum Pii VII., annuente etiam tunc temporis Cardinali Episcopo Rusconi, usi quidem sunt Pontificalium privilegio in singulos annos, et statis diebus usque in praesens, omnia ad concessionis litteram intra statutos fines perfecerunt, neque sibi aliquid vel usurpare, vel ampliare ausi sunt.* (Quae sequuntur attende). *Si unus excipiat Presbyter assistens, qui Canonico celebranti, praesente etiam Episcopo, ad Altare cum Pluviali in Missa semper adhibitus est, quamvis de eo nullum faciant verbum Litterae Apostolicae supramemoratae, rati forsitan hoc*

latione. Sanctitas Sua Sac. Congr. Rescriptum in omnibus adprobavit, et confirmavit. Die 20. supradicti Mensis, et Anni.

4623. GANDAVEN.

Nuntiatum est PP. Sacror. Rit. Congregationi praepositis, aliquibus in Ecclesiis Dioec. Gandaven., in Administratione Sacramentorum, nonnulla invaluisse, quae praescriptis in Rituali re-

gulis adversantur, nec tam facile, per eos, quibus Ecclesiarum cura demandata est, eliminari valerent, ideoque supplici libello dubia quaedam exposuerunt, ut ex Sacrae huius Congregationis responsis quid retinendum, quidve repudiandum sit probe cognoscant. Sunt autem.

I. Facti species « Rector Ecclesiae reperit in » Ecclesia sua consuetudinem renovandi Panem

*esse ipso Pontificalium privilegio generaliter inclusum.* Quamobrem idem Vicarius postquam suam aperuit sententiam, et Votum, videlicet: *Capitulum, et Canonicos penitus manutenendos in privilegio, quo legitime honestati sunt, tandem concludit, suas adiungendo preces, ut et etiam: Si fieri poterit quoad Presbyterum assistentem, ampliatur indultum.* Ex his clare patet Capitulum; et Canonicos, imo et ipsum Vicarium generalem informantem, Votumque suum aperientem, incertos saltem fuisse, num revera Presbyter assistens, si non expresse, tacite saltem iuxta mentem concedentis haberi possit indultus: secus pro declaratione, non autem pro nova concessione postulassent.

Contra vero quum in praefatis Apostolicis Literis, inter alia, quae Dignitati, aut Canonico pontificaliter celebranti cum indulto adhibendi Faldistorium conceduntur, expressum habeatur; quod et Ministrum de candela, seu palmatoria habere libere, et licite, possit, et valeat, non abs re erit putare, quod per Ministrum de candela intelligi debeat Presbyter assistens, quia re ipsa is ille est, qui in Pontificalibus (non in Throno, sed in Faldistorio etiam celebrandis) palmatoriam sustinet, et ad opus ministrat. Praeterea quis credere posset id conforme esse menti concedentis? Qui enim indulsit indumenta pontificalia sacris actionibus respective convenientia, videlicet Mitram, Crucem pectoralem, Anulum, Sandalia, Caligas, Chirothecas, Tunicellas, Dalmaticam, Faldistorium, censeri potest concessisse quoque sub nomine *Ministri de Candela* Presbyterum assistentem: eoque magis, quia idem Presbyter assistens (per usum vel abusum, de quo non est hic disputandi locus) alibi in celebrioribus festivitibus a celebrante, etiam si simplex sit Sacerdos in solemni Missa solet adhiberi. Quinimmo ipsa Sacra Congregatio in una *Nullius Altamurae* ad quaesitum: *An Dignitatibus Ecclesiae S. Nicolai Missam solemniter celebrantibus, Presbyter assistens debeatur cum Pluviiali?* sub die 23. Septembris 1713. respondit Affirmative. Alia fuisset responsio, longeque diversa, si huiusmodi assistentia uni dumtaxat deberetur Episcopo. Nonne autem potior militat ratio in casu nostro in quo agitur de Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis Ecclesiae, pluribus honorificentis, nostri in quo agitur de Dignitatibus, et Canonicis inquam, et Dignitatibus, non ut ceteri Sacerdotes celebrantes, sed pontificaliter Sacrum peragentibus? Ac tandem ut praeteream cetera, quae afferri possent, addam hic argumentum negativum ex iisdem Apostolicis literis desumptum. In his expresse recensentur quae indulta non sunt, et omnino interdiciuntur Dignitatibus, et Canonicis pontificalia exercentibus. En verba: *Praecipiendo mandamus ne Dignitas, vel Canonicus celebrans ullo modo praesumat pontificalibus indumentis ad Altare aut in Choro indui, vel trina benedictione populum benedicere, seu cum forma episcopali Pax vobis: salutare, vel pastorali baculo uti . . . in processionibus Corporis Christi Mitram in capite gestare. . . . aut Mitra in aliis praeter quam in supradictis Collegialibus functionibus, uti valeat.* Sed hisce exceptionibus limitationibus, declarationibus non adnumeratur Presbyter assistens; quamobrem per negativum hoc argumentum confirmari posse videtur, quod supra diximus, videlicet per Ministrum de candela ex concedentis mente intelligi posse Presbyterum assistentem. Haec sunt, quae tam pro affirmativa, quam pro negativa sententia afferri possent. Negativam autem sequutus egregius caeremoniarum Magister pro Voto requisitus in sensu est, quod indultis privilegiis illud adnumerandum non sit Presbyteri assistentis. Ait enim: *Quod vero spectat ad Presbyterum assistentem, quo in Pontificalibus huc usque usi sunt: praesente etiam Episcopo, quoniam nec in Apostolicis Literis conceditur, nec per aliquam consuetudinem, confirmationem, quae omnino deest, adprobatur, putarem esse revocandam, ne eam*



» pro Sacrificio Missae, et Communione Fidelium  
» singulis tribus mensibus tempore hyemis, tem-

» pore vero aestivo solitum confici pro sex men-  
» sibus; hinc quaeritur.

*confirmando dum Constitutionem ipsam pro viribus protuemur, vel eam infirmare aliquo modo videamur, et id quidem merito, ut infra sum ostensurus.*

Quoniam autem Sacra Congregatio licite pro ampliacione indulti requisita, quatenus in Literis Apostolicis comprehensum non censeret, simpliciter respondit: *Licere Capitulo Imolensi uti in omnibus ad formam Literarum in forma Brevis expeditarum*, quin verbum addiderit relate ad Presbyterum assistentem; nonnemo forte erit qui in quaestionem verti posse existimet; num, et quae sit vera intelligentia generalis Rescripti, et dubitandum fore arbitretur, num Sacra Congregatio negaverit ampliacionem, et extensionem Indulti ad Presbyterum assistentem, an potius voluerit rem in Apostolicis Literis non expressam, et forte obscuram, in suspenso relinquere. Quid igitur in hac ambiguitate sentiendum? Ego quidem, si quid promere licet, in sensu sum, quod verba Rescripti *licere Capitulo uti Pontificalibus in omnibus ad formam Literarum Apostolicarum*, stricte accipienda sint, quodque Sacra Congregatio Voto adhaeserit Caeremoniarum Magistri, qui insinuaverat admittendam non fore petitionem pro Presbytero assistente, ideoque nullum addere voluerit per declarationem, aut interpretationem, aut concessionem privilegii enumeratis in Literis Apostolicis Pontificis PII VII., eoque magis quia finis, et obiectum petitionis erat non ampliatio indulti, sed simpliciter declaratio dubii, num privilegia Cathedrali Imolensi concessa sustinenda forent, utpote contemplata in clausula praeservativa Apostolicae Constitutionis *Decet Romanos Pontifices* addita generali Decreto super moderatione indultorum.

Neque argumenta supra relata, quae in oppositum afferri possent, tanti sunt ponderis, ut in sensum contrarium meum animum inflectere valeant. Etenim Presbyter assistens uni debetur Episcopo, nec confundi debet cum Ministro de candela; duae quippe sunt diversae personae, duo diversa officia, quamobrem si in Apostolico indultu expresse nominatur Minister de candela, sed non aequae Presbyter assistens; nemo erit, qui non intelligat, unum fuisse concessum, non item alterum. Eoque magis, quia multo honorificentior est Presbyteri assistentis praesentia, quam Minister de candela, eidemque munia multa sunt propria, quae simplici Ministro de candela non conveniunt. Id verum adeo est, ut dubitatum quandoque fuerit, num celebranti Suffraganeo coram suo Metropolitano competeret Presbyter assistens. Ita in *Aquileien.* proposito dubio: An Suffraganeus celebrans in *Ecclesia Aquileiae* (ubi interveniunt Patriarcha, et Canonici Aquileiae) *debeat, ultra Diaconum, et Subdiaconum Canonicos, habere alium Canonicum pro assistente?* Sacra Congregatio sub die 7. Augusti 1627. respondit: *Debere.* Locum non habuisset quaesitum, nisi de licito, aut illicito dubitatum fuisset. Abbatibus quidem statis diebus pontificaliter celebrantibus in Throno convenit Presbyter assistens, quia in Decreto generali fel. record. Alexandri VII. huiusmodi privilegium concessum legitur: aliis vero Presbyteris quacumque dignitate fulgentibus Pontificalium usu ditatis haud debetur, nisi expresse declaratum sit. Haud prodest Decretum Sac. Congregat. in causa supra relata Collegiatae *Nullius Altamurae*: forte enim illi favebat, aut speciale privilegium, aut antiquissima consuetudo, cuius latebat origo. Quod si alicubi in solemnioribus festivitatibus, praeter Diaconum, et Subdiaconum, Presbyter pluviali indutus assistit, id fit per abusum, nullo praetextu cohonestandum, imo prorsus reprobandum, et abolendum. Quis vero non videt in lubrico versari, et fallax esse argumentum alterum desumptum ex potioribus honorificentis, quibus Pontifici placuit decorare Capitulum. Duo quippe notanda sunt. Primum: Principi liberum esse, qua vult in parte iuris relaxare rigorem. Secundum: Privilegia minime posse pro lubitu extendi ad non expressa.

Tandem nullatenus prodest argumentum alterum, quod negativum est, quippe quia in parte postrema Apostolici Brevis necessario ea erant enumeranda, quae forte per abusum pedetentim facile poterant vel falsa interpretatione, et arbitraria extensione introduci: at non aequae opus erat speciatim inter excepta recensere praesentiam Presbyteri assistentis; nam si expresse in indultu no-

1. » An, attenta consuetudine, Rector licite » tempore hyemis, vel a sex mensibus in aestate  
 » consecrare possit species a tribus mensibus » confecta? (1)

minatur Minister de candela, non item Presbyter assistens, ut eo in loco fieri debuisset, si concedens, et hunc etiam indulgere voluisset, facile quisque intelligit eundem minime in privilegio fuisse contentum.

Quae cum ita sint in ea me sententia confirmo, quod per Sacrae Congregationis Rescriptum minime censeri potest ampliatum privilegium ad non expressa in Literis Apostolicis, ac propterea Dignitatibus, et Canonicis Imolensibus Pontificalia celebrantibus non licere habere praeter Diaconum, et Subdiaconum, etiam assistentem Presbyterum, ideoque sine eiusdem praesentia posse, imo debere pontificalem Missam celebrare, nisi benigna Pontificis largitione novum huiusmodi privilegium iam indutis accedat.

(1) Consuetudines laudabiles, et rationabiles servari licite possunt, quamvis plane non convenient cum regulis contentis in Caeremoniali Episcoporum, Rituali Romano, aliisque liturgicis Codicibus. Quod si utraque destituantur qualitate, omnino tollendae, et eliminandae sunt, ac ad formam legum S. R. C. exigendae. Id profecto accidit relate ad dubia, quae Sacrorum Rituum Congregationi pro decisione delatae fuerunt a Parochis Gandavensis Dioecesis. Omnia fere, etsi ab iisdem legibus difformes ritus exhibeant, non alio innituntur fundamento, si illud excipias, quod originem, causamque ab una dumtaxat consuetudine trahit. Sed istiusmodi consuetudo tantum abest, ut dici possit rationabilis, et laudabilis, quin imo potius, ut detestabilis corruptela habenda sit, ac proinde omnino reprobanda, et damnanda, etiamsi longissimi temporis observantiam ostentaret. Iure igitur Emi Patres sacris tuendis ritibus, propositis dubiis id omne reformandum esse decreverunt, quod perpetram, et contra legem, Ecclesiaeque disciplinam, sub consuetudinis praetextu, huc usque gestum est.

Et revera ad praesens dubium quod attinet, nemo est, qui non sciat pro quibusdam conficiendis, aut conferendis Sacramentis parandam, ac adhibendam esse materiam designatis ritibus, precibus, ac caeremoniis, a quibus vetitum est declinare, praeterquam in Sacramento Baptismatis, pro quo conferendo, si necessitas urget, ac imminentis mortis periculum, non opus est adhibere aquam solemni ritu sacratam, sed sufficit simplex, et elementaris. Sic feria V. in Coena Domini sacra ab Episcopo, magnoque ministrorum, et caeremoniarum apparatu conficiuntur olea, quae in posterum per integrum sequentem annum adhiberi debent, nec amplius uti fas est veteribus, quae comburenda sunt. Quin imo si quis, deficientibus recenter sacratibus, antiquis utatur (puta in Extrema Unctione) auctus erit illicitus, non tamen invalidus. De hoc tamen opportunior redibit disserendi occasio in sequentibus enodandis dubiis: interest modo cohibere sermonem ad illud, quod praesens dubium requirit, et refertur ad materiam Sacrificii, praecipue vero pro eo conficiendo, et in particulis asseruando ad Communionem Fidelibus administrandam. Quilibet panis vel fermentatus sit, vel azimus corruptioni obnoxius est, si diuturno tempore reservetur, praesertim vero si in Arca, vel alia custodia obseratus retineatur. Et quamvis fermentatus magis ac citius, quam azimus ad corruptionem perferat, nihilominus azimus etiam alterationem patitur. Nolo hic immorari in quaestione: num facilius sit, quod citius in aestivo, quam hyemali tempore corruptio eveniat, vel e contra; mihi sufficit, quod sine ullo discrimine, et distinctione, inter varias anni tempestates non liceat ad Communionem Fidelium adhibere particulas, vel a sex, vel a tribus mensibus reservatas, quia uno, vel altero temporis interiecto spatio, facile possunt sacrae species corrumpi, quod omnino vitandum est. Idecirco sacrae, quibus utimur, leges iubent frequenter renovandum esse Sacramentum ad evitandum corruptionis periculum. Et quamvis, ut supra notatum est, citius fermentatum corruptioni obnoxium sit; difficilius tamen in aximo coepta corruptio ex visus sensu cognosci potest; quapropter, ne servatae particulae caepta iam, sed non visu cognita corruptione adhibeantur, easdem frequenter renovari necesse est. Quo enim difficilius corruptio solo intuitu cognosci potest, eo maior adhibenda cautela est, ne id contingat. Nostrum Romanum Rituale ideo praecipit *SSmae Eucha-*

2. « An casu, quo Rector, sive Pastor Ecclesiae praxim illam approbet, nec velit eam re- » Inquire, alii Sacerdotes in eadem Ecclesia in- » servientes possint tuta conscientia in hoc

*ristiae particulae frequenter (Parochus) renovabit, Hostiae vero, seu particulae consecrandae sint recentes et ubi eas consecraverit, veteres prius distribuat, vel sumat.* tit. de SSño Eucharistiae Sacramento §. SSmae etc. Clara est lex; sed quoniam Rubrica tempus, intra quod particulae renovandae sunt, non declarat; aliquis forte putabit, quemque suo pro lubitu facere id posse, dummodo de corruptionis periculo certe non constet. Equidem perperam; primum enim, non expectandum est, quod certe de periculo constet, sed periculum praevinire oportet: dein vero advertendum, quod si particularum renovatio relinqueretur in privatorum arbitrio, ut et interpretatio dictionis *frequenter*, illud perquam facile accidere malum posset, quod, ne fiat, diligentissime curandum est. Praeterea quod generice innuit Rubrica, nec satis clare praecipit, aliis ex fontibus singulariter, nec obscure desumitur. De renovanda enim Sacra Eucharistia habetur Decretum Concilii Turonensis apud Regionem lib. 1. de ecclesiasticis disciplinis cap. 70. Ibi legitur: *ut de tertio in tertium diem semper mutetur, illa a Presbytero sumatur, et alia, quae eodem die consecrata est, in locum substituetur, ne forte diutius asservata mucida, quod absit, fiat.* Rigida forte nimis huiusmodi sanctio videbitur. Non intercedo; neque in expendenda ea sanctione, quae particularem Ecclesiam respicit, est animus me velle immorari. Quae fuerit, et modo sit universalis Latinae Ecclesiae disciplina quaerendum est, nec ab ea declinandum. Audiendus Barruffaldus ad supra notatum Ritualis locum: *Praecipit Rubrica nostra, ut frequenter renoventur particulae, ne in Pyxide, et in Tabernaculo clausae corrumpantur, et sic Sacramentum amplius non adsit, quia, corruptis panis speciebus, cessat esse Corpus Christi. Ista frequentia D. Carolus act. 4. decrevit, ut octavo quoque die ad summum esset intelligenda. Martenius de antiquis Ecclesiae ritibus lib. 1. cap. 5. num. 3. infinita propemodum affert testimonia, quibus comprobatur constantem esse disciplinam Ecclesiarum renovandi particulas semel in hebdomada, vel saltem ad summum de quindecim in quindecim dies. In Concilio Mediolanensi IV. Provinciali; et capite, cui titulus: Quae ad SSimum Eucharistiae Sacramentum pertinent a S. Carolo Borromaeo statutum est: ut octavo quoque die renovetur Eucharistia, et quidem ex Hostiis non ante viginti dies ad summum confectis. Idem saepe alibi confirmat, et praesertim in Instructionibus de ipso Eucharistiae Sacramento. Sic enim inquit: eas (Eucharistiae particulas) octavo quoque die ad summum renovabit... Hostiae autem adhibeantur recentes, et a viginti diebus ad summum confectae. Quod autem non ultra octavam diem particulae pro Communione Fidelium reserventur, expresse mandant passim non recentes modo Synodi, verum etiam antiquiores, praesertim Rotomagensis anni 1072. Can. 6. et Londonensis anni 1257. Can. 2. etc.*

Haud ignoro apud Graecos Eucharistiam in Coena Domini consecratam usque ad annum reservari consuevisse quia apud eos invaluit opinio, quod Eucharistia in Coena Domini consecrata maioris foret efficaciae. Verum Innocentius IV. in Literis Apostolicis ad legatum in Regno Cypri super ritibus Graecorum hunc errorem proseripsit, et reservationis licentiam ad quindecim dies cohibuit. Quamvis vero etiam Clemens VIII. Constituit. SSmus 31. Augusti 1591. Eucharistiae reservationem non ad octo cohibuerit, sed ad quindecim usque dies protrahi posse declaraverit, notandum primo est eam Constitutionem latam fuisse super ritibus Italo-Graecorum: secundo constantem disciplinam omnium Ecclesiarum esse, ut non ultra hebdomadam huiusmodi fiat renovatio. Habemus etiam Sac. Rit. Congregationis Decretum in Conchen. 3. Septemb. 1662. quo idipsum praecipitur: *In renovatione, quae quolibet octavo die fieri debet de Augustissimo Eucharistiae Sacramento, consumi debet tum Hostia, tum etiam particulae, quae existunt in Tabernaculo post sumptionem Sanguinis ante purificationem etc.* Quod si ad quindecim dies protrahatur renovatio, non id reprobandum, culpaque vertendum, quia hoc intra breve tempus haud formido, quod sacrae species corrumpantur. Secus nec Clemens VIII. tempus hoc pro Italo-Graecis determinasset.

» Pastori obsecundare, utendo praefatis speciebus? (1)

II. Facti species « In Parochiis ruralibus, ubi longum faciendum est iter, plerumque portatur SSmum Sacramentum Eucharistiae ad aegrotos, eisque administratur cum Stola super

» vestem communem absque Cotta, sive Superpelliceo. » Quaeritur propterea.

1. « An praxis illa, ubi invaluit, et Ordinarii locorum non contradicunt, retineri possit? Et si negative, quaeritur. (2)

2. « An saltem Sacramentum extremae Un-

Ex his, quae haecenus sunt disputata, recta consequitur, quod si non licet renovationem Sacramenti ultra octo, vel ad summum ultra quindecim dies differre, multo minus fas erit permissos transgredi terminos, et Fidelibus distribuere particulas a sex vel tribus mensibus consecratas. Si Concilium Turonense supra laudatum voluit, ut de tertio in tertium diem Hostiae renovatio fieret, ne diutius asservata mucida evaderet; quomodo ferendum erit, ut particulae reconditae maneant ad longissimum tempus trium, vel etiam sex mensium, intra quod non solum timenda, sed forte etiam iam inducta censenda erit specierum alteratio, et corruptio? Omnino igitur proscribenda et damnanda erat consuetudo, de qua in dubio, et iubendum Parochis Civitatis, et Dioecesis Gandavensis, ut, eliminata corruptela, ad Ritualis Romani Rubricas sese omnino conforment, veluti Sac. Rit. Congregatio omnino faciendum praeceptive decrevit.

(1) Si illicitum est Parochis, et Rectoribus Ecclesiarum Dioecesis Gandavensis reservare particulas pro Communionem Fidelium ad tres usque, vel etiam, quod magis est, ad sex menses ob gravissimam illam rationem, quod infra tam longum tempus potuerint corrumpi, licet, non alterato cosimam illam rationem, quod infra tam longum tempus potuerint corrumpi, licet, non alterato colore et externa superficie, integrae videantur, quod non nisi fallaci sensu visus percipitur, cui proinde fidendum non est; quum inducta corruptio sit, quin oculis pateat, haud poterunt Sacerdotes, qui hoc non ignorantes (ut praesens dubium supponit) easdem, sacram Communionem refici petentibus, distribuere. Eadem quippe militat pro utrisque ratio. Nam, si, ut in praecedenti responso declaratum fuit, damnanda est consuetudo ad longum, et ultra praefinitum tempus reservare particulas, nemini consequenter fas erit easdem Hostias, ac particulas tamdiu reservatas ad Fidelium Communionem adhibere. Igitur vel Parochus, vel Rector ille sit, qui communicat, vel extraneus Sacerdos, qui ad Ecclesiam celebraturus accedit, haud potest id facere, quod ex intrinseca causa damnatum est, et substantialiter praeceptivis, ac omnino servandis Rubricis, Apostolicis Constitutionibus, Decretisque S. R. C. opponitur, quibus districte praecipitur, ne ultra octo, aut ad summum quindecim dies renovatio Sacramenti protrahatur, ne periculum immineat, vel sit distribuendi particulas iam corruptas. Neque vero in re tam gravi licitum, vel illicitum ullo modo pendere potest ab approbatione, vel improbatione, consensu, aut dissensu Rectorum et Parochorum. Non enim agitur de re, quae uno, alterove modo fieri possit, sed de Eucharistiae distributione, quae non amplius adest, sed adesse cessat sub speciebus, quae corruptionem subierint. Ac propterea non expectanda certa inceptae corruptionis signa, sed ad avertendum malum satis est periculum; ideo determinatum est tempus faciendae renovationis. Igitur responsio data ad praecedens dubium afficit aequae Rectorum et Parochos, ut etiam Sacerdotes, qui non ignorant pravam, et Rubricis contrariam consuetudinem, quae viget in Dioecesis Gandavensis Ecclesiis. Si Sac. Congregationis mandatis (quod absit, ut futurum credam) aliquis sit ex iisdem Rectoribus, et Parochis, vel Sacerdotibus, qui adhuc in retinenda reprobata, ac damnata consuetudine persistere velit, sciat gravi reatu fieri obnoxium. Quod enim est intrinsece illicitum, nullo modo, nullo sub praetextu, nullo colorato motivo licitum evadere potest.

(2) Si omnia, quae Ritualis Romani Rubricae servanda iubent, adamussim tenenda sunt, multo magis ab iisdem non est recedendum, quae respiciunt Sacramentorum administrationem. Altera autem ex generalibus regulis, quae sub titulo *de iis, quae in Sacramentorum administratione generaliter servanda sunt*, altera est, quae sequitur: *In omni Sacramentorum administratione Superpelliceo sit indutus* (Parochus aut Sacerdos quilibet, qui administrat) *et desuper Stola eius coloris, quem Sacramenti ritus exposcit*. Quae regula exceptionem dumtaxat patitur in Sacramento Poenitentiae ministrando, quia facile contingere potest, ut, aut pro re nata tempus non suppetat sumendi

» etionis cum stola tantum administrari pos-  
» sit? » (1)

III. Facti species « Sacerdotes Curam anima-  
rum exercentes pro sua commoditate apud se

Superpelliceum, et Stola; vel alia intercedat rationabilis accidentalis causa dispensationis, et excusationis. Sed de hac generalis regulae exceptione quaerendum modo non est, quum quaestio omnis in eo sit, an retineri possit praxis, ubi invaluit, deferendi ad infirmos, eisque administrandi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum cum Stola supra Vestem communem sine Superpelliceo. Ad hunc reprobandum abusum satis esset regula generalis, cuius supra mentio facta est: verumtamen alia est Rubrica specialis *de Communione ministranda infirmis*, in qua sic legitur: *Deferri autem debet hoc sanctum Sacramentum ab Ecclesia ad privatas aegrotantium domos decenti habitu superposito, mundo velamine, manifeste, atque honorifice etc.* Decentia autem haec quoad habitum non ad Vestis cuiuscumque usualis, et communis minorem, vel maiorem pulchritudinem, elegantiam, decus referri debet, sed ad illam, quae ecclesiasticorum indumentorum propria est, quaeque Sacramentorum administrationem deceat, eique ex praefata generali regula convenit, necnon sacro Ministro Sacramentum deferenti. Nova non est huiusmodi Vestium differentia, imo antiquissima, nec repudianda illorum sententia est, qui censent in ipsis Ecclesiae primordiis, Apostolicisque temporibus duplicem fuisse Vestem, aliam scilicet ad communem usum, aliam ad ministerium, et officium. Sed modo non interest de hoc disputare. Vel Vestium distinctio fere ab Ecclesiae exordio repetenda sit, vel aliquando post fuerit inducta, certum tamen est, eandem esse multa antiquitate praestantem. Sed qualis esse debeat decens hic habitus infra a Rubrica declaratur: *Ubi vero convenerint, qui Eucharistiam comitaturi sunt, Sacerdos indutus Superpelliceo, et Stola, et, si haberi potest, Pluviali albi coloris, Acolythis, seu Clericis aut etiam Presbyteris (si locus ferat) Superpelliceo pariter indutis comitatus etc.* Superpelliceum igitur, et Stola in praecepto sunt, Pluviale vero in arbitrio et more. Neque sit quispiam, qui aucupando verba, et eorundem pervertendo sensum, interposita illa dictione (*si locus ferat*) abutatur, et ad Sacerdotem Sacramentum deferentem referat id, quod respicit dumtaxat Pluviale, Acolythis, Clericos, aut etiam Presbyteros comitantes, quos Rubrica exoptaret (insinuando, non praecipiendo) Superpelliceo indutos incedere. Quod si ecclesiastico hoc indumento optat Rubrica indutos esse Sacerdotes, aut Clericos comitantes, suspicari possumus, fas esse consuetudinis praetextu non adhiberi Superpelliceum a Sacerdote Sacramentum deferente, quamvis praeceptiva sit prima Rubricae pars, quae eundem respicit; directiva vero, et facultativa pars altera, quae ad Sacerdotes, et Clericos comitantes refertur? Praeterea, erit forte nonnemo, qui reponat, non haec omnia semper, et necessario esse in praecepto, et excipiendum esse casum, in quo locus fiat alicui indulgentiae non sumendi Superpelliceum, si nempe longius, aut difficiliter iter obeundum sit, ut in dubio proponitur. Errat quammaxime qui ita opinatur; quippe casum hunc Rubrica non praeterit, imo modum in eo servandum praescribit. En verba: *Quod si longius, aut difficiliter iter obeundum sit, et fortasse etiam equitandum, necesse erit vas, in quo Sacramentum defertur, bursa includere, et ita ad pectus alligare, atque obstringere, ut neque decidere, neque Pyxide excuti Sacramentum queat:* ex quibus Rubricae verbis colligitur, modum dumtaxat praescribi, quo Sacramentum decenter deferatur, ne vel decidat, vel Pyxis excutiatur: quoad Superpelliceum, et Stola nulla fit limitatio, aut exceptio. Quod si quando longius est iter, et difficiliter, dispensandum Parochum voluisset Rubrica a delatione Superpellicei, et Stolae, hic erat locus apposite id adnotandi. Hoc notatum non video; igitur in hoc contemplato casu per istam Rubricae declarationem, nihil detractum est alteri supra relatatae, quae iubet Superpelliceum, et Stola assumendam a Parocho, vel quoque Sacerdote Viaticum deferente, et ministrante. Si mei ita ferret Instituti ratio, longe plura addere hic possem, sed brevitati consulturus, quae dixi satis esse arbitror, ut evincam S. C. proposito dubio respondendo *negative, et eliminata consuetudine servetur Ritualis Romani praescriptum*, eidem Rubricae adhaesisse, eiusdemque sensum declarasse.

(1) Eadem responsio convenit alteri huic dubio. Rubrica namque ordinem, ritumque praescribens:



IV. Facti species: « Sacra Olea in Coena » Foraneos, qui ea distribuunt Pastoribus suo-  
 3\* Domini benedicta trasmittuntur ad Decanos » rum Districtuum. » Quaeritur.

licet deceat lampadem ardere, ubi sacra olea asservantur, decentia tamen minime secumfert obligationem, et praeceptum. Haud praetereunda sunt quae S. Carolus Borromaeus ecclesiasticae disciplinae post Tridentinum Concilium Restaurator, et Assertor eximius quoad rem hanc sapienter constituit pro sua Mediolanensi Ecclesia. In III. Provinciali Concilio, et praecise in capite de iis quae ad sacramentalia, et Sacramenta pertinent statutum lego, *ut sancti Chrismatis, et sancti Cathecumenorum Olei (idem intelligendum de altero infirmorum) vascula non alibi, sed in Ecclesia religiose adserventur in Ciborio aliove eiusdem Ecclesiae certo constituto loco, quem Episcopus comprobaverit.* Hic autem *Ciborium*, ne forte accipias pro Tabernaculo, in quo SSmum Sacramentum adservatur, sed intelligi debet pro Custodia separata, clave claudienda. Clare id patet ex alio eiusdem Provincialis Concilii loco, ex capite scilicet *de iis quae ad SSmum Eucharistiae Sacramentum pertinent*, in quo statuitur, ut Tabernaculum pro sacra Eucharistia asservanda vacuum sit. En verba: *Omnino Sacra Eucharistia cum suo vase in eo dumtaxat servetur, aliud praeterea nihil.* Synodus etiam Ferrariensis expressius locum designat, in quo oleum infirmorum decenter, et caute sit custodiendum: *Fenestrellam propriam, atque ad hoc unice praeparatam habere debet sanctum Oleum infirmorum, quam nonnulli vocant Armarium. Propria ista debet esse haec fenestrella in parte Ecclesiae ad cornu Evangelii, seu in quo adsit Tabernaculum cum SSma Eucharistia.* Atque id est universaliter receptum; et bene stat, quia frequenter accidit, ut, dum Viaticum infirmo deferendum est, Oleum etiam infirmorum pro sacra unctione deferendum sit; quemadmodum expedit, ut prope baptismalem Fontem custodiantur cum Chrisma tum Oleum Cathecumenorum, quia adhiberi debent in sacro ministrando baptisate.

Quod si in Pontificali Romano praecipitur, ut iuxta sacrorum Canonum dispositionem sacra olea custodiantur, utque Episcopus diligenter curet, ne Presbyteri in iis caute custodiendis negligentes sint: si Custodiae locus designatur, vel in Ecclesia, vel in Sacrario: si eadem Custodia clave est claudenda, *ne*, ut praecipit Rituale Romanum, *ab aliquo nisi Sacerdote temere tangatur, aut eis sacrilege quispiam abuti possit, ut nulli (ita in Pontificale) sub praetextu medicinae, vel maleficii tradere praesumant,* fas ne erit privata in sua domo, ut Parochi oleum infirmorum detineant? Si ita fiat, dici ne poterit reverentiae, et decentiae satis provisum? Dici ne poterit sic custodiri, ut nullum sit periculum, quod a laicis tangatur, aut quod, absente Parocho, sacrilege aliquis illo abuti non possit?

Eoque magis quia idem Rituale Romanum praecise agens de oleo infirmorum, illud custodiri praecipit *in loco nitido, et decenter ornato*, ad quae verba notat Baruffaldus, *hoc oleum suum habere debet repositorium separatam a quocumque alio loco, nam neque in Fonte Baptismali, neque in Tabernaculo, neque in Reliquiarum Sacrario, custodia reponi debet.* Huiusmodi locum in Ecclesia ponit, apteque distinguit aliens, *debet esse . . . in pariete Ecclesiae ad cornu Evangelii Altaris maioris, seu in quo adsit Tabernaculum cum SSma Eucharistia . . . eius altitudo a terra sit quanta sufficiat ad commodam (fenestrellam, quae custodiam claudit) aperiendam, sine ope vel scalae, vel suppedanei . . . ostium habeat ex ligno, quod bene claudat cum sera, et clave . . . et subtus literis maiusculis haec verba legantur: SANCTUM OLEUM INFIRMORUM.*

Eritne igitur vel nunquam, vel aliquando licitum sacrum oleum domi retinere? *Passerinus cap. 9. num 102.*, quem sequitur *Barbosa*, non bene agere putat Parochum dubitantem de nocte se fore pro infirmo periclitante vocandum, si Vespere ferat oleum ad suum cubiculum, ut vocatus expeditior procedat; vel si de nocte reversus ab administratione Sacramenti, oleum non reponat in consueta fenestrella, seu reposito Ecclesiae, sed retineat in cubiculo usque mane: verumtamen gravis eum piaculi minime damnandum putat, dummodo non adsit scandalum, vel periculum irreverentiae. Mei Instituti ratio non fert, ut in hac sententia discutienda immorer. Dato autem, quod in

1. « An Decani distributionem differre possint usque post Dominicam in Albis? » (1).

casu proposito infirmi periclitantis liceat Parocho per unam noctem, vel partem noctis Sacrum Oleum domi retinere, ut promptius accurrat ad illud morituro ministrandum, ex hac generalis regulae limitatione recta consequitur, ab regulae observantia sine urgentissima necessitate recedendum non esse, proindeque illicitum fore unica tantum commoditatis ratione Sacrum Oleum domi retinere.

Quoniam vero in casu proposito agitur de consuetudine Parochorum, qui pro sua commoditate retinent sanctum Oleum; secus respondendum non erat quam *negative*, hoc est consuetudinem esse reprobendam, damnandam, et eliminandam. Scite tamen S. C. unam posuit limitationem, exceptitque casum necessitatis magnae distantiae ab Ecclesia, sed simul consultum voluit honestae decentiae, tutaque custodiae, quemadmodum exigit Rubricae dispositio.

(1) Sacrorum Oleorum dispensatio nequit differri usque ad Dominicam in Albis, nisi prius nequeat ob locorum distantiam, viarum difficultatem et asperitatem, nec non ob aeris, temporumque vicissitudines, et intemperiem, nec dilationis causa peti potest ab inducta consuetudine, quae potius appellari debet abusus, damnandaque corruptela. Rubricae generales cum Pontificalis, tum Ritualis certam ponunt regulam, ut ante Paschalem solemnitatem sacra Olea per Parochias distribuantur, nisi intercedat altera ex causis superius allatis. Non mihi est animus hic quaerendi, num sacrorum Oleorum benedictio, et consecratio, ceu nonnulli Auctores volunt a *S. Fabiano Pontifice* fuerit instituta, quod probatum non est: sed quoniam de ea mentio fit in magni Gregorii Sacramentario: et in veteri Ordine Romano; ideo sub finem saeculi sexti, vel saltem septimi initium de re liturgica Scriptores volunt saeculo septimo invaluisse morem benedicendi, et conficiendi sacra eadem Olea Feria V. in Coena Domini. Quidquid autem de hoc sit, satis nobis sunt Rituales, et a Sede Apostolica probati Codices, quibus in Sacramentis, et Sacramentalibus uti debemus. Porro Pontificale Romanum titulo *de officio in Feria V. in Coena Domini* notat, et praecipit: *haec die singulis annis benedicitur Oleum Cathecumenorum, et infirmorum, et conficitur Chrisma: iubet vero Rituale Romanum de iis agens, quae ad sancta pertinent Olea, sanctum Chrisma, et sanctum Oleum, quod et Cathecumenorum dicitur, quorum usus est in baptismo, eodem anno sint benedicta ab Episcopo de more Feria V. in Coena Domini.* Huic Rubricae altera succedit, videlicet: *curet Parochus, ut ea suo tempore quamprimum habeat, et tunc vetera in Ecclesia comburat.* Quod autem tempus sit, ad quod referri debeat illud *curet quamprimum*, clare patet ex alia Rubricae dispositione. Cum singulis annis Sabatho Sancto baptismalis Fons sit benedicendus, et in eo nova olea Feria V. in Coena Domini sacrata debeant infundi, ut Rubrica praescribit, et habetur in *cap. Si quis de consecratione distinct.* 4. consequitur curandum esse, ut quamprimum, scilicet Sabbatho Sancto eadem Olea ad Paroecias delata sint. Hoc ex Rubricarum inter se collatis dispositionibus clare deduci, et hanc esse obviam, et legitimam, non arbitrariam interpretationem a sacris Synodis passim confirmatam, quae mandant, ut Parochi ante Paschatis Solemnitatem Sacra Olea petant, et recipiant. Sic Synodus Carthaginensis IV. Canone 36. praecipit: *Presbyteri, qui per Dioeceses Ecclesias regunt . . . a suis (Episcopis) ante Paschatis solemnitatem Chrisma petant.* Idem mandatum legitur in Synodo Vasensi Canone 3. *ut per singula Territoria Presbyteri, vel Ministri ab Episcopis . . . per annos singulos Chrisma petant appropinquante Solemnitate Paschatis.* Adeundus aeternae memoriae Pontifex *Benedictus XIV.* qui sparsam hanc Instit. ecclesiastic. 81. solita sua eruditione doctissime illustravit.

Quod si ex iis, quae huc usque allata sunt clare patet, Parochos teneri Olea Sacra petere, et accipere ante Paschalem Solemnitatem, nisi rationabilis causa intercedat, qua coonestari queat; eruntne sine censura dimittendi Decani foranei, qui sacra Olea iam confecta ex una dumdilatio; eruntne sine censura dimittendi Decani foranei, qui sacra Olea iam confecta ex una dumdilatio; eruntne sine censura dimittendi Decani foranei, qui sacra Olea iam confecta ex una dumdilatio; taxat improbanda loci consuetudine ad Parochos mittere usque ad Dominicam quae in Albis dicitur, differunt? Ex hac autem arbitraria consuetudine, quae legitimam causam non habet, illud concluditur sequitur grave incommodum, ut, si interea contingat baptizari infantem, vel infirmum extrema



V. Facti species: « Multi Pastores accepta »  
 » Sacra Olea apud se deponunt in domibus suis  
 » usque in sequentem diem dominicam; et tunc  
 » cum solemnibus Processione, videlicet cum Cruce,  
 » cum candelis ardentibus sub Baldachino a toto  
 » Clero in habitu portantur ad Ecclesiam, ex-  
 » ponunturque in aliquo Altari cum hymnis, et

» eadem solemnitate portantur ad Fontem Ba-  
 » ptismalem, eique infunduntur: » Quaeritur.

1. « An Pastores recte retineant Sacra Olea  
 » in domibus suis usque in Dominicam rece-  
 » ptionem eorundem subsequentem? » (1)

2. « An sacra Olea cum tali solemnitate in-  
 » troduci possint in Ecclesiam? » (2)

unctione muniri, cogatur Parochus veteribus oleis uti, quod nefas est, dum haberi possunt recentiora consecrata. Si verum est a peccato excusari non posse Parochum, seu Sacerdotem, qui sua culpa negligat, aut sub reprobatae consuetudinis praetextu olea recentia recipere, quibus utatur in administratione baptismatis, et extremae unctionis, eritne a reatu immunis habendus Decanus foraneus, qui sine causa, aut ulla necessitate, differat traditionem Oleorum ad Paroecias, usque ad Dominicam in Albis? Audiendus *Barruffaldus*, qui titulus de sacris oleis haec habet: *Haec Olea debent esse eo ipso anno benedicta . . . si Sacerdos uteretur veteri oleo, peccaret graviter, et quoque puniri debere, etc.* et agens de Sacramento extremae unctionis inquit: *debet esse hoc Oleum illo anno benedictum ab Episcopo in Feria V. in Coena Domini, quia, quamvis Doctores allegati per Clericat. decis. 65. num. 16. concludant valide posse administrari Sacramentum extremae unctionis cum oleo veteri benedicto . . . nihilominus illicite semper fit, quia est contra praecipitum de singulis annis comburendo veteri oleo, et novo consecrando: attamen in casu necessitatis, deficiente novo, poterit adhiberi oleum benedictum vetus iuxta responsum Sac. Congregationis Episcoporum. 20. Maii 1590. apud Gavant. in Manuale Episcoporum verbo extrema unctio num. 10. etc.* Sed non omnis necessitas excusat a culpa, verum illa tantum, quae non oritur ex negligentia, et socordia Sacramentum ministrantis, ideo, ut *Barruffaldus* prosequitur: *Si necessitate non urgeatur Parochus adhibens vetus oleum, non videtur a peccato excusandus . . . quia debet Oleum esse benedictum eo anno, ut praecipitur in cap. literis de consecrat. distinct. 3. Si vero Parochus careat oleo noviter benedicto ob aliquem fortuitum casum, adeo ut ista deficientia absque sua culpa sit, poterit vetere oleo moriturus ungeri, usque dum novum ipsi ab Episcopo transmissum fuerit, etc.* In casu autem proposito ob paritatem rationis haud poterunt excusari Decani foranei, qui cum differant ex una tantum loci consuetudine delationem oleorum usque ad Dominicam in Albis, Parochis dant causam ut, si interea temporis sit Baptismus administrandum, vel moribundus extrema unctione muniendus, veteribus oleis utantur.

(1) Ad primum hoc dubium quaesiti V. recolenda veniunt, quae supra diximus in *adnotat. ad dubium unicum quaesiti III.* Unum dumtaxat addere iuvat. Cum sacra Olea iuxta Rubricarum dispositionem, traditas in Synodis regulas, et doctrinam de re liturgica Scriptorum, nequeant asservari, nisi in Ecclesia, ibique in custodiis respective adsignatis; semper tamen decenti in loco honesto, ac tuto, cuius fenestrella clave sit clausa, ne aperiri queat, nisi a Rectore, vel Parocho, ad quem pertinet, ne excepto quidem oleo infirmorum, licet ad Sacramentum extremae unctionis ministrandum urgeat quandoque ex inopinato improvise casu verae necessitatis, (nisi casus praevius sit, ut supra notatum est) quis non videt locum eo magis sibi vindicare Rubricam quoad sanctum Chrisma, et Oleum Cathecumenorum, pro quorum usu inopinatus dari nequit urgens casus? Clare igitur patet, fas non esse Parocho, vel Rectori sacra Olea sibi tradita retinere domi usque ad Dominicam subsequentem, sed omnino teneri eadem deponere in decenti, tutoque loco intus Ecclesiam ad id destinato.

(2) Quod vero attinet ad alterum hoc dubium, quod respicit solemnitatem deferendi sacra Olea ad Ecclesiam, pravam hanc consuetudinem inductam fuisse non ex alia, nisi ex crassa, ac supina ignorantia, iure existimo. Debetur Sacramentalibus ille extrinsecus honor, qui uni convenit SS<sup>mo</sup> Eucharistiae Sacramento? Nonne Rubrica modum praescribit servandum in deferendis sacris Oleis? Iubet namque deferri debere per ecclesiasticum Ministrum, ut decenter, et reverenter tracten-

3. » An cum tali solemnitate infundi possint » Fonti Baptismali, cui non potuerunt infundi

tur: *Parochus, quantum fieri potest, curet, ne per laicos, sed per se, vel per aliquem Sacerdotem, vel saltem Ecclesiae Ministrum haec Olea deferantur.* Ubi notandum est, quod non absolute praefata Rubrica excludit laicos ab eorumdem delatione, sed monet tantummodo, ne Parochus laico huiusmodi delationem demandet; quia quandoque contingere potest, praesertim in parvis Oppidis, ac Paroeciis ruralibus pro administrando Sacramento Extremae Uctionis, ut alius non sit, nisi laicus, qui bursam cum oleo infirmorum ad aedes infirmi deferat, impedito Parocho, necessitate urgente, spiritualia Ecclesiae subsidia in agone posito infirmo ministrante. Quum igitur Parochus per se nequeat, aliumque non habeat, nisi laicum ministrum Clerici vices fungentem, huic committere cogitur, ut hoc praestet officium. Id tamen, quantum fieri potest, vitandum est. Praeterea tam verum est, quod in delatione sacri olei nulla adhibenda est solemnitas, ut nec locum obtineat in actu administrationis: ideo Ritualis Rubrica monet, quod unica tantum paranda sit candela, quae deinde *accensa ipsi inungenti lumen praebeat*, ad quae Rubricae verba *Barruffaldus* notat: *Candela similiter in promptu sit: nam etiamsi de die ministretur hoc Sacramentum, necesse est, ut adhibeatur lumen non solum ad dignitatem Sacramenti . . . adhibet hoc lumen Sacerdos ad bene discernendas partes inunctas, et ad illas tergendas: ut innuit ipsa Rubrica relatis supra verbis: ipsi inungenti lumen praebeat.*

Item in sacrorum Oleorum confectione Pontificale Romanum Rubrica *de Officio in Feria V. in Coena Domini*, cum ea benedicuntur, et conficiuntur, mensam Mappa ornatam parari praecipit, nullum vero verbum de luminibus in Mensa ponendis facit, et duo tantum lumina assignat hinc inde a lateribus Crucis deferenda, dum e Sacratio pergitur processionaliter ad Chorum pro conficiendo Chrismate, oleo Cathecumenorum, et dum post illorum confectionem ad Sacratio deferuntur. Aliud revera est ipsa Oleorum benedictio, et consecratio quae solemniter fit, pro quorum confectione Missae Sacrificium, inter cuius Solemnia conficiuntur, abrumpitur, aliud vero simplex illorum delatio, vel ad Ecclesiam, vel ad Fontem. Et si pro illorum consecratione praescribuntur lumina, quae quidem non in Mensa, sed a Crucis lateribus deferuntur, quaeque praescripta dici possunt pro actu processio- nis, et Cruci assignata videntur; haud quidem sequitur maiorem Solemnitatem in simplici praedicta illorum delatione servandam esse. Multo autem minus fas est eadem solemnitate portantur ad Fontem Ecclesiam, ubi exponuntur in aliquo Altari cum hymnis; et eadem solemnitate portantur ad Fontem baptismalem, eique infunduntur, ut fit a multis Pastoribus Gandavensis Dioecesis, ut in Quaesito. Quis autem ignorat non aliter ritus esse servandos, sed eo modo dumtaxat, quem Ecclesia praescribit? Modus autem qui servatur ab aliquibus Gandavi nedum perperam inductus est praeter et contra Rubricae dispositionem, sed, quod gravius est, damnandum in errorem rudem populum potest inducere, qui, cum videat sacra olea tanta solemnitate deferri, et sub baldachino, ac in Altari exponi, in falsam opinionem veniat, quod sacris oleis non reverentia dumtaxat, sed et cultus debeatur, qui uni SSmae Eucharistiae Sacramento debetur (recole si placet quae de baldachino adhibendo diximus in adnotat. ad decret. Novarien). Aliud est quod sacrum est, et Sacramentalibus adnumeratur revereri, aliud vero colere, hoc est adorare, et extrinsecas illas solemnitates adhibere, quae uni conveniunt Augustissimo Eucharistiae Sacramento. Neque reverentia confundi hoc sensu cum cultu debet, ut unum pro altero accipiatur: quae distinctio in distinctis etiam actibus, externoque apparatu, quae indicia sunt interioris animi sensus, omnino conservanda est. Iam vero cultus, sive adoratio non Sacramentorum materiae, non Sacramentalibus generice, sed Sacramentorum Auctori debetur. Quod si non veneratio solum, sed et cultus quidem Patriae Eucharistiae Sacramento praecipitur, Christo ipsi praestatur, qui sub panis speciebus occulte quidem, sed realiter in hoc Sacramento adest. Ex hoc ipso non omnia Sacramenta aequalia sunt, quemadmodum sacra Tridentina Synodus definivit *Canone 12. Sess. 6. de Sacramentis*, quo anathema dixit contra eos, qui pari inter se dignitate omnia Sacramenta esse dicerent: *Si quis dixerit haec septem Sacramenta ita*

» in Vigilia Paschatis, cum tunc necdum haberi  
» potuissent? » (1)  
Tandem quaeritur:  
« An Benedictio cum Indulgentia plenaria,

» iuxta Constitutionem Benedicti XIV. *Pia Mater*  
» 5. Aprilis 1747. impertienda sit pueris, qui,  
» defectu aetatis, primam Communionem necdum  
» instituerunt? » (2)

*esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit.* In Sacramento enim Eucharistiae praeter gratiam, quae a Sacramento confertur, Auctor ipse gratiae et adoratur, et recipitur, in quo differentia et maior prae aliis Sacramentis dignitas est posita.

Puto autem a vero non aberrare si quis arbitraretur hanc ob ipsam rationem, ne scilicet in errorem populus inducatur, neve falso fideles existiment sacro oleo deberi cultum, et adorationem, quae uni convenit Eucharistiae, sine luminibus accensis, sine Campanae sonitu vas olei infirmorum deferri debet sacculo coloris violacei inclusum. Nonne enim hanc rationem innuit Rubrica districtae praecipiens occultam esse debere eiusdem olei delationem? Agens quippe de casu, quo infirmus ad exitum vitae properet et sanctum oleum una cum Viatico deferri debeat: *Si tamen, inquit, alius Presbyter, vel Diaconus, qui oleum sanctum deferat, haberi possit, per ipsum deferatur, qui Superpelliceo indutus cum oleo sacro occulte delato sequatur Sacerdotem Viaticum portantem.* Ad quae verba notat *Barruffaldus*: *Verum est, quod si ceteri, et diversi alii ecclesiastici Rubrica, debet occulte deferri.* Nam si alios inter distingueretur Sacerdos, vel Diaconus oleum sanctum deferens, rudis populus facile posset reverentiam cultumque confundere, eandemque venerationem exhibere cum Sacramento, tum sancto oleo. Neque praetereundum est S. R. C. responsum, quo praecipitur in delatione olei sancti ad infirmos nullam extrinsecam solemnitatem esse adhibendam. Quum enim delatum fuisset, *Sacerdotes Ecclesiae S. Nicolai ad infirmos deferre solitos Mannam solemniter Superpelliceo indutos cum luminibus, et lanternis, ac si Sacramentum extremae unctionis ad infirmos deferrent;* Sac. Rit. Congregatio expresse reprobavit huiusmodi morem, nedum quoad Mannam, verum etiam quoad Oleum infirmorum: *Non modo Mannam S. Nicolai, sed neque extremae unctionis Oleum solemniter cum Superpelliceo, et lanternis ad infirmos deferendum esse.* Ita die 28. Ianuarii 1606. Sed de hac re iam satis.

(1) Ab hoc tertio dubio me paucis expedio. Nam repetenda hic forent quae dicta iam sunt. Nulla enim ratio occurrit; qua posita, queat adprobari solemnitas quoad infusionem sacrorum Oleorum in Fontem baptismalem; si eadem haberi nequiverunt Sabatho Sancto, dum sacra actio benedictionis aquae peracta fuit. Auctores liturgici agentes de hac oleorum infusione dilata ad aliam diem, nullam solemnitatem memorat adhibenda, multoque minus locum sibi vindicare potest illa, de qua in dubio proposito. Sed quid opus est liturgicos Scriptores consulere, si expressam habemus S. R. C. declarationem in *Lucana ad dub. 3.* hisce verbis conceptam: *An fas sit Parochis uti in collatione Sacramenti Baptismatis aqua in Ecclesia Matrice, aut Plebanali benedicta, cui privatim, et separatim, et non in ipso actu benedictionis baptismalis Fontis fuerint infusa Olea sacra? En responsum: Parochi ex Matricis Fonte aquam, cui sacra Olea iam fuerint commixta, suscipere debent, quam adhibeant in Baptismi collatione. Qui vero ante Fontis benedictionem sacra olea recipere non potuerunt, illa subinde PRIVATIM, ac SEPARATIM in aquam mittere poterunt.* Ita sub die 12. Aprilis 1755. Si privatim ex praefato responso sacra olea infundenda sunt, nonne eliminanda est quaelibet extrinseca solemnitas?

(2) Dubium hoc postremum, in quo quaeritur: *An benedictio cum Indulgentia plenaria iuxta Constitutionem Benedicti XIV. Pia Mater 5. Aprilis 1747. impertienda sit pueris, qui defectu aetatis primam Communionem necdum instituerunt:* potius pertinet ad facultatem theologicam, quam ad liturgicam. Sed quoniam Sacra Congregatio de hoc etiam rationem habuit, eidemque definiendo, respondit; et ego quoque in eodem elucidando tantisper immorabor. Praemitto de illis rem hic esse,

Et eadem Sacr. Rit. Congregatio, requisita prius sententia in scriptis unius ex sacrar. Apostolicar. Coeremoniar. Magistris, typis etiam vul-

gata, ad relationem Em̃i, et Rm̃i D. Card. Palotta Ponentis, respondendum esse censuit: in omnibus iuxta Votum: nimirum.

qui possunt per aetatem, malitiam, et conditionem peccare, ideoque Indulgentias lucrandi idonei putentur, et sint, licet nondum censeantur capaces ad sacram Communionem percipiendam. Nam quum Indulgentiae idea aliam praesupponat peccati, quod remissum sit quoad reatum culpae, sed supersit remittendum quoad reatum temporalis poenae; ideo Indulgentia sive partialis sit, sive totalis, seu plenaria, quum aliud non sit, nisi remissio temporalis poenae pro peccatis actualibus quoad reatum culpae iam remissis, hinc si quis per aetatem patrare nequit, nec culpae ignoscendae capax esse potest, proindeque nec poenae temporalis, ac consequenter neque eius remissionis, sive Indulgentiae, quia deest actuale subiectum. Hoc ad rectam rei, de qua agitur, intelligentiam, et ad omnem ambiguitatem, aequivocationemque vitandam breviter praemisso; ad propositum dubium venio. Quum Indulgentia in sensu, quo accipienda est, non culpam respiciat, sed poenam, quia eius subiectum est poena remittenda quoad illos, qui a reatu culpae fuerunt absoluti, ea concedi omnibus poterit, qui adhuc poenae temporali pro qualitate dimissae culpae sunt obnoxii, seu, quod idem est, peccatores quacumque in aetate sint constituti, omnes temporalis poenae remissionis generice capaces sunt, et Indulgentiam obtinere possunt, dummodo sint rite dispositi. Enim vero ad acquirendum Indulgentiae bonum, iniuncta opera implenda sunt, inter quae si de plenaria res sit, ut plurimum adnumeratur sacrae Eucharistiae sumptio. Non est mihi animus hic enumerare casus, in quibus forte plenariae Indulgentiae fructus acquiri possit, etiamsi praemissa non fuerit sacramentalis Communio. Inquiri dumtaxat debet, num pueri doli capaces, sed nondum ad Communionem sumendam per aetatem idonei ad plenariam Indulgentiam lucrandam in vitae exitu admitti possint, etiamsi sacra Dape non fuerint refecti. Omnis tolli videtur dubitandi ratio ex Constitutione supralaudata Benedicti XIV.; legitur quippe in eiusdem exordio: *Pia mater Catholica Ecclesia de aeterna filiorum suorum salute in primis sollicita, quum hanc intelligat ab extremo ipsorum mortis articulo potissimum pendere, nunquam praetermisit omnibus eos subsidiis, pro huiusmodi temporis necessitate, opportunis iuvare, atque instruere, tam iis nimirum, quibus opus esset ad aeterna praecavenda supplicia, quam quae apta, et salubria forent ad evitandas poenas temporibus praefinitas, quas in altera vita humanis plerumque spiritibus, etiam dimisso mortalis culpae, aeternaeque poenae reatu, in purgatorio igne luendas, manere non ignorat.* Clare hic dicitur quod, absolute generica universalis Ecclesiae cura sit de aeterna filiorum suorum salute, et remissione temporalis poenae, nulla facta inter filios exceptione. Omnes igitur ex generali verborum expressione *omnes Ecclesiae filii*, qui peccaverunt, quique temporali poenae post dimissum mortalis culpae reatum lucrandi Indulgentiam capaces censi debent, iis minime exceptis, qui ob aetatis dumtaxat defectum nondum sacram Synaxim receperunt. Hi namque, ut adulti, filii sunt piae matris Ecclesiae, iidemque in mortis articulo constituti esse possunt, proindeque obnoxii temporali poenae luendae ob aliquam culpam, forte malitiam praeviente aetatem (utinam non raro accideret) admissam, sed iam debita poenitentia expiatam. Ut autem clarius pateat, generaliter omnes, qui peccaverunt, nulla facta aetatis distinctione, in praefatis *Benedicti XIV.* Literis comprehendendi fideles, itaut nemo temporali poenae subiectus post culpae remissionem ab Indulgentia obtinenda excludatur, alia proferam, quae in iisdem Literis habentur. Postquam enim sapientis-obtinenda excludatur, alia proferam, quae in iisdem Literis habentur. Postquam enim sapientis-

simus Pontifex graviorum recensuerat quorundam criminum absolutionem reservatam vel uni dumtaxat Romano Pontifici quoad Universum Orbem, vel Episcopis in propriis Dioecesibus, subdit regulae generalis limitationem, casumque excipit, si proximae mortis immineat periculum. En verba: *Attamen adveniente unicuique Fidelium supremo migrationis die, omnes huiusmodi absolutionum reservationes cessare etc. Praeterea cum in Ecclesia immensus, et inestimabilis existat thesaurus spiritualis . . . hoc semper summo studio curarunt Praedecessores nostri Romani Pontifices, ut illius*

Ad 1. Quaesiti I. « Negative, et eliminata consuetudine, servetur Rubrica. »  
 Ad 2. « Negative. »

Ad 1. Quaesiti II. « Negative, et eliminata consuetudine, servetur Ritualis Romani praescriptum. »

*divitias in moribundos Fideles diffunderent, et maxima omnium amplitudine, quae Indulgentia plenaria nuncupatur, cuiusque impertiendae ius in Apostolica Sede unica residet . . . nec ullus in Orbe Terrarum angulus esset, ubi Catholicae Religionis professoribus huiusmodi adiumenti copia deesset pro extremo illo momento, quo ipsorum salutis causa in discrimen adducitur.* Ex relatis Literarum Apostolicarum verbis rite inter se collatis, erui posse videtur, Ecclesiae curam fuisse, et esse, quemadmodum ab omnibus quibuscumque culpis quemque peccatorem in mortis articulo absolvere, quaecumque reservatione cessante; ita et Indulgentiae thesaurum eodem mortis articulo omnibus aequè concedere. Atqui quoad culpas, earumque absolutionem nulla ponitur exceptio, nulla etiam exceptio fit, ut esse debet quoad impertiendam, obtinendamque Plenariam Indulgentiam. Verum exceptio esset in casu, si illi, qui Indulgentiam obtinendi capaces forent, utpote poenae temporalis rei, per sacrae Communionis defectum ob immuneram aetatem ab ea lucranda excluderentur. Ne igitur exceptio, ubi non est expressa, ponatur; dicendum erit etiam pueros, de quibus in dubio, per verba illa *omnibus etc. moribundos Fideles etc. Catholicae Religionis professoribus etc.* comprehendi. Secus, si diceretur, dici posset eos tamquam filios, et Catholicae Religionis professores, quibus adiuvandis Ecclesia magnopere studet, quoad huiusmodi effectum, haud esse considerandos. Id quod contra Ecclesiae spiritum foret, quae in omnes large diffundit, quae spirituali saluti proficiunt, et alienum esset ab ea charitate, qua omnes indistincte, peramanter filios complectitur.

Plura etiam alia leguntur in Literis Apostolicis, ex quibus nullam in subiectis ad Indulgentiam hanc acquirendam idoneis exceptionem faciendam patet, quae satis, superque tantum hic referre erit, cum eadem prorsus de his, ac de illis ratiocinatio possit institui; cum aequè generalia sint verba, et indiscriminatim omnium Fidelium mortis articulum, et thesaurum Indulgentiae in tanta communi aequè omnium necessitate impertiendum respiciant. Ita ex. gr. quae sequuntur: *A fel. rec. Praedecessorè nostro Alexandro PP. VII. . . . indultum fuit, ut Christifidelibus in mortis articulo constitutis benedictionem cum Indulgentia plenaria impertiri valeant.* Quid plura? Clariora etiam sunt, nullamque admittunt exceptionem, quae post pauca subdit: *Ut enim multas praetereamus concessionones Indulgentiae plenariae morientibus Fidelibus INDISTINCTE applicandae:* quid ad rem nostram aptius? Si **INDISTINCTE** morientibus Indulgentiae plenariae concessionones sunt applicandae; nullus ergo excipiendus videtur, qui concessionis eiusdem capax esse possit. Sed illi, qui sacram Communionem nondum receperunt, idonei esse possunt, eo quod, dimissa culpa, superest adhuc poena temporalis ab iisdem pro qualitate culpae luenda; ergo haud ab generali Indulto excipi debent, ac proinde applicari iis quoque poterit in mortis articulo benedictio cum adnexa Indulgentia.

Demum sapientissimus Pontifex Episcoporum excitat sollicitudinem, ne sinant moribundos tanto beneficio privari, imò et eos monet, ut etiam personaliter ad aegrotos accedant. Postquam enim Episcopis, aliisque Praelatis inferioribus, sed iurisdictionem in suis Territoriis habentibus, facultatem fecerat alios subdelegandi, declarat: *Non id propositum nobis fuisse, ut eos prorsus eximeremus ab hoc paternae charitatis officio per se ipsos adeundi miseros aegrotos plenariae absolutionis in extremo articulo adipiscendae cupidos; sed ut eorum pietatem opportune iuvaremus, ne, dum ipsi aliis pastoralibus curis detinentur, dolore debeant commissos sibi fideles hoc tanto spirituali beneficio destitutos ex hac vita migrare.* Quod si neminem ex hac vita discedere curandum est Episcopis, quin tanto Ecclesiae thesauro gaudeat, neque illi eo privandi sunt, de quibus in proposito dubio ratio habenda est. Praeterea in praevia instructione ad formulam adhibendam ad impertiendam benedictionem in articulo mortis nulla fit mentio Communionis, sed dumtaxat

Ad 2. eiusdem Quaesiti. « Negative, ut ad proximum. »

Ad Dub. unic. Quaesiti III. « Negative, et servetur Rituale Romanum, excepto tamen casu

magnae distantiae ab Ecclesia; quo in casu omnino servetur etiam domi Rubrica quoad honestam, et decentem, tutamque custodiam. »

Ad Dub. unic. Quaesiti IV. « Negative. »

Confessionis, si aegrotus voluerit confiteri. . . . si Confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de huius benedictionis efficacia, ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat, tum instruat, atque hortetur, ut morbi incommoda, ac dolores in anteaetae vitae expiationem libenter perferat etc.

His omnibus addenda est communis, quae servatur praxis impertiendi benedictionem, cui plenaria Indulgentia est adnexa, etiam illis, qui repentino morbo correpti, sacram Synaxim in extrema illa periodo recipiendi capaces non sunt, si illam petierint, scilicet benedictionem, et indulgentiam, dum sana mente, et integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis etc. Iam vero si necessaria omnino esset sacra Communio, neque Indulgentiam obtinendi idonei essent illi, qui subitaneo morbo correpti, aut deglutiendi facultate privati, aut evomitibus obnoxii, sacra refici nequeunt Eucharistia. Atqui ii capaces censentur, tantoque beneficio nullatenus privantur, si verisimiliter petiissent, dum sana mente, et integris sensibus erant: ex allata propterea universaliter admissa praxi consequitur, Communionem tamquam conditionem omnino necessariam in recensitis casibus non requiri: curiam tanto bono privandi erunt pueri qui, ad percipiendam Eucharistiam, etsi nondum idonei censentur, doli tamen capaces cum sint, aliqua culpa suam foedarunt conscientiam, qua per Poenitentiae Sacramentum remissa, adhuc sunt temporali poenae luendae in hac, vel altera vita obnoxii? Eritne deterior habenda horum conditio, itaut sint incapaces ea Indulgentia, quam pia mater Ecclesia cunctis fidelibus, sine ulla exceptione, vel limitatione, benigne elargitur? Imo potius beneficium extendi ad istos quoque putandum est, quo omnes adulti (dummodo aliud non obstat) capaces sunt, etsi ex allatis impedimentis nequeant Communionem praemittere. Quid insuper? Ideo ad lucrandas Indulgentias plenarias praemitti Communio debet, quia habetur ut opus iniunctum a concedente, qui potest illud, si velit, non apponere; ergo absolute, et simpliciter necessarium non est, et aliquo in casu potest omitti, et omissio impedimento non est lucrandae Indulgentiae, ad differentiam alterius conditionis, ut, expiata conscientia quoad reatum culpae, remittendus dumtaxat supersit reatus temporalis poenae, quum ad id consequendum, fructumque Indulgentiae percipiendum indispensabiliter necesse sit status gratiae. Idipsum colligi posse videtur ex praefatis Apostolicis Literis *Benedicti XIV.* quippe a sapientissimo Pontifice monitos video Sacerdotes, qui in extremo agone laborantibus spiritualia praebent Ecclesiae auxilia: *Ut omni ratione studeant moribundos fideles ad novos de admissis peccatis doloris actus eliciendos, concipiendosque ferventissimae in Deum charitatis affectus, praesertim vero ipsam mortem aequae ac libenti animo suscipiendam.* Quibus in verbis nulla fit distinctio inter infirmum et infirmum, sed omnes veniunt sub generali dictione moribundi fideles: de Communionem vero ne verbum quidem, licet casus (nec infrequenter) dari possit, ut in mortis discrimine potius, et plenaria Indulgentia ditandus fuerit pluribus retro diebus Viatico roboratus, et adhuc capax sit iterum sacra Dape se reficiendi.

Addere hic iuvat aliud argumentum, quod, licet directe easum non respiciat, tantam nihilominus ad illum relationem habet, ut nonnihil prosit ad ea, quae huc usque dicta sunt, confirmanda. Idem Pontifex *Benedictus XIV.* Apostolicis Literis ad Poenitentarios directis, quibus enumerantur facultates per integrum Iubilaei annum Confessariis concessas, alteram has inter ponit, scilicet in aliud pium opus, Indulgentiam Iubilaei lucrandam, commutandi pueris, qui nondum ad Communionem percipiendam videntur idonei. Ibi enim §. 48. sic legitur: *Quamvis iniuncta pro hoc Iubilaeo Communio sit; pueri tamen, qui nondum per aetatem ad propriam Communionem admissi fuissent, neque intra hunc annum sanctum Parochi proprii, vel Confessarii iudicio ad-*

Ad Dub. 1. Quaesiti V. «Iam provisum in responsione ad Quaesit. III.»

Ad 2. eiusdem Quaesiti. «Tollendam esse inductam consuetudinem, et servandas Ritualis Rubricas.»

Ad 3. eiusd. «Iam provisum in praecedenti.»

Ad postremum «Affirmative.» Atque ita respondit, et servari mandavit. Die 16. Dec. 1826.

#### 4624. DECRETUM GENERALE.

Ad tollendos, ac eliminandos abusos, qui irrepserant in Cultus exhibitione nonnullis Dei Servis, qui cum fama et opinione Sanctitatis decesserant, inconsulta Sede Apostolica, ac si essent Beatorum honoribus legitime decorati; sa. me. Urbanus Papa VIII. generalibus Decretis editis anno 1625. confirmatisque die 5. Iulii 1634., providis latis

Legibus certum praescripsit ordinem in hisce agendis Caussis in posterum omnino constanterque servandum. Per hanc tamen generalem sanctionem expresse declaravit: «Se nolle ullum praedictum inferre iis (Servis Dei), qui aut per communem Ecclesiae consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum Scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicae, vel Ordinarii coluntur.» Quoniam vero huiusmodi ab universali Lege exceptionum cognitio ad Sacrorum Rituum Congregationem servabatur, extunc obtinuit consuetudo, ut quoties eorumdem Servorum Dei, qui aliquo ex modis supramemoratis in Cultus possessione reperiri putabantur, Causa ad eandem Sacram Congregationem de-

*mittendi non videantur, censi possunt ab isto iniuncto opere legitime impediti, iisdemque Communionem, in aliud pium opus arbitrio Confessarii praescribendum, commutari permittimus.* Iam vero si pro lucranda Iubilaei Indulgentia pueris Communio in aliud commutatur opus, et ideo commutatur, quia censi debent ab altero iniuncto, Communionem scilicet, legitime impediti; cur non idem de iisdem censendum erit, qui in mortis articulo reperiuntur? Imo pro hisce potior videtur ratio, propter quam tanto beneficio privandi non sint. Quod si ullum est tempus, quo iniunctum Communionis opus, vel in aliud commutetur, vel etiam nec absolute, ut in casu nostro, nec necessario requiratur: illud profecto est, cum maior pro obtinenda luendarum poenarum remissione urget necessitas, et maioribus, ac opportunioribus subsidiis pia Mater Ecclesia Fidelibus omnibus in agone positis succurrere nititur.

Aliquis fortasse erit, qui casum a casu distinguat, haereatque in eo, quod pro Iubilaei Indulgentia obtinenda singularis facultas, et dispensatio quaedam concedatur, quamobrem videtur iniuncti operis commutationem habitam fuisse a legislatore Pontifice, ut necessariam conditionem, quae tamen desideratur pro pueris doli capacibus positus in articulo mortis. At primum advertendum, ea in Constitutione, quae unice versabatur circa facultates Confessariis concessas favore poenitentium, ad effectum dumtaxat consequendi magnam Iubilaei Indulgentiam, ideoque locum non habuisse casum alterum, de quo in praesens est disputatio. Deinde alia attendenda ratio est, quae ponit differentiam. Benedictina Constitutio consulit pueris, qui sani sunt, et capaces ad opus, in quod iniuncta Communionis conditio commutatur, verum, qui in agone positi reperiuntur, plerumque aliud adimplendi opus sunt incapaces; non erit igitur et his succurrendum? Id repugnat curae, et sollicitudini, quam habet pia Mater Ecclesia omnium filiorum, et fidei catholicae professorum, quaque omnes complectitur, et opportunis iuvare vult subsidiis in gravissima illa necessitate. Hinc nil mirum si nulla singularis dispensatio, nulla singularis facultas concedatur, nulla commutatio facienda praecipitur quoad positos in mortis articulo, licet necessaria sit pueris capacibus, et valentibus implere opus, in quod commutata est Communio ad Iubilaei Indulgentiam consequendam.

Sive igitur ratio habeatur finis, quem habet pia Mater Ecclesia in hac impertienda benedictione, et indulgentia, sive eiusdem Indulgentiae subiecti, sive communis cum aliis fidelibus obtinendi Indulgentiam necessitatis ad dimittendas temporales poenas debitas pro peccatis iam poenitentia remissis, sive generalium Apostolicarum Literarum locutionum, sive praxis, quae universaliter obtinet; concludendum videtur, pueros, de quibus in dubio, quatenus illam obtinendi capaces sint, per peccata patrata, et iam quoad reatum culpae remissa, ab hoc singulari beneficio non esse excludendos; quemadmodum Sacra Congregatio in responsione ad propositum dubium declaravit.

ferri contingeret; primum in ordinario Conventu de introductionis Commissione signanda ageretur: qua favorabili Rescripto absoluta, in altero postmodum cogendo, de Cultu, sive casu excepto instrueretur iudicium. Hoc tandem iuxta Postulatorum vota prolato, locum habebat altera Instantia pro Officii et Missae concessione. Ita refert, et docet Benedictus XIV. « De Servorum Dei Beatificatione Lib. IV. Part. II. Cap. IV. et sequen. » atque haec fuit constans Sacrae Congregationis disciplina per bina fere Saecula.

Sed quoniam saepe evenire solet in iis etiam, quae recte sapienterque constituta sunt, diuque incorrupte servata, ut temporis lapsu languescant, sensim immutentur, et diversam formam suscipiant, unde opus, ut obliteratus rigor, si non omni, aliqua saltem in parte ad observantiam revocetur: id quod accidit in praefatis Caussis pertractandis, quae a Papae Urbani Lege excipiuntur. In his quippe novus paulatim longe facilius, et expeditior inductus est ordo sub ea specie, quod antiquus rigor retinendus sit dumtaxat, si, sententia dicta de casu excepto, progredi mens sit ad formalem Canonizationem, non autem, si ut legitimus Cultus adprobari petatur, nisi ad hoc tantum, ad petendum nempe Officium, et Missam.

Quamobrem hanc veteris disciplinae relaxationem non sine aliqua indulgentia, et moderatione coercere exoptantes, Eñi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, serioque recogitantes decere, ut pro casuum diversitate, diversus sit modus, diversaque iudicandi ratio, re mature, diligenterque perpensa in Ordinariis Comitibus sub infrascripta die habitis, unanimes fuerunt in Voto, decernentes, ne in posterum admittantur Instantiae pro concessione Officii et Missae in honorem illorum Dei Servorum, qui sunt aliquo ex recensitis modis in possessione publici, et ecclesiastici cultus, nisi ordine sequenti servato.

Primum in Congregatione Ordinaria proponendum, et discutiendum erit Dubium: « An constet de casu excepto a Decretis sa. me. Urbani PP. VIII. » audito tamen in scriptis Promotore Fidei, cui tradenda erunt originalia, et legalia documenta, ut suas exaret Animadversiones, quibus, si opus fuerit, poterunt Postulatores respondere. Si Patres Eñi Sacrae Congregationi praepositi in affirmativam abeuntes sententiam dixerint constare de casu excepto, locus erit in subsequenti Congregatione novae Instantiae super concessione Officii, et Missae, audito pariter in scriptis Promotore Fidei, velut supra dictum est.

Quatenus vero in aliqua ex Caussis, in quibus adprobatus, auctusque cultus est accessione Officii et Missae, procedi optetur ad formalem Canonizationem, Acta strictim iteranda erunt, ac retinendus antiquus iudicialis ordo, qui in similibus inviolabiliter servatus fuit. Et ita decreverunt, et declararunt, praecipientes mihi infrascripto Secretario, ut Generale Decretum ederem, facto verbo cum SSmo. Die 26. Decembris 1826.

De quibus omnibus, et singulis facta Sanctissimo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. relatione, Sanctitas Sua Sacrae eiusdem Congregationis sententiam adprobavit, et confirmavit, ipsumque generale Decretum praelo tradi, et evulgari mandavit. Die 20. superioris Mensis et Anni.

#### VELITERNEN.

4625.

Sodalitas Vexilliariorum erecta Kalendis Octobris 1348. sedente Clemente Papa VI. in Ecclesia sui Iuris Deo in honorem S. Ioannis Apostoli dicata vulgo in Plagis Civitatis Velitrarum, atque adiuncta Albo Archiconfraternitatis Urbis quarto Nonas Maii 1585., a qua superiori anno piaculari hospitium recepit, fuitque per Urbem ad visendas Basilicas deducta pro Indulgentiis lucrandis, in sua consuetudine atque usu privilegiorum deturbatur a Parochorum Collegio eiusdem Civitatis, qui privative sibi vindicare voluit stolae delationem publicis in supplicationibus, cadaverum associatione etc., neque in iisdem ea uti sodalitates Cappellano permittunt. Ast quum alienum id sit a Praxi Archiconfraternitatis Urbis, qua cum consociatur, scandalisque, ac dissensionibus saepe saepius viam aperiat; recensitae Sodalitatis Moderatores supplices, humillimasque Sacrae Rituum Congregationi preces dederunt, quatenus ipsius consuetudinem, et privilegia, praesertim quoad Stolae delationem a Cappellano faciendam confirmare dignaretur. Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu sub infrascripta die coadunato apud Vaticanum, audita mei infrascripti Secretarii relatione, probe noscens decere, et conveniens esse, ut Confraternitatum Cappellanus a simplicibus Clericis distinguatur, hisce precibus rescripsit: « Detur Decretum in Veliternen. Archiconfraternitatis Sacrorum Stygmatum S. Francisci die 27. Martii 1824. » Et ita servari mandavit etiam ab Sodalitate Vexilliariorum eiusdem Civitatis. Die 16. Decembris 1826.

4626.

#### VELITERNEN.

Sodalitas Beatae Mariae Virginis Charitatis, ac Mortis Titulo modo erecta propria in Ecclesia S. Apolloniae Virg. et Mart. Civitatis Velitrarum,





Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die in Ordinario Conventu pariter coacto, ad relationem Eñi, et Rñi Domini Cardinalis Francisci Falzacappa Ponentis, re mature, diligenterque discussa, audita prius utraque parte scriptis, et voce informante, rescribendum censuit: « Servetur omnino Decretum diei 26. Ianuari 1698. et amplius, et ad mentem. Mens est: Scribatur Eñi D. Card. Archiepiscopo Neapolitano iuxta instructionem secreto communicanda ab Eñi Card. Causae Relatore. » Die 22. Sept. 1827. 4628.

ROMANA  
BASILICAE COLLEGIATAE  
S. MARIAE TRANSTYBERIM.

Kalendis Novembris Anni Incarnationis Dominicae 1824., datis a SSmo Dño Nostro Leone XII. Pontifice Maximo Apostolicis Literis in forma Brevis. *Super Universam*: quoad novam Paroeciarum Almae Urbis Ordinationem, id lege cautum erat, ut Parochis, seu Vicariis perpetuis Basilicarum minorum interea ius tribueretur sedenti inter Canonicos Ordinis Presbyteralis cum ceteris iuribus, privilegiis, praerogativis, et emolumentis, quibus ceteri ex illo ordine fruuntur, ac postmodum consequerentur Canonicalem Praebendam ex communi Massa primo vacaturam. Hic iuris ordo caeteris in Ecclesiis pacifice servatus, ubi primum vacatio contigit, controversiam attulit Capitulo Canonicorum Collegiatae Basilicae S. Mariae Transtiberim. E visis siquidem erepto Sacerdote Basilio Tragnoli illius Ecclesiae Canonico, locus datus est optioni ad Ordinem Presbyteralem primo Canonico Diacono, antequam Hannibal Righi Canonicus Parochus, seu Vicarius perpetuus Praebenda Canonicali potiretur. Qui ex hac optione iniuriam se pati arbitrans, supplicem libellum Sacrorum Rituum Congregationi dedit, ut optionis ius sibi vindicaret. Sacra vero Congregatio iuxta probatum morem, ut hac in controversia procederetur, ab Eñi Domino Cardinali Titulari votum, informationemque requisivit, deinde, iuxta iuris terminos accitis coram D. Secretario tum recensito Canonico-Curato, tum ceteris eiusdem Ecclesiae Canonicis Ordinis Diaconalis, et Subdiaconalis, sequentia inter partes Dubia concordata fuere, nimirum.

1. « An sit locus optioni ad Canonicatum Presbyteralem vacantem Canonico Massa, seu potius privative spectet ad Canonicum Curatum Righi vigore Literarum Apostolicarum? »

2. « An in futuris vacationibus sit locus adscensui eiusdem Canonici Curati, seu potius Diaconi, et Subdiaconi antiquioris possessionis? » Quae postmodum sub infrascripta die Eidem S. R. Congregationi in Ordinario Coetu ad Vaticanum coacto enodanda fuerunt proposita.

Sacra vero Congregatio, audita utraque parte, voce, et scripto, etiam cum responsionibus, informante, mature perpensis allatis rationum momentis, praesertim enunciatis Literis Apostolicis, et earum §. 34. *Id nos maxime contendentes*: ad relationem Eñi, et Rñi D. Cardinalis Antonii Pallotta Ponentis, rescribendum censuit:

Ad 1. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Ad 2. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Atque ita decrevit, et servari mandavit. Die 22. Septembris 1827. Extempore Canonici Diaconi, et Subdiaconi contra hoc Decretum adpellationem postularunt, et coram Domino Secretario Canonicum Curatum iterum evocarunt in iudicium, qui extunc mandavit *proservari post Autumnales Ferias*. Interea temporis idem Canonicus Curatus SSmo Domino Nostro supplicem porrexit Libellum, ut in hoc iudicio iterum coram S. R. C. instituendo, quaedam adhiberentur cautela: SSmus vero propria manu signavit. *Domino Secretario, qui verba faciat*. Factaque ab eodem a Sanctitate Sua ad particularem audientiam vocato, relatione: « SSmus Caussam hanc ad se avocavit, et nihil ulterius innovari iussit. » Die 5. Novembris 1827.

Demum in ordinaria sub infrascripta die audientia SSmus, re mature perpensa « adprobavit, confirmavitque Decretum Sacrorum Rituum Congregationis super controversia editum enunciata die 22. Septembris currentis anni, illudque declaravit MENTI SUAE ESSE CONFORME; ideoque, sublata appellatione, omnino exequendum, et huic caussae perpetuum silentium imposuit. » Die 44. Novembris 1827. (1)

(1) Hoc Decretum nulla indiget declaratione, aut illustratione. Postquam SSmus Dominus Noster Leo Papa XII. quem Deus O. M. diu sospitem, incolumemque servet pro universae Catholicae Ecclesiae bono, declaravit *Sac. Congregat. responsa conformia esse Menti Suae*, nulla superest ambiguitas circa intelligentiam Constitutionis Super universam datae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae 1824. IV. Kalendas Novembris *de nova Paroeciarum Almae Urbis ordinatione*.

4629.

LUCANA.

Parochiales Ecclesiae in Hetruria per Classes ita sunt dispositae, ut Plebs una veluti Matrix plures Parochiales subiectas habeat, quas vocant Classidicas, et quarum Parochi ad Plebem convenire solent Sabbatho Sancto pro Fontis benedictione, receptione, et distributione Sanctorum Oleorum, prout etiam intersunt solemnioribus illius functionibus. Hanc Plebis qualitatem a remotissimis usque temporibus scilicet ab anno 786. in Dioecesi Lucana obtinuit Parochialis Ecclesia S. Georgei nuncupata loci Vico-pelago, etiam postquam sub die 5. Septembris 1544. Capitulo Sanctorum Ioannis et Reparatae Civitatis Lucensis unita, adnexa, et incorporata fuit. Hoc itaque initium nuncupationis Vice-Plebani eius, qui pro tempore curam exerceret Animarum Capitulo propter unionem adiudicatam. Nunc autem quum Plebs iterum proprium ius propriamque iurisdictionem per Capituli suppressionem novissimis perturbationibus factam sibi vindicaverit, Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicarunt illius communis Deputati pro reintegratione Tituli Plebani favore Rectoris recensitae Ecclesiae S. Georgei, eiusque Successorum loco alterius

Vice-Plebani, quo usi sunt, durante unione Plebis cum Capitulo Sanctorum Ioannis, et Reparatae.

Et Sacra eadem Congregatio in ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coacto; visis perpensisque allatis momentis, necnon informatione et voto Rm̄i Archiepiscopi Lucani, re mature discussa, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Domini Cardinalis Antonii Pallotta Ponentis, rescribendum censuit: « Ecclesiam S. Georgei loci Vico-pelago restituendam esse ad antiqua iura Plebaniae, quibus potiebatur ante Unionem. » Et ita decrevit. Die 22. Septembris 1827.

4630.

CALARITANA.

In Beneficiatorum Collegio Metropolitanae Ecclesiae Calaritanae duo adsunt Beneficiati Calatanus Lollìe, et Ioannes Pasero, qui Iuris-Patronatus Beneficio gaudent. Hi sola clericali initiati Tonsura, et anteriores ratione possessionis Beneficiatis in Ordine Sacerdotali constitutis, ob hanc praeferri se Sacerdotibus tendunt. Exorta proinde inter hos, ac Beneficiatorum Collegium controversia de praecedentia, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda sunt proposita, nimirum.

1. « An Decreta in Sutrina diei 13. Iulii 1639.,

Id, quod praesertim respicit dispositionem expressam in §. *Id nos maxime contententes*. Etenim Sacratissimus Princeps datis regulis, mediisque comparatis, quibus Parochi simul possent cum muneris dignitatem tueri, tum diligentius expeditius, commodius Animarum curae incumbere, speciali quodam modo distinxit, novoque auxit honore illos, qui tanquam Vicarii Curati erant constituendi in Patriarchalibus, Basilicis minoribus, ac Collegiatis. Hos namque praeter Parochialis muneris, quod commune cum aliis Parochis exercitium habent, novo auxit decore, et ornamento, decernendo, ut iidem, ac eorum successores nunc, et in perpetuum Patriarchalium Ecclesiarum Beneficiariis Ordinis Presbyteralis accenserentur, ubi primum Beneficaria Praebenda vacasset, similique modo Vicarii perpetui aliarum Basilicarum minorum, et Collegiatarum Canonicatum de Massa primo vacaturum obtinerent. Sed hoc non satis. Iussit insuper, donec vacaret aliqua ex praefatis Praebendis, eosdem illico Stallo, aliisque praerogativis, praeeminentiis, ac insignibus potiri, et gaudere, ut ceteri vel Beneficarii, vel Canonici ex Collegio respective potiuntur, et gaudent. Ex his clarissime patet, quod si Parochus, vel Beneficiarius, vel Canonicus, qui, usque dum honorarius fuit Stallum inter Beneficiarios, vel Canonicos Ordinis Presbyteralis supra ceteros inferioris Ordinis in sua institutione occupavit, licet nondum Praebendam adeptus, postquam hanc consequutus est, factusque verus Canonicus, verusve Beneficiatus, a sede, quam tenuerat, nullo modo, nullo sub praetextu, aut quaesito colore est exturbandus, vel iure ascendendi privatus, quia cuiuscumque Ordinis sit Praebenda vacans, quam ipse obtinuit, vigore tamen praefatae Constitutionis *Presbyteralis* evasit, et uti talis in perpetuum habenda erit. Ideo in hoc peculiari casu ex mente, et voluntate satis expressa Pontificis Legislatoris, qui primus erat in Ordine Diaconali, nequibat ad Presbyteralem ascendere, eo quod huiusmodi ascensus uni competeat Vicario Curato, et alia quaelibet dispositionis Apostolicae interpretatio erronea erat, ac propterea irriti, et inanes actus omnes, qui ex falsa interpretatione sequuti sunt. Sed in re tam clara non interest immorari diutius, postquam Legislator ipse Pontifex Summus hunc sensum esse voluntati suae conformem declaravit.

et in Monopolitana diei 17. Novembris 1674. extendenda sint ad Beneficiatos? »

2. « An propterea competat duobus praedictis Clericis Beneficiatis praecedentia super alios Sacerdotes Beneficiatos posteriores in possessione tam in Choro, quam in Functionibus? Et quatenus affirmative. »

3. « An ipsis Clericis Beneficiatis, postquam Sacerdotes effecti fuerint, reintegratio competat adversus Sacerdotes Beneficiatos posterius provisos? » (1)

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coacto, requisitis Voto et Informatione Rm̄i Archiepiscopi, necnon voto alterius ex Apostolicarum Coeremoniarum Magistris scripto pandito, praeloque cuso, re mature, diligenterque discussa, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Dom. Cardinalis Francisci Serlupi Ponentis, rescribendum censuit: *Iuxta Votum Magistri Coeremoniarum*: nimirum.

Ad 1. « Affirmative in genere. »

(1) Tot sunt Decreta in nostra hae collectione relata, ac in Indice notata, quae dant regulam, controversiasque omnes dirimunt, quae saepenumero super praecedentia exoriuntur, ut frustra hae in re elucidanda immorandum mihi esse censerem. Satis sit unum indicare Decretum Sac. Congregationis Pontificia auctoritate firmatum in *Una Urbis S. Mariae ad Martyres*, quod normam dare debet in similibus. Postquam enim sub die 29. Martii S. C. rem definierat, non acquiescentibus Canonicis Clericis, iterum quaestio reintegrata fuit in altera Congregatione Ordinaria coram SSmo die 27. Septembris 1659. in qua Sanctitas Sua decrevit: *Canonicos Sacerdotes, quamvis possessione Canonicatus posteriores, ubi Praebendae non sunt distinctae, semper, et ubique praeferendos esse Canonicis inferioris Ordinis, etiam possessione Canonicatus anterioribus: Et insuper addidit: non obstante immemorabili consuetudine, quam abusum imperscriptibilem declaravit.* Quisque autem videt, planeque intelligit Decretum hoc tamquam legem generalem habendam esse in posterum omnino servandam. Ridiculum porro est effugium, ad quod Clerici a proposito casu recurrunt, videlicet, quod idem Decretum, et innumera alia, quae deinde prodierunt, loquantur de Canonicis, non autem de Beneficiatis. Par enim militat ratio, et tempus inutiliter tererem, si id demonstrandum susciperem. Satis hoc est quoad primum, alterumque dubium.

Ad tertium quod attinet, quaestionem dirimit S. C. in *una Monopolitana die 17. Novemb. 1674.* in qua legitur a Sac. Congregatione declaratum: *Quod Canonici Clerici, ubi Praebendae non sunt distinctae in Presbyterales, Diaconales, et Subdiaconales, quamvis antiquiores receptione, non sunt praeferendi Canonicis Presbyteris, etiam postquam Canonici Clerici fuerint effecti Sacerdotes, et tunc nec ipsis competere reintegrationem, seu praecedentiam adversus Canonicos posteriores receptione; cum ius semel adeptum ex Sacerdotio nunquam amittatur, non obstante immemorabili in contrarium consuetudine quam abusum imperscriptibilem declaravit.*

Me equidem non latet, duo afferri posse S. C. Decreta, quae dant Clerico reintegrationem, simul ac ei licuerit ad Sacerdotium ascendere. Ita in *una Sanctae Severinae sub die 22. Novemb. 1659. et in Eugubina 15. Sept. 1736.* quibus addi altera potest *Verulana Praecedentiae die 31. Aug. 1757.* Huiusmodi tamen Decreta in casibus particularibus ob disparem rationem proferre non iuvat, prout possem hic demonstrare, nisi id praestitissim in adnotatione ad Decretum in *Terracinen. 5. Martii 1825.* Lege igitur, quae ibi notanda duxi.

Ad 2. « Negative. »

Ad 3. « Negative. »

Et ita decrevit, et servari mandavit. Die 22. Septembris 1827.

4631. ALEXANDRINA.

Quaestio inter Canonicos Ecclesiae Cathedralis Alexandrinae in Subalpinis exorta semel, atque iterum est; an ad Psalmorum Poenitentialium, Gradualium, Officii Defunctorum, et Beatae Mariae Virginis recitationem statutis a Rubrica temporibus, ac diebus teneantur? Aliquibus inter eos denegantibus aliqui affirmant, et diversis, ut quisque suam protueatur sententiam, rationibus innituntur. Totius rationis ratio quum in eo sita sit, ut Apostolicis Literis diei 1. Iunii 1803. Alexandriae Capitulum suppressum, extinctumque fuerit, et in Collegiatam erectum, aliisque similibus Litteris diei 2. Augusti 1817. iterum in Capitulum erectum, per illam suppressionem, omnem consuetudinem abrogatam esse contendant, dum nonnulli illam resumendam esse affirmant.

Ad quaestionem omnem dirimendam infrascriptum Dubium S. R. C. enodandum proposuere Dignitates, et Canonici Cathedralis Alexandriae, nimirum.

« An attentis circumstantiis, de quibus supra, abrogata censenda sit consuetudo recitandi Officium parvum Beatae Mariae Virginis, Defunctorum, Psalmos Graduales, et Poenitentiales in Cathedrali Alexandrina, atque adeo, num Canonici ab iis recitandis soluti sint, eaque propterea Officia persolvere deinceps possint ex sola devotione? »

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu

ad Vaticanum sub infrascripta die coacto: exequisito prius Voto alterius ax Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scripto pandito, praeoque cuso, re mature, diligenterque discussa, perpensisque rationum momentis ab utraque parte allatis, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Domini Cardinalis Placidi Zurla Ponentis, respondendum censuit: *Iuxta Votum*, nimirum.

« Attenta vigente olim consuetudine, teneri Canonicos Officia, et Psalmos, ut in Dubio, recitare, ac servanda esse huius Sacrae Congregationis Decreta. » (1)

(1) Ex Decreto colligimus Cathedralē Ecclesiam Alexandrinam anno 1803. suppressam fuisse, dein vero in Collegiatam commutatam, in quo statu, qualitateque perseveravit usque ad annum 1817., quo tandem a Sa. Me. *Pio VII.* Apostolicis Litteris datis *die 2. Augusti* in Cathedralē fuit restituta, aut noviter erecta, dato in nova Dioecesium circumscriptione eidem Ecclesiae Episcopo. Scire nullatenus interest, num intermedio tempore, quod a suppressione ad reintegrationem, vel novam erectionem computatur, legitime fuerit in veram Collegiatam conversa: illud potius attendi debet, quod Capitulum usquequo existendi Cathedrali inservivit, stetitque Episcopalis Sedes, consuevit Horis Canonicis addere Officium parvum B. M. V., illud defunctorum, Psalmos Graduales, ac Poenitentiales diebus ferialibus, vel recurrente Officio ritus simplicis, iuxta formam praescriptam in Rubricis Breviarii a Sancto Pontifice *Pio V.* reformati. Ab hoc onere adimplendo, extincto Capitulo, cessatum fuit, prout cessarunt iura, aliaque onera omnibus Cathedralibus communia, vel peculiaria, vigore Instituti, et Constitutionum Alexandrini Capituli. Eo tamen reintegrato, vel per restitutionem, vel per novam erectionem reassumenda erat etiam vi praefatae Pianae Constitutionis antiqua consuetudo recitandi Officium parvum B. M. V. etc. nec poterant Dignitates, et Canonici, ut perperam nonnulli opinabantur, se ab eodem onere ita solutos credere, ut ad interruptam consuetudinem redire non tenerentur, eo sub praetextu, quod in Literis Apostolicis reintegrationis, aut novae erectionis de eadem consuetudine reassumenda nulla mentio occurreret. Id opus non erat, et sicuti restituebantur antiqua iura, ita etiam et onera, vel ex lege, vel ex consuetudine, saltem quoad ea, quae respiciunt Divinam Psalmodym in Choro persolvendam. Rationes autem subtilesque argumentationes ab aliquibus productae, ut sese, Capitulumque eximerent a praefato onere, putantes per reintegrationem, vel novam erectionem, ut restitutam praefatam consuetudinem non esse habendam. Merito igitur re delata ad S. R. C., Eminentissimi Patres eidem praepositi nihili habendas esse allatas rationes, et subtiliter deductas argumentationes declararunt, propterea restitutum Capitulum teneri ad recitationem Officii parvi B. M. V. etc., iuxta consuetudinem, quae obtinuerat usque dum Cathedralis Capitulum steterat. Haud prodesse poterat interrupta consuetudo ad sustinendam opinionem contrariam: nam eadem S. C. in quaestionibus hac super re quandoque exortis nihil pendendum morem censuit ab laudabili consuetudine alienum, quacumque ex causa idem fuerit inductus, semperque respondit parendum esse Constitutioni S. Pii V. et Rubricis Breviarii reformati, primaevamque consuetudinem esse restituendam. Ita sub *die 28. Ianuarii 1606. in una Svessae et in Pacen. cum petiissent Canonici, et Capitulum declarari: an tenerentur recitare Officium B. M. V., illud defunctorum etc. prout assignantur in Breviario reformato etc. quae recitari consueverunt ante acceptationem dicti Breviarii reformati, sed non in omnibus diebus in Rubricis postea praescriptis in memorato Breviario reformato, sed in quibusdam tantum diebus, quae consuetudo in desuetudinem postea abiit sub inani praetextu quod Constitutio S. Pii V. non obligat sub poena peccati mortalis.* Responsum fuit: *Teneri in Choro recitare Officium parvum B. M. V. etc. in diebus, in quibus assignantur in Breviario reformato etc. extra Chorum excu-*

Et ita decrevit, et servari mandavit. Die 22. Septembris 1827.

4632. CAMERINEN.

Pene ab immemorabili tempore S. Paulus Apostolus totius Comitatus Flastriae Dioecesis Camerinen ceu Praecipuus Patronus semper est habitus; siquidem de anno 1436. tempore Sa. Me. Eugenii Papae IV., quando efformatae sunt leges, atque in statutum digestae, eius rei memoria extat. Licet itaque nulli umquam in suspicionem venerit Flastrenii in Comitatu hoc ius saeculorum cursu quaesitum Doctori Gentium non competere; nonnulli tamen nuperrime ex Paroecia S. Laurentii illud inficiari authumarunt. Controversia ad hanc Sacrorum Rituum Congregationem delata, informatio, et Votum Rm̄i Archiepiscopi de more requisita sunt. Oppugnatores interim manus victas dedere, atque in partes se receperunt. Ne autem in posterum quid simile eveniat, praesertim ex eo, quod Kalendaristae Dioecesis aliquando

hoc adnotare praetermiserant, ad omnem ambiguitatem de medio tollendam, Eidem Sacrae Congregationi Sacerdos Aloysius Cicotti Rector Abbatialis Ecclesiae S. Pauli recensiti Castrī, ac DD. Eusebius, et Aloysius Conti Deputati eiusdem Parochialis Populi humillime supplicarunt postulantes, ut supremo suo iudicio decerneret S. Paulum Apostolum habendum pro unico praecipuo Patrono in universo Comitatu Flastriae.

Et Sacra Congregatio in ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coacto, visis, perpensisque allatis rationum momentis; necnon informatione, et Voto Rm̄i Archiepiscopi, ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Card. Augustini Rivarola, vice et loco Em̄i, et Rm̄i D. Card. Ioannis Caccia-Piatti Ponentis absentis, rescribendum censuit: *Pro Informante.*

Et ita decrevit, et servari mandavit. Die 22. Septembris 1827. (1)

Factaque de praemissis omnibus SSmo Do-

sari, si . . . non celebrent. Ita sub die 10. Ianuarii 1609. Vide etiam aliud Decretum in Seguntina die 10. Martii 1657. et tandem in Nolana tanto cum rigore id esse intelligendum ab eadem S. C. declaratum fuit sub die 30. Martii 1660., ut mos semel inductus nequeat aboleri per contrariam consuetudinem post Bullam Pii V. introductam, et hunc esse abusum *imperscriptibilem*. Si abusus imperscriptibilis est, quam ratione, colore, ac praetextu poterunt Cathedralis Alexandrinae Dignitates, et Canonici ab onere se censere solutos, cui sese obligaverunt Breviarium reformatum acceptantes?

Ne quis opponat Decretum in Nucerina die 11. Iunii 1629., quo declaratum fuit ab Episcopo *cogi non posse* Nucerinae Cathedralis Canonicos ad recitandum in Choro Psalmos Graduales etc. Nam ea in Ecclesia similis consuetudo non aderat, et nunquam adfuerat, nec propterea novum onus erat imponendum, quo eiusdem Capitulum se gravare nolebat. Igitur Decretum hoc, et si quae sunt alia huiusmodi contradictionem non involvunt, sed inter casus, et casus ponunt differentiam, ut clarius explicatum video ab eadem S. C. in *Pernabucen. die 4. Septembris 1775.*, nam ad dubium haece conceptum verbis: *An Capitulum possit in bona conscientia omittere recitationem Officii parvi B. M. V. in diebus simplicibus, et ferialibus, eo quod tenues sint dictae Praebendae, et nulla adsit consuetudo praedictum Officium parvum recitandi?* respondit. *Officium parvum B. M. V. in diebus simplicibus, et ferialibus, NON ABROGATA TAMEN CONSUETUDINE, QUAE IN CONTRARIUM FORTASSE VIGERET, tuto posse omitti.* Ex hoc responso facile quisque intelligit, quid sit servandum; nam tuto omitti posse praefatam recitationem respondit, quia expositum fuerat *nullam adfuisse consuetudinem*, sed simul Decreto additam voluit clausulam, conditionemque praeservativam: *Non abrogata tamen consuetudine, quae in contrarium fortasse vigeret*: quod idem est, ac si responsum fuisset: *Consuetudinem omnino servandam recitandi praefatum Officium, si aliquando ea in Cathedrali obtinisset.*

Haec adnotanda duxi, non quia Decretum latum pro Ecclesia Cathedrali Alexandrina illustratione indigeret, verum ut ostenderem, quae constans sit Sac. huius Congregationis mens, et sententia, videlicet, quod nullo sub colore, nullo sub praetextu, nulla ex causa recedendum sit a recitatione Officii B. M. V. in Choro, etiam si quaecumque ex causa constet morem a Rubrica praescriptum fuisse interruptum. Ab hoc onere dumtaxat libera esse Capitula, quae nullo unquam tempore illud sibi imposuerunt.

(1) Cum Decretum hoc contumaciae sit, nihil offert quod sit, vel declarandum, vel illustrandum.

mino Nostro Leoni XII. Pontifici Maximo per me infrascriptum Sac. Rit. Congr. Secretarium relatione, Sanctitas Sua Sac. Congregationis Rescriptum adprobavit, et confirmavit. Die 26. recensiti Mensis, et Anni.

4633.

**BUGELLEN.**

A prima Cathedralis Bugellen. erectione constanter observatum fuit illud, quod exactissime congruit Coeremonialis Episcoporum dispositionibus, et Sacrorum Rituum Congregationis Decretis, praesertim in Monopolitana diei 15. Decembris 1632., ut nimirum prima Dignitas fuerit Presbyter Assistens Episcopo solemniter celebranti tam in Festis primae, quam secundae Classis, et diebus Ferialibus, aut Benedictionem Candelarum, Cinerum, et Palmarum peragenti: contra eiusdem pervetustam consuetudinem ex Canonicis dignior ad presens insurgit ab officio Presbyteri assistentis primam ex Dignitatibus excludere tentans, quando Episcopus Vesperas, Missamque

celebrat in Festis secundae Classis, diebus Ferialibus, necnon quando Candelas, Cineres, et Palmas benedicit. Ad dissidia itaque, vel scandala vitanda, Sac. Rit. Congregationi ad Vaticanum in Ordinario Coetu coacto sub infrascripta die duo a Dignitatibus, et Canonicis recensitae Cathedralis proposita fuere Dubia enodanda, nimirum.

1. « Num in Cathedralibus, in quibus Dignitates, et Canonici existunt, prima Dignitas semper debeat esse Presbyter assistens, quando Episcopus Missam, et Vesperas solemniter celebrat, sive hoc peragat diebus primae Classis, vel secundae, vel ferialibus? »

2. « An ipsamet prima Dignitas debeat quoque esse Presbyter assistens quando Episcopus benedicit Candelas, Cineres, Palmas, ita ut dignior Canonicus post Dignitates debeat tantum esse Presbyter Assistens Episcopo non celebrante, sed Vesperis, aut Missae solemniter per alterum Cantatae praesente? » (1)

(1) Quoad assistentiam praestandam Episcopo pontificaliter celebranti, vel in Pontificalibus sacris assistenti Mysteriorum, clara est Caeremonialis Episcoporum dispositio, nec mihi datum est intelligere, unde orta sit, petitaque dubitandi ratio, propter quam duo dubia discutienda, definiendaque Sac. Rit. Congregationi proposita fuerunt. Porro de Presbytero assistente, de quo dumtaxat quaestio est, praefatum Caeremoniale lib. 1. cap. 7. num. 1. ita disponit, et generalem dat regulam: *inter omnes Episcopi ministros, qui ei in Divinis et assistunt, et serviunt, primus, et dignior est Presbyter assistens, qui idcirco debet esse dignior ex Presbyteris tam Canonicis, quam Dignitatibus, qui in Choro cum aliis sedere solent, nec refert, quo nomine nuncupetur, an Archidiaconus, an Archipresbyter, ut digne, et decenter officium suum exercere valeat, et opportune Episcopo rem divinam agenti ministrare possit.* Quid clarius, quid evidentius decerni poterat ad designandam certam personam, quae Episcopo celebraturo praebeat assistentiam? Atqui dignior ex omnibus, qui in Cathedrali Bugellen. sedent in Choro est prima Dignitas, quocumque nomine ab aliis, si quae insuper sunt, distinguatur, palam fit, rectaque consequitur ad ipsam pertinere officium Presbyteri assistentis. Id tam verum est, ut in eadem Caeremonialis dispositione adhibeatur dictio *debet*, quae praeceptum importat, ideo ab hoc exercitio nequit se eximere prima Dignitas, et alteri qui sequitur locum cedere, nisi legitime sit impeditus.

Verumtamen Episcopi non semper Missam in Pontificalibus celebrant, et Vesperas decantant, imo frequentius Divinis cum Cappa intersunt Officiis. Cuiusnam ergo erit hoc in casu munus assistentiae? Provisum id video in eodem Caeremoniali. Ibidem num. 7. « Episcopo vero non celebrante, sed Vesperis, aut Missae solemniter per alterum cantatae praesente, tunc Presbyter Canonicus dignior post Dignitates assistat, prout et duo Canonici Diaconi in habitu canonicali sine paramentis. » Ex hisce Caeremonialis verbis duo deducuntur, videlicet ad Dignitatem spectare assistentiam Episcopo Sacra pontificaliter peragenti, digniori ex Canonicis quando Episcopus suam tantummodo praestat assistentiam, quo in casu tam ipse Canonicus, quam duo assistentes Diaconi in habitu canonicali sine paramentis respectivis officii funguntur.

Praefatis Caeremonialis libri dispositionibus apprime consona sunt S. R. C. Decreta. Cum enim Dignitates Cathedralis Monopolitanae quaesivissent declarari, quis inservire debeat Episcopo solemniter celebranti pro Presbytero assistente, et quis quando Episcopus non celebrat, sed tantum Divinis praesens est? sub die 15. Decembris 1632. respondit: « Aut Praebendae sunt distinctae in Presby-

Et Sacra Eadem Congregatio, exquisito prius voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scripto pandito, prae loque cuso, necnon inspectis Rm̄i Bugellen. Episcopi Informatione,

et Voto, re mature, diligenterque discussa, ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Cardinalis Petri Vidoni Ponentis, respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative. »

» terales, et Diaconales; et tunc Episcopo solemniter celebranti assistere debere pro Presbytero assistente quocumque nomine nuncupetur, dummodo sit in Sacerdotio constitutus; Episcopo vero non celebranti, sed tantum praesenti, pro Presbytero assistente inservire debere digniorem Canonicum post Dignitates. Aut Praebendae non sunt distinctae, et tunc Episcopo sive solemniter celebret, sive Divinis tantum praesens sit, pro Presbytero assistente inservire debere digniorem de Capitulo iuxta dispositionem Caeremonialis lib. 1. c. 7. et 8. » Id ipsum confirmatum fuit in Beneventana, et Nicen. sub die 26. Martii 1671. Omitto alia Decreta, quibus idipsum confirmatur. Atque ita constanter servatum fuit in Ecclesia Cathedrali Bugellensi. At nunquam desunt turbidi ingenii homines, qui dissidias quaerunt, alienaque iura usurpare conantur. Hoc novissime accidit in ea Cathedrali, in qua unus, vel alter ex Canonicis, qui Dignitati assistentiam in solemnioribus dumtaxat competere contendit, et hoc munus digniori Canonico tribuit, si solemnia agit Episcopus in Festis secundae classis, et in benedictione Candelarum, Palmarum, et Cinerum. Iure igitur Dignitates ad sacram hanc Congregationem confugerunt ad iura servanda, quae ex Caeremonialis dispositione ipsis conveniunt, nequaquam Canonicis, nisi in earundem defectu.

Equidem non ignoro eruditissimum Catalanum in eam abiisse sententiam, ut crederet Episcopo celebrante in Festis minoribus, aut Feriis assistentiam competere non Dignitati, sed Canonico, praesertim ubi Ordines non sunt distincti. Verumtamen tanti viri opinio omni destituitur fundamento. Ideo enim ea sequitur, quia talis est praxis Pontificiae Cappellae, quae tamen trahi nequit ad Ecclesiae Cathedrales. Pontificia enim Cappella suos habet peculiare ritus, et caeremonias, nunquam pro aliis Ecclesiis exemplum afferendas, in quibus non Caeremoniale peculiare Augustini Patritii pro eadem Cappella dispositum, sed aliud quod Episcoporum dicimus servandum omnino est.

Iam ergo si Episcopis licet in quibuscumque Festis, ac etiam diebus Ferialibus Vesperas, et Missam pontificaliter celebrare; imo si ad aedificationem Fidelium quammaxime decet, ut Solemnia ipsi agant in nonnullis Festis secundae classis, prout sunt Festa Annunciationis, Conceptionis, Nativitatis B. M. V., Apostolorum, ac etiam alia, quae peculiaria sunt ob populi venerationem, ac pietatem, et in quibus, si lubet, solemniter Episcopus celebrat, servanda omnino sunt quae in Caeremoniali praescribuntur, praesertim cap. 7. Quoniam aut cap. 34. num. 2. libri 2. post enumerata Festa, in quibus decet, ut Episcopus Pontificalia solemniter peragat, additur, vel etiam arbitrio suo in aliis Festivitatibus per annum quodcumque ei placuerit, palam fit, quod nihil immutandum sit quoad Presbyterum assistentem, celebrante Episcopo in Festis etiam minoribus, diebusque ferialibus.

Idem pariter dicendum est, quando ipsemet Episcopus candelas, cineres, et palmas benedicit. Dignitates quippe, et Canonici in his quoque benedictionibus sacra induunt paramenta. Atqui, ut supra vidimus ex eodem Caeremoniali, dignior Canonicorum quando munere fungitur Presbyteri assistentis hoc praestare debet officium in habitu canonicali, et sine paramentis; facile consequitur non ad ipsum pertinere assistentiam in supra relatis sacris functionibus, verum id pertinere ad primam Dignitatem, pluviali assumpto, ad sedem episcopalem accedere, ministrare naviculam, porrigere aspersionum, deindeque thuribulum. Verbo cuncta perstringam. Primae Dignitatis est, vel ea impedita, alterius, quae succedit, praestare assistentiam Episcopo, dum sacra a Dignitatibus, et Canonicis sumi debent indumenta, vel Celebrante Episcopo, vel supra memoratas functiones peragente: Canonico vero digniori, dum assistentia debetur sine sacris paramentis, sed in habitu choralis. Atque ita ad proposita dubia respondens S. C. declaravit, intelligendam esse Caeremonialis Episcoporum dispositionem.



Ad 2. «Affirmative pariter iuxta votum Caeremoniarum Magistri.»

Et ita decrevit, et servari mandavit. Die 22. Septembris 1827.

4634.

VERONEN.

Parochiali in Ecclesia S. Ambrosii Oppidi Valpolicella Dioecesis Veronen., decenti in Theca, iuxta appositam inscriptionem asservantur sequentes Reliquiae, nimirum. «Gutta Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi. Velum B. M. V. eodem sanguine aspersum. Parva Crux de Cruce Salvatoris.» Quoniam hae ex dono concessae sunt sub anno 1725., onus ex legato illi inest, quibusdam in diebus publicae venerationi Reliquias instiusmodi exponendi. Ritus autem extunc ea occasione servatur, ut scilicet, e loco custodiae ad altare SSiñi

Sacramenti asportata Theca ponatur in Throno, et decantata solemnè Missa, Celebrans utroque genu adoret, thurificet triplici ductu, Populumque, uti cum sacra Eucharistia, benedicat, reponatque in Tabernaculo una cum SSiño Sacramento, ut vespere idem servari possit. Rubricarum Dispositionibus, et Decreto Sacrae Rituum Congregationi anni 1736. iste usus contrarius apparuit Sacerdoti Francisco Negrini recensitae Parochialis Archipresbytero, Reliquiasque erectus thurificavit, neque in Tabernaculo amplius reposuit. Haec dissidiorum, et controversiarum causa. Ad dissidia itaque componenda prudens Archipresbyter primo Rñm Episcopum, dein Sac. Rit. Congregationem adivit, ut super exposito ritu decernerent. (1)

Et Sacra Eadem Congregatio in ordinario Coetu

(1) Praestat heic loci maiori claritatis gratia subilicere facti expositionem una cum Voto a me confecto, quod Sac. Congregatio, re mature discussa, dignata est adprobare.

Fin dall'anno 1725. sotto il giorno 5. Maggio viene asserito, che il P. Ignazio Religioso dell'Ordine de Carmelitani Scalzi con pubblico Istromento fè dono di una Teca, entro la quale si conservano le tre seguenti reliquie cioè: *Ligni SSmae Crucis D. N. I. C.*, *Veli cuiusdam albi*, et *alterius Veli rubri intincti, seu aspersi Sanguine pretioso Plagarum Christi Domini Nostri*, coll' autentica di Fra Crisostomo Calvi dell'Ordine de' Predicatori, Vescovo di Cefalonia, e di Xante, alla Chiesa Parocchiale di S. Ambrogio di Valpolicella, Diocesi di Verona.

Tali reliquie furono accettate dalla Comunità del Luogo, e dal Parroco della Chiesa con i seguenti patti cioè, che sieno custodite in un Tabernacolo a due sportelli, e a due Chiavi, una delle quali abbia a restare presso la Comunità del Luogo, e l'altra presso il Parroco della Chiesa; che debbano esporri con certo determinato numero di lumi, e colla maggior solennità nella terza Festa di Pasqua, in cui havvi in quella Chiesa l'Indulgenza Plenaria; come ancora in caso di gravissima necessità. Sopra il Tabernacolo, in cui custodite sono le suddette Reliquie, o a meglio dire sopra l'Altare, o altro luogo appartato, e decente, ove forse resta collocato l'anzidetto Tabernacolo, leggesi la seguente Iscrizione: *Guttas pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. Velum B. M. V. eodem aspersum, parvam Crucem de Cruce Salvatoris: Venite Adoremus.*

In adempimento dei patti convenuti nello stabilito giorno, cioè nella terza Festa di Pasqua si fa la funzione, che vien considerata la maggiore della Chiesa, e del Paese con grande solennità, e maggiori sforzi di sacra pompa: e così forz' anche si pratica nelle straordinarie esposizioni dell'anzidette Reliquie, che fassi in caso di gravissime necessità. Si soggiunge, che da pochi anni fà venne eretta una magnifica Cappella in riconoscenza di particolar grazia riportata in occasione di militari saccheggiamenti.

Il culto, che in tale solennità si presta all'anzidette Reliquie è il seguente. Nella mattina vien trasferita la Teca, che le contiene, all'Altare, in cui si conserva il SSiño Sacramento, si espone sul Trono, si canta la Messa, il Celebrante le venera con doppia genuflessione, ed in fine benedice il Popolo al modo stesso, che prescritto viene, e si fa col Sacramento. Quindi viene collocato il Reliquiario nello stesso Tabernacolo col Sacramento, e nella sera si rinnova la funzione collo stesso rito, e ceremonie praticate nella mattina. Così viene asserito essersi fatto sino agli ultimi tempi, senza che i Vescovi in occasione di Sagra Visita abbiamo fatto verun Decreto contrario, anzichè si pretende, che i Vescovi medesimi abbiano talvolta praticato alcuni de' suddetti atti di special Culto.

ad Vaticanum sub infrascripta die coacta, exquilita prius sententia R. D. Aloysii Gardellini eiusdem Sacrae Congregationis Assessoris Typis excusa,

ad relationem Em̃i, et Rm̃i D. Card. Augustini Rivarola Ponentis, re mature, diligenterque discussa, rescribendum censuit. « Iuxta Votum As-

Inoltre vien soggiunto, che la cosa fino agli ultimi tempi a noi prossimi, è stata pacifica, ed il rito sopraccennato non ha sofferto verun cambiamento, ne ha incontrato verun contraddittore. Provveduta però ultimamente quella Chiesa del nuovo Arciprete nella persona del Negrini, questo, come più esperto, più zelante per l'osservanza de' sacri riti, variò il consueto sistema, ed appoggiato al prescritto delle Rubriche, e al Decreto di codesta sacra Congregazione dell'anno 1736. *in una Brixien.* dei 15. Settembre, che può vedersi nella Collezione dei Decreti riformò la funzione, ed il rito, incensando in piedi il Reliquiario contenente le suddette Reliquie, e non riponendolo nel Tabernacolo col Sacramento.

Una tal variazione non è da dire quale, e quanto rumore, e disturbo cagionasse nel Popolo, che proruppe in appresso in sconvenevoli questioni, ed espressioni di dubbiezze, e diffidenze tocanti la Religione, e la Fede.

In questo stato di cose, essendo l'affare assai serio, e delicato, prudentemente il suddetto Arciprete a suo dovere si recò di consultarne Monsig. Vescovo di Verona, dal quale ebbe in risposta l'approvazione del da lui operato; ed attesochè non solo il Popolo era rimasto offeso per la succennata riforma di rito, ma altresì alcuni, se non tutti i Preti, ed Ecclesiastici di quella Parrocchia, perciò conchiude il Vescovo: *legga questa lettera a suoi Preti, e li faccia capaci. Ad essi poi toccherà a far capace il Popolo in buone maniere, il che ottenuto dal Dio della Pace, dell'Umiltà, e dell'Obbedienza, si passerà per gradi a fare la diminuzione di Culto eccessivo, e privo di ragionevole fondamento.*

Non si poteva rispondere, e provveder con maggior maturità, e saviezza: ma convien dire, che non perciò sia riuscito di ridurre al dovere tutti gli Ecclesiastici, e la Popolazione; quindi si credette indispensabil dovere del zelante Parroco Negrini di avanzare ricorso a codesta Sacra Congregazione, ad effetto di avere una decisiva risoluzione, con precisare ciò che è tollerabile, e ciò che non si deve assolutamente permettere.

Tale è la serie, e l'esposizione del fatto, sul quale debbon sottoporsi ad esame due punti. Il primo riguarda l'identità delle supposte Reliquie, e specialmente di quella, che diceasi del preziosissimo sangue: il secondo poi è relativo alli distintivi di special culto, che per uso, o a meglio dire per abuso finora si sono praticati, e reputati adesso degni di riforma.

Riguardo al primo relativo all'identità delle supposte Reliquie, mi sia pur lecito, di francamente esporre il mio sentimento, quale è sembrarmi di avere sufficienti motivi da doverne dubitare.

Il dono si fece da un Carmelitano Sealzo, dal quale venne supposto di averlo ricevuto da altro Religioso Domenicano Vescovo di Xante, e Cefalonia. Ardito non sembrerò, se poca fede a me sembra di poter prestare alla autenticità, ed identità delle Reliquie, venute da quelle Isole, delle quali gli abitanti, o siano Greci, o siano Latini per lo più non sono di gran cultura, nè forniti di quella sana, e giusta critica, che in ragion di Reliquie è necessaria per discernere le vere dalle false, ovvero dubbie. Non voglio qui disputare sulla Reliquia della Croce, nè sull'altra del Velo di Maria SSma: la mia grave dubbiezza cade su quella, che si vuole essere del preziosissimo Sangue di Nostro Signor Gesù Cristo. Si dice nell'Autentica *Alterius Veli rubri inticti, seu aspersi Sanguine pretioso Plagarum Christi Domini Nostri.* Se il Velo è rosso, come potrà distinguersi, che di sangue è asperso? Nella custodia delle sacre Reliquie presso Monsig. Sacrista è certo, che niuna ve ne ha di tal sorta; vi è bensì del Velo di Maria SSma con porzione della fimbria, che si dice volgarmente cimosa, la quale è di fili rossi tessuta. Or dunque non potrebbe la decantata Reliquia essere una porzione degli accennati fili? Per lo meno evvi una valida ragione da dubitarne.

Che che però sia di ciò; certo è per altro, che sospette, e dubbie sono le Reliquie tutte, che

essoris, *nimirum* Citra approbationem Reliquiarum, scribatur Rmo Ordinario, iuxta mentem. » (Mens autem quae fuerit, patet ex eodem Voto.) Et ita Decrevit. Die 22. Septembris 1827.

4635. DECRETUM URBIS ET ORBIS.

Gliscentibus undequaque erroribus, et ab Ecclesiae instituto alienis, Saeculo X., doctrinis compescendis suscitavit Deus Optimus Maximus Pe-

si vogliono dare a credere essere del preziosissimo Sangue di Nostro Signor Gesù Cristo. Nè occorre qui recar le ragioni, per le quali debbono aversi per incerte, e sospette quelle, che per tali vengono supposte, e decantate. Li più accreditati Scrittori tengon per fermo esser piuttosto per Reliquie del prodigioso Sangue emanato in Berito da una prodigiosa Immagine oltraggiata dagli Ebrei. Fra gli altri posson vedersi *Benedetto XIV. de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 10. num. 8. 9. 10. ed Onorato di S. Maria Animadvers. de regulis, et usu Critices tom. 3. dissert. 5. artic. 1. et sequen.*

Questo è in quanto all'identità, ed autenticità della supposta Reliquia. Si potrebbe qui aggiungere, che qualunque ne sia la provenienza, la celebrità, ed altre simili circostanze sono per lo meno d'incerta qualità. La più certa è quella, che si conserva in Mantova, ma la Sagra Congregazione de' Riti nell'accordare, ed approvarne l'Uffizio, si per Mantova, che per altri luoghi, si astenne affatto dal dir parola, che potesse aversi per decisione *de qualitate sanguinis*: come ce lo attesta lo stesso *Benedetto XIV. hoc. cit. num. 10. in fine.*

Vengo ora al secondo punto relativo ai distintivi di special Culto finora prestati alla supposta Reliquia, e che da alcuni vorrebbero sostenere. Mi sia qui permesso di richiamare a memoria quel che è accaduto in Roma parecchi anni addietro, mentre era degnissimo, e zelantissimo Vicario Sua Eminenza Rma il Sig. Cardinale della Somaglia, ora Decano del Sacro Collegio, e Segretario di Stato.

Conservasi nella Chiesa Colleggiata di S. Nicola in Carcere una Reliquia asserita, e riputata essere del Sangue del Nostro Signor Gesù Cristo, la quale fu da qualche secolo indietro donata alla medesima da uno de' Principi della nobile, ed antica Casa Savelli, ed è stato solito di esporla con qualche solennità, specialmente nel Venerdì Santo. Coll'andare del tempo, cioè dodici, o quindici anni addietro, si procurò di estendere il Culto con altre estrinseche dimostrazioni, cioè di portare la suddetta Reliquia in pubblica solenne Processione. L'esempio venne imitato da altri, e per due anni si fece una simile Processione dalla Chiesa della Madonna de' Monti, la quale possedeva, o aveva di recente ottenuta una piccolissima Teca, con una quasi impercettibile macchietta rossa in mezzo ad un tenue frammento di tela, asserendosi essere: *Particula Sanguinis D. N. I. C.* La novità di tali Processioni non potè non cagionare, come addvenir suole, diversità di opinioni; e la più sana parte era di sentimento, che per l'incertezza di tali Reliquie non convenissero simili dimostrazioni estrinseche, cioè la solennità della Processione, e l'uso del Baldacchino. Non mancarono i Superiori Ecclesiastici di sottoporre l'affare a diligente esame, e si convenne in fine, che nulla s'innovasse circa l'esposizione solita farsi nella Colleggiata di S. Nicola in Carcere alla ricorrenza del Venerdì Santo; ma in quanto alle Processioni; queste vennero assolutamente inibite. Di più rapporto alla Reliquia, che conservavasi nella Chiesa di S. Maria de' Monti, dopo di essere stata esaminata, fu creduto espediente di ordinare, che venisse riposta, e custodita tra le altre Reliquie, ma nulla più si facesse in venerazione della medesima.

Da ciò, che si è detto fin qui ognuno comprende, quale, e quanta cautela debba usarsi, affinché a simili Reliquie non si presti un inadveroso estrinseco culto, ed il Popolo non venga indotto in errore. Ciò tanto è vero, che trattandosi del vivifico Legno della Santa Croce, come altresì delle Reliquie delle sacre Spine intessute nella Corona posta sul capo del Divin Redentore, la Sagra Congregazione de' Riti permise bensì, che portar si potessero in Processione, ma il distintivo del Baldacchino fu accordato soltanto *ubi adest consuetudo immemorabilis*, come dai Decreti della stessa Sacra Congregazione delli 12. Luglio 1704. ed in una *Gadicen.* dei 26. Agosto 1752.

Posto ciò per venire al caso nostro sul punto dell'identità delle supposte Reliquie; mi sembra di far uso di quella moderazione, e cautela, che suol praticare la Sacra Congregazione de' Riti,

trum Damianum vitae sanctimonia et doctrinae laude commendatissimum, quem sa. me. Stephanus Papa IX. ex Fontis Avellanae solitudine avulsum, Cardinalitia decoratum dignitate, Episcopum Hostiensem renunciavit, plurimisque perfunctum Legationibus sibi per Romanos Pontifices concreditis, morum suavitatem, et Catholicae Ecclesiae unitatem restituendam curavit exemplo, scriptis, praedicatione, quibus indesinenter ad octuagesimum aetatis suae annum navavit: unde quum primum fluxi huius contemptibilisque Mundi vi-

tam cum aeterna commutavit, illico universalis Ecclesiae consensu eiusdem sanctitas ubique locorum diffusa, coli, et in veneratione esse incepit, aucta postmodum Officii et Missae concessione. Sed Virum hunc sanctum, et tot nominibus de universa Ecclesia optime meritum, nondum habuisse locum in Martyrologio Romano, in eoque desiderari, ut par erat, eiusdem Elogium, indecorum visum est cum Hostiensi Ecclesiae, tum universae Camaldulensium Congregationi, cuius idcirco Procurator Generalis Abbas Albertinus Bel-

quando si tratta di concedere qualche Uffizio, e Messa, a motivo della divozione, e venerazione, che prestasi alla Reliquia medesima, poichè nella concessione vi appone la clausula: *citra tamen adprobationem Reliquiae*: giacchè questo è un incarico, che si appartiene alla cura, e vigilanza de rispettivi Vescovi, i quali, prima di permettere il culto, e la venerazione alle Reliquie, debbono esaminare quali sieno, da qual luogo estratte, da chi autenticate, unitamente ad altre circostanze, che rendano una moral certezza della verità, identità, ed autenticità delle medesime. Anzi, benchè nella prima Istituzione della Congregazione dei Riti, nelle questioni, che su ciò possono insorgere, alla medesima, ne appartenesse l'esame, ora però privatamente spetta all'altra in appresso istituita *super Indulgentis, et sacris Reliquiis*. Ma quantunque sul punto dell'identità, ed autenticità ora non s'ingerisca la suddetta Congregazione de' Riti, se non se in certi casi particolari, conviene per altro alla medesima per Istituto, e diritto il conoscere, e dichiarare, quali distintivi di culto, e di venerazione debbano prestarsi alle sacre Reliquie, secondo la varietà delle medesime, e quali debbano essere vietati, come abusivi, ed indoverosi. Perciò, quantunque special culto si debba agli Istromenti della Passione del nostro Divin Redentore, come sono la Croce, le Spine etc. nondimeno debbono essere distinti da quelli, onde adoriamo la sacra Eucaristia si riposta nel Tabernacolo, che patente alla pubblica venerazione.

Da quanto ho riferito, detto, e riflettuto sin qui, mi sembra, che nel presente esposto caso, senza entrare in questioni, e dispute, che porterebbero troppo in lungo, e molti di tempo, e studio ricercerebbero, quale non sò di quanto vantaggio fosse per essere, mi sembra, dissi, potersi strettamente rispondere, che *citra adprobationem assertarum Reliquiarum*, si abbia a scrivere lettera a Monsig. Vescovo di Verona, in cui si dica, che la Sacra Congregazione dei Riti è restata ben soddisfatta della di lui saviezza per le disposizioni prese, insinuate, e prescritte all' Arciprete della Chiesa di S. Ambrogio; ed atteso che nello stesso Reliquiario, in cui si conserva la supposta Reliquia del Sangue, havvi ancor quella della Santa Croce; non permetta altro culto, ed altri distintivi di venerazione, se non se quelli, che convengono al sacro Legno, con vietare la doppia genuflessione, l'incensazione del celebrante genuflesso, la benedizione *ad instar Sacramenti*, e la riposizione nel Tabernacolo col Sacramento, ed altre simili circostanze, se mai vi fossero indoverosamente introdotte. Faccia poi uso della sua prudenza per illuminare il Popolo, e specialmente gli Ecclesiastici, se alcuni di questi tuttora persistessero nella mal concepita opinione, con far loro conoscere la ragionevolezza di quanto a nome della Sacra Congregazione ha dovuto ordinare. Nè può dubitarsi della di lui esattezza nell'esecuzione, avendone dato un saggio sicuro colla lettera responsiva all' Arciprete di S. Ambrogio, dal quale era stato consultato in questo affare.

Potrebbe perciò farsi il seguente breve Rescritto.

*Citra adprobationem Reliquiarum scribatur Rmo Episcopo, iuxta mentem Sac. Congregationis. Mens est, ut permittat tantummodo illas venerationis, et cultus significationes, quae conveniunt Reliquiis de Cruce D. N. I. C.; prudenter vero, suaviterque per se, vel per alios discretos Sacerdotes curet Populum docere, et erudire, ne scandalum patiat ex praescripta indebiti cultus reformatione.*

lenghi in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Conventu coacto undecimo Kalendas Aprilis vertentis Anni 1828. humillime petiit descriptionis in Romano Martyrologio nominis S. Petri Damiani, una cum adprobatione Elogii in eodem apponendi.

Et Em̄i, et Rm̄i Patres antedictae Congregationi praepositi, singulis perpensis, quae in doctissima allegatione fuerunt opportune deducta, auditoque voce et in scriptis R. P. D. Virgilio Pescetelli Sanctae Fidei Promotore, ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Car. Iulii Mariae De-Somalea Episcopi Hostiensis et Veliterni, Sacri Collegii Decani, Sacrorumque Rituum Congregationi Praefecti, censuerunt esse rescribendum. « Elogiam exhibitum transcribatur in Martyrologio Romano. »

Facta autem de praedictis omnibus et singulis SSmo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. relatione per me infrascriptum eiusdem Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctitas Sua in omnibus annuendo, Sacrae Congregationis Rescriptum adprobavit, et confirmavit, et Decretum Urbis et Orbis desuper evulgandum mandavit, Septimo Kalendas Aprilis 1828.

Elogium vero, de quo supra, et in Romano

Martyrologio inserendum est. « Die 22. Februarii. Faventiae S. Petri Damiani Cardinalis, et Episcopi Hostiensis doctrina et sanctitate celebris. »

4636. PATAVINA.

Rm̄e Dñe uti Fr. Huius S. R. C. Litteris sub datum 22. Septembris 1827. exquisita amplitudinis Tuae sententia super Supplici Libello Bartholomaei Cremonese Parochi Ecclesiae S. Iustinae istius Civitatis quoad dispensationem a nova execratorum Altarium consecratione, instar indulti in Beneventana die 26. Novembris 1696. ; haec accepta Mense Novembri superioris anni in Ordinario eiusdem S. C. Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coacto, fuit perlecta, et Em̄is Patribus communicata. Quum autem ex ipsa probe intelligerent, et animadverterent tredecim haec e vngitiquinque Altaribus per feraces manus aut ablata, aut disfissa, aut penitus destructa fuisse, ac duodecim, quae supersunt, integra Altaria satis superque sufficere Parochialibus functionibus commodum praebere, censuerunt propterea, non esse locum dispensationi petitae, et haec ipsa Altaria nova indigere consecratione, quam Amplitudo Tua perficere poterit vel una simul vel divisim, iuxta sanctitas leges Romani Pontificalis. (1)

(1) Antiqua est nonnullorum quaerela, qui arbitrantur, et praedicant plura reperiri Decreta a Sacrorum Rituum Congregatione lata, quae sustinent sese inter adversa fronte pugnare. Hi autem errant quammaxime, quia plerumque non distinguunt casum a casu; ignorant quandoque habendam esse rationem consuetudinis, vel immemorabilis, vel legitime inductae; et difficillime sine offensione et scandalo abrumpendae; neque considerant in aliquibus speciebus, attentis diversis factorum circumstantiis a iuris rigore consulto posse, vel debere recedi quoad ea, quae circa disciplinam versantur, quin ulla generali regulae noxa inferatur. Quapropter si qui forte inveniatur, et sit, qui huiusmodi querelam instauret in praesenti casu; cum Sacra Congregatio *Patavinae Ecclesiae* illud negaverit, quod sub die 1. Maii 1668. *Augustinae* Ecclesiae, et sub die 26. Novembris 1696. *Beneventanae* indulserat, iste certe haud discrimen attendens, quod casum inter et casum intercedit, falsa sua opinione deceptus a vero longissime aberrat. Sacra etenim Congregatio in *Patavina* Oratoris precibus abnuens generali regulae Pontificalis standum esse iure sancivit, legesque liturgicas, quae haec in re vetustissima et gravissima semper viguerunt, quasque servandas voluit, neque vel nulla, vel levissima admodum intercedente ratione, infirmandas est passa; quum ex instituto ritus omnes, et caeremonias in ritualibus Libris praescriptas (nisi rationabilis gravisque causa adducatur) eadem S. C. debeat protueri. Neque sibi adversatur, contradicitque si in *Beneventana* Em̄i Archiepiscopi, qui postea in Petri Cathedra sedit *Benedictus XIII.* appellatus, postulationibus annuens, rationabilibus de causis concedi posse sancivit, quod postea in *Patavina* negavit. Ne quis autem in posterum ea concessione abuteretur, clausulam addidit: *dummodo non transeat in exemplum.* Huiusmodi autem clausula aperte significare voluit veterem hanc disciplinam, sacrosque Canones, qui eam praescribunt, in sua firmitate manere, Mentem vero Patrum Sacris Ritibus tuendis praepositorum fuisse et esse, ut non nisi rationabilibus de causis dispensatio concederetur. Sane sibi hoc modo non adversatur, quippe quia, si tunc aliquid de hac veteri disciplina remisit, idipsum faciendum in *Patavina* non duxit, in qua similis satis valida non occurrebat, quae simili Indulgentiae viam aperiret, lo-

Hisce itaque novis litteris aperta eiusdem est S. C. mens, et voluntas; ideo curet Amplitudo Tua, ut nihil super execratis Altaribus innovetur,

donec nova accedat consecratio, nisi maluerit per Aras portatiles, seu sacros Lapidés superpositos eorum usum expeditiorem reddere, donec

cumque dispensationi relinqueret. Qui enim aliquid quandoque vel ob validas gravesque circumstantias, vel etiam, si vis ex gratia, ex causis sibi notis, concedere non renuit, nec semper ad idem concedendum tenetur, nec cogi potest nec proinde sibi adversatur, nec ullam notam meretur, si aliis accedentibus de eadem re petitionibus illud ipsum denegat quod alias putavit concedi posse.

Scite autem prudenterque clausulam illam in *Beneventana* addidit, ne scilicet plura dandi, ac afferendi possent dispensationis exempla, et ne ex concessionibus iteratis pedetentim abusus inducerentur, quibus eliminandis, si sint, vel praecavendis, si futuri praevideantur, eadem Sacra Congregatio adniti quammaxime debet.

Hisce praeiactis, vide modo discrimen, quod intercedit *Patavinam* inter causam, aliasque *Beneventanam*, ac *Augustanam*, in quibus S. R. C. rationabiles circumstantias non desiderari, merito credit aliquantulum relaxandi de iuris rigore, quae quidem in *Patavina* non occurrunt; idcirco in ista nihil esse cognovit, quod Indulgentiae locum daret; secus ac in illis. Etenim in *Augustana* (de hac primum loquimur, utpote antiquiore) *quamplurima milliaria Altarium pollutorum erant sola violatione Sepulcrorum, ex quibus extractae fuerunt sacrae Reliquiae in praeteritis Svetorum invasionibus*, ac propterea violenter profanata, non tamen amotis lapidibus, seu mensis a suis stipitibus. Quomodo autem potuisset Episcopus tot Altaria in variis vastissimae Dioecesis locis, iisque inter se dissitissimis sita, de novo et integraliter consecrare, omnibus servatis ritibus, et caeremoniis in Pontificali praescriptis? Id certe nedum multum difficultatis habebat, verum et erat plane impossibile, nisi plures accersiti fuissent Episcopi ad id peragendum, quod per unum dumtaxat nequibat; aliqua idcirco dispensatione opus erat, quam S. C. indulgit, concedendo facultatem illa reconciliandi *sola repositione Reliquiarum*, servatis caeremoniis pro eadem praescriptis. Atque id erat quod Episcopus in gravissima illa circumstantia compulsus merito postulabat.

In *Beneventana* autem, licet non multa essent Altarium millia reconcilianda, ut fuerant in *Augustana*, sed longe minor numerus, scilicet quatuordecim; licet praeterea non in dissitis inter se locis extarent; licet tandem non tam gravi cum Episcopi incommodo possent rite consecrari, tamen Emi Antistitis petitionibus annuendum esse Sac. Congregatio tunc censuit, quia Mensae non impia manu fuerant pollutae, aut alio nefario modo Altaria direpta, sed eadem Mensae integrae permanentes cum Reliquiarum Sepulcris a stipitibus decenter fuerant amotae, ad hunc solum finem, ut Altaria, quibus sacris unctionibus adhaerebant, ex nobiliori materia construerentur, ac in elegantiorum redigerentur formam; ex quibus externis operibus maior iis splendor, et maiestas accederet, et maius per haec divinus Cultus decus acciperet. Quod mirum igitur, si petitioni adhaerens S. R. C. ea indulgentia usa fuit, ut concederet, procedi posse ad Altarium consecrationem, omissis ceteris caeremoniis ad repositionem Reliquiarum pertinentibus? prout in Decreto ea in Causa lato clare intelligitur.

Haec autem omnia magnam inter *praefatas Ecclesias* et *Patavinam S. Iustinae* ponunt differentiam. Singulis quippe inspectis, quae in hac concurrunt, circumstantiis, nihil erat, quae petitam dispensationem concedi posse suaderet, imo omnia collineabant ad eam denegandam. Viginti quinque eo in Templo extabant Altaria, ex quibus duodecim integra adhuc, et ad sacra Mysteria idonea supererant, satis superque ad commodum praebendum Parochialibus, aliisque explendis functionibus. Tredecim dumtaxat nova indigebant consecratione, non per solam remotionem lapidum ad effectum solummodo eadem Altaria construendi cum maiori decore Religionis, et ornamento; verum quia, ut legitur in Decreto *per feraces manus, aut ablata, aut disfissa, aut destructa fuerant*. Praeterea quatenus occasio daretur in iisdem Altaribus de novo consecrandis celebrandi Missam, suppleri interea poterit per modum provisionis ope Ararum portatilium, quae superponantur. Quoniam igitur S. C. omnia mature perpenderit, casumque longo intervallo distare ab iis, quae valida argumenta

consecrentur. Et diu felix, et incolumis vivat. Amplitudinis Tuae. Romae 22. Martii 1827. « Pro Em̃o D. Card. De Somalea Praefecto I. F. Card. Falzacappa, I. Gaspar Fatati S. R. C. Secretarius. » 4637.

MELITEN.

Parochialem Ecclesiam S. Pauli Naufragi Civitatis Vallettae Dioecesis Meliten. sa. me. Clemens Pont. Max. ad insignis Collegiatae notam evexit, cuius Canonorum Collegium, et ipsi permulti Successores Summi Pontifices variis insigniis in Ecclesiasticis functionibus cohonestarunt; quae quidem initium fuere quaestionum, et controversiarum inter Cathedralis Capitulum Civitatis Notabilis, ceterumque Collegiarum eiusdem Insulae, ad quae componenda pluries

Sacrorum Rituum adivere Congregationem, praesertim novissime diebus nimirum 6. Maii, et 16. Decembris anni 1826. Quoniam vero huiusmodi Causae recensita in Congregatione non nisi longo temporis intervallo, multisque intermediis expensis absolvi queant; idcirco post haec SSmo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. supplices fuerunt Canonici S. Pauli Naufragi postulantes, ut summarie particulari in Congregatione quaestiones omnes, controversiaeque expendi valerent, quorum precibus annuus benigne Sanctitas Sua sub die 16. Aprilis vertentis anni designavit Em̃os Cardinales De Somalea Praefectum, De Gregorio, Pedicini, Odescalchi, qui una cum R. P. D. Fatati a Secretis super re decernerent. (1)

praebuerant pro dispensatione in *Augustana*, et *Beneventana*, respondit: *non esse locum petillae dispensationi*. Et ita decernendo, tam leges super tam gravi re latas ab Ecclesia servatas voluit; quam abusus, qui, novo interveniente exemplo, novaque accedente concessione, si in hac causa a regula declinasset, exoriri, et augeri possent, eos praecavendo penitus sustulit.

(1) Innumerae fere quaestiones fuerunt, quae diu multumque agitarunt Capitulum, Dignitates, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Civitatis Notabilis Insulae Melitae. Hisce occasionem dederunt Capitulum, et Canonici Collegiatae S. Pauli Naufragi Civitatis Vallettae, ab eo ferme tempore, quo Ecclesia, quae primum Parochialis dumtaxat erat, honorifica Collegiatae qualitate fuit insignita. Controversiarum origo altius repetenda est ab cupiditate scilicet Canonicorum eiusdem sese elevandi, cum honorificentia Insignium, tum amplitudine privilegiorum, quae sibi modis omnibus ditare curarunt, ita ut sese aequales redderent Canonicis Cathedralis, ac in publicis etiam functionibus vix, ac ne vix quidem ab illis distinguerentur. Pluries idcirco ad Sacram hanc Congregationem dilatae fuerunt quaerelae, controversiaeque discutiendae, declarandae, ac componendae: praecipue vero de iisdem omnibus concordatis viginti quatuor dubiis actum fuit in *Congregatione particulari coacta die 19. Maii 1786.*, iterumque adunata sub *die 15. Jun. 1789.* Patres autem Em̃i praefatam particularem Congregationem componentes, visis iuribus ab utraque parte productis, perpensis libratisque rationibus, quibus se quodlibet ex duobus capitulis suam propugnabat causam, dum singulis dubiis respondendo, id, quod aequum iustumque est, decreverunt, prudenti tamen consilio simul studuerunt, ut omnia ad aequitatis leges revocarentur, litibusque abruptis, inter duo Capitula, ita ut non alia in posterum super praecipientiis, et honorificentis exorirentur iurgia, veluti videre est in Decreto supra. Res videbantur compositae, et ignis extinctus: secus vero accidit; nam eiusdem Collegiatae Canonici novis distinctibus, ac praerogativis semper avidi, ut proximis eorum Collegium ad formam qualitatemque Cathedralis accederet, longe ampliora illis, quibus iam fruebantur specialibus honoribus, atque Indultis augeri indesinenter postularunt, et quod habebant in votis tandem obtinuerunt. Concessum quippe eis fuisse vulgatum fuit, ut ad instar Cathedralis uti possent Clava argentea Senatoria, ac Mozzettas adhibere subsutatas serico rubri coloris, una eum similibus asulis, et globulis; ac insuper obtinuerunt aureas Cruces deferendas tam super indumentis choralibus, quam sacris; quibus praerogativis cumulati, nulla amplius erat differentia eos inter et Canonicos Cathedralis. En autem causa longaque acrior molesti dissidii ad plures annos protracti: opus hinc fuit ad Sac. Rit. Congregationem recursum habere, quae posteriores haece quaestiones suo definiret iudicio. Sed non tamen facile decernere fuit quid iuris, ob defectum potissimi documenti, a quo decidendi ratio petenda erat. Siquidem quoad usum argenteae Clavis Senatoriae se tuebatur Collegiata Rescripto, quod sui favore datum asserebat a sa. me. Pio VII. Cathedralis vero huius existentiam,

Ast, Procuratoribus longiorem interponentibus moram, ne in Causae damnum cederet, sub die 10. Maii proximi rescriptum fuit supplicii Canoniorum eorundem libello pro eiusdem Causae expeditione. » Exhibito primum originali Rescripto sa. me. Pii VII. iuxta resolutionem Congregationis Ordinariae diei 16. Decembris 1826. praefigitur terminus duorum Mensium, ut Patres deducant iura sua sine strepitu iudicii in Congregatione particulari a Sanctissimo Domino Nostro Leone XII. Pont. Max. die 16. Aprilis proxime praeteriti deputata, quo elapso termino locus fit propositioni Causae cum allegationibus, et documentis hinc inde iam productis, omni adpellatione remota. » Tempore itaque praestituto

deductis iuribus Particularis haec Congregatio coacta fuit penes Eñum Praefectum, propositaque fuere sequentia Dubia inter parte concordata.

I. An sit consulendum SSmo pro reportatione Rescripti sa. me. Pii Papae VII. concedentis Canonicis insignis Collegiatae S. Pauli Apostoli Civitatis Vallettae facultates deferendi in sacris functionibus Argenteam Clavam Senatoriam, et Mozzettas Canonicales subsutas rubro serico colore cum asolis, et globulis pariter rubri coloris; in casu etc.?

II. An, et quomodo a Canonicis cum Cathedralis, tum Collegiatarum deferenda sit Crux pectoralis in casu etc.?

Momentis itaque hinc inde deductis diligenter

aut saltem authenticitatem impugnabat. Quaestio erat facti, factoque finienda, production scilicet controversi Rescripti; et Patres Eñi Sac. Rit. Congregationi praepositi semel, iterum, ac tertio rescribere pro reportatione Rescripti, quin Collegiata iussioni obtemperaret. Post tot interiectas moras, dilaciones, et technas, quae suspicionibus locum fomentumque dederat, et forte etiam occasionem simultatum inter partes dissidentes, non sine aliquo conscientiarum detrimento, ut aliquando molestissimae huic quaestioni finis imponeretur, SSmus Dominus Noster Leo XII. Pont. Max. deputavit particularem Congregationem, quae, omni adpellatione remota, quaestiones omnes, controversiasque expenderet. Ideo duo concordata fuerunt Dubia, quae in Decreto leguntur: et Eñi Patres pro eadem selecti, expensis iuribus ab utraque parte productis, habitoque tandem Authographo memorati Rescripti sa. me. Pii VII., quod tandiu delituerat, ita rem composuerunt, ut optata quies inter dissidentia Capitula restitueretur, pacificaque concordia. Habita quoad primum Dubium ratione Rescripti originaliter reportati, ut eidem maius robur accederet, et, ne in posterum novae exorirentur dubitationes, prudenti consilio primum deereverunt: *Consulendum SSmo pro concessione Brevis ad supplicationem Capituli S. Pauli Naufragi, quo detur facultas utendi Insignibus, de quibus in Dubio, necnon Clava argentea intra, et extra Ecclesiam, dein vero limitationem posuerunt, modumque praescripserunt omnino servandum, ut ratione aliqua Cathedralis Capitulum quoad privilegia inter se aequalia distingueretur: exclusis tamen (ut Rescriptum prosequitur) functionibus, quibus interveniunt Capitulum Cathedralis, aut S. Ioannis Vallettae. Idcirco confirmato favore Collegiatae S. Pauli Naufragi privilegio utendi argentea Senatoria Clava, eiusdem usum coercuit ad functiones dumtaxat particulares, et proprias sine interventu Capituli Cathedralis, aut S. Ioannis Vallettae: quod si intersit praefatum Capitulum, cuius Canonici modo eidem Ecclesiae S. Ioannis servitium praestant, loco et vice regularis equestris ordinis, ad quem pertinebat et pertinet, hoc in casu Collegiatae Canonici ad eiusdem Clavae usu debent abstinere.*

Ad secundum Dubium quod attinet, dubitandum non erat de privilegio utriusque Capituli concessio deferendi auream Crucem pectoralem. Ideo *affirmative* responsum fuit. Sed quoniam ex concessione poterat Crux imponi tam Vestibus choralibus, quam sacris, abusus inoleverat eam gestandi discoopertam supra sacras Vestes, quod est contra Caeremonialis praescriptum: ideo additum fuit *ad Mentem*, quae est, *ut Episcopus mandet Canonicos decoratos privilegio Crucis deferendae super Paramenta sacra, eo uti debere ad praescriptum Caeremonialis, nempe imposita Cruce super Albam, et eandem tegere celebrante Episcopo.* Quum autem SSmus Dominus Noster Leo XII. Pont. Max. praefatae Congregationis particularis definitiva responsa adprobaverit, et confirmaverit, nil modo restat, nisi ut exequutioni mandetur, et optata quies, atque concordia inter duo illa Capitula restituatur, et in posterum perseveret.



libratis, omnibusque mature discussis, unanimi Eñorum Patrum consensu responsum fuit.

Ad I. « Affirmative, et consulendum SSmo pro concessione Brevis ad supplicationem Capituli S. Pauli Naufragi, quo detur facultas utendi Insignibus, de quibus in dubio: necnon Clava argentea intra, et extra Ecclesiam, exclusis tamen functionibus, quibus intervenerit Capitulum Cathedralis, aut Sancti Ioannis Vallettae. »

Ad II. « Affirmative a singulis Capitulis hoc privilegio a Sancta Sede decoratis, servata forma concessionis, et ad Mentem: Mens est, ut Episcopus mandet Canonicos decoratos privilegio Crucis deferendae super Paramenta sacra, eo uti debere ad praescriptum Caeremonialis, nempe imposita Cruce super Albam, et eadem tegere, celebrante Episcopo.

Atque ita decrevit, et servari mandavit. Die 16. Septembris 1828.

Super quibus omnibus, facta SSmo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. per me infrascriptum Secretarium relatione, Sanctitas Sua Congregationis huius particularis Responsa adprobavit, et confirmavit. Die 17. recensitis Mensis, et Anni.

#### 4638. URBIS, ET ORBIS.

Providentissimus Deus, qui electam suam Sponsam Ecclesiam super Apostolorum, et Prophetarum fundamentum posuit, eamque summo angulari lapidi Christo Iesu innixam voluit, sapientissimo cavuit consilio, ut ad illius praesidium iugiter egregii, sanctique vigilarent Pastores, qui non modo sublimioris virtutis exemplo fidelium Ecclesiae filiorum mores ad iustitiam pietatemque componerent; verum etiam ingenio, doctrinaque celebres eosdem Fidei veritate consolidarent. Hos propterea Divinus Praeceptor Sal Terrae, Mundique Lumen nuncupavit, qui non vivae tantum vocis officio, ceterorum Pastorum instar sibi commissam plebem, sed cunctos Christifideles omniumque saeculorum posteritatem conscriptis Libris sapientia et doctrina refertis, etiam extincti erudire non cessant. Quos inter eminent etiam SANCTUS PETRUS DAMIANUS ab sa. me. Stephano IX. alias X. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis creatus, et Ostiensis Episcopus renunciatus, qui saeculo XI. Dei Ecclesiam meritis, et Doctrinis illuminavit, designatus idcirco Scriptorum elogio Vir et sanctitate et doctrina per sua tempora clarus. Huius porro sanctissimi Viri de universa Ecclesia tot nominibus optime meriti nondum extensum fuisse Festum per ipsam universalem Ecclesiam, dolentes

Apostolici Senatus Patres, ita Summum Ecclesiae Hierarcham, et Caput Pontificem Maximum Leonem XII. per Postulatoriam Epistolam Sacri Cardinalium Collegii nomine deprecanti sunt, ut ex Sacrorum Rituum Congregationis Consulto eiusdem S. Petri Damiani Festum celebrari praecipiat universa in Ecclesia septimo Kalendas Martii cum Officio, et Missa de communi Doctorum, necnon cum Lectionibus, et Oratione propriis iam pro aliquibus Locis adprobatis. Qua Postulatoria una cum Animadversionibus R. P. D. Virgilii Pescetelli Sanctae Fidei Promotoris, et Advocati ac Procuratoris Responsionibus diligentissimis in Ordinario Sacrorum Rituum Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coacto delata, Eñi, et Rñi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi, audita relatione Eñi, et Rñi Domini Cardinalis Iulii Mariae De-Somalea Episcopi Ostiensis, et Veliterni PONENTIS, Eidemque Congregationi Praefecti, momentis omnibus hinc inde allatis sedulo libratis, matureque discussis, unanimi consensu rescribendum censuerunt: *Consulendum SSmo pro gratia.* Die 27. Septembris 1828.

Facta autem de praemissis omnibus et singulis SSmo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. per me infrascriptum eiusdem Sacrae Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua in omnibus annuendo, Sacrae Congregationis Rescriptum adprobavit et confirmavit, ac *S. Petrum Damianum Doctorum Albo recensuit, eiusque Officium* sub ritu dup. min. cum Lectionibus primi Nocturni de Scriptura instar concessionis factae Clero Ravennaten. de Anno 1723. *ad universam extendit Ecclesiam*, ac desuper Generale Decretum Urbis, et Orbis expediri praecepit. Kalendas Octobris eiusdem Anni 1828.

#### 4639. MAZARIEN.

Parochiali in Ecclesia Castriveterani Dioecesis Mazarien. mos est SSnum Sacramentum publicae Fidelium venerationi in Ara maxima exponendi, detecto S. Ioannis Baptistae Titularis Ecclesiae, et praedicti Oppidi praecipui Patroni insigni Simulacro, quod non supra Altare, sed extra illud sexdecim fere palmis seiunctum in propria Aedicula existit, et ita insculptam, ut religioso modo Fidelibus Agnum Dei, qui tollit peccata Mundi praesentare videatur. Centum, et amplius ab hinc annis viget haec consuetudo, confirmata semper ab Episcopis Dioecesanis, et nuperrime ab hodierno Ordinario, qui prima Episcopalis suae visitationis die Sacrum agens talem expositionem sua manu perfecit, et publicam deinde supplicationem solemnem ductu pertraxit, ac de-

nique ingenti Populo cum SSño Sacramento est Benedictionem impertitus. Super hac consuetudine ex zelo, quo fervet R. D. Petrus Maria Triolo actualis Parochus, ut ecclesiastici ritus apprime serventur, ad animi sui tranquillitatem Sac. Rit. Congregationi sequentia tria dubia humillime proposuit enodanda, nimirum.

I. « An velari debeat Simulacrum S. Ioannis Baptistae, vel potius supracentenaria consuetudo servanda sit, exponendo nimirum SSñum Sacra-

mentum cum Simulacri detectione, quando ob ingruentem publicam calamitatem, collectis, et elargitis eleemosynis, hanc expositionem votum populi expostulat? »

II. « Quando natalitia Solemnitas huius Sancti Titularis Ecclesiae, et Oppidi principalis Patroni occurrit aliqua die infra Octavam SSñi Corporis Christi? »

III. « Quando quotannis mense Novembris oratio quadraginta Horarum peragitur? (1)

(1) Dum primum haec Causa proposita fuit in Sac. Rit. Congregatione Ordinaria coacta die 22. Martii 1828. placuit Em̃is Patribus rem differre, et ampliare iudicium. En quae fuit ratio. Quaestio agebatur, an velandum, aut discoopertum relinquendum esset Simulacrum S. Ioannis Baptistae, quod magna in veneratione est apud Populum Parochialis Ecclesiae Castriveterani, Dioecesis Mazarien., dum publicae adorationi patet in Throno SSñum Eucharistiae Sacramentum? Hac data occasione excitatum fuit Dubium, num expediret extendere praeceptum tegendi Tabulas Altarium, ut fit ex praescripto Instructionis Clementinae Romae in Oratione quadraginta Horarum ad alias omnes expositiones, quae per annum fiunt, vel pro adimplendis piis Legatis ex Fidelium foundationibus, vel in Novemdialibus, et Triduanis precibus, quae frequenter occurrunt, praesertim vero ante Festivitates B. M. V., vel alia quaecumque de causa? Ideo, suspenso iudicio, responsum fuit ad D. Secretarium cum SSmo iuxta mentem. Mens erat, ut fieret, relatio SSño Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max., cui tamen placuit suam Mentem non aperire, sed mandavit, ut iterum proponeretur in proxima (scilicet Congregatione.) Coacto igitur altero Ordinario Em̃rum Patrum Sacris ritibus tuendis praepositorum Coetu, re maturius in utramque partem discussa, libratisque argumentis, quae afferri poterant, unanimiter fuerunt in sensu, quod magis expediret nihil innovare, nulloque positivum Decretum interponere; quapropter tribus propositis Dubiis collective responsum fuit: *In casu, de quo agitur, servandam esse consuetudinem, excepto tempore expositionis quadraginta Horarum.* Et Sanctitas Sua huiusmodi responsum adprobavit, et confirmavit. Supradicta autem brevior Rescripti formula aequivalet alteri relativae ad singula Dubia videlicet.

Ad I. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad II. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad III. *Negative.*

Quoad igitur attinet ad decisionem primi, et secundi Dubii ea prudentia usa est S. C., quam servare aequum est, quando in quaestionibus, quae ad extrinsecam disciplinam pertinent, declarari oportet quid magis deceat, vel magis expediat. Etenim in casu, iis omnibus, quae hinc inde afferri possunt, aequa lance librat, inclinari pondus videtur pro consuetudine servanda, quam pro novo praecepto indicando; unde rem serio meditantibus nihil observetur, quod obstaculum Religioni contrarium interponat. Secus vero periculum immineret offensionis et scandali, ubi mos viget, si nova lex diceretur de velandis Imaginibus in omnibus expositionibus, ubi viget consuetudo contraria. Equidem Bauldrius in Manual. sac. caeremon. part. 3. cap. 17. num. 2. et Bissus verbo *Expositio SSmi Sacramenti* num. 232. §. 5. necnon Thiersius de *exposit. SSmi Sacramenti* cap. 4. num. 12., quos sequitur sa. me. *Benedictus XIV.* institut. ecclesiastic. quae est 30. editionis latinae, sunt in sensu, quod: *Non liceat, Sacramento exposito, apertas teneri Imagines B. M. V. et Sanctorum, quia, praesente Domino cessare debet honor, qui Servo adhibetur, et praesente Sole, omnia Astra splendorem amittunt.* Verum equidem id est: congrua tamen congruis sunt referenda; atque ita praefatae auctoritates intelligendae, quod confundi non debent Cultus diversae species, *Latria* scilicet, qui soli Deo Optimo Maximo debetur, *Hyperduliae*, qua veneramur Deiparam Virginem, et *Duliae*, quem obtinent ceteri Sancti. Has distinctiones omnino tenendas servandasque esse ipsa suadet Religio,

Et Eñi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Sacrorum Rituum Coetu ad Vaticanum coacto, exquisita prius unius ex Apo-

stolicarum caeremoniarum Magistris sententia scriptis pandita, praeloque cusa, ad relationem Eñi, et Rñi Domini Cardinalis Caroli Odescalchi

quia nullo pacto licet diversas Cultus species simul confundere, et Coelicolis dare id, quod convenit, et debetur uni Deo; vel quod ob suam excellentiam supra ceteras creaturas Deiparam colimus: nihilominus cessat omnis dubitandi ratio, quia simul cessat omnis confusio Cultus, si unicuique tribuatur quod ei debetur. Dum enim ad Deum confugimus, ut unicum Creatorem, et Datorem honorum omnium, preces ad eum dirigendo Cultu *Latriae*, nonne possumus mediatricem Deiparam adhibere apud Eum, et Coelicolas intercessores? Imo et fieri ita debet, quia re ipsa nullatenus *Hyperduliae*, et *Duliae* Cultus confunditur cum Cultu *Latriae* uni Deo debito, prout habent *S. Thomas* part. 3. quaest. 25. artic. 5. et *S. Bonaventura* in 3. distinct. 9. num. 2. Conveniens imo est, ut deprecatores adhibeamus Coelicolas, et ex Ecclesiae instituto faciendum ita est, ut quod nostris precibus non valemus, intercessione, ope, ac patrocinio B. M. V., et Sanctorum consequamur. Secus enim, si in sensu rigoroso suprarelatae auctoritates essent accipiendae, nequaquam liceret Sacramenti expositionem coniungere cum respectivo Cultu B. M. V., et Sanctis debito, et abrogandae forent Novendiales, et Triduanae preces, quae fiunt ad honorem Deiparae, et Caelicolarum eum Sacramento exposito, imo etiam abrogandae forent Litaniae Lauretanae, quae ad implorandum B. M. V. praesidium fere semper ante Hymnum *Tantum ergo* recitantur. Carpenda praeterea esset ipsa Clementina Instructio, quae iubet, ut dum Sacramentum exponitur pro Oratione quadraginta Horarum, et priusquam Populus dimittatur cum eiusdem Benedictione, recitentur Litaniae Sanctorum cum precibus. Quis autem est, qui non videat, quod si praefatae auctoritates accipiendae essent strictissime, nullaque facta distinctione, et discrimine, censura impeteret institutum, probatosque Ecclesiae mores, quod vel simpliciter cogitare piaculum est? Nam Litaniae Sanctorum, Lauretanae, necnon aliae preces recitari solitae, et ab Ecclesia adprobatae, permissae, et quandoque in publicis praesertim necessitatibus etiam praescriptae, nihil detrahunt Cultui *Latriae* Sacrae Eucharistiae debito, quia Cultus omnis refertur ad Deum, et ad principium, et finem ultimum; Deiparae vero, et Sanctorum invocatio fit, veluti supra iam dixi, tamquam medium, ut, adhibitis intercessoribus, facilius a Deo obtinere possimus, quod petimus, et fragilitas nostra non praesumit. Recte igitur sapienter, prudenterque S. C., dimisso consilio extendendi ad omnes expositiones praescriptum velandi Imagines, et Simulacra Sanctorum, magis expediri censuit nullam super hoc innovationem facere, respondens ad prima duo Dubia *consuetudinem esse servandam*, seseque conformavit responsioni alias datae in Ordinario Conventu diei 26. Ianuarii 1793. Consuetudo erat, ut singulis Annis solemnis expositio fieret in Sacello Paulino Basilicae Liberianae, patente vetustissima Imagine B. M. V., quae ibi magna est in veneratione: verum, nova extracta machina cum in altum nimis assurgens, impedimentum afferret detectioni praefatae sacrae Imaginis, orta quaestio inter Capitulum, et Ecclesiae Patronum ad saepedictam sacram Congregationem delata fuit, propositoque Dubio: An SSmum Sacramentum publicae venerationi sit exponendum in Altari Deiparae Virginis, huius Imagine detecta, vel potius tecta? responsum fuit: *In casu, de quo agitur servandam esse antiquam consuetudinem*. Ne autem sit, qui existimet ad alios casus extendendum non esse Decretum, quod non est generale, sed relativum ad speciem propositam; nam si in quibuslibet expositionibus cooperiendae essent Imagines Deiparae, et Sanctorum, quia, ut aiunt Auctores supra laudati: *Praesente Domino omnium summo, cessare debet Cultus Servorum*: neque consuetudo, etsi immemorabilis, neque conventio, neque lex foundationis, neque alia quaelibet gravissima cogitanda ratio posset cohonestare detectionem Imaginum, dum Sacramentum est publice expositum. Itaque illud tenendum est, quod supra dixi, nempe relata verba in sensu congruo sunt accipienda, et dummodo Cultus non confundantur, neque Deiparae, et Sanctis honorem illum tribuamus, qui soli Deo debetur.

Si ita est, sciscitandi fit locus, curnam tegendae omnino sunt Imagines in Oratione quadra-

Ponentis, rescribendum censuerunt sub die 22. Martii vertentis anni. « Ad Dominum Secretarium cum SSmo iuxta Mentem. » Placuit autem SSmo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. suam mentem non aperire, mandavitque sub die 26. recensiti Mensis, et Anni, *ut iterum proponeretur in Proxima*. Mandatis SSmi obtemperans praedictus Parochus iterum S. R. C. adivit, adhibitis per Procuratorem novis Allegationibus, et Responionibus. Iterato itaque omnibus sedulo, mature, diligenterque perpensis, Emi, et Rmi PP. ad Vaticanum in Ordinario coetu coadunati, propositis Dubiis collective respondendum censuerunt: « In casu, de quo agitur servandam esse consuetudinem, excepto tempore expositionis quadraginta Horarum. » Die 27. Septembris 1828.

Facta autem denuo SSmo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. per me infrascriptum eiusdem S. C. Secretarium relatione, Sanctitas Sua Sac. Congregationis Responsum adprobavit, et confirmavit, atque ita in Ecclesia Collegiata

Castri veterani supradicta servari mandavit. Kalendis Octobris eiusdem Anni.

4640. IMOLEN.

Capitulorum, et Collegiatarum postulationibus non semel annuentes Romani Pontifices vel ab vetustissimis temporibus nonnulla honoris, atque distinctionis Insignia peculiari de causa concedere consueverunt. Percrecentes vero haec super re abusus, qui forte temporis diuturnitate irrepserunt, penitus convellere curarunt, idque factum conspicitur veteribus aequae ac recentioribus aetatibus. Hinc Generale editum est Decretum anno 1822., quo statuitur quid per concessa privilegia intelligatur, quid a Canonicis adhiberi possit, quid ipsis sive privatim, sive solemniter permissum sit, quidque tamquam vetitum sit habendum. Quae in memorato Decreto expressa reperiuntur peculiari Constitutione, quae incipit: *Decet Romanos Pontifices*: subsequenti anno 1825. sunt confirmata. Huic igitur obtemperantes Constitutioni Cathedralis Ecclesiae Imolensis Canonici Sacram Congregationem Rituum adierunt duobus

ginta Horarum, non vero in aliis, vel minus solemnibus, vel etiam solemnissimis, quae non raro per anni circulum fiunt? Praesentissima se offert ratio discriminis. Pro diversitate functionum diversoque earumdem fine aliquid decet, et licet in una, quod in altera, quamvis idem sit utriusque subiectum, non expedit. Porro Oratio quadraginta Horarum ideo instituta fuit, ut *diu, noctuque, quavis hora, toto vertente anno, sine intermissione incensum in conspectu Domini dirigatur*, ut legitur in Constitutione Clementis VIII. *Graves, et diuturnae* data 25. Novembris 1592. Instituti itaque praecipuus, et unicus est finis: ergo, durante Oratione, quae numquam intercipitur, omnis Cultus soli Deo exhibendus est, idcirco expedit velari Altarium Tabulas, aliaque ita disponere, ut Populus sine distractione totus sit in adoranda Eucharistia intentus.

Pertinent haec ad duo prima Dubia: sequitur responsio ad tertium, qua excipitur *tempus expositionis quadraginta Horarum*. Atque hic quaeri posse videtur, quomodo intelligenda, et accipienda sit huiusmodi exceptio, nempe, num habeat vim generalis Decreti, an potius unam respiciat Ecclesiam, pro qua Dubium propositum fuerat? Mihi quidem videtur peculiaris, non generalis, quia dum aliqua dispositio in Sacra Congregatione fit, qua generalis regula detur ubique servanda, id clare disponitur. Hoc factum non est, et fieri debuisset, quatenus S. C. regulam generalem dicere voluisset. Praeterea quia aliud habemus Decretum latum sub die 12. Iulii 1749. quoad Dubium: *An Constitutio pro Oratione quadraginta Horarum Romae iussu Clementis XI. edita, etiam extra Urbem servari possit, ac debeat?* responsum fuit: *praedictam Instructionem extra Urbem non obligare, laudandos tamen qui se illi conformare student, nisi aliud ab Ordinariis Locorum statuatur*. Dicam ulterius, si introspectur mens Sacrae Congregationis latens sub verbis illis *excepto tempore expositionis quadraginta Horarum*, ea esse videtur, ut maxime convenire credat, et exoptet, quod ubique praescriptum Clementinae Instructionis, saltem quoad Imagines velo tegendas tempore Orationis quadraginta Horarum, servetur, omnem quae dirimit controversiam est formula responsionis, quae incipit: *in casu, de quo agitur*: quae dictio initio orationis evincit, Decretum coactari ad unam speciem propositam, nec ultro progredi, quamobrem minime adversatur alteri supraprelato Anni 1749. Vide quae uberius notata sunt in Commentariolis ad Instructionem Clementinam pro Oratione quadraginta Horarum §. 1. num. 3. et sequentibus.

abhinc annis, scilicet die 16. Decembris anni 1826. preces porrigentes una cum Brevi concessionis, quo quid ipsis in usu privilegiorum liceret, oportune decerneretur.

Nunc (1) autem iterum supplicem Libellum dedere Sacrae Rituum Congregationi Dignitates,

et Canonici laudatae Imolensis Cathedralis, quo ut Pontificalium privilegiis, quibus ad formam litterarum Apostolicarum gaudent, quaedam alia dignetur clementer addere, humillime expostularunt. Primum scilicet, ut ipsis, et ipsorum cuique quotidianus argenteae Palmatoriae usus

(1) Cathedralis Ecclesiae Imolensis Canonici, et Dignitates honorificis aucti Insignibus, et Pontificalium usu ex benigna concessione *sa. me. Pii VII.* quem habuerunt Antistitem, fruentes, adhuc tamen duas alias praerogativas a Sacra hac Congregatione postularunt. Primum scilicet *extensionem Indulti ipsis, et ipsorum singulis utendi argentea Palmatoria, tum extra Pontificalia in propria Ecclesia, tum quacumque in Imolensis Civitatis Ecclesia, in qua sive privatim, sive solemniter sacras functiones, Sacrumque eos peragere contigerit.* Secundo vero *facultatem eorum omnibus, et singulis gestandi quotidie pectoralem Crucem.* Patres autem Eñi sacris ritibus tuendis praepositi, etsi quoad Palmatoriae extensionem annui posse precibus non repugnassent, apposita limitatione: *Dummodo non sit praesens Episcopus, Metropolitanus, Nuncius, Legatus, S. R. E. Cardinalis;* renuit tamen alterum concedere, *usum nempe Crucis pectoralis.*

Quaerere aliquis posset, curnam Dignitatibus, et Canonici insignis Ecclesiae tot cumulatae beneficiis, huiusmodi usum, qui aliis Capitulis quandoque indultus fuit, denegaverit? Dicam primum, insolens esse sciscitari rationes, propter quas Sacra Congregatio in materiis pure gratiosis annuit, vel renuit petitionibus assentiri. Addam secundo, expedire quandoque modum imponere privilegiis, hisque non alia addere privilegia, ne, qui in inferiori sunt Ordine, nimis quoad extrinsecas honorificentias Superiori appropinquentur, veluti est Episcopus relate ad Dignitates, et Canonicos, qui eius Capitulum componunt. Equidem non ignoro pectoralis Crucis usum non ita convenire Episcopis, ut nequeat ex Indulgentia concedi aliis Ecclesiasticis Viris in dignitate aliqua constitutis, imo etiam alicui Metropolitanae, Cathedrali, et ex insignioribus Collegiatae Ecclesiae Dignitatibus, et Canonici. Cautè tamen, et nonnisi pensatis omnibus, et singulis circumstantiis, faciendum id expedit, ne adauctis nimis honorificis decorationibus, Dignitates, et Canonici vix ab Episcopo in populi aspectu distinguantur, huiusque honor imminutus quodammodo videatur. Itaque quum Imolensis Ecclesia multiplicibus ditata sit privilegiis, ac praesertim usu Pontificalium, mirum non est, si S. C. alterum honorificum signum, illud scilicet gestandi quotidie Crucem pectoralem concedere recusavit, ut in hac saltem extrinseca decoratione solus illius Ecclesiae Episcopus hoc sibi Insigne privative competere agnosceretur.

Et quoniam obiter incidit sermo de Cruce pectorali, quae, ut initio dixi, non ita est propria Episcopi, ut aliis in dignitate constitutis nequeat eius usus (cum limitationibus, et conditionibus) aliquando concedi; eruditionis ergo addere hic mihi visum est, quae hac de re apte disserit doctissimus Catalanus in Prolegomenis ad Pontificale Romanum cap. 13.

« Nemini adhuc satis exploratum est, an primis saeculis in usu fuerit Episcopis Crucem cum Sanctorum Reliquiis, quam nos pectoralem dicimus, collo appensam deferre. Eñus Cardinalis Bona, et Andreas Saussaius ex alto de ea re veterum Scriptorum silentio eum ritum non admodum antiquum putant. Cui tamen sententiae adhaerere nequeo. Cum enim, ut scite docet Thomassinus part. 1. disciplinae lib. 2. cap. 58. num. 4. antiquitus libero quidem, et peculiari instinctu Christiani fere omnes seu Orientis, seu Occidentis Crucem, vel ipso Crucis Ligno, vel sacris Reliquiis munitam collo appensam gestarent, haud dubium, quin et illam non modo Episcopi, sed et Clerici etiam deferrent. Certe quod prisca Fideles muniti Cruce incederent ostendit fuse eruditus Gretserus in Opere suo, quod de Cruce inscripsit. Quod autem Episcopos spectat egregium est, quod refert S. Gregorius Turonensis Episcopus lib. 1. de gloria Martyrum cap. 11. Ait enim se Crucem auream ad collum gestasse, in qua erant Reliquiae Beatae Virginis, Sanctorum Apostolorum,

concedatur, tum extra Pontificalia in propria Ecclesia, tum quaecumque in Imolensis Civitatis Ecclesia, in qua sive privatim, sive solemniter sacras

functiones, Sacrumque eos peragere contigerit. Secundo ut ipsorum omnibus, et singulis pectoralem Crucem quotidie gestandi detur facultas.

» et Beati Martini, cuius ope incendium restinxit, quod aqua tolli non poterat: *Tunc inquit, extra-  
» ctam a pectore Crucem elevo contra ignem; mox in aspectu Sanctarum Reliquiarum ita cunctus  
» ignis obstupuit, ac si non fuisset accensus.* Alia eiusdem rei exempla post laudatum Thomassi-  
» num refert vir clarissimus Dominicus Georgeus lib. 1. de Liturgia Romani Pontificis cap. XIX.

» Fateri hic illud necesse est, quod, etsi multa de eo Episcoporum ritu exempla afferri  
» possint, cum tamen nec prisci Sacramentorum libri, nec antiqui praesertim Scriptores liturgici,  
» qui ornatus sacros Pontificum, aliorumque Ministrorum, tam in Oriente, quam in Occidente  
» pertractarunt, ad earum significationes mysticas enucleandas, cum ipsi, inquam, numquam  
» pectoralem Crucem attigerint, argumento id est, nulla tunc eam lege, vel consuetudine generali  
» usurpatam fuisse, adeo ut labente Saeculo XIII. in potestate Episcopi esset Crucem pectoralem  
» deferre, vel non; sic enim in suo Pontificali scribit Durandus, qui saeculo illo vivebat: *Indu-  
» menta vero sibi (Episcopo) per ordinem necessaria sunt haec, videlicet Caligae, Sandalia,  
» Amictus, Alba, Cingulum cum subcinctorio, quod habet similitudinem Manipuli, et dependet  
» a Cingulo in latere de dextro, Cruz pectoralis, si quis ea velit uti, Stola, Tunicella, Dal-  
» matica etc.* Sane recte docet laudatus Georgeus loco citato in fine, a Romanis quidem Ponti-  
» ficibus, qui pectorali Cruce iampridem usi sunt, inter Episcoporum peculiariora ornamenta fuisse  
» adscriptam.

» Vocari in dubium minime potest, quin pectoralem Crucem Romani Pontifices, vel antiquitus  
» praegestarent; constanter id quidem asserit Ioseph Vicecomes lib. IV. *de Missae Apparatu* cap. XXX.,  
» et laudatus Thomassinus num. IV. ubi usum pectoralis Crucis Reliquiis Sanctorum refertae ex  
» S. Gregorii Papae Vita per Ioannem Diaconum scripta erunt. Ioannes quippe lib. IV. cap. VIII.  
» dum sacras enumerat Vestes, quibus indutus fuerat memoratus Pontifex, dum Tumulo inve-  
» heretur, ait, phylacteria ipsius magna veneratione a Christifidelibus fuisse habita; phylacteriorum  
» autem nomine designari sacram Reliquiarum Thecam collo appensam, idem Scriptor ibidem de-  
» monstrat: imo Gregorius ipsemet eandem vocem de Cruce sacris foetam pignoribus, maxime  
» autem Sanctissimo Christi Crucis frustulo interpretatur: uti videre est lib. XII. Epistola VII.  
» quam ad Theodolindam Longobardorum Reginam scripsit, dicens: *Excellentissimo autem filio  
» nostro Adulouvaldo Regi transmittere phylacteria curavimus, id est Crucem cum Ligno Sanctae  
» Crucis Domini, et lectionem Sancti Evangelii Theca persica inclusam.*

» Insequentibus saeculis pectoralem Crucem specialem fuisse Romani Episcopi ornatum lucu-  
» lenter docet Innocentius III. Pontifex Maximus lib. 1. *Mysteriorum Missae* cap. LIII. Singulas  
» enim Papae Vestes ad Altare explanans pro lamina illa aurea, quam solus Pontifex Summus  
» gestabat in fronte, subiicit Crucem a collo catenulis suspensam, ut quae et ipsa laminae loco  
» esset summi Pontificis propria: *Quia signo Crucis, inquit, auri lamina cessit, pro lamina,  
» quam Pontifex ille gerebat in fronte, Pontifex ipse Crucem gerit in pectore, nam Mysterium,  
» quod in quatuor libris auri lamina continebat, in quatuor partibus forma Crucis explicuit  
» iuxta quod inquit Apostolus.* Ut comprehendatis cum omnibus Sanctis, quae sit longitudo, et  
» latitudo, sublimitas, et profundum: *Ideoque Romanus Pontifex Crucem quamdam insertam ca-  
» tenulis a collo suspensam sibi statuit ante pectus, ut Sacramentum, quod ille tunc praeserebat  
» in fronte, hic autem recondat in pectore. Nam corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio  
» fit ad salutem.* Ita Innocentius, cuius verba pene exscripsit Durandus lib. III. *Rationalis* cap. IX.,  
» ubi adiungit, Summum quidem Pontificem Crucem statuere sibi ante pectus ad designandum,  
» quod ait Apostolus in Epistola I. ad Corinthios cap. VI. *Glorificate, et portate Deum in corpore  
» vestro.* Tradit deinde idem Durandus Pontificem imponendo sibi, et deponendo Crucem, ipsam

Et Sacra eadem Congregatio, exquisita prius sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scripto pandita, typisque vulgata;

referente Eñõ, et Rñõ Domino Card. Carolo Odescalchi, loco Eñi, et Rñi Dom. Card. Antonii Pallotta Ponentis absentis, respondendum censuit.

» exosculari, ad denotandum, quod Christi Passionem, quae per illam significatur, credit, et confitetur, quodque ad eandem repraesentandam in officio Missae se parat.

» Sunt qui autumant, etiam Graecos Episcopos pectoralem Crucem gestasse, eamque ab ipsis *Encolpion* appellari. Quod tamen non satis exploratum est; quinimo a compluribus doctis Viris constantissime pernegatur. Patriarcharum Orientalium Legati Constantinopolim appulsi, ut VIII. generali interessent Synodo, testificati sunt quidem ut primum ad Imperatorem admissi sunt, illum Crucem, quae ex pectore eius pendebat, ipsorum collo imposuisse, qua eos obtestaretur, non alias persequi, non alias promovere Ecclesiae utilitates; *Imposuit super colla nostra Encolpion suum, et dixit: ecce iudicium Ecclesiae exigat Deus a cervicibus vestris in die iudicii.* Extant haec verba in Actione V. memoratae Synodi VIII., ubi animadvertere aiunt Anastasium Bibliothecarium, Graecos sinu semper Crucem circumferre, eique insertum semper aliquid esse verae, et vivificae Crucis, vel sacrarum alioqui Reliquiarum, idque a Graecis *Encolpion* appellari. *Encolpion, inquit, est, quod in sinu portatur, colpos enim graece, sinus latine dicitur. Moris enim Graecorum est, Crucem cum pretioso ligno, vel cum Reliquiis Sanctorum ante pectus portare suspensam ad collum.*

» Sed non inde satis valide infertur *Encolpion* fuisse Insigne Episcoporum; nam primo, qui illud *imposuit fuit Imperator, secundo Helias Vicarius Sedis Hierosolymitanae, qui narrans adventum suum in Regiam Civitatem, et qualiter ab Imperatore ipse cum sociis receptus fuerat, ea verba dixit, imposuit super colla nostra Encolpion etc.* Non erat Episcopus sed Presbyter. Tertio ut Gretserus lib. 2. *de Cruce* cap. XXXIV. animadvertit, et post eum Saussaius *Panopliae Episcopalis* lib. IV. pag. 299. Non inficiatur *Encolpii* vocem neque in Graeco Textu memoratae Actionis V., neque in Latina versione haberi, sed *Ἀμοφορα*, Humeralia, seu Superhumeralia. Idipsum confirmat Georgius lib. I. de Liturgia Romani Pontificis cap. XIX. Quarto demum frustra ea verba ad Crucem pectoralem Episcoporum referuntur, cum, ut late probant, qui *de Cruce* scripserunt, Crucem secum ferre commune esset omnibus Christianis, et praesertim hodie ditioribus foeminis, quae in signum potius vanitatis, quam christianae religionis Crucem lapidibus pretiosis intextam collo appensam deferunt. Ceterum quod spectat Crucem quam pectoralem vocant, quam nimirum Episcopi Latini gestare solent, benedicti aliquibus ab hinc saeculis consuevit, extatque hodie titulus in II. parte nostri huius Romani Pontificalis, qui inscribitur: *de Benedictione Crucis pectoralis.* Vide quae in eiusdem Tituli Commentario a nobis dicentur.

Idem Catalanus ad part. 2. Pontificalis tit. 14. quod est *de benedictione Crucis pectoralis* sic adnotat: « De Cruce pectorali Episcoporum actum a nobis fuse iam fuit tom. I. huius Operis in Prolegomenis cap. 13. ubi non modo de eius origine, et usu apud Latinos, verum etiam apud Graecos nonnulla notata sunt. Quantum vero ad eiusdem Crucis benedictionem attinet, nihil in priscis MSS. pontificalibus Libris, nihil prorsus apud Scriptores antiquos invenio. Sed neque extat is praesens titulus in editis ante Clementem VIII. Pontificalibus, in quibus post titulum *de benedictione novae Crucis*, statim sequitur titulus ille, qui inscribitur *de benedictione Imaginis B. M. V.* Porro, uti alibi notatum est, ex Durandi Pontificali liquido constat sua ipsius aetate saeculo nimirum XIII. Crucem pectoralem gestatam quidem ab Episcopis fuisse, sed nondum inter ornamenta Episcoporum translata, in potestate tamen Episcopis eam adhibere, vel non adhibere. Constat nihilominus saeculo XIV. non modo inter Episcoporum peculiaria ornamenta Crucem ipsam fuisse adscriptam, verum etiam ubi ipsam Episcopi accipiebant Missam celebraturi, hanc ex Romano Missali Fratrum Minorum, quod extat in Vaticana Bibliotheca pronunciabant formulam. *Tuam Crucem adoramus Domine, tuamque gloriosam recolimus Passionem, et Tu miserere nobis, qui passus es clementer pro nobis. Amen.*

« Quoad Crucem negative: quoad Palmatoriam affirmative, iuxta votum Magistri Caeremoniarum; dummodo non sit praesens Episcopus, Metropolitanus, Nuncius, Legatus, S. R. E. Cardinalis. » Die 27. Septembris 1828.

Facta autem per me infrascriptum Secretarium de praemissis SSmo Dom. Nostro Leoni XII. Pontifici Maximo relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis sensum laudavit, confirmavitque in omnibus. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die prima Octobris 1828.

4641. FAVENTINA.

Porrecto SSmo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. sequenti supplicii libello.

BEATISSIMO PADRE.

Il Sacerdote Luigi Cassani Arciprete di Bagnacavallo Diocesi di Faenza Oratore umilissimo della Santità Vostra ossequiosamente espone, qualmente nella Bolla di creazione della Collegiata di Bagnacavallo, oltre gli altri privilegi concessi all' Arciprete pro-tempore dalla sa. me. di Benedetto XIV. nella sua Bolla *Illius incomprehensibili bonitate*, gli fu accordato ancora di poter fare Pontificale nelli seguenti giorni, come dalla

Bolla: *Ut ipse, idest Vicarius*: poichè così chiama la Bolla l' Arciprete di Bagnacavallo costituendolo Vicario perpetuo del Vescovo di Faenza: « In Nativitatis, et Circumcisionis D. N. I. C. et Epiphaniae, necnon Paschatis, Resurrectionis Dominicae, et Pentecostes, Corporis Christi, et Assumptionis B. M. V., et Dedicacionis S. Michaelis Archangeli festis diebus tantum a primis Vesperis usque ad occasum solis festorum dierum huiusmodi . . . e *poscia* quibuscumque ipse inibi, cioè nella Chiesa Arcipretale di S. Michele, diebus festis huic tantum in Pontificalibus celebrabit Benedictionem solemnem post Missam, et Vesperarum, ac Matutinorum, et aliorum Divinorum Officiorum celebrationem supra populum inibi tunc existentem elargiri. » Quindi è, che l' Oratore supplica umilmente Vostra Santità, affinché si degni ordinare, che venga dichiarato a chi spetta, se l' Oratore possa fare il Pontificale nella mattina del Sabato Santo nella Messa solenne. Spera l' Oratore di essere esaudito, mentre evvi la Sagra Congregazione del Concilio, che nel 1785. alli 9. di Luglio definì, che *Paschatis Solemnitas exorditur a Missa Sabbathi Sancti.* (1)

» Tametsi antiquus non sit praesens titulus *de benedictione Crucis pectoralis*, quam nempe » Episcopi ad collum appensam gestant, videaturque a Clemente VIII. adiunctus, cum in editis » ante ipsum Pontificem Libris pontificalibus haudquaquam inveniatur: est tamen non ita recens » alius titulus, qui non modo in Pontificalibus editis, sed et in MSS. Pontificali Codice Guillelmi » Durandi, qui floruit saeculo XIII., et in aliis habetur inscriptus de benedictione, et impositione » Crucis proficiscentibus in subsidium, et defensionem Fidei Christianae, seu recuperationem Terrae » Sanctae. Estque is titulus XXI. iuxta ordinem titularum partis II. Romani hodierni Pontificalis. » Porro cautum est ex hac nostra Rubrica, ut Pontifex ad benedicendam Crucem pectoralem uti » possit ea forma, quae in ipso titulo XXI. est assignata. »

Quoniam itaque patet ex his, quae allata sunt, usque a saeculo XIII. vel XIV. morem invaluisse gestiendi ab Episcopis pectoralem Crucem, si vellent, qui tamen mos communis evasit, et per modum regulae, quandoquidem in Romano Pontificali insertus fuit titulus *de benedictione Crucis pectoralis*, quae aliis pontificalibus indumentis adnumeratur; plane consequitur ita Episcopis pectoralem Crucem convenire, ut usurpari nequeat ab aliis inferioris ordinis, nisi per privilegium. Hoc autem nonnisi raro rationabilibus de causis caute conceditur. Nil mirum igitur, si eam postulanti Imolensis Cathedralis Capitulo Sac. Congregatio novum hoc Insigne concedere repugnavit. Quum enim tot aliis privilegiis cumulatam esset, eiusdemque Canonici, ac Dignitates Pontificalium usu decorati sint, haud congruere visum est aliud addere pectoralis Crucis, quo magis accederent ad extrinsecas pontificales honorificentias, et tantum detraheretur extrinseci honoris Episcopali Dignitati, quantum additum esset Dignitatibus, et Canonice eiusdem Capitulum componentibus.

(1) Facile quisque videt, planeque intelligit Pontificales Missas relate ad illos, qui non ex iure, verum ex privilegio in quibusdam dumtaxat designatis diebus queunt Pontificalia peragere, quin iisdem liceat alios dies, praeter expressos in Apostolicis Constitutionibus, ut illa est Alexandri VII. pro Abbatibus, et Praelatis Episcopis inferioribus, vel peculiaribus privilegiis concessis quandoque Capitulis, Dignitatibus, Rectoribus etc., addere. Quamobrem Archipresbyter Collegiatae, et Parochialis Eccle-



Relatae autem huiusmodi preces in Audientia diei 27. Martii 1827. eidem SSmo Dom. Nostro per Secretarium S. R. C., Sanctitas Sua rescribendum iussit: *Recurrat ad Sacram Rituum Congregationem.*

Proposita igitur instantia per Emum, et Rnum Dom. Cardinalem Pedicini Relatorem, re mature discussa, responsum fuit: « Servetur stricte privilegium Benedicti XIV., ideoque excluso Pontificale Sabbathi Sancti. » Die 27. Septemb. 1827.

## 4642. SANCTI MINIATI.

Transacto Anno 1827. nonnulla exorta sunt dubia in Ficiensi Oppido Dioecesis Sancti Miniati quoad observantias Festorum, et ritum Sanctorum Martyrum Genesisii, et Candidi, quorum primum tamquam Patronum Principalem venerata est universa Sancti Miniati Dioecesis; secundum vero uti talem usque ab anno 1762. prosequuntur Clerus, et populus eiusdem Oppidi Ficiensis. Pro horum resolutione Dubiorum Sacrorum Rituum

siae S. Michaelis Balneacavalli Faventinae Dioecesis, cui facta fuit potestas a sa. me. Benedicto XIV. Pontificalia peragere in designatis solemnioribus anni diebus a primis Vesperis ad occasum Solis diei sequentis, perperam praesumit privilegium extendere, eoque uti etiam in Sabbatho Sancto, quia Pontificalem Missam licite potest celebrare sequenti die solemnii Paschatis Resurrectionis. Equidem in facultate ei est quoad alias festivitates canere pontificaliter primas Vesperas, quia revera a Vesperis initium habet sequentis diei solemnitas; sed Dominica in qua recolitur Resurrectio D. N. I. C. habet quidem primas Vesperas, si Vesperae dici possunt, quae singulari ritu intra Missam persolvuntur loco versus *Communio*, et *Orationis Postcommunio*; imo, ut notat Tetamus Diar. Ecclesiastic. civil. cap. 8. de Sabbatho Sancto num. 358. *Eaedem Vesperae verius appellari possunt gratiarum actio, quam Officium Vesperarum, teste Ruperto de divin. [Offic. lib. II. cap. XVIII. Confer Benedictum XIV. de Missae Sacrificio sect. I. cap. XXIII. §. 1., sed et Vesperae vocabantur gratiarum actio. Vide Meratum ad Gavantum tom II. sect. IV. cap. V. num. 1. Hinc huiusmodi Vesperae separatim non persolvuntur in Choro, sed celebrantur in Missa, quae, ut aliae diei functiones (per anticipationem), peragitur; ideo dumtaxat ad privatim eas recitandas tenentur, qui Missae non adstiterunt intra quam fuerant absolutae; quapropter locus non est, eas pontificaliter persolvendi, nisi intra Missam, prout fieri debet ab Episcopis, qui generalem Ordinationem promovendorum cum ad Minores, tum ad Sacros Ordines peragunt, vel etiam possunt, si velint, etiamsi non adsint ad Ordines promovendi, quia Episcopis numquam interdictum est agere Pontificalia. Quod autem iure proprio, et ex dispositione Caeremonialis Libri possunt Episcopi, haud aliis permissum est, qui ex privilegio gaudent limitato usu Pontificalium, et stricte tenentur ad id, quod in privilegio expressum est. Idcirco Archipresbyter Collegiatae Balneacavalli, ut Vesperas Paschatis pontificaliter celebraret in Sabbatho Sancto, deberet etiam in Pontificalibus alias functiones, et praesertim Missam, a qua Vesperae separari nequeunt, persolvere. Atqui pontificalem Missam non ei est in Sabbatho Sancto celebrare permissum, ideo etiam nec Vesperas, quia privilegium Missam solummodo designat pro solemnii die Paschatis, non autem pro Sabbatho Sancto.*

Eius autem intentioni obest potius, quam prosit resolutio Sacrae Congregationis Concilii diei 9. Iulii 1785., qua declaratum fuisse asseritur, quod Paschalis solemnitas exorditur a Missa Sabbathi Sancti. Esto quidem ita sit; sed quoniam inter designatas in Privilegio Missas, illa Sabbathi Sancti non occurrit, sed ea tantum exprimitur solemnitatis Paschatis, quid ultra quaerendum est, ut Archipresbyter Orator vanam suam petitionem agnoscat? Casus vero Sacrae Congregationi Concilii propositus, quo se tueri posse confidit, a specie nostra quammaxime distat, nec ullam habere potest relationem ad eandem. In illo quippe agebatur de Canonico, qui ex fundatione tenebatur dumtaxat: *d' intervenir* (in Choro) *nelle solennità del SSmo Natale, di Pasqua, e di S. Eustachio.* Et exorta controversia super intelligentia mentis Fundatoris; an scilicet sub nomine solemnitatum etc. interressentia incipere deberet a primis Vesperis solemnitatum in testamento a Fundatore praescriptarum, et an his venirent etiam illae, quae intra Missam in Sabbatho Sancto persolvuntur: iure declaratum fuit Canonicum teneri interesse Missae Sabbathi Sancti, quia Vesperae ea die in Choro non

Congregationem Capitulum, et Canonici Ecclesiae Collegiatae, et Parochialis, nomine etiam Cleri, ac Populi totius Oppidi adivere. Proposita in Congregatione Ordinaria diei 22. Septembris memorati anni 1827. praedicti Capituli instantia, Sacrae Congregationis sensus fuit, ut super ipsam audiretur Miniatisensis Episcopus, deque suo voto rogaretur. Quibus omnibus rite peractis in Comitibus habitis die 27. Septembris huius anni 1828. infrascripta dubia fuere proposita, videlicet:

1. An Ficienses, qui proprium Patronum habent, teneantur die festo S. Genesii Martyris totius Dioecesis Patroni audire Sacrum, quemadmodum ad hanc usque diem audierunt?

2. An teneantur recitare Officium Divi Genesii Martyris?

3. An Officium ipsius Martyris recitantes debeant illud colere eodem ritu, octavamque servare, quam Dioecesis universa servat, et ipsi huc usque servarunt?

Quibus, et alia duo Dubia secundaria adiecta fuerunt, nimirum:

1. An quod pro clero, et Populo Oppidi Ficecli haecenus dictum, definitumque est quoad Festum, Missam, et Officium S. Genesii Martyris Patroni Principalis Civitatis, et Dioecesis Miniatisensis, intelligendum, dicendum, et extendendum sit ad Clerum, et Populum totius Districtus, vel Territorii eiusdem Oppidi? Et quatenus affirmative, quomodo se gerere debeat Clerus, et Populus Territorii quoad praeteritum, cum nihil de Festo S. Candidi Martyris usque nunc egerit, quidque in posterum ab eo faciendum sit?

2. Utrum Clerus Oppidi (et in casu affirmativo ad secundam partem primi Dubii) totius Territorii Ficecli in recitatione Officii ad honorem gloriosi Martyris Genesii Officium proprium de eo pro Civitate, et Dioecesi approbatum recitare possit, vel teneatur? (1)

separantur a Missa. Species autem nostra non est de obligatione adimplendi a Testatore impostum onus, quod a iure procedit, et cum iure coniungitur; verum de extensione privilegii ultra fines praescriptos, seu de Pontificalibus, quae a Privilegiatis celebrari nequeunt, nisi ad formam indulti, et solummodo in diebus ab Indulto designatis, et expressis. Non secus igitur S. R. C. indubitae postulationi respondere debebat, nisi prout fecit, videlicet: *servetur stricte privilegium Benedicti XIV.*, ideoque, excluso Pontificale Sabbathi Sancti, posse Oratorem solummodo ad formam Indulti in Pontificalibus Missam celebrare die Sancto Paschatis.

(1) Tot sunt Decreta hae in nostra Collectione relata, quae controversias dirimunt quandoque exortas de Patronis principalibus civitatum, et locorum iuxta casuum diversitatem, ut quisque oculos, mentemque ad ea intendens, quid facto opus sit, intelligere possit, quae ratione, siquae exoriatur quaestio, queat enodari. Ideo ad illustrandum hoc Decretum nihil video, quod nova studia, ac elucidationem exposcat.

Sacra Eadem Congregatio, audito prius altero ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistro, qui suam sententiam praelo cusam dedit, ad relationem Rm̄i, ac Rm̄i Dom. Card. Petri Vidoni Causae Relatoris, rescribendum censuit: *Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum* scilicet.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Negative: Posse tamen, et debere recitare Officium S. Genesii, attendita consuetudine sub duplici maiori tantum. »

Ad 3. « Negative, et provisum in secundo. »

Ad alia duo Dubia secundaria « Affirmative, servatis servandis quoad ritum, scilicet sub ritu dup. mai. tantum, excepto praecepto obtinendae absolutionis. » Die 27. Septembris 1828.

Facta autem per me infrascriptum Sacr. Rit. Congregationis Secretarium de praemissis SSmo Domino Nostro Leoni XII. Pont. Max. relatione, Sanctitas Sua in omnibus Sacrae Congregationis responsum approbavit, et confirmavit. Die 1. Octobris 1828.

4643. AQUIPENDIEN.

Cathedralis Aquipendiensis, ubi nulla est Praebendarum distinctio, quum omnes Canonicatus Presbyterales existant, Hermes Garzonotti Presbyteratu adhuc non insignitus, praevia Apostolica Dispensatione Canonicatum est assequutus. Ad Sacerdotalem Ordinem dein promotus certior reddidit Canonicum Aloysium Chierici nondum Sacerdotio inauguratum, sed in Canonicatus possessione anteriorem, se ex Sacerdotii receptione illi praecedere debere tam in Choro, ceterisque functionibus, quam in actis Capitularibus. Etsi aegro animo, monitus tamen cessit; sed Presbyteratu, quum obsequutus fuisset, iterum praecedentiam expostulavit, quam ex Sacerdotii defectu amiserat. Sed cum res ad pacem non componeretur, Rm̄i Episcopi iudicio commissa fuit, atque ante causae cognitionem Canonicus Garzo-

notti Sac. adivit Congregationem Concilii. Interim Decretum Episcopi Aquipendien. Canonico Chierici praecedentiam tribuit. Dum S. C. Supplici Garzonotti Libello rescripsit « Utatur iure suo coram Episcopo ad formam Decretorum S. C. Rituum, praesertim in Monopolitana diei 17. Novembris 1674, et Sac. Congreg. Concilii, praesertim in Albanen. Die 17. Iunii 1826. » Quum autem a suo Decreto Rmus Aquipendiensis Antistes non recesserit, quinimmo oblato Congregationis recensitae Oraculo mandaverit: *Salvis hinc inde iuribus supersederi*: ad quaestionem definiendam supplex fuit SSmo D. N. Leoni XII. P. M. Canonico Chierici, ac S. S. sub die 14. Martii 1827. mandavit « proponi in Ordinario S.R.C.

Conventu, audito prius Rmo Episcopo, qui acersitis omnibus congruum constituere debuerat terminum ad comparandum, et deducendum iura sua in ipsa Sacra Congregatione. Longiorem vero moram a Canonico Chierici animadvertens Canonico Garzonotti interponi, etsi ad iuris tramites ab Episcopo monito, qui suam sententiam in scriptis aperuit, Sac. Rit. Congreg. memoriale cum Summario exhibuit, ut super re decerneretur.

Sacra autem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum coacto sub die 22. Martii vertentis anni 1828., audita relatione Emi, et Rmi D. Card. Ioannis Francisci Falzacappa Ponentis, visisque iuribus deductis (1), respondendum censuit « Af-

(1) Innumera sunt Decreta Sacrae huius Congregationis, quibus declaratum fuit in Cathedralibus, et Collegiatis, in quibus Praebendae omnes sunt Presbyterales, et non distinctae, quoad Canonicos, aut alios Praebendatos quocumque nomine nuncupentur, praelationis rationem non ab anterioritate possessionis, sed ab Ordinis dignitate esse petendam: ita ut Presbyteri anteire debeant, etiamsi, qui in Ordine sunt Diaconatus et Subdiaconatus, antiquiorem habeant possessionem, et ita etiam dicendum quoad Diaconos relate ad Subdiaconos. Satis est consulere Indicem generalem verbo *Canonici*, qui habetur in fine huius Collectionis, praecipue vero *decreta in Terracinen.*, et in *subiecta adnotatione*, qua demonstratum est, regulam sumendam esse a decreto in una *Urbis S. Mariae ad Martyres* sub die 29. Martii 1659. confirmato in altero Ordinario Conventu habito eorum Summo Pontifice, qui nedum adprobavit Decretum, verum etiam addidit esse omnino servandum, non obstante contraria consuetudine, quam abusum imperscriptibilem declaravit.

Non alia fuit sententia Sac. Congregationis Concilii in similibus. Quin tamen antiquiora quaeramus, recentissima est resolutio in Causa *Albanen. Praecedentiae*, ut ex folio R. P. D. Secretarii, quod hic per extensum subiicere iuvat.

#### ALBANEN PRAECEDENTIAE.

« Sacerdos Benedictus Benignetti anno 1819. in Collegiata Ecclesia S. Barnabae Apostoli Terrae »  
 » Marenis, ubi nulla adest Praebendarum distinctio, canonicatum est assecutus, atque ex Emi Epi- »  
 » scopi iussu super Clericum Iosephum Torquati Canonicum possessione antiquiorem in Choro et in »  
 » aliis Capitularibus actis praecedentiam obtinuit. Mandatis obtemperavit Clericus Torquati, orete- »  
 » nus tamen denunciavit, se, cum primum ad Presbyteratus Ordinem foret promotus, in pristinum »  
 » velle statum restitui. Sacerdos nuper factus praecedentiam iuxta suae possessionis antiquitatem »  
 » expostulavit, sed repulsam passus, ad hunc Sacrum Ordinem sibi confugiendum esse duxit. »  
 » Rogatus Emus Episcopus, ut auditis interesse habentibus, dignaretur Votum suum pandere, »  
 » exemplar transmisit Capitularium Comitiorum, quo Canonici, licet fateantur *che nelle Costituzioni* »  
 » *Capitolari non si trova veruna disposizione, che faccia a questo proposito*, nihilominus nonnulli »  
 » ex Canonicis fidem perhibent, *che per antichissima consuetudine di detta Collegiata i Canonici,* »  
 » *che prendono prima possesso, benchè Chierici, godono la precedenza degli altri Canonici, che* »  
 » *prendono possesso dopo di loro, benchè Sacerdoti, e soltanto i Chierici nelle Processioni per un* »  
 » *certo rispetto danno la man destra ai Sacerdoti, ma dopo che ancor quelli son Sacerdoti, go-* »  
 » *dono la man destra, come loro compete per anzianità di possesso, et ad robur eorum depositioni*

firmative favore Canonici Garzonotti » Lis certe componenda foret, nisi Canonicus Chierici appellationem intermisisset. Denuo itaque proposita causa sub infrascripta die, Em̃i, ac Rm̃i Patres sacris ritibus tuendis praepositi ad Vaticanum iterum in

Ordinariis Comitibus coadunati, ad relationem eisdem Em̃i, et Rm̃i D. Card. Ponentis Causa discussa, et examinata, rescribendum censuerunt: *In decis, et amplius.* Atque ita decreverunt, ac servari mandarunt. Die 16. Decemb. 1828.

» adiciendum, quatuor innuunt exempla, quae obtigerunt, postquam ipsi inter Canonicos fuerunt cooptati.

» Dein Em̃us Episcopus sententiam suam aperiens, inquit: In Capitulo Mareni Praebendas non esse distinctas ordine, atque ideo praecedentiam deberi ei, qui ordine est dignior, quamvis alter Canonicatu sit antiquior. Addam etiam ipsis Canonicis Clericis, postquam Sacerdotes facti sint, redintegrationem, seu praecedentiam non competere adversus Canonicos Sacerdotes receptione posteriores, cum ius semel adeptum ex Sacerdotio non amittatur, idque non obstante immemorabili in contrarium consuetudine, quam abusum declaravit S. R. C.

» In Ecclesiis, ubi nulla adest Praebendarum distinctio in Sacerdotales, Diaconales, et Subdiaconales, Canonicos Presbyteros, quamvis possessione iuniores, praefereudos esse Canonicis Ordine minoribus, licet receptione antiquioribus, post textum *in cap. Statuimus 15, de maior. et obed.*, docet Sac. Rit. Congreg. *in Caballicen. 3. Augusti 1617., et in Nullius Baren. 22. Ianuarii 1678.*

» Quin imo hierarchicus hic ordo ita adamussim est servandus, ut contraria inveni nequeat consuetudo, *quam abusum imperscriptibilem declaravit* Decretum Sac. Rituum Congregationis *in una Urbis S. Mariae ad Martyres* ab Alexandro VII. die 27. Septembris 1659. per viam legis universalis confirmatum. *Scarfant. in animad. ad Ceccop. Lucub. can. lib. 1. tit. 11. num. 15.*

» Verum hanc iuris sanctionem haud in praesens impugnare videtur Canonicus Torquati; siquidem hoc unum ipse contendit, quod utpote ad Sacerdotium iam promotus in illum sit restituendus praecedentiae locum, quem prius cesserat Canonico Presbytero possessione posteriori. Inter Canonicos enim dignitate pares quoad praeminentias ordo receptionis tantummodo spectandus est. *Barbos. de Canon. cap. 18. num. 12., S. haec Congreg. in Albanen. Praecedentiae 14. Decemb. 1816. et in Surrentina Praeeminentiarum 20. Dec. 1823. §. Compertum*, adeo ut potior in possessione, potior etiam in loco habendus sit. *Pignatt. tom. 3. consul. 55. num. 12. Rota in Firmiana Praecedentiae 20. Ianuarii currentis Anni §. Nec aliud, coram R. P. D. Marco.* Reque vera Canonicum receptione antiquiorem, postquam fuerit Sacerdotio insignitus, reintegrandum esse ad locum praecedentiae supra Canonicos Sacerdotes medio tempore receptos, respondit *S. Rot. Tribunal. in Hildesinen. Praecedentiae 12. Iunii 1671. coram Emerix.*

» Idque in themate potissime est retinendum, tum quia accedit Collegiatae consuetudo in praecedentiae quaestionibus plurimi facienda. *Rota in citat. decis. 66. num. 5. coram Emerix. S. Congreg. in Surrentina Praeeminentiarum 20. Decemb. 1823. §. Iuris*, tum quia Capitulares Constitutiones huiusmodi redintegrationem praecipunt: Canonicus enim, qui est a grammatophylacio Collegiatae, affirmat in Archivio asservari librum Constitutionum manuscriptum, in quo inter cetera legitur: *Nè possa (Canonicus Clericus) precedere alli Canonici Sacerdoti, benchè posteriori nel possesso, sinochè non avrà ottenuto il Sacerdozio, nel qual caso abbia il luogo, che gli compete conforme l' anteriorità del suo possesso.*

» Et quamvis in libro, quem in linguam latinam deinde versum Apostolica Sedes confirmavit, *citata particulam*, pergit idem Canonicus, *reperire non liceat*, hoc ideo accidit, quia Abbas et Canonici, quorum erat Constitutiones edere, iudicarunt superfluum illud iubere, quod constanti consuetudine iamdiu fuerat receptum.

» Sed Canonico Torquati adversum tenet censura *cap. Statuimus de mai. et obed.*, quo cautum est, ut Presbyteri primum locum, Diaconi secundum, Subdiaconi tertium habeant, etiamsi posterius admittantur. De loco autem, quem Canonici Presbyteri possessione iuniores sibi quaesiverunt

4644.

IANUEN.

In S. Catharina Ianuensi plane cognitum fuit quam miris rationibus Divina Clementia, errantes ut ad ovile reducat, et quam copiosius gratiae suae oleum effundat, siquando contulit amaritiam. Quamvis enim ad Claustra vocasset, si tamen quemadmodum Abraham obedientiam voluit non sacrificium, atque a Sanctimonialibus reiectam pudore, tristitiaque suffusam domum remisit. Adduxit deinde ad nuptias, ubi tribulationes pressurasque paraverat, et alienato Mariti animo dure admodum tractari coepit, quo factum est, ut ad levandum moerentis animi fastidium, aliquid de pristina vitae consuetudine remittere,

et mundanam sequi rationem instituerit, sed quum a terrenis rebus animi potius augetur moeror, et tristitia, quam levaretur angustia, ita supra modum gravata est, ut toederet etiam vivere, et in se ipsa responsum mortis haberet. Ast in se reversa ad Confessarii pedes sese prostravit dum illius oculis divinae lucis lumen subito affulsit, et doloris simul, atque amoris vulnere percussa parum abfuit quin prolaberetur in terram. Hanc subitam, perfectamque Conversionem, quam gratissimam sibi fore coelesti charismate Christus significavit, cupiens Clerus Ianuensis ad ceterorum exemplum tam in Civitate, quam in Dioecesi peculiari festo recolere, S. R. C. supplex fuit

» nunquam decidere, licet postea Canonici Clerici receptione antiquiores Sacerdotes efficiantur, tradit Scarfant. loc. cit. num. 17. Monacell. tom. 3. form. 7. num. 5. et decrevit Sac. Rit. Congregatio in Tarfen. 15. Septembris 1668., in Sutrina 30. Iulii 1689. et in alia Sutrina 27. Augusti 1707.

» Neque hanc iuris dispositionem revocavit unquam asserta Collegiatae S. Barnabae consuetudo; siquidem exempla a quibusdam Canonicis prolata solummodo evincerent Canonicos possessione antiquiores, licet Clericos, praecedentiam obtinuisse super Canonicos Presbyteros receptione iuniores, non autem Canonicos Clericos Sacerdotio insignitos amissum recuperasse stallum; ac propterea eadem consuetudo nihili esset facienda, quum a diversis non fiat illatio, leg. Papinianus ff. de minor., Rota coram Emerix decis. 368. num. 5. Praeterea etiamsi explorata esset praetensa consuetudo, eam tamen veluti abusum, et corruptelam spernendam esse tradit Scarfant. loc. cit. num. 17. et decrevit Sac. Rit. Congregatio in Monopolitana. 17. Novembris 1674. ubi declaravit, quod Canonici Clerici, ubi Praebendae non sunt distinctae in Presbyterales, Diaconales, et Subdiaconales, quamvis receptione antiquiores, non sunt praeferendi Canonicis Presbyteris, etiam postquam Canonici Clerici fuerint effecti Sacerdotes; et tunc nec ipsis competere reintegrationem, seu praecedentiam adversus Canonicos Sacerdotes posteriores receptione, cum ius semel adeptum ex Sacerdotio nunquam amittatur, non obstante immemorabili in contrarium consuetudine, quam abusum imperscriptibilem declaravit.

» Ad Constitutiones Capitulares quod attinet, animadvertit Emus Episcopus, nihil hac de re in illis statui, declararunt ipsi Canonici in Comitibus diei 13. Iunii 1825., dum uno ore fassi sunt: Nelle Costituzioni capitolari non si trova veruna disposizione, che faccia a questo proposito: at nudius tertius folium ad me misit Vicarius Generalis, ex quo Canonicus Archivista probare studet controversiam hanc in Constitutionibus Capitularibus definitam fuisse. Illud autem nullo in pretio habendum, ac Capitularium Constitutionum partem non efformare videtur vel ex eo, quod istae latino idiomate conditae sint, italico sermone folium sit exaratum, atque ab ipsis omnino distinctum, ac separatum sit, nullaque auctoritate roboratum, quae ei firmitatem tribuat. Quod et ex eo evidentius apparet, quod quum Constitutiones Capitulares conditae per Capitulum fuissent italico sermone, atque iisdem comprehensa esset particula illa postmodum reddita (verbum pro verbo) in latinum idioma, Ordinarii auctoritate penitus ea reticita fuit: quod idem est ac si cubitalibus litteris fuisset reiecta.

» Itaque Emi Patres dignentur dirimere dubium, an, et cui sit danda praecedentia in casu etc. » Et Sac. Congregatio in altero Conventu coacto die 22. Iulii eiusdem Anni, reiecta instantia Canonici Torquati, et posthabitis rationibus pro eo adductis, praefato dubio respondit.

*Affirmative favore Canonici Benignetti.*

ut Officium secundo eiusdem S. Catharinae indulgere dignaretur, quod profecto novum in Sacra Liturgia non fuisset. (1)

Et Eñi Patres sacris ritibus tuendis praepositi ad Vaticanum sub infrascripta die in Ordinariis Comitibus congregati, exquisita prius sen-

(1) Quamquam huiusmodi petitio, dum primum ad Sac. Rit. Congregationem delata fuit, validis rationibus destituta visa fuerit, pluraque argumenta concurrere, quae eandem reiiciendam esse evincerent, ac illud praesertim, ne novum daretur exemplum ad istiusmodi postulata, nihilominus, ut res maturius expenderetur, priusquam ad Patres Sac. Rit. tuendis praepositos instantia proponeretur, duo deputati fuerunt Consultores Theologi, qui pro veritate suum sensum aperirent. Idcirco non ingratum fore arbitratus sum, si hic ab iisdem relata legentium oculis subiicerentur.

#### VOTUM I.

R. P. Michaelis Dominici Zecchinelli e Societate Iesu, SS. RR. Consultoris.

1. Se, come sta esposto nel *Pro-Memoria*, è legalmente dimostrata la miracolosa Conversione della detta Santa, di cui si chiede l'Officio *secundo*; e se v'ha esempio di simili concessioni fatte dalla S. Congregazione, come sembrano voler assicurare i promotori di questa Causa, nel loro *Pro-Memoria*, pare che non sia disconvenevol cosa il proporla alla Congregazione de' S. R. affinché si dia una risposta, la quale potrebbe servir di norma a chi volesse *in posterum* azzardar simili petizioni.

2. Sia lecito tuttavia di riflettere, che per quanto si voglia supporre miracolosa la conversione di detta Santa, non sarà mai paragonabile, nè quanto alla difficoltà, e grandezza del cangiamento, nè quanto alla importanza e pubblica utilità degli effetti, alla conversione di S. Agostino. Sarebbe pertanto non potersi ammettere tal petizione senza dar, quasi direi, un tacito diritto ad altre Chiese, e specialmente del Sacro Ordine degli Agostiniani, ad insinuar simili petizioni.

3. Più. La Conversione per eccellenza, di cui faccia menzione la Santa Chiesa, è quella di S. Paolo, unica e singolare, siccome dopo la Natività di Gesù Cristo, e di Maria Vergine, l'unica e singolare natività immacolata e santa, di cui faccia menzione la Santa Chiesa, si è quella di S. Gio. Battista, sebbene del medesimo celebri ancor la decollazione.

4. Or concedendo si fatta celebrità di conversioni d'altri Santi, non so se si venisse indirettamente a togliere qualche parte di pregio, togliendole almeno la singolarità, a quella di S. Paolo.

5. Finalmente molti sono i Santi, che dovettero l'origine della lor santità a qualche colpo straordinario della grazia, che li prevenne; onde poi si famose divennero le lor conversioni. Tali sono per esempio quelle di S. Maria Egiziaca, di S. Pelagia, di S. Margherita da Cortona, di S. Gio. Gualberto, e del medesimo N. S. P. Ignazio, e di tanti altri, i quali niente men forse della lodata Santa, potrebbero perciò vantare il diritto d'un officio *secundo*.

6. Non è da trascurare altresì una osservazione, ed è, che ammessa tal petizione potrebbero altre Chiese agevolmente per illazione di casi simili, stimarsi in diritto d'insinuar la domanda di far l'Officio *secundo* di qualche Santa, che abbia ricevute le Stigmate, sull'esempio dell'Officio che si celebra per le Stigmate di S. Francesco.

7. Nondimeno, siccome queste, ed altre ragioni, che recar si possono, se concorrono forse a render difficile l'impetrazione, non fan comparire perciò disconveniente la petizione, specialmente perchè v'ha altri esempi che potrebbero prodursi, v. g. di Santa Rosalia, dell'Invenzione del Corpo di S. Stefano, di S. Giovanni *ante portam Latinam*; così sarei di parere che non disconvenisse farne la proposizione, se pur non v'abbia qualche decreto della S. Congreg. de' Riti, a me non cognito, la proposizione, se pur non v'abbia qualche decreto della S. Congreg. de' Riti, a me non cognito, che decisa già abbia in qualche caso simile tal questione. Intanto assoggettando questo mio debol parere alla censura di chi più sa, ed alla saviezza di quelli, cui spetta un tale giudizio per dignità, uffizio, autorità, mi dico umilmente.

P. Michele Zecchinelli Consult. de' S. R.

tentia unius, et alterius ex RR. PP. Consultoribus Theologis, auditoque R. P. D. Virgilio Pescetelli S. Fidei Promotore, omnibus etiam, quae in contrarium a Procuratore et Advocato disserte admodum allata sunt, expensis, cribratis, matureque examinatis, ad relationem Em̄i, et Rm̄i Dom. Cardinalis Augustini Rivarola Ponentis, rescri-

bendum censuerunt: « Negative, et Amplius. » Atque ita rescripserunt. Die 16. Decemb. 1828. 4645. VOLATERANA.

Quum nonnullae quaestiones ortae sint Sacerdotes inter Saeculares, ac Regulares Dioecesis Volateranae tum quoad Missas celebrandas, tum quoad quaedam alia ad diuinum cultum perti-

## VOTUM II.

R. P. Placidi Mariae Brocchetti ex Ordine Praedicatorum SS. RR. Consultoris.

1. Cum Sacrorum Rituum Congregationi supplices preces exhibitae fuissent pro Festo secundo in Sanctae Catharinae Ianuensis honorem obtinendo, et potestate recitandi Officii cum lectionibus propriis secundi Nocturni desumendis ex Bulla Canonizationis eiusdem Sanctae, et Missae celebrandae; Sacrae Congregationis amplissimus Secretarius R. D. Ioseph Gaspar Fatati iussit mihi subscripto, ut meam proferam sententiam; num conveniat instantiam proponere Sacrae Congregationi, ad effectum consequendi petitam concessionem? In executionem venerati praecepti, quid sentiam maiori, qua possum, brevitate, exponam.

2. Durandus Episcopus Meldensis in suo Opere vere eximio, cui titulus *Rationale Officiorum lib. 1. cap. 3.* haec habet: « Festum Beatae Agnetis caret Octava *institutionis*, habet tamen Octavam alterius negotii, idest *significationis*. Quod ergo dicitur in Calendario Agnetis *secundo*, non dicitur propter hoc, quod sit festum Octavarium eiusdem, nec in Ecclesia pronuntiatur, nec in Calendario scribitur Octava; sed est alia Solemnitas de eadem repetita propter *Miraculum* quoddam, quod in octavo die post eius obitum contigit in eius tumulum, parentibus suis plorantibus. Intellegitur ergo Agnetis *secundo*, scilicet *festo*: unde melius diceretur *secundo Agnetis*. »

3. Causa igitur institutionis huius *festi secundi*, idest repetiti, fuit quoddam miraculum divina virtute patrum glorificandi gratia Virginem et Martyrem Agnetem; de qua re permagnifice scribit D. Ambrosius Archiepiscopus Mediolanensium.

4. Profecto pius ac devotus Ecclesiae, in qua colitur corpus Sanctae Catharinae ab urbe Genua, Clerus, ea ratione videtur motus ad poscendam ab Sacra Congregatione Rituum iteratam solemnitatem in honorem eiusdem Sanctae, quia tum Clerus ipse, cum totus populus Genuensis pie credit, Catharinam Fliscam-Adurnam die vigesima secunda Mensis Martii ad Deum per miraculum conversam fuisse. Quam rem ut probent institores, ita in precibus scribunt. « Questo giorno 22. Marzo, primo della gran Santità della nostra Beata Catarina distinto con segnalati favori del Cielo, rispetto a detta Santa, e rispetto ai suoi divoti, è notato nel Martirologio Romano alla memoria di detta Santa Concittadina. Era il giorno della sua festa prima della sua solenne Canonizzazione, è stato sempre poi mai in venerazione presso i divoti della nostra Serafina per l'annuale rimembranza dalla sua prodigiosissima conversione (di tiepida cioè in fervorosa). »

5. Conversio quidem ad Deum, et impii iustificatio pro eodem accipiuntur. Iustificatio autem impii, duce S. Thoma Aquinate 1. p. q. 105. art. 7. ad primum, licet sit opus, quod a Deo solo fiat, quia nota non est fieri ab alia causa, tamen proprie loquendo non est opus miraculosum. Tunc vero miraculum nuncupatur, cum opus evenit praeter ordinem naturae consuetum. Sacra certe Scriptura Gen. 1. docet nos, creavisse Deum hominem ad imaginem suam. Eo enim ipso, quod anima nostra est ad imaginem Dei, fit consequens capax fore Dei; igitur capacem quoque iustificationis. Quam ob rem, cum opus miraculosum sit supra potentiam naturalem, uti demonstrat perspicue Angelicus loco supra citato: dum Sacrae litterae ostendunt opus iustificationis non esse supra capacitatem animae simul intelligitur iustificationem impii non esse miraculosam. Quam Scripturae Sacrae

nentia, et unusquisque, sicuti in similibus evenire solet, propriam tueatur sententiam, ad illas evellendas humillime Sac. Rit. Cong. supplicatum fuit pro solutione sequentium Dubiorum, nimirum.

1. An in Oratoriis publicis officiat a Regularibus extra Conventum, Regulares, et reliqui Sacerdotes in iisdem Oratoriis dicere debeant Missam iuxta Calendarium Regularium, vel Dioecesanum?

2. An in publicis Oratoriis Paroeciae Regularium, et a Regularibus officiat dicenda debeat Missa secundum Calendarium Regularium?

3. An decreta prohibentia delationem Stolae ab hebdomadario assistente horis canonicis, comprehendant etiam Tertiam cantatam solemniter cum Ministris, et Vesperas solemnes?

4. An in Officio defunctorum possit relinqui ultimum Responsorium cum precibus et oratione, ut multi faciunt?

Interpretationem firmat strenue Augustinus *lib. de praedest. Sanctorum*, cum ait: « Posse habere fidem, sicuti et posse habere charitatem, naturae est hominum: habere autem fidem, quemadmodum » et habere charitatem, gratiae est fidelium. » Secundum Augustinum posse habere fidem, scilicet esse capacem ad recipiendam fidem infusam a Deo, est naturae hominum, nimirum, convenit hominibus secundum naturam, in quantum, scilicet, naturaliter habent intellectum, in quo tamquam in subiecto recipitur fides; et voluntatem, quae imperat intellectui pro recipienda fide: habere autem fidem, et charitatem, gratiae est fidelium, est dicere: Deus est, qui per suam gratiam elargitur hominibus fidem, et charitatem. Itaque, cum iustificatio una sit nata ab alia causa fieri, nisi a solo Deo, consequitur necessario minime esse eam miraculum.

6. Advertit nihilominus idem S. Thomas 1. 2. q. 113. art. 10. « In operibus miraculosis inveniri » aliquid praeter solitum consuetum ordinem causandi effectum: sicuti aliquis infirmus sanitatem perfectam assequitur subito praeter solitum cursum sanationis, quae fit a natura, vel arte: et quantum ad hoc iustificatio impii quandoque est miraculosa, quandoque non. Est enim iste communis » et consuetus cursus iustificationis, ut Deo movente interius animam, homo convertatur ad Deum, » primo quidem conversione imperfecta, ut postmodum ad perfectam deveniat: quia charitas inchoata » meretur augeri; ut aucta mereatur perfici, sicuti *Aug. dicit Trac. in Ep. Iohan.* Quandoque vero » tam vehementer Deus animam movet, ut statim quamdam perfectionem iustitiae assequatur, sicuti » fuit in conversione Pauli, adhibita etiam miraculosa prostratione: et ideo Conversio Pauli tamquam » miraculosa in Ecclesia commemoratur celebriter. Haec Angelicus ».

7. Ex qua doctrina id advertendum diligenter est, nimirum, iustificationem tunc miraculosam esse, cum Deus tam vehementer animam movet, ut statim quamdam perfectionem iustitiae assequatur. Porro in assecutione huius perfectae iustitiae considerandus potissimum est quidam motus, qui est a contrario ad contrarium. Et secundum hoc iustificatio importat transmutationem quamdam de statu iniustitiae ad statum iustitiae per remissionem peccati. Et hac ratione huiusmodi transmutatio, qua aliquis transmutatur a statu iustitiae per remissionem peccati, nuncupatur iustificatio impii, idest conversio ad Deum.

8. Transmutatio certe, qua asseritur Catharinam Fliscam-Adurnam, mutatam repente fuisse, non fuit a statu iniustitiae ad iustitiam; sed a *frigescente charitate, ad ferventiorum charitatem*. Constat hoc manifeste ex lectionibus secundi nocturni, *Catharina moerore confecta a pristina severitate deflexit. Frigescente autem charitate, ne ad ulteriorem vitae licentiam proueret, insigni miserentis Dei beneficio factum est*. Cum enim aliquando ad pii Sacerdotis pedes provoluta, eius se precibus commendaret, *repentina mutatione dexterarum Excelsi, ac subito Sancti Spiritus igne correpta, Amoris in se divini etc.* At repentina mutatio a *frigescente charitate* non est iustificatio; iustificatio quippe est mutatio de contrario ad contrarium, idest, a statu iniustitiae, ad statum iustitiae: repentina mutatio a *frigescente charitate* ad *ferventiorum charitatem* non est mutatio a contrario ad contrarium, sed a charitate ad charitatem, cum hoc discrimine, quod est a charitate remissa seu minus perfecta, ad intensiorem, idest ad magis perfectam. Atqui mutatio a minori charitate ad sublimio-



5. An in expositione SS<sup>m</sup>i Sacramenti pro defunctis dicendo Psalm. *De profundis*, sive *Miserere*, liceat in fine dicere *Requiem aeternam. A porta inferi* etc. pro oratione defuncti sive defunctorum, sicuti multis in locis faciunt?

6. An standum sit decreto (passim non observato) vetanti Sacerdotem habentem Officium dup. confluentem ad Ecclesias sive Regularium, sive aliarum dicere Missam de Requie?

7. An (excepto die tertio, septimo, trigesimo, et anniversario) in dup. maior. liceat canere officium defunctorum, et facere absolutionem ad tumulum, et, an liceat (excepto die obitus) in Octavis privilegiatis?

Et Emi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum sub infrascripta die coadunati, exquisita prius in scriptis sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, ad mei infrascripti eiusdem S. C. Secretarii rescribendum censuerunt: Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, nimirum:

Ad 1. « Serventur Decreta in una Parisien. diei 10. Iunii 1656., in una Varsavien. die 7. Maii 1726. dub. XIII. et in Aqnen. die 4. Septembris 1745. ad dub. VIII. »

rem, non est miraculosa: est enim consuetus cursus charitatis, ut inchoata mereatur augeri, et aucta mereatur perfici; ut ait Augustinus.

9. His doctrinis veris et tutissimis ruit fundamentum petitionis, quod totam innititur miraculosae conversioni, quae proprietate sermonis et consuetudine Sacrae Scripturae conversio non est, nimirum non est iustificatio, idest, motus ab iniustitia ad iustitiam, sed motus a remissiori Charitate ad intensiorem charitatem; cuius motus repentini ratio miraculosa non est, sed naturalis; potest enim anima crescere in gradibus gratiae et charitatis, tametsi hoc augmentum a solo Deo fiat, quia non est natum fieri ab alia causa.

10. His ita consideratis non sum sollicitus omnia, quae in precibus ponuntur, expendere. Id solummodo addam, quod consuetudo Ecclesiae hoc habet, ut neque Sancti Matthaei, neque S. Thomae Dydimi, neque S. M. Magdalenae, neque aliorum bene multorum, qui repente a statu peccati ad statum gratiae mutati sunt, vel Conversionem, vel festum *secundo* ritu solemniter celebret. Celebrat quidem Conversionem S. Pauli, sed haec fuit miraculosa, et miraculosa prostratione firmata; celebrant item Conversionem S. Augustini aliqui Ordines Religiosi; argumento tamen desumpto ab egregio facinore.

11. Celebrat etiam Agnetis *secundo*, idest repetitum festum; sed propter miraculum octavo die post obitum divina virtute patratum. Qua consuetudine vult Ecclesia ostendere, quod conversiones miraculosae rarissimae sunt. Quae omnia intelligo deficere in mutatione S. Catharinae Genuensis, consequenter vult, ut raro concedantur solemnitates conversionis, vel alterius causae. His igitur habitis, mea opinio est, ut non proponatur instantia sacrorum Rituum Congregationi, ad effectum consequendi concessionem petitam, quia non instructa necessariis requisitis.

Ad 2. « Provisum in primo. »

Ad 3. « Serventur Decreta, ac praesertim generale novissimum diei 7. Septemb. 1816., in quo comprehenditur etiam casus expositus. »

Ad 4. « Negative, et serventur Rubricae. »

Ad 5. « Tolerandam consuetudinem, si adsit. »

Ad 6. « Negative, et strictim servetur enunciatum Decretum in Varsavien. »

Ad 7. « Affirmative ad primam partem, si agatur de Officio per testamentariam dispositionem in die obitus assignato; ac recitari posse Officium etiam in die tertio, septimo, et trigesimo; plene absoluto Officio diei. Negative quoad secundam partem. »

Et ita declararunt, ac servari mandarunt. Die 17. Decembris 1828.

4646. MEDIOLANEN.

Permulta sunt Missarum onera, quae incumbunt Ecclesiae Coenobii S. Mariae Ara Coeli nuncupatae, Ordinis Fratrum S. Ioannis de Deo, Civitatis Mediolanen., quae satisfieri necesse est per Saeculares Sacerdotes, quoniam penes ipsos Fratres solus reperitur Aedituus, quorum multi Ritus sequuntur Ambrosianum, proptereaque cum eiusdem Ecclesiae Calendario convenire ne-

Fr. Placidus M. Brocchetti Ord. Praedicatorum S. T. M.  
et Sacrorum Rituum Consultor.

queunt. Verum quum satis, superque constant, quae in una Varsaviens. diei 7. Maii 1746. ab hac S. R. C. sancita fuere; hinc R. P. Hieronymus Cagliani recensiti Ordinis Sacerdos Professor eidem S. C. sequens proposuit dubium enodandum, nimirum.

An praedicti Sacerdotes Saeculares, sive Ritus Ambrosianum, sive Romanum sequantur, supradictum Decretum in Varsaviens. servare teneantur; et quatenus Affirmative; an Missam de communi legere debeant si in proprio ritu officium de eodem Sancto non recitent, vel potius valeant Missam celebrare votivam?

Et Emi Patres Sacris ritibus tuendis praepositi, requisita prius in scriptis sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, ad relationem mei infrascripti eiusdem S. C. Secretarii respondendum censuerunt: « In casu, a Sacerdotibus Ritus Romani servetur Decretum in Varsaviens. diei 7. Maii 1746., nec licere sese conformare Ecclesiae, si in ea celebretur Missa votiva, et ipsi celebraverint Officium sub ritu duplici; a Sacerdotibus vero Ritus Ambrosiani servandum ipsorum Ritus.

Et ita declarant. Die 16. Decembris 1828.

4647.

ANDRIEN.

Beatissimo Padre

Il Capitolo della Cattedrale della Città di Andria nel Regno delle Due Sicilie unitamente al Clero, e Popolo umilmente espongono alla Santità Vostra, che da tempo immemorabile si è quivi

costumato nel Venerdì Santo dopo le Funzioni della mattina riporsi in apposita Urna decentemente ornata, ed a ciò destinata la sagra Particella, che processionalmente si porta per la città sostenuta da quattro Sacerdoti scalzi. Grande si è stata sempre la commozione, e divozione insieme in tal circostanza, ed è perciò che con sommo rammarico udirono, che Monsignor Vescovo inibiva tal Processione, e divota Ceremonia, finchè non se ne fosse riportata l'approvazione dalla Santa Sede. Premurosi però ricorrono alla Santità Vostra, perchè a riguardo della lunga consuetudine, e sull'esempio ancora di quanto praticasi nelle Diocesi di Trani, e Barletta, ed in altri Luoghi, voglia benignamente condiscendere alla loro petizione tendente solo a ricordarsi con effetto quanto in quel giorno il Salvatore del Mondo operò, sostenne, e compì per la Redenzione del Genere umano. Che etc.

In Congregazione ordinaria ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata Emi, et Rmi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi rescribendum censuerunt: « Scribatur Episcopo laudando Decretum ab ipso latum de Processionis abolitione, idemque in posterum omnino servetur. » Die 16. Decembris 1828. (1)

4648.

MEXICANA.

Emi, e Rmi Signori.

Il Sacerdote Andrea Fernandez de la Madrid Canonico Decano della Metropolitana di Messico Oratore umilissimo dell' Emze Vostre Rme con

(1) Rescriptum S. R. Congregationis, quo laudandus decernitur Episcopus, qui Decretum tulit pro abolitione huiusmodi Processionis, quo etiam praecipitur, ut in posterum servetur, novum non est. Haec S. R. Congregationis responsio ab alia non discrepat responsione, sed illi prorsus conformis est, qua in una Mantuana Episcopi Litteris satisfecit, qui postquam prohibuit undecim suae Dioecesis Oppidis deferri SSimum Sacramentum processionaliter Feriis V. et VI. maioris hebdomadae, S. ipsam Congregationem de hac re consuluit, a qua Episcopus laudatus fuit, et eius pariter Decretum fuit confirmatum. Laudandi sane sunt Episcopi, qui irreptos paulatim abusus eliminare student, vel ritus Ecclesiae rite servari praecipiunt, vel novos induci, aut veteres, et adprobatos ab Ecclesia ritus quodammodo corrumpi vel immutari sentiunt; laudandi, inquam, sunt Episcopi, ad quos ex Litteris Apostolicis Summorum Pontificum, quae Caeremoniali Episcoporum, Pontificali Romano vel praefiguntur, vel in fine referuntur, spectat ex officio advigilare, ut omnia rite serventur, quae ab Ecclesia in ritibus, et caeremoniis sunt constituta, et in dubiis, quae passim occurrunt, S. R. Congregationem adire, eamque consulere, et ab illa Sententiam et Decreta perquirere, ne ritus ipsi immutentur, corrumpantur, ut Divini Cultus maiestas per incitiam, negligentiam, vel novitatis amorem vilescat. Laudandus quidem, iterum dicam, iure est Episcopus, qui hanc processionem cum SSimo Sacramento prohibuit, quia hac die passionis et moestitiae non convenit: adversatur enim ritui, caeremoniis, ac mysteriis, quae in Ecclesia universa hoc tempore recoluntur, ac celebrantur: nam post processionem SSimi Sacramenti ad Sepulchrum, strictiori quo potest fieri modo

pieno ossequio espone qualmente da tempo immemorabile si è sempre praticato in quella Chiesa Metropolitana, che il Sagrestano, il quale nel

Venerdì Santo estrae dall' Urna il SSmo Sacramento, ove trovasi depositato, per consegnarlo al Diacono, e questi passarlo al Sacerdote cele-

et sensu passionis mysteria incipiunt, quemadmodum evincunt Altarium denudationis vetustissimus ritus ab Ordinibus Romanis praescriptus, qui ut Durandus, Aluinus, Amalarius, mysticas huius ritus et varias significationes assignantes sentiunt, vel Christum vespertinis horis suis discipulis nudatum significat (et ideo immediate post Vesperas denudantur Altaria) vel ut opinatur Rupertus, et cum eodem Durandus, Christum in crucifixione suis expoliatum vestimentis designat, quae inter milites divisa fuerunt, ut non obscure indicat Antiphona, quae in Altarium denudatione dicitur: *Diviserunt sibi etc.*, vel item Christum Passionis suae tempore amisisse speciem et decorem.

Eandem repugnantiam ostendit vetustissima Ecclesiae disciplina, quae diem prorsus aliturgicum sequentem Feriam sextam agnovit, qua cum memoria reolatur eruenti in Cruce Iesu Christi sacrificium, cessat ab incremento Missae sacrificio celebrando. Ad quid, quaeso, expoliantur Altaria, Templata suis ornamentis carent, silent Instrumenta omnia Ecclesiastica, et pro campanis Crotalum ad convocandum ad Ecclesias populum adhibetur? Nisi ad indicandum Ecclesiae luctum ob passionem et mortem Christi Domini Sponsi sui? Cur lampades, quae ante Altaria lucent, extinguuntur? Omnia profecto moestitiam et luctum sive in Templis, sive in Altaribus, sive in Ministris annunciant, ut Fideles per haec exterioris tristitiae signa Christi passionem recolant, mortem eius meditentur, et cum lugente Ecclesia luceant et ipsi Filii. Iam quid commune esse potest cum moerore et laetitia, cum lacrymis et gaudio, cum pompa et luctu? Quid demum cum Christi morte iuxta Ecclesiae intentionem, et triumphali cum SSmi Sacramenti Processione his diebus, quibus ipsa incruenta Sacrificia cessari Ecclesia praescribit? Huiusmodi itaque Processio contra ipsius Ecclesiae mentem perageretur, quia adversatur peculiaribus ritibus dierum, peculiaribus mysteriis, ad quae consideranda et celebranda Ecclesia signis etiam externis, filios suos excitat, invitat. Per hoc ipsum Processiones omnes, quae hac die prohibentur (si Ecclesiae spiritum, et mentem inspicimus), vetitae etiam censi debent sequenti die. Haud hic loquor de Processionibus, quae ad Passionis, ac mortis Christi mysteria referuntur. Non est hic mei muneris de illis inquirere, cum de his neque Decretum agat. Vetitae, dixi, censi debent Processiones sequenti etiam die. Et sane extat de hac re Decretum Congregationis Episcoporum: *Processio sollemnis aliquo certo die facienda, si cadat in Feriam sextam Parasceve, eo Anno transferenda est in alium diem.* Ita decretum fuit 25. Februarii 1598. ut legi potest apud *Cavalerium Tom. 4. c. 2.* Transferenda est Processio iuxta allatum Decretum. Igitur in Parasceve facienda non est, et ratio patet manifestissima; siquidem huic diei non convenit solemnitas, et festivitas, et quidquid solemnitatem potest redolere, sed moestitia et luctus, haec sola conveniunt. Haec tamen aequae conveniunt toto Passionis, et mortis Christi triduo. Ex hoc sequitur Processiones laetitiae celebrandas non esse a Vesperis Feriae IV. maioris hebdomadae usque ad Sabbathum Sanctum inclusive, quorum dierum spatio, licet etiam in antecedentibus singulari modo Ecclesia ad luctum, moestitiamque componitur. Et quamvis videri posset in Sabbato Sancto post meridiem, iuxta hodiernam disciplinam, Paschali cantato Praeconio et incepto Resurrectionis gaudio celebrari posse sollemnes Processiones, nihilominus laudabile non esset illas peragere: quia etsi Ecclesia Paschale praeconium annuntiat, etsi in Missa canat *alleluia* vocem exhibendo, quae cum iubilo Deum laudare vi hebraicae vocis significet, ac proinde ad laetitiam invitet, tamen ostendit gaudium suum plenum adhuc non esse, et in ipsa Missa hanc vocem ipsam cum *Tractu*, vocabulo nempe moestitiae coniungit; ex quo liquet gaudium cum luctu Ecclesiam miscere; et si gaudium Paschale est, plenum tamen, completumque non est, nam Christi Resurrectio nondum plene, perfecteque est patefacta. Eadem ratione in Missa ad Evangelii cantum luminaria non deferuntur ad significandum Angelos annuntiare quidem nobis Christum resurrexisse; quemadmodum Evangelium, quod canitur, annuntiat, sed nondum Christum, qui resurrexit, manifeste apparuisse.

brante, ha usato sempre di Stola bianca; ma nel presente Anno il Maestro delle Ceremonie appoggiato ad una dottrina del P. Merati determinò, che il detto Sagrestano usasse di Stola negra per estrarre la SS<sup>ma</sup> Eucaristia dall' enunciata Urna. Supplica pertanto umilmente l' Eminenze Vostre R<sup>me</sup>, perchè vogliano benignamente degnarsi dargli sù di ciò una benigna dichiarazione.

Implora inoltre, che l' Eminenze Vostre si degnino dichiarargli, se il Diacono quando portasi al Tabernacolo ad esporre, o ad abbassare il SS<sup>mo</sup> Sacramento per la rinnovazione, o Processioni, deve portare il Velo sopra le Spalle, o

lo può effettuare senza di quello con la Tonacella, giacchè nella sudetta Città di Messico alcune Chiese praticano in un modo, ed altre in diversa maniera; ma nella Metropolitana sempre uno dei Sagrestani è quello, che cala sopra l' Altare il Santissimo, e nel piano del medesimo lo porge al Diacono, il quale senza il velo lo prende, e lo colloca sopra l' Altare. Che ec.

Sacrorum Rituum Congregatio, me infrascripto Secretario referente, respondit.

Ad 1. « Excluso Cappellano, Calix extrahatur et deponatur a Diacono iuxta Rubricas. » (1)

Ad 2. « Si Tabernaculum est eodem in Altari

Item quibusdam caret Missa partibus, ad indicandam hanc incompletam Ecclesiae laetitiam: caret Introitu, Graduali, Offertorio, Symbolo, Communione, vel quia, ut putat *Durandus cap. 85. num. 2. et Beletus cap. 111.* sicut Introitus, ut alias de cuiusque partis omissione rationes omittam, quae ab Auctoribus proferuntur, est caput Missae, et Christus nostrum est caput; ita omittitur ad significandum Christum Dominum nobis subtractum, et in sepulchro silentem manere, et quamvis resurrexerit, nocte tamen Resurrectionis suae Discipulos ipsum surrexisse adhuc ignorare; vel quia, ut *Rupertus de divin. offic. lib. 7. cap. 11.* opinatur, cum tam Introitus, quam aliae partes, quae omittuntur, considerari possint tamquam totidem ornamenta solemnium diei, detrahuntur diei ipsi licet iucundo, licet festivo ad indicandum moerorem, ac tristitiam, qua Ecclesia adhuc quodammodo afficitur. Et si nihilominus Ecclesia, ut innui, per Levitas suos solemniter Paschalia gaudia filiis suis annuntiat; si laetitiae vestes Ministris suis praescribit, si Altaria festivo ornantur apparatu; haec omnia, aliaque, quae afferri possent, si cum aliis omnibus conferantur ritibus, et caeremoniis super expositis, non comprobant plenam perfectamque eius laetitiam, et per anticipationem fiunt. Nam huius Sabbati dies nullum per se de die Officium haberet, et esset per se, inspecta aequae ac praecedens Feria VI., dies aliturgica, et totum Officium antiquitus erat sequentis noctis eiusdem Sabbati. Haec omnia, quae sunt huc usque adnotata, si quis attente consideret, facili negotio sibi persuadere poterit, solemnitates omnes, quae cum imperfecta laetitia non conveniunt, quae cum gaudio et moerore simul componi nequeunt, prorsus excludi, ac proinde Processiones, de quibus sermo est in Decreto, locum memoratis diebus, nempe Feria V. et VI. maioris hebdomadae, habere non posse, ac iure proinde Episcopum esse laudandum, qui illas prohibuit, et Decretum ab eo latum servandum in posterum esse, ut sapienter Sacrorum Rituum Congregatio sancivit.

(1) Cum agitur de Ritibus, ac Caeremoniis omnia sunt peragenda iuxta Rubricas, et ab hac nunquam recedendum; et si aliquando vel locus, vel Ministrorum defectus, vel alia quaecumque rationabilis caussa haud sinat stricte eam sequi, id minus quam fieri potest eveniat, et in iis, quae rei substantiam non attingunt, sed minima et pauca. Iam quid indicat Rubrica huius diei, quae rei substantiam non attingunt, sed minima et pauca. Iam quid indicat Rubrica huius diei, cum agit de extractione Calicis a Capsula? A quo peragenda est actio, nisi a Diacono? *Diaconus*, inquit Rubrica, *interim aperit Capsulam... tum Diaconus* (nempe is, qui cum Celebrante processit ad locum Sacramenti, non alius ab illo diversus) *extrahens Calicem cum Sacramento de Capsula dat ad manus Sacerdotis etc.*

Diacono haec extrahendi Sacramentum a Capsula actio tribuitur non aliter, sive Sacristae, sive Sacerdoti cuiuscumque Stola induto. Adeo hoc verum est, ut ipsum Caeremoniale Episcoporum, si quam actionem Sacristae assignat, non aliam assignat, nisi Capsulae aperitionem. Et rursus (legitur §. 31. cap. 25. lib. 2.) *genuflexus super pulvino incensat triplici ductu Sanctissimum Sacramentum, Sacrista aperiente Capsulam: extractionis vero actionem primo Diacono adsistenti assignat; Tunc primus Dia-*

Velo Humerali non est opus; si diverso in Altari extaret Tabernaculum, Velum Humerale est adhibendum. Die 16. Decembris 1828. »  
4649. BAREN.

Honoris Insignia, et ea potissimum quae ad Divinum Cultum, Sacrae rei decorem, et Sacerdotum dignitatem promovendam amplificandamque maxime conferebant, a Summis Pontificibus larga manu nonnullis Ecclesiis attributa, propter Innumeros, qui irreperant, abusu, sa: me: Pius VII. Constitutione, quae incipit « Decet Romanos Pontifices » ea omnia in universum certis limitibus ita cohibuit, ut singulis Canonicorum Capitulis, quae amplioribus privilegiis se aucta fuisse arbitrarentur, peculiaria sua iura in Sac. Rit. Congregatione deducendi potestatem adiecerit, ut quod a Canonicarum Sanctionum praescripto declinare visum esset, opportune decerneretur. Eapropter et Barenensis Metropolitana Ecclesia quae sibi fuerant diversis temporibus ab hac Sancta Apostolica Sede indulta, illico deposuit. Quum autem penes Populum mutatio isthaec admirationem, dissensionemque conciliaret, modernus Rñus Archiepiscopus,

dum ab Ecclesia Cathacensi ad Barensem Metropolitanam esset evectus, ab sa: me: Leone XII. oretenus impetravit, ut suae Cathedralis Canonici in usu omnium privilegiorum, sicuti ante memoratam Constitutionem, libere perseverarent. Illi itaque Canonici licite, plenissimoque iure Pontificalibus privilegiis hodie utuntur. Cupientes vero recensitae Constitutionis praescriptum non declinare, praefataeque novae concessionis authenticum in Archivio futuris temporibus, successoribusque Canoniceis monumentum asservare, Sacrorum Rituum Congregationi supplices, enixasque porrexit preces tam idem Rñus Baren. Archiepiscopus, quam Metropolitanae Capitulum, postulantes privilegiorum omnium legitimam confirmationem.

Sacra autem Congregatio ad Vaticanum in ordinario Coetu sub infrascripta die coadunata, omnibus mature perpensis, consideratisque allatis documentis, rescribendum censuit: « Pro gratia confirmationis, excepta Mitra auro contexta, et ad Dominum Secretarium cum Sanctissimo. Die 19. Decembris 1829. » (1)

Facta autem de praemissis Domino Nostro

*conus assistens accipit Sanctissimum Sacramentum de dicta Capsula, illudque in manibus Episcopi adhuc genuflexi reverenter collocat. Idem prorsus indicatur in Memoriali Rituum Benedicti XIII. fel. rec. Tit. XVI. §. 3. num. 18.: Diaconus prope Altare, facta genuflexione unico genu, sine capitis inclinatione, extrahit de Capsula Calicem Sanctissimi Sacramenti suo velo coopertum... et stans tradit Calicem eidem (Celebranti.) Satis haec sint, quae breviter sunt adnotata. In re enim tam clara diutius immorari supervacaneum prorsus esset. Nil mirum si S. Congregatio nihil de Stolae colore proposito dubio respondit, nam Rubricae inhaerens, inductum abusum reprobare tantum censuit excludendo Sacristam ab actione extrahendi Sanctissimum Sacramentum, et sic Rubricam accurate servari decrevit.*

(1) Mitra per se nihil est aliud quam capitis ornamentum, et ea Mulieres antiquitus, et apud Hebraeos, et apud Paganos ornabantur, et erant mitrae Foeminis, quod galei sunt Viris, et diversae erant Virginum, diversae Matronarum Mitrae: *Iudith. 10. 3. legitur: discriminavit crinem capitis sui, et posuit mitram super caput suum.* Isaias inter muliebria ornamenta adnumerat *torquem, monilia, et mitram*, et de Magdalena scribit *Hieronimus cap. 10.: Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos.* Nunc Mitra est Episcoporum capitis ornamentum, ac inter sacra Pontificalia ornamenta adnumeratur, quae pariter suam habet particularem benedictionem, ut chyrothecae, annulus, Pastorale, et ab Episcopo consecrante peculiari adhibita verborum formula consecratis imponitur, et peculiaris oratio pronunciat, dum in Missis Pontificalibus Episcopus ea ornatur. Sicuti mitra varia sortita est nomina, et varia fuit pro diversis temporibus forma, sic diversa fuit, et adhuc est in Ecclesia earumdem qualitas, sive species. Ut de nomine dicam, appellata est *Apea, Sertum, Corona*, modo *Sacerdotalis*, modo *Gloriae, Galea, Pileum, Thiara, Infula, Cidaris*. Si de forma loquamur, diversa haec quoque fuit, alia Pontificum, alia Episcoporum, alia in cuspidem in superiori parte ad instar Coni terminabat, alia minus cuspidata et valde obtusas cuspidem habebat, aliae bifides erant et breviores, sed temporis progressu adeo earum forma varia evasit, ut de his certi nihil possit affirmari. Si eruditorum scripta hac in re persequi vellemus, si picturas, si musiva opera, quae in antiquioribus tum nostrae huius Urbis, tum in aliis Ecclesiis



in Ecclesiasticis Functionibus, excepta tantum  
Mitra auro contexta. Die 23. recensiti Mensis,  
et Anni.

4650. CATHANIEN.  
Sodalitas SSmī Sacramenti erecta in Collegiata  
Ecclesia Civitatis Aci-Reale in Dioecesi Cathanien-

describit, et significationes mysticas tradit. *Mitra Pontificis*, scribit ipse, *scientiam utriusque Testamenti significat: nam duo cornua duo sunt Testamenta, duae fimbriae, spiritus et littera: circulus aureus, qui anteriorem et posteriorem partem complectitur, indicat, quod omnis scriba doctus in Regno Coelorum de thesauro suo nova profert et vetera. Caveat ergo diligenter Episcopus, ne prius velit esse Magister, quam norit esse Discipulus, ne si coecum coecum duxerit, ambo in foveam cadant. Scriptum est enim in Propheta (Osaea) quia tu scientiam repulisti, ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Hae diversae Mitrarum species non inutiliter, non sine ratione ab Ecclesia statutae sunt, sed vel varias plus minusve diuerum aut actionum solemnitates possunt indigitare, vel etiam temporis et Ecclesiae aut moestitiam aut luctum. Prima quae aliis praetiosior est et ornatior in solemnioribus diebus et actionibus adhibetur, et si in eadem primaria aut solemnī actione, ut in Missa solemnī, ea secundi quoque generis adhibetur Mitra, illa prima in aliquibus Missae partibus nihilominus adhibetur, et ea Episcopi aliquibus in actionibus ornantur, ut in lotionibus, in benedicendo populo etc. Hinc colligi posset secundi generis Mitram, scilicet auriphrygiatam, hoc in casu, si ea utuntur licet minus praetiosa sit, ad commoditatem Episcoporum quia leuior est, eam adhiberi, ne ipsi, cum hymni Angelici, aut Symboli cantus (quibus praesertim temporibus ea adhibetur) longe protrahitur, dum mitrati sedent, molestiam accipiant. Tertia demum, quae simplex est et linea, adhibetur in functionibus, quae moestitiam, luctumque redolent, ut in Exorcismis, in Processionibus poenitentiae, ferialibus Quadragesimae diebus, aliisque quibus Episcopi vel Cardinales (qui propria suae dignitatis, ut innui, utuntur) praesente Summo Pontifice Mitris ornantur. De vario hoc Mitrarum diversarum usu, et variis sive temporibus, sive diversis ritibus accomodato, audiatur ipse *Durandus in suo Ration. Div. off. lib. 3. cap. 13. n. 6.*, quibus comprobatur pro diversis temporibus diversi generis Mitras adhiberi. *Sane, scribit, Mitra aurifrisata utendum est a Pascha usque ad Adventum, et a Nativitate Domini usque ad Septuagesimam in omnibus festis duplicibus, et novem Lectionum totius anni (nisi in Festo Innocentium, et in Dominicis praedictorum temporum) et generaliter quandocumque Gloria in excelsis, et Te Deum laudamus dicuntur. . . In aliis vero temporibus regulariter non aurifrisata, sed simplici utendum est, videlicet ab Adventu ad Nativitatem. . . Item in festis trium Lectionum illius temporis, et in omnibus Vigiliis, in quibus ieiunium celebratur, et quatuor Temporibus, et in Rogationibus, item in Officio Defunctorum.* Ex ordine Romano pariter evincitur sicut triplex Mitrae species, sic et diversus pro diversis temporibus usus. Plurima his addenda essent, sed haec videri possunt in allatis Auctoribus, quibus addo et Cangium et Spalmannum et Baquillottum.

Iam quaedam ornamenta et honoris praeclariora insignia iure Episcoporum, inter quae et Mitra recensetur, a variis Saeculis per privilegium et aliis a Summis Pontificibus concessa fuerunt quibusdam Canonicorum Collegiis, Abbatibus, ac Praelatis Episcopis inferioribus, vel ob rem aliquam praeclare gestam erga S. Sedem, vel ad distinctionem aliarum Ecclesiarum ob peculiaris ipsius Ecclesiae antiquitatem, vel etiam ut splendidiori per haec honoris, et decoris signa apparatu Divini cultus maiestas magis eluceret, et Fideles per hunc ipsum externum Ministrorum ornatum ad rerum altissimarum contemplationem excitarentur. Sed cum non semel eveniret, ut ii, qui singulari modo his privilegiis honestati essent, latius accepta privilegia, et honores interpretando, maiora sibi concessis arrogarent, et terminos Concessionis excederent, ita contra Concedentis voluntatem agerent, ordinem perverterent, et abusus inducerent, S. Rituum Congregatio modum aliquem huic quorundam libertati ponere ex munere statuens, et Pontificiorum Diplomatum violationes vel praecavere, vel continere, singulari Decreto declaravit sub die 27. Augusti 1822. quae Pontificalia sint privilegia, quod adprobavit, confirmavitque fel. rec. Pius VII. qui Praedecessorum suorum Pontifi-

si expostulat facultatem decantandi Missam de Requie cum SSmo Sacramento exposito in Altare laterali.

Sacrorum Rituum Congregatio rescripsit: «Obstat Instructio Clementis XI. nec non Decreta Sa-

crorum Rituum Congregationis.» Die 19. Decembris 1829. (1)

4651. FLORENTINA.

Director Kalendarii Ordinis Capucinatorum Provinciae Florentinae Fr. Paulus ab Apua sequentia

cum Alexandri VII. et Benedicti XIV. exemplo inhaerens, peculiarem etiam Constitutionem edidit sub die 4. Iulii Anni 1823. cuius initium est: *Decet Romanos Pontifices*. Hac, ut ii, quibus aliquod huiusmodi privilegiorum ante fuerit concessum, statutis Legibus continerentur, neve illorum iura laederentur, ad quos inspecto Ecclesiasticae Hierarchiae ordine huiusmodi insignia stricto pertinerent sensu, neque in posterum alii inducerentur abusus, et omnis perturbationis, quaerimoniae, et dissidiorum tolleretur occasio, hac, inquam et memoratum S. R. Congregationis Decretum confirmat, et Praedecessorum suorum Leges et Statuta quoad usum Pontificalium Praelatis Episcopis minoribus, aliisque concessa sapientissime renovavit, ius ut suum sacrum tectumque Episcopis servaret, ne quid per illimitatum privilegiorum usum praescriptos in privilegiis ipsis terminos praetergrediendo, Episcopalis Dignitatis splendori detraheretur. Cum autem tam in memorato Decreto, quo privilegia Pontificalium declarantur, quam in dicta Pii VII. Constitutione statuatur, ut ii, qui amplioribus gauderent privilegiis, peculiaria sua iura ad S. Congregationem perpendenda deducerent, ut inde de illis iuxta Canoniarum Sanctionum opportune posset decerni, Ecclesia Metropolitana Barenensis Summi Pontificis mandatis obtemperans, privilegia sibi indulta illico deposuit, sed ad vitandam quaevisque aliorum admirationem ob repentinam hanc insigniorum dimissionem, preces porrexerunt pro usu privilegiorum, quibus gaudebant, quae a fel. rec. Leone XII. benigne concessa iterum fuere.

Laudabilis haec Canonice Barenensis obedientia confirmationem privilegiorum quasi promerita est, quae simul ostendit legitime eos concessis privilegiis uti, et a statutis legibus non declinasse. Quo factum est, ut iisdem postulantes, et Rmo Archiepiscopo ipsis favente, Sacra Congregatio quoque *pro gratia confirmationis* rescripsit. Unum tamen excepit, usum nempe Mitrae auro contextae, ut Decreti et Constitutionis statutis, eorumque fini gratiae confirmatio responderet, qui in eo praecipue situs est, ne quis ex Praelatis Episcopis minoribus, si forte aliquibus Pontificalium privilegiorum gaudeat, illorum iura laedat. Vidimus supra ex diversis Mitrarum speciebus, et antiquissimo eorum usu, quid ad Episcopos spectet, quid aliis conveniat, qui ex privilegio Mitra utuntur. Cum itaque Canonici Metropolitanae Barenensis ex privilegio ea utantur, non alia uti possent, nisi memorata, nempe simplici ex tela alba cum sericis laciniis, ea nempe, quae a Decreto sub num. 8. describitur.

(1) Instructio Clementina haec habet §. XVII. num. 1. *Non si celebrino Messe di Requie nel tempo che durerà l'Orazione delle Quarant'ore*: In Instructionis verborum adnotationibus num. 1. haec subiicitur ratio: *Dedecet enim, quod cum lugubri apparatu celebrentur Defunctorum Missae, ubi Sacramentum est triumphaliter expositum, praesertim, (en alia ratio), quia in his haud adici potest commemoratio Sacramenti, quam in Missis votivis omnibus, si per Rubricam liceat, eadem Instructio demandat*. Scio equidem nonnulla S. R. Congregationis Decreta reperiri, quibus videtur non absolute prohiberi Defunctorum Missas, idque erui quodammodo posse ex verbis, quibus eadem S. Congregatio usa est in una Canonice Regularium Lateranensium sub die 12. Decembris 1684., et in altera Eugubina 27. Aprilis 1697. Legitur enim in prima *regulariter negative*: in altera vero *congruentius abstinendum*, ex quibus utriusque Responsionis verbis tam Cavalierius, quam Tetamus in ea sunt sententia, ut absoluta huiusmodi Missarum prohibitio non eruatur, licet per eos etiam satius sit eas non celebrari. Sed advertendum hac in re est, haec Decreta, quae de congruentia, de regularitate quoad non celebrationem loquuntur, Instructionis Clementinae promulgationem praecessisse, atque hinc quod posteriori Lege in contrarium statuta sunt contra haec ipsa esse non posse,



Dubia discutienda, enodanda, et resolvenda Sacrorum Rituum Congregationi proposuit, videlicet.

1. An tempore Sacrosancti Missae Sacrificii in administratione Viatici praesertim in Xenodochiis liceat ab Altare recedere usque ad aegrotorum lectum recitando interim Psalmum *Miserere*, ut fieri solet extra Missam?

2. Utrum tempore etiam Sacrificii Missae ad-

nec legem, nec regulam posse efformare; hinc si absolute non prohibentur a Decretis Congregationis anterioribus, per ipsam Instructionem prohibentur, quae et vim regulae habet, et Legem constituit, qua Constitutione, qua regula, qua lege ea ipsa Decreta revocata, atque abrogata censi iure possunt ac debent: nihil enim clarius dici potest, ut inde pateat absoluta prohibitio: *Non si celebrino le Messe di Requie*: quae quidem verba omnem excludunt, si qua esse posset, ambiguitatem, et praeceptum de non celebrandis huiusmodi Missis includunt in iis saltem Ecclesiis, quas Instructio Clementina respicit. At reponet fortasse quis. Haec Instructio de Ecclesiis loquitur, in quibus Sanctissimum Sacramentum in forma Quadraginta horarum est expositum, pro quibus apposite edita est; non sequitur hanc Legem aliis etiam Ecclesiis aptari debere, in quibus quocumque alio modo est expositum. Nemo ignorat praecipuum hoc esse Clementinae Instructionis obiectum, sed, si quid video, alias etiam expositiones cum SSmo Sacramento includit. Et sane S. R. Congregatio Anno 1726., cum iam netape suam mutavit post Clementinam Instructionem sententiam, in una Varsavien. respondit: *Missae de Requie extra Altare ubi, est expositum Sanctissimum Sacramentum poterunt celebrari, dummodo tamen Oratio cum Sanctissimo Sacramento non sit ex causa publica.*

Haec responsione S. Congregatio occurrit dubio, quo quaesitum est: *An permetteret Rubrica celebrari Missas de Requie durante expositione Sanctissimi Sacramenti in Pyxide?* Iam quis non videt differentiam inter expositionem Sanctissimi Sacramenti in Pyxide, et altam in Throno, sive umbella. Haec aliquam semper habet solemnitatem, ut demonstrat ipse expositionis modus, cui etiam saepe coniungitur publica causa. Illa vero nullam vel publicam causam, vel solemnitatem, ut plurimum saltem, praesefert. Hoc posito discrimine, videt per se quisque permissis huiusmodi Missis *taxative* dum Sanctissimum Sacramentum est expositum in Pyxide, indirecte quidem, sed non obscure haec responsione prohiberi Missas *de Requie* cum Sacramentum est expositum in Throno eo vel magis, 1. quia singulari dubio de Sanctissimo Sacramento in Pyxide respondit, 2. quia publicum excipit bonum, in quo semper est quaedam solemnitas. Insuper ut non inopportune quoad rem nostram pertinet, advertit Auctor Adnotationum ad Instructionem Clementinam *dedecet quod cum lugubri apparatu celebrentur Missae Defunctorum*, ubi expositum est triumphaliter Sanctissimum Sacramentum. Iam si dedecet has Missas tali in casu celebrare, quid dicendum de Missis *de Requie* cum cantu, quo nihil solemnius in luctu dici potest, nullus apparatus magis lugubris esse potest? Haec in luctu ipso solemnitas, hic lugubris apparatus directe adversaretur solemnitati expositionis. His addendum, si Missae, praesente Cadavere, exposito Sanctissimo Sacramento prohibentur, quid dicendum, si hae, absente cadavere, cum cantu celebrarentur? Vigeret semper et alia ratio de commemoratione Sacramenti in Missis omnibus privatis, quae cum per Rubricam addi potest, omnino non est omittenda, quaeque hoc in casu deberet omitti: qualitas enim Missae illam excludit. Vigeret denique ratio ex fine desumpta, quo fiunt expositiones quocumque modo solennes, qui est ut Fideles in tanti Sacramenti institutionis meditatione immorentur, in illius Auctoris charitate admiranda, in Christi recolenda Passione, et in eo, quod nobis per ipsum datum est, aeternae gloriae pignore considerando, a quo tam excellenti fine mens abstraheretur, si eo, quo Sanctissimum Sacramentum veneremur tempore, ad aliud per lugubrem cantum Defunctorum Missae vocaremur. Multa his addi possent, sed finis sit, et qui plura desiderat adeat Cavalerium, Tetamum, Instructionem Clementinam, et subiectas adnotationes, quibus haec quae hactenus dicta sunt, confirmantur.

ministrari possit SSmum Viaticum in Paramentis Nigris?

3. Quum occasione mortis alicuius Episcopi praescribat Caeremoniale Episcoporum lib. 2. c. 38. §. 27. quod ipso sepulto preces pro opportuna electione Deo fundantur, quaeritur utrum haec collecta pro eligendo Episcopo continuari debeat usque ad diem Consecrationis, an Electionis tantum?

4. An Festum S. Ioaehim Patris Beatae Mariae Virginis in concurrentia Festi alterius Sancti aequalis ritus considerari possit ut Patriarchae, an simplicis Confessoris?

Et Sacra eadem Congregatio accepta in scriptis sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, re mature diligenterque discussa respondendum censuit:

Ad 1. « Negative quoad Psalmum *Miserere* recitandum. Insuper animadvertendum, quod si Celebrans pro Viatici administratione intra Missam Altare e conspectu suo amittat, hanc administrationem non licere. » (1)

Ad 2. « Affirmative. »

Ad 3. « Collectam continuari debere usque ad diem electionis, qui est dies Consistorii secreti. »

Ad 4. « Quum Festum S. Ioaehim pertineat simpliciter ad illa Confessorum in aequali ritu observari debere Rubricam de concurrentia Festorum. Atque ita respondit die 19. Decembris 1829.

4652. HISPALEN.

Moniales Spiritus Sancti Ordinis Sancti Spiritus in Civitate Hispalen. rogarunt pro facultate

(1) Missae Sacrificium ea est actio, quae cum ceteras actiones ad Divinum cultum spectantes longe maxime aliis antecellat virtute, dignitate, ratione et victimae, et offerentis: Christus enim ipse est victima, et Sacerdos se ipsum Patri offerens, et maior sit actio, quae in Dei honorem peragi possit ab Ecclesiae Ministris Ecclesiae ipsius nomine, nihil in ea addi potest, nihil intermisceri, et nullis sive precibus, sive actionibus diversis ab Ecclesia praescriptis debet abrumpi, quae actionis unitatem adimat, et iis peragi debet Legibus, quae ab Ecclesia pro illius celebratione statutae sunt. Potest immo, et debet Sacerdos, qui Minister est Dei, in cuius honorem Sacrificium offert, et Ecclesiae sive Fidelium, pro quibus offert Eucharisticum panem e divina mensa petentibus praebere, iis tamen semper legibus, eo ordine, qui ab Ecclesia ipsa praescriptus est. Ast in proposito Dubio et actionis unitas abrumperetur, preces intermiscendo, quae pro Sacrificio Missae non sunt praescriptae, quaeque dicendae essent in casu. Ipsa enim Rubrica praecipit de *Communione Infirmorum* psalmum *Miserere*, et alios psalmos, et cantica esse dicenda; ideoque in casu unitas actionis Sacrificii tolleretur, nec regulae servarentur, quae pro simplici Fidelium communionem sunt adsignatae, si quis e contra, ne videretur Missam abrumpere, Orationes pro hac actione statutae omitteret, aut ordinem illum servaret, quem Rubrica in administranda Communionem bene valentibus indicat. Iam haec Rubricae praescriptio aptari nequit proposito dubio, nisi ordinem pervertere velimus, et unum cum altero ritu confundere, quod nefas esset. Hinc etiam est, quod S. Rituum Congregatio respondit etiam *non licere administrationem Viatici infra Missam, si Celebrans e conspectu suo amittat Altare*. Hoc enim esset Sacrificium quodammodo interrumpere, tum propter longum iter, quod supponi debet, si Sacerdos e conspectu amittat Altare, tum propter interpositionem aliarum precum, sive psalmodiarum, qui recitari deberent a discessu ab Altare ad infirmorum lectum, quae si aliunde omitterentur, et Sanctissimum Sacramentum nihil recitando (ne actio videretur abrupta) deferretur, hoc in casu quaedam quasi irreverentia in Sanctissimum Sacramentum oriretur, et quoddam etiam scandali genus Fidelibus oriri posset; et ageretur directe contra Rubricam, quae praecipit, ut cum Sanctissimum Sacramentum ad infirmos deferretur, non sub silentio, sed psalmis, et canticis adhibitis deferretur.

retinendi Pallium coloris rubri in Altari, in quo exponitur SSmum Sacramentum Dominica Pentecostes, et duabus sequentibus Feriis.

Sacrorum Rituum Congregatio respondit: « Obstant Decreta. Die 19. Decembris 1829. »

4653. PISANA.

Emi e Rmi Signori.

L'odierno Arcivescovo di Pisa Ranieri Alliata rappresenta con profondo ossequio all'Emze Vostre Rme, che dopo aver proibito ad un Nobile Signore di far celebrare la Santa Messa, e di esporre il SSmo Sacramento nella di lui Cappella pubblica di Campagna colla Pianeta e Piviale di Broccato paonazzo, dietro le assicurazioni, che aveva avuto tanto dal defunto Mons. Fornici, che da Mons. Perugini Sagrista della Pontificia Cappella « ch'era stata fissata la massima di non ammettersi fuori che il fondo del Drappo per il colore, che può usarsi secondo il Rito senza attendere nè il recamo, nè i fiori » e che perciò non si poteva permettere nè il Piviale paonazzo per le esposizioni del SSmo Sacramento, nè la pianeta di broccato di fondo paonazzo per la

Messa, allorchè il colore dev' essere bianco, o altrimenti; ha potuto risapere, che lo stesso Cavaliere, lo ha fatto usare anche in quest' Anno ad onta della sua proibizione, solo perchè un' Ecclesiastico gli aveva detto che gli ordini emanati dalla sa. me. di Leone XII. erano veri, ma portavano ancora, che fino a tanto che durassero i vecchi Paramenti di altri colori, fosse tollerato l' uso di quelli anche per l' Esposizioni, purchè nel farli nuovi si stesse alla regola stabilita. Questa eccezione non essendo stata rilevata dai sullodati Prelati allorchè gl' interpellò, non crede che possa sussistere, e d' altronde, per procedere con ogni regolarità sottopone alle elevate menti dell' Emze Vostre Rmè come l' organo più diretto, la presente questione, affinchè si degnino accordargli quella risoluzione, che crederanno poter convenire, Onde ec.

Perillustris et Rmè Dñe uti Fr. Acceperunt Eminentissimi Patres Sacrorum Rituum Congregationi praepositi ex tuo supplici libello, quem huic reperies fasciculo insertum, in quodam rurali publico Sacello sacras peragi Functiones, nec non sacrosanctum Missae Sacrificium cum Paramentis textilis serici violacei coloris, etiamsi Missae coloris non respondeant. Quae omnia quum Emi Patres Rubricarum dispositionibus obstare cognoverint, et ex parte Sacrorum Rituum indemnitati provideri posse confiderint, rescribendum censuerunt in Congregatione ordinaria sub infrascripta die coacta ad Vaticanum: « Archiepiscopus provideat omnibus iuris remediis, etiam nomine Sacrae Congregationis. » Et Amplitudini Tuae diurnam ex animo exopto felicitatem. Die 19. Decembris 1829. « Rmò Archiepiscopo Pisano. »

4654. VELITERNA.

Sacrorum Rituum Congregationi sequens proposuit Dubium Eques Colonesi Veliternus. A sa. me. Pio Papa VII. facultatem obtinuit pro se, ceterisque de familia aditum aperlendi e propriae

domus viridario ad Ecclesiam publicam S. Apolloniae, ibique Sacrum audiendi; quaeritur utrum Sacrosanctum Missae Sacrificium in praecepti adimplementum valeat etiam pro aliis Inquilinis ibi morantibus.

Sacrorum Rituum Congregatio respondit: « Strictim servetur privilegium. Die 19. Decem. 1829. » 4655. VICEN.

Inter postulata ab Rmò Episcopo Vicen. in Visitatione ad Limina transmissa unum extat, quo ipse iure conqueritur de confusione colorum in paramentis Sacrosancti Missae Sacrificio, aliisque Ecclesiasticis Functionibus deservientibus, quae etiamsi Sacris Ritibus opposita, in dicta tamen Civitate, et in ceteris Episcopatus Ecclesiis conspicitur. Huic propterea abusus providere, imo de medio tollere volens, humillime supplicavit idem Episcopus pro opportuno remedio. Et Sacrorum Rituum Congregatio in ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coacto respondendum censuit: « Serventur omnino Rubricae Generales, facta tamen potestate Episcopo indulgendi, ut in Ecclesiis pauperibus permittat illis uti donec consumentur. Die 19. Decembris 1829. »

4656. GERUNDEN.

Rmò Episcopus Gerunden. in relatione status suae Ecclesiae ad Sacram Congregationem Concilii transmissa sequens proposuit Postulatum. Usque ab Anno 1308. in hac Ecclesia Cathedrali Matutinum Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi Vespere prima Vigilia Noctis decantatur, et circa Auroram dicitur prima Missa, quae iuxta Ecclesiae ritum videtur mihi continuo post Matutinum debere celebrari. Eapropter precor VV. EE. ut indicetis mihi quid circa hanc praxim decernendum? In Congregatione Sacrorum Rituum ordinaria responsum fuit: « Serventur Rubricae Missalis, et Matutinum cum prima Missa et Laudibus dicatur summo mane, si adsit impedimentum canendi prope mediam noctem. Die 3. Aprilis 1830. » (1)

(1) Rubrica Breviarii tum particularis huius diei, tum generalis, hanc divisionem primae Missae a Matutino et Laudibus in nocte Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi non admittit, quemadmodum et Laudum a dicta Missa separationem excludunt, et cum haec Rubrica sit particularis huius noctis (quae quidem ut videbimus, sua non caret ratione) et ordinata sit pro Choro, in hoc servari debet quidquid praescribitur, et ordo prorsus non est invertendus, nec pro libitu prima Missa a Matutino, et a Missa Laudes dividi debent. En verba Rubricae particularis: *Et dicto Benedicamus Domino, celebratur prima Missa post mediam noctem, qua finita, dicuntur Laudes*; Rubrica autem generalis Tit. XXX. de hymno *Te Deum*, num. 4.: *Similiter quando dicitur Te Deum eo hymno dicto, statim inchoantur Laudes praeterquam in nocte Nativitatis Domini, quia tunc dicitur Oratio, postea celebratur Missa*. Habemus itaque clarissime praescriptum ordinem, et unionem Missae cum Matutino, et Laudum cum Missa. Dixi ordinem hunc a Rubrica pro Choro



exceptio in eodem inserta quoad Mitram auro contextam aliquid impedimenti et Capitulo et privilegiis ipsis afferre videretur, quoniam eiusdem

Capituli Canonici amplioribus privilegiis et gratiis se aucti fuisse arbitrentur, propterea exhibitis de novo Apostolicis Litteris sub forma Brevis expeditis

prompta, et Officii huius diei propria, quam affert Durandus in suo Rationali Divini Officii lib. 6. cap. 13. num. 16. quam et hic afferre haud dubitem: *Generatio Divinitatis, scribit ipse, praecessit generationem humanitatis, et quia illarum notitia fuit nobis laudis materia, ideo Laudes sequuntur. Missa praecedit, quia prius fuit aeterna generatio, de qua Missa ista loquitur, quam aliqua creatura fuerit, quae Deum laudare potuerit. In Laudibus quasi choream ducimus, quem vidistis Pastores? Et ipsi responderunt; Natum vidimus etc.* Haec Durandus.

Iam totum Officium Divinum nihil aliud per sese est, nisi quoddam Divinarum Laudum genus, quae sive psalmis, sive hymnis, sive canticis, sive aliis huiusmodi ab Ecclesia statutis, in Dei laudem et honorem canuntur. Tamen haec Officii pars, quae *Laudes* specialiter nominatur, ideo hoc donatur nomine, quia speciali quodam modo laudes Deo concinuntur. In his enim ad iubilandum Deo, ad Ei benedicendum, ad Eum laudandum Fideles excitantur. Hoc posito, si ex Durando Missa huius noctis *est nobis laudis materia*, quia sane in prima Missa Nativitas Christi ad salutem, et redemptionem humani generis speciali modo Fidelibus per Evangelium annuntiatur, quae iam per Angelos vigilantibus super gregem suum Pastoribus annunciata fuit, et gaudium magnum nunciatum pariter fuit, quod omni Populo erat futurum ob Salvatoris nativitatem; quid aequius, quid rationabilius quam et in recolendo quotannis hoc mysterio speciali hoc Deum laudandi genus, *sive Laudes*, post Missam reservetur, et Missae immediate coniungatur? Cum specialis hae nocte ratio reperiatur eas a Nocturnis dividendi, et Missae immediate coniungendi?

Unum postremo hic addere non alienum a proposito erit, quo confirmatur et seiunctio Laudum a Matutino, Missa interposita, et Laudum cum Missa immediata coniunctio. Antiquitus non modo separatae erant Laudes huius Officii a Nocturnis, sed Missa prima, quae media nocte celebrari solebat complebatur cum *Benedicamus Domino*, non autem cum *Ite Missa est*, quae verba iuxta communioem Liturgicorum sententiam nihil aliud nisi dimissio Populi est. Testatur hoc Micrologus, qui hanc adducit veteris huius ritus rationem his verbis: *Ne Populo quasi licentiam abeundi infra Matutinales Laudes dedisse videamur, quas statim post Missam iterum conerepentibus signis incipere solemus*: Iam si antiquitus, ut Populus post Missam Laudibus adesset, omittebantur hac nocte verba, quae illius dimissionem sive ab Ecclesia discessum indicabant, quo maiori argumento utemur ad probandum ex antiquitate ipsa hanc Laudum cum Missa coniunctionem, quae adhuc ab Ecclesia servatur, suam habere originem, ac proinde male prorsus se gessisse, qui contrarium servavit? Demum aliquibus in Ecclesiis alius hac nocte servabatur peculiaris ritus, et ideo servabatur ut Populus in Ecclesia retineretur. Ritus autem erat, ut inciperentur Laudes statim post Communionem, et complebantur post Orationem, quae dicitur in fine Missae, eo sane modo, quo Vesperae una cum Missa in Sabbato Sancto decantari solent, in quibus una eademque oratio et Missae est, et Vesperarum. Iam si antiquitus, ut Populus post Missam Laudibus adesset, verba apposite omittebantur, quibus illius dimissio, sive ab Ecclesia discessus indicabatur, ne Populus discederet, Laudes post Communionem inchoabantur, et complebantur cum Missa. Quoniam maiori argumento utemur ad demonstrandam Laudum cum Missa in hac nocte coniunctionem, quae servatur ab Ecclesia, non solum iure adhuc servari, sed ex ipsa antiquitate suam habuisse originem, ac proinde male sese penitus gessisse, qui ut ex Dubio patet, a speciali hoc Ecclesiae ritu discessit.

Aliud quoque hic breviter investigandum occurrit, quod non inutile fortasse erit. Quidam sunt, sed pauci sane, qui autumant Matutinum huius noctis dicto post Orationem *Benedicamus Domino*, concludendum esse cum versiculo: *Fidelium animae etc.* Innituntur fortasse hi Decreto S. R. Congregationis in Thelesina sub die 14. Aprilis 1742. dato, quod sic enunciatur est: *Non est omit-*

a sa. me. Pio Papa VII. sub die 18. Novem. 1819. ab eadem Sacrorum Rituum Congregatione expostularunt usum Mitrae auro contextae, seu filo

serico flavo aurea lamella intextae, ac ormisino etiam serico eiusdem flavi coloris subsutae sibi non esse denegandum.

*tendus in fine cuiusvis Horae, Fidelium animae, quando post eam immediate dicitur Missa, sed servandus adamussim textus Rubricae XXX. Breviarii Romani; Versiculum hunc addendum statuit Ecclesia, cuius pietas erga Defunctos ea est, ut peracto Divino Officio, aut illius partibus ad utilitatem vivorum, suffragetur statim et Defunctis, qui degunt in Purgatorio. Hic est finis Ecclesiae, quae etiam praecipit per Rubricas, ut quibusvis Horis Canonicis addatur. Iam videamus, si locum habeat hac nocte in fine Matutini. Ex Decreto, et intentione Ecclesiae dicendus est hic versiculus in fine Horae cuiusvis. Si itaque Hora non terminatur, versiculus hic non est addendus, ac proinde fallitur qui illum in casu omittentes, erroris, et culpae arguit. Laudes numquam a Nocturnis separantur, et unam eandemque horam simul iunctae constituunt; hinc si hac nocte ex specialis Rubricae Statuto Nocturni a Laudibus dividuntur, non sequitur diversas, per hanc peculiarem huius noctis Rubricae dispositionem, et a se separatas Horas ex Nocturnis, et Laudibus constitui, proindeque, absoluto Matutino, Hora revera non terminatur: hinc profecto est, quod in nullo liturgico Sacro Codice, sive in Missali, sive in Breviario, sive in Caeremoniali Episcoporum huius versiculi mentio invenitur, et taxative ab his tempus determinatur, quo Missa post Nocturnos debeat inchoari, sive qua prece, quo versiculo absoluto. Quod spectat ad particularem Breviarii Rubricam huius diei legitur: Et dicto *Benedicamus Domino, celebratur prima Missa post mediam noctem*; quod vero pertinet ad Rubricam generalem eiusdem Breviarii sic in ea legitur Tit. XXXI. de Hymno *Te Deum* num. 11. *Similiter quando dicitur Te Deum, eo hymno dicto, statim inchoantur Laudes, praeterquam in nocte Nativitatis Domini, quia tunc dicitur Oratio, postea celebratur Missa.* Demum Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 14. §. 9. *Iterum responso Dominus vobiscum, dum Chorus cum Organo prosequitur lente Benedicamus Domino, et Deo gratias, ipse (Episcopus) deposito Pluviali... demum accedit ad infimum gradum Altaris pro Missa inchoanda: Ubinam, quaeso, mentio fit de hoc versiculo Fidelium Animae etc. quo terminari debeat Matutinum, aut potius ubi, tacite saltem, non excluditur? Excluditur quidem, statim ac taxative dicitur; dicto Benedicamus Domino, celebratur prima Missa: Prosequitur lente Benedicamus Domino, et Deo gratias... accedit... pro Missa inchoanda.* Cur autem excluditur? Quia nempe, absolutis Nocturnis, non terminatur Hora, et hinc Decretum, quo huius versiculi recitationis Defensores (si qui sunt, paucissimi autem sunt, et fortasse unus, vel alter) innituntur, Officio huius noctis nequit aptari, quod peculiarem et propriam sibi vindicat Rubricam, quae clara satis est ad excludendum hunc versiculum. Hinc est, quod Tetamus cap. 25. ad diem 25. Decembris Sect. III. scribit: *Ubi post Matutinum dicitur Missa in Choro, dicto Benedicamus Domino, non addatur versus Fidelium Animae: hinc quod Gavantus scribit Section. V. cap. XXII. num. 4.: Qui versus non dicitur ante Pretiosa ad Primam, quia adhuc non terminatur Officium... neque dicitur post aliam Horam, si aliud sequatur, ut vel Missa, sicuti fit in nocte Nativitatis Domini. Quid plura? Omittitur quandoque hic versus, quando etiam quaedam Officii Hora est absoluta. Hinc apposite idem Gavantus eodem num. 4. addit neque ad Completorium habet in fine locum congruum. Non enim ante Antiphonam B. Virginis, quae ad Officium vivorum attinet, neque post eam, quam sequitur Oratio Dominica cum Salutatione Angelica. Sic autem explicit, vel Officium parvum B. Mariae, septem Psalmi, Litaniae, in quarum fine dicitur Fidelium etc. Quod hic dicit Gavantus Rubricae generali apprime consonat, cuius sequens est dispositio Tit. XXX. de Oratione num. 3.: *Postea dicitur (nempe post Orationem) Benedicamus Domino, deinde dicitur versus: Fidelium animae etc. qui versus non dicitur post Benedicamus Domino ad Primam... nec quando post aliquam Horam immediate sequitur Officium parvum B. Mariae, vel Officium Defunctorum, aut septem Psalmi Poenitentiales, vel solae Litaniae etc.* Iam si omittendus est hic versus, quando quaedam Divini Officii Hora penitus est absoluta, et sequitur**

Sacra Congregatio ad Quirinale in Ordinario Coetu sub infrascripta die coadunata ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Card. Petri Francisci Galleffi Pontentis, iuribus de novo productis ad tramites Constitutionis « Decet Romanos Pontifices » eiusdem Pii Papae VII. attente, diligenterque libratiss, consideratisque allatis documentis, ac praesertim Informatione et Voto Rm̄i Baren. Archiepiscopi, rescribendum censuit: « Ad mentem: et mens est ut solus Celebrans utatur Mitra ad formam concessionis sa. me. Pii Papae VII. absente Episcopo. » Atque ita decrevit, et servari mandavit die 17. Iulii 1830.

Super quibus omnibus facta postmodum SSmo Domino Nostro Pio Papae VIII. Pontifici Maximo per me infrascriptum Sacrorum Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis Rescriptum in omnibus adprobavit, et confirmavit die 22. recensiti Mensis, et Anni. 4658.

#### RHEDONEN.

Dum novissimis temporibus in florentissimo Galliarum Regno divina, humanaque omnia summo bonorum omnium dolore partim confusa, partim sublata erant, sacra ipsa Liturgia, ac Psalmodia in vetustissimo suo ordine non mediocrem perpessa est perturbationem. Ne autem haec vel in Divinis Reparationis nostrae Mysteriis recolendis, vel Sanctorum Festis celebrandis penitus deperiret, sa. me. Pius Papa VII. id consilii coepit, quod et temporibus, et divinis restituendis magis acomodatum videretur. Considerato itaque Regni, rerumque divinarum statu, ea qua pollebat in universam Christi Ecclesiam auctoritate, ad servandum in illis ordinem, et externum cultum sine Religionis detrimento revocandum, facta Em̄o Cardinali suo Legato a Latere facultate, constituit, ut quaedam Festa non propriis, ut fieri debuisset iuxta Rubricae regulas, diebus, sed Dominica proxima occurrente in omnibus Gallia-

rum Provinciis, et Dioecibus celebrarentur. Etsi plures ab hoc Indulto iam Anni defluerint, semper tamen dubitatum est de diebus, in quibus haec Festa forent celebranda, quasi verus ac genuinus verborum Indulti sensus esset ambiguus, ac dubitationi locum praerberet. Idcirco diversis ea diverse interpretantibus, ac in contrarias abeuntibus sententias, ex hac opinionum varietate varius pluribus in Dioecibus exortus est usus, ita ut alii Dominicam, quae huiusmodi Festa praecedat, alii eam quae illa subsequitur pro Dominica proxime occurrente suo lubitu accipiant. Ad hanc sententiarum varietatem tollendam, omnemque ambiguitatem eliminandam Sacrorum Rituum Congregationi Rm̄us Episcopus Rhedonen. sequentia proposuit Dubia enodanda:

1. Quum ex Pontificio Indulto statutum sit quaedam Festa in Galliarum Regno celebranda esse Dominica proxime occurrente, quaeritur quae sit Dominica haec proxime occurrens?

2. Utrum translatis supradictis Festis, translata intelligatur solemnitas tantum, an potius una cum solemnitate tota etiam Octava translata intelligatur pro Officiis in Choro?

Et Sacra eadem Rituum Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinale sub infrascripta die coadunata, exquisita prius alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris sententia scriptis exarata, prae loque cusa, ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Card. Ioannis Francisci Falzacappa Pontentis, omnibus mature, diligenterque examinatis rescribendum censuit. « Affirmative iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, nimirum. »

Ad 1. « Dominica proxime occurrens intelligenda est Dominica, quae Festum subsequitur. »

Ad 2. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. Servatis in omnibus Rubricis. Atque ita decrevit, ac servari mandavit die 17. Iulii 1830. » (1)

Officium ab illo quod celebratur diversum, quaecumque sit huius omissionis ratio, quae quidem a Gavanto adducitur, (quae tametsi prodest potius, quam officiat in casu nostro), cur erit dicendus in nocte Nativitatis cum absoluto Matutino absoluta nequit credi Hora, cum integram horam Matutinum cum Laudibus constituat, cum Missa sequi debeat immediate Nocturnos ob intrinsecam rationem noctis et diei, et Festivitatis propriam, quae peculiarem ritum exposcit nulli alteri Festivitati communem? Quod si quis reponeret peculiarem esse rationem omissionis in casibus a Rubrica notatis, peculiarem aequae rationem agnoscat in Officio Nativitatis, quae peculiarem Rubricam habet, qualis ea est, per quam interposita prima Missa Laudes a Nocturnis dividuntur; et sicuti hoc Officium ritum a generali regula diversum habet ex ipsa Rubricae dispositione et praecepto, sic et in fine Nocturnorum huius noctis excludi debet memoratus versiculus, nec sub adducto Decreto debet comprehendi.

(1) Vide Decretum inferius positum et subiectam Adnotationem diei 12. Decembris 1831.

4659. ROMANA  
SEU ORDINIS CISTERCENSIIUM.

Spiritu intelligentiae replevit Dominus Deus ad Fidelium exemplum et instructionem Sanctum Bernardum Claravallensem Abbatem, qui mentis acumine, suavitate morum, ac sacrarum Litterarum peritia excellens tamquam imbres emisit eloquia sapientiae suae, quum tot Volumina ediderit, Apostolicam Sedem, Summosque Pontifices studio, et ardore maximo contra Schismaticos adiuerit, ac debaccantium ea aetate Novatorum errores voce, et calamo oppugnaverit, atque extinxerit. Licet vero pluribus abhinc saeculis, et viginti tantum annis elapsis a praetiosa illius morte ab Alexandro III. sanctitate vitae, miraculisque cognitis inter Sanctos Coelites adscriptus fuerit, eiusque cultus in Ecclesia amplificatus, adhuc tamen desiderabat inter Ecclesiae Doctores Sanctum Bernardum referri, ac per totum Orbem haberi Monachorum Cisterciensium Ordo, cuius propagator ac decus praecipuum Sanctus Abbas refulsit. Plures insuper Cardinales Patres eiusdem erga Ecclesiam merita recensentes cum iisdem Cisterciensibus a SSmo Domino Nostro Pio Papa VIII. postularunt, ut S. Bernardi Abbatis festum cum Officio, et Missa de Communi Doctorum celebrandum decerneret. Huiusmodi precibus in Ordinario Sacrorum Rituum Conventu in Quirinali Palatio habito die 18. Iulii 1829. relatis ab Rmo Cardinali Iulio Maria De-Somalea iam Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, caeteri Cardinales Sacris Ritibus tuendis praepositi simul omnes proclivem animum ostenderunt: attamen SSms Dominus Sacrorum Rituum Congregationis morem servandum in omnibus ratus, si quid obici posset, id per Sanctae Fidei Promotorem appositis Animadversionibus in medium proferri voluit. Quibus quum Responsiones subiecissent Postulatores in Ordinario Conventu diei 17. Iulii 1830. in Quirinalibus Aedibus, referente Rmo Cardinali D. Placido Zurlo Urbis Vicario, re diutius perpensa, solutisque obiectis omnibus, ea fuit unanimis Rmorum Cardinalium sententia, nimirum: « Pro gratia confirmationis Tituli Doctoris cum Officio et Missa de Communi Doctorum, et Epistola secundo loco pro Ecclesia Universali, ad Eñm Ponentem cum Promotore Fidei, et ad D. Secretarium cum SSmo. » Die 17. Iulii 1830.

Horum omnium et singulorum facta SSmo Domino Nostro Pio VIII. Pont. Max. per me infrascriptum Sacrorum Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis Rescriptum in omnibus adprobavit et

confirmavit, hac desuper re Apostolicas Litteras in forma Brevis expedire iussit, die 23. recensiti Mensis et Anni.

PIUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quod unum ad Divi Bernardi Claravallensis Abbatis honorem et laudem plene cumulateque amplificandam maxime pertinere videbatur; quod erat in votis inclyto Monachorum Cisterciensium Ordini, de hac S. Sede semper optime merito, cuius propagator, ac decus praecipuum S. Abbas memoratus refulsit; quod erat optandum ab Universa Catholica Ecclesia, cui mentis illius acumine, suavitate morum, ac sacrarum Litterarum peritia maxime fuit adiumento, quum tot ipse Volumina ediderit, Apostolicam Sedem, Summosque Pontifices studio, et ardore maximo contra Schismaticos adiuerit, et debaccantium ea aetate Novatorum errores voce, et calamo oppugnaverit, atque extinxerit, ac quoscumque Romanae Ecclesiae osores sua doctrina retuderit, quod VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium sollicitabant preces, id, divino disponente consilio, Humilitati Nostrae perficere datum est. Licet enim pluribus ab hinc saeculis, et viginti tantum annis elapsis a praetiosa illius morte, a fel. rec. Alexandro PP. III. Praedecessore Nostro, sanctitate vitae, miraculisque cognitis albo Sanctorum fuerit ipse adscriptus, eiusque cultus in Ecclesia amplificatus, adhuc tamen eius virtutum, meritumque coronae aliquid fulgoris erat addendum, titulus Doctoris, quo Divus Bernardus iam appellabatur, supremo huius Sanctae Sedis Decreto in Universa Ecclesia confirmando. Quamvis autem VV. FF. NN. S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus tuendis Praepositi in Ordinario Conventu in Quirinali Palatio habito die 18. Iulii anno 1829. referente cl. me. Cardinali Iulio Maria de Somalia iam Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, petita confirmationi tituli Doctoris simul omnes proclivem animum ostendissent, Nos nihilominus, suspensio huiusmodi iudicio, Sanctae huius Sedis morem servantem, si quid obici posset, id per S. Fidei Promotorem appositis Animadversionibus in medium proferri mandavimus, quibus quum responsiones subiecissent Postulatores in Ordinario Conventu diei 17. Iulii currentis anni in Quirinalibus Aedibus, referente dilecto Filio Nostro Placido S. R. E. Cardinali Zurlo nuncupat. Nostro in hac Alma Urbe Vicario in spiritualibus Generali, re diutius perpensa, solutisque obiectis omnibus, ac eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis Cardinalium sententiis consentientibus, Rescri-



ptum pro Gratia confirmationis tituli Doctoris cum Officio, et Missa de Communi Doctorum, et Epistola secundo loco pro Ecclesia Universali die dicta datum, confirmandum esse censuimus, ac Litteras Apostolicas hac desuper re expediri mandavimus. Quapropter precibus totius Ordinis Monachorum Cistercensium, quibus plures dignitate, ac pietate praestantes Viri sua studia, ac postulata iunxerunt, benigne annuentes, de eiusdem Cardinalium Congregationis consilio, Auctoritate Nostra Apostolica, tenore praesentium, titulum Doctoris, quo Divus Bernardus Abbas est hactenus in dicto Ordine, et in aliquibus Ecclesiis appellatus, confirmamus, et quatenus opus sit, denuo ei attribuimus; ita quidem, ut in Universali Catholica Ecclesia semper Is Doctor habeatur, et in anniversario die festo tum a Regulari, tum a Saeculari Clero celebrando, Officium ac Missa fiat de Communi Doctorum, et cum Epistola secundo loco, quae incipit: *Iustus etc.* cum additione VI. Lectioni, et Martyrologio iuxta Decretum eiusdem Sacrorum Rituum Congregationis. Ac praeterea huius Doctoris Libros, Commentaria, Opuscula, Opera denique omnia, ut aliorum Ecclesiae Doctorum, non modo privatim, sed publice in Gymnasiis, Accademis, Scholis, Collegiis, lectionibus, disputationibus, interpretationibus, concionibus, sermonibus, omnibusque aliis Ecclesiasticis studiis, Christianisque exercitationibus citari, proferri, atque cum res postulaverit, adhiberi volumus, et decernimus. Tandem, ut Christifidelium devotio ad huius Doctoris diem festum colendum, eiusque opem pie implorandam eo magis accendatur, quo ex hoc coelestis gratiae dono se uberius conspexerint esse refectos, de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui die festo eiusdem Doctoris vere poenitentes, et sacramentali confessione praemissa, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, et unam ex Ecclesiis Ordinis Cistercensium a primis Vesperis usque ad occasum Solis eiusdem diei devote visitaverint, ac pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias inibi ad Deum preces, prout sua cuique suggeret devotio, effuderint, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus, et elargimur, declarantes hanc praesentem Nostram concessionem perpetuo duraturam, et sub quibusvis indulgentiarum revocationibus, vel limitationibus nullo modo comprehendendi. Quocirca universis

VV. FF. Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, et dilectis filiis aliarum Ecclesiarum Praelatis per universum terrarum Orbem constitutis per praesentes mandamus, ut quae superius sancita sunt, in suis Provinciis, Civitatibus, Ecclesiis, et Dioecesibus solemniter publicari, et ab omnibus personis Ecclesiasticis Saecularibus, et quorumvis Ordinum Regularibus ubique locorum, et gentium inviolate perpetuo observari procurent. Haec praecipimus, atque mandamus, non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut earundem praesentium Transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae, vel Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Augusti 1830. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

I. CARD. ALBANI.

IN FESTO S. BERNARDI ABBATIS,  
ET DOCTORIS.

Missa de Communi Doctorum, cum Epistola secundo loco, quae incipit: *Iustus cor suum.*

Officium pariter de Communi Doctorum cum Antiph. *O Doctor*, in utrisque Vesperis. Lectiones I. Nocturni de Scriptura occurrente. Lectiones II. Nocturni propriae ut in Breviariis, et in fine VI. Lectionis addatur ut sequitur.

Pius vero VIII. Pont. Max. ex Sacrorum Rituum Congregationis consilio Sanctum Bernardum universalis Ecclesiae Doctorem declaravit, et confirmavit, nec non Missam, et Officium de Doctoribus ab omnibus recitari iussit, atque Indulgentias Plenarias quotannis in perpetuum Ordinis Cistercensium Ecclesias visitantibus die huius Sancti festo concessit.

Lectiones III. Nocturni: *Vos estis sal terrae.*

In Martyrologio addatur: Quem Pius VIII. Pont. Max. universalis Ecclesiae Doctorem declaravit et confirmavit.

DECRETUM.

- Suprascriptam additionem VI. Lectioni faciendam in Officio S. Bernardi Abbatis, et Doctoris, et Martyrologio Romano ab Eñõ, et Rñõ
- D. Card. Placido Zurla Relatore Causae, et
- R. P. D. Virgilio Pescetelli S. Fidei Promotore revisum, SSñus Dominus Noster Pius VIII. Pont. Max. adprobavit, atque in suprad. Officio et

« Martyrologio in universali Ecclesia legi posse concessit. » Die 23. Iulii 1830.

C. M. EP. PRAENEST. C. PEDICINIUS PRAEF.

Loco ✠ Sigilli.

I. G. Fatati S. R. C. Secr.

4660. FANEN.

Ad nonnullas dirimendas quaestiones, quae in Parochialibus Ecclesiis Rurium Fanensium frequenter insurgunt quoad Missam *de Requie* canendam praesente Cadavere: quum alii dicant omnibus diebus festivis primae classis illicitam esse Missam cantatam, exceptis tamen secunda, et tertia Feria Paschae, et Pentecostes; alii vero dicant Missam cantatam illicitam esse tantum omnibus diebus festivis primae Classis solemnioribus, non vero et praedictis feriis, et Dominica prima Quadragesimae, primaque post Pascham, et Pentecosten, et prima etiam Saeri Adventus tamquam diebus primae Classis minus solemnibus; alter ex Parochis memoratae Fanen. Dioecesis, perpensis aliquibus S. R. C. Decretis hisce de rebus, quae nullo modo cantari posse Missam solemnem *de Requie* etiam praesente Cadavere, in festis duplicibus primae Classis (nulla distinctione facta inter festa maioris, minorisve solemnitatis) statuit Decreto 5. Iulii 1698. quod confirmavit die 21. Martii 1744., sub qua interrogata fuit, num licitum id foret in Dominicis primae Classis; quum nihilominus inter tot controversias res in dubio sit adhuc, enixis precibus Sacram Rituum Congregationem rogat, ut declarare dignetur, utrum praesente Cadavere illicitum sit canere Missam *de Requie* non solum in duplicibus primae Classis solemnioribus, ut alii dicunt, nempe diebus etiam Dominicis supradictis. Huiusmodi precibus relatis in Ordinariis Comitibus sub infrascripta die ad Quirinale habitis, Sacra Congregatio rescribendum censuit: « Detur Decretum in Veronen. die 23. Iulii 1607. nimirum non licere Missam Defunctorum canere praesente corpore diebus solemnibus, et in Bergomen. diei 21. Martii 1744. ad tertium Dubium, nec non in Compostellana die 8. Aprilis 1808. ad primum et secundum Dubium. » Die 17. Iulii 1830.

4661. IANUEN.

Capitulum, Clerus, et Seminarium Civitatis Clavensis Dioecesis Ianuen. Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicat, ut sequentia Dubia declarare dignetur:

1. Utrum Seminarium in publicis Processionibus incedere debeat immediate post Crucem Col-

legiatae ante Presbyteros Civitatis, ceterosque Clericos adventitios, vel potius immediate ante Capitulum Cathedralis?

2. An censeri debeant Professores Seminarium unum et idem Corpus efformare cum Clericis Seminarium in publicis Processionibus?

3. An Professores praedicti, qui sunt simplices Sacerdotes, ius habeant in Processionibus incedendi post Seminarium immediate ante Capitulum Collegiatae, vel potius incedere debeant cum aliis Presbyteris Civitatis, et adventitiis absque ulla praecedentia?

Et Sacra eadem Rituum Congregatio ad Quirinale sub infrascripta die coadunata rescribendum censuit:

Ad 1. « Dentur Decreta in una Nucerna Paganorum diei 19. Ianuarii 1704. et diei 26. Aprilis eiusdem Anni. »

Ad 2. et 3. « Negative quia nullibi adest consuetudo. » Et ita rescribendum censuit. Die 17. Iulii 1830.

4662. ISERNIEN.

Capitulum Cathedralis Iserniens. Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit.

1. An Vicarius Generalis ad Cathedralis cum Episcopo accedens in Pontificalibus, aliisque Sacris Functionibus uti possit, eique adponendum sit Stratum, et Pulvinar?

2. An eidem Vicario Generali accedenti vel ad dandam Canonice possessionem, vel alia quaecumque de causa, praestanda sit honorifica associatio duorum Canonicorum?

3. An eidem ut in dubio secundo accedenti ministrandum sit ad fores Ecclesiae Aspersionum ad instar Episcopi?

Et Sacra eadem Rituum Congregatio sub infrascripta die ad Quirinales Aedes in Ordinario Coetu coadunata omnibus mature perpensis rescribendum censuit: « Negative in omnibus ad formam Decretorum, nimirum ad primum iuxta Decretum in una Urbeveta Praeeminentiarum diei 3. Augusti 1737. ad Dubium quintum, quo nec pulvinar, nec stratum deberi Vicario Generali statuitur, et confirmatur in una Melphiten. Praeeminentiarum diei 10. Decembris 1740. ad Dubium septimum. » Ad secundum, et tertium « iuxta Decretum in una Vercellen. diei 7. Augusti 1655. quo iniungitur nullo modo Vicario Generali competere honorificam associationem Clericorum, et Beneficiorum, aut ministrationem Aspersionum per Canonicum. » Et ita rescripsit. Die 17. Iulii 1830.

4663. URBIS.

Quum Sanctissimus Dominus Noster Pius VIII. Pontifex Maximus ad preces Eñi Cardinalis in Urbe Vicarii sub die 8. Maii currentis Anni inter cetera Officia extenderit ad Clerum Saecularem Urbis, nec non ad Regulares utriusque sexus Kalendario Romano utentes Officium Sanctissimi Redemptoris instar concessionis iam factae Clero Venetiarum, recitandum decimo Kalendas Novembris, nonnulla subinde exorta sunt Dubia, praesertim ex parte eorum Regularium, qui illud Officium ex peculiari Indulto iuxta praedictam concessionem Dominica Tertia Mensis Iulii recitabant pariter cum Octava. Dubia autem Sacrorum Rituum Congregationi enodanda proposita sunt sequentia, nimirum.

1. An qui ex Apostolico Indulto Officium recitant Sanctissimi Redemptoris Dominica Tertia Iulii sub ritu duplicis secundae Classis cum Oct., teneantur illud iterum recitare die 23. Octobris?

2. An illud Officium omittere debeant die 23. Octobris, quum recitaverint Dominica Tertia Iulii?

3. Utrum debeant illud omittere eadem Dominica tertia Iulii, et recitare die 23. Octobris, sed quo ritu, et an cum Octava?

Sacrorum Rituum Congregatio ad Quirinale sub infrascripta die coadunata, ad relationem per me eiusdem Sacrae Congregationis Secretarium factam, propositis Dubiis unica responsione occurrit, nimirum: « Officium Sanctissimi Redemptoris fiat tantum decimo Kalendas Novembris ad formam nuperrimi Decreti diei 8. Maii currentis

Anni, servato ritu, et forma iuxta priores particulares concessionibus. » Atque ita servari mandavit. Die 17. Iulii 1830.

4664. AESINA.

In Bulla erectionis Collegiatae Ecclesiae loci Cuprae Montanae vulgo Massaccio intra fines Dioecesis Aesinae haec habentur: « Canonici Rocchetum cum suis Manicis, et Mozzettam violacei coloris tam in dieta Parochiali Ecclesia, quam extra eam . . . . quibuscumque Actibus, et Functionibus publicis, et privatis . . . . deferre et gestare . . . . libere et licite possint, et valeant, et quilibet eorum possit, et valeat. » Ex illimitata Bullae enunciatione usque ab Anno 1778., in quo Collegiata erecta fuit, Canonici cum Rocchetto et Stola Sacramenta Baptismi, Poenitentiae, et Eucharistiae administrare caeperunt, et Archipresbyter, qui est unica Collegiatae Dignitas, Rocchetto, Mozzetta, et Stola indutus Domorum benedictionem in Sabbato Sancto perficit. Hisce positis alter ex Canonicis Sacrorum Rituum Congregationi supplicavit pro declaratione; nimirum an stante illimitata concessione tum Canonici, tum Archipresbyter perseverare queant in invecta consuetudine?

Sacra autem Rituum Congregatio ad Quirinale sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata, re mature, diligenterque perpensa, rescribendum censuit: « Negative, et detur Decretum in una S. Mariae in Cosmedin Urbis diei 19. Iunii 1773. (1)

Et ita rescripsit, ac servari mandavit. Die 16. Aprilis 1831.

(1) Responsio S. Congregationis responsionibus est conformis alias datis tum die 12. Iulii 1628., tum die 19. Iulii 1773. cum simile huic Dubium fuit propositum, nec diverso potuisset modo respondere. Cum enim accuratae Rituum, et Rubricarum observationi S. Congregatio sit praeposita, quidquid abusus, vel novitatem redolet, debet reprobare, atque eliminare debet ex ipso suae Institutionis fine. Abusus autem, et novitatem praesertim consuetudo, quae in medium profertur, quaeque Sacrae Congregationi perpendenda proposita est, administrandi scilicet Sacramenta Baptismi, et Eucharistiae a Canonicis cum Rocchetto, et Stola, et domos benedicendi in Sabbato Sancto cum Rocchetto, Mantelletto et Stola ab Archipresbytero: praeter quod enim solum Rocchetum non possit haberi tamquam vestis Ecclesiastica, nec in Choro quis cum hoc tantum adesse possit, et Rocchetum cum Mozzetta sit habitus choralis tantum, nimis clara est Ritualis Rubrica: *De iis, quae in Sacramentorum administratione generaliter servanda sunt*, quae praecipit, ut Sacramenta administrantur cum Superpelliceo, et Stola: *In omni Sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus, et desuper stola*: Tenentur igitur Sacerdotes stolam et cottam induere dum Sacramenta administrant, et id ab hac Rubrica praecipitur (demptis casibus ab ipsa Rubrica notatis, qui locum in nostro casu nullum habent) quod etiam monitum fuit a S. Congregatione Episcoporum die 8. Nov. 1588. Si qui sunt, qui ex concessione usu gaudent Rocchetti, et Mozzettae, his uti nequeunt in administrandis Sacramentis, pro quorum administratione taxative vestis praescribitur a Rubrica, ut vidimus, sed illis tantum uti possunt in Choro, in Processionibus, et Functionibus omnibus, in quibus

4665. BONONIEN.

Sacrorum Rituum Congregationem requisivit Eñus, et Rñus Dom. Cardinalis Opizzoni Archiepiscopus Bononien. pro sequenti declaratione, nimirum. Quum per Breve sa. me. Pii VIII. Sanctus Bernardus Abbas Claravellensis accenseatur inter Sanctos Doctores, an in Litanis Sanctorum de Eodem mentio fieri debeat inter Sanctos Doctores, vel an retinendus inter Sacerdotes, et Levitas?

Et Eñi ac Rñi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Quirinale sub infrascripta die habito respondendum censuerunt: « Nihil innovandum. » Die 16. Aprilis 1831.

4666. CASALEN.

Bño Padre: Il Ceremoniere di Monsig. Vescovo di Casale di Monserrato, Oratore. Uomo della Santità Vostra, facendo le funzioni di Calendrista, dimandò, ed ottenne l'autorizzazione a fissare i giorni ai traslati per dar luogo a tutti i Santi occorrenti fra l'anno nel Calendario; ora ad onta della grazia ottenuta gli convien lasciare in oblio molti dei Santi occorrenti non rimanendogli giorni liberi da poter loro assegnare. Supplica pertanto la Santità Vostra a volerlo autorizzare o a celebrare come semplici i Santi di rito semidoppio, o a porre i Santi di rito semidoppio, benchè traslati, nelle Ottave non privilegiate. Che ec.

Sacra Rituum Congregatio ad Quirinale sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata rescribendum censuit: « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, et dentur Decreta. » Die 16. Aprilis 1831.

4667. MURANA.

Bño Padre: Il Canonico Teologo Filippo Martuscelli Vicario Generale della Città, e Diocesi di Muro nel Regno di Napoli, rispettosamente espone, che nel passato Gennaio insorse una questione di precedenza fra il Seminario, ed i Chierici fuori di esso nelle Processioni. L'Oratore all'appoggio del Decreto della Sagra Congregazione de' Riti in *Andriensi: Clerici Seminarium praecequant aliis Clericis*; e del Ceremoniale de' Vescovi, che

habitu choralem induunt. Hinc enunciatio Bullae, quae illimitata dicitur, quos utique habet limites nempe *Functiones publicas et privatas* respicit, quae collegialiter sive in Ecclesia, sive extra praesentantur, et hic habitus toti Collegio, non singulis est concessus, exclusa tamen semper Sacramentorum administratione, in qua unusquisque eam debet vestem induere, quae pro hac est a Rubrica praescripta. Non igitur illimitata est concessio, sed illimitata potius, et nimis libera, et contra Rubricae praescriptum illius interpretatio, ex qua abusus est exortus, quem Sacra Congregatio dato Decreto, et confirmatis aliis iam super hac re existentibus, eliminandum esse censuit.

situa i Seminaristi immediatamente avanti i Curati; e della pratica di altre Cattedrali; e prendendo in considerazione che il corpo deve precedere a degl'individui particolari, ed in picciol numero a fronte del Seminario, nel passato Febbraio decretò a favore del Seminario sopra gli altri Chierici non Sacerdoti, e che non hanno nella Cattedrale alcun Beneficio, anche sul riflesso che i detti pochi Chierici non hanno a favor loro una legittima consuetudine. Il supplicante però a quiete e tranquillità propria implora l'oracolo della Santità Vostra. Che ec.

Sacra Congregatio Rituum ad Quirinale sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata rescripsit: « Serventur omnino Decreta in Rodigien. Dioecesis Andrien. diei 21. Martii 1620., et in Pennen. diei 1. Martii 1636. praecedentiam nimirum competere Clericis Seminarium. » Die 16. Aprilis 1831.

4668. SARZANEN.

Sacrorum Rituum Congregationi sequens Dubium enodandum proposuit unus ex Parochis Dioecesis Sarzanen. nimirum:

Utrum in die Sabbati Sancti post Missam Solemnem de die liceat celebrare Missam solemnem *de Requie* in die depositionis, praesente Cadavere?

Sacra Congreg. Rituum ad Quirinale sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata rescribendum censuit: « Negative. » Die 16. Aprilis 1831.

4669. MARSORUM.

In suo pastorali munere exercendo Rñus Marsorum Episcopus quamplurima animadvertit ad ritus, et caeremonias spectantia, quae potius privatam interpretationem redolerent, quam servarentur iuxta leges Caeremonialis, et Rubricas; atque ut hunc privatum sensum de medio tolleretur, et ab universo suae Dioecesis Clero quoad omnia idem ordo eademque agendi ratio exquiretur, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia Liturgica enodanda proposuit.

1. Si Episcopo detur facultas conferendi Ordines Sacros diebus festivis, potestne illos conferre in diebus Apostolorum, ceterisque per Apostolicam

Sedem abrogatis? hisce autem diebus licet ne conferre etiam Ordines minores?

2. In Ordinatione Clericorum antequam Tonsurandi nominatim vocentur a Notario, debet ne Archidiaconus eos invitare dicens: *Accedant, qui promovendi sunt ad Tonsuram?*

3. In collatione primae Tonsurae legitur in Pontificali: *Quilibet quum tondetur dicit: Dominus pars etc.* Haec verba suntne proferenda etiam ab Episcopo?

4. Pontificale praescribit, quod, completa Ordinatione, Ordinati, suggerente Archidiacono, recedant ad loca sua. Quibus verbis uti debet Archidiaconus hisce occasionibus?

5. Quando Ostiarius, Archidiacono comitante, claudit, et aperit fores Ecclesiae, debet ne claudere, et aperire etiam cum Clavi, praesertim si in foribus Oratorii, ubi confertur Ordo, non adsit Clavis?

6. *Amen*, quod Pontificale praescribit respondendum in traditione vel materiae, vel sacrorum indumentorum in Ordinatione, dicendum est ab ipso Ordinando, vel ab adstantibus?

7. An Ordinatis Episcopo Candelam offerentibus post Offertorium, tolerari possit usus, ut una tantum Candela accendatur, quae a singulis Ordinatis Episcopo offeratur?

8. In ordinatione unius Subdiaconi legitur in Rubrica: *Quatuor Candelabra cum Cereis etc.* Quot ergo Candelae in Altari sunt accendendae, si Missa Ordinationis non fiat in cantu?

9. Pariter si Missa Ordinationis non fiat in cantu, Subdiaconus, et Diaconus debent ne cantare, vel legere Epistolam, et Evangelium, et quando?

10. Diaconi, et Subdiaconi in sacra Ordinatione quando dicere debent *Confiteor*, ante, vel postquam communicati sunt Presbyteri?

11. Si ordinatio Presbyteri fiat in cantu, Praefatio et alia, quae cantantur ab Episcopo, quomodo dicenda sunt ab Ordinatis?

12. In Pontificali legitur: *Ordinati ad Presbyteratum dicant Evangelium in fine Missae*: Dicere ne debent una cum Episcopo ad suam sedem redeuntem, an ex se solis?

13. Quando sermo post Evangelium sit habendus, legitur in Caeremoniali lib. 1. cap. 27. num. 3.: *Concionatori Indulgentias petenti, Episcopus concedit Indulgentias consuetas*: Quibus eas verbis concedere debet?

14. Finito sermone praescribit idem Caeremoniale ibidem cap. 25. num. 1.: *Diaconus qui cantavit Evangelium stans ante infimum, vel in*

*supremo gradu Altaris . . . cantat Confessionem*: In libro 2. vero cap. 39. num. 1. legitur: *Statim finito sermone Diaconus stans ante infimum gradum solii . . . cantabit Confessionem*. Quaeritur primo: An liberum sit Diacono in Confessione cantanda stare vel ante infimum gradum solii, vel in supremo, aut in infimo gradu Altaris? Quaeritur secundo: An dicta benedictio semper danda sit ab Episcopo etiam quando, finita Missa, debet dare Benedictionem Papalem? Quaeritur tertio: An si Episcopus assistat cum Cappa debeat stare cum Bireto, an sine, dum cantatur Confessio? Quaeritur quarto: An si Episcopus assistat cum Cappa debeat stare cum Bireto, an sine, dum a Presbytero assistente incensatur?

15. Dum Episcopus Missae per alium cantatae assistens Missam cum Celebrante incipit ante infimum gradum Altaris, Presbyter assistens, et Diaconi assistentes ubi stare, et quid agere debent?

16. In Communione Ordinandorum, si communicentur etiam Ordinati in Minoribus, Episcopus uti ne debet forma: *Corpus Domini Nostri Iesu Christi custodiat Te in vitam aeternam*: an dicere: *custodiat Animam tuam*?

17. Praestita a Presbytero ordinato in fine Missae obedientia, Pontificale Episcopo iniungit ut eum osculetur. Quomodo ista deosculatio est facienda?

18. Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 20. iniungit Episcopo, ut memoriam habeat praecessoris sui proxime defuncti: Quid faciendum, si proximus Praecessor translatus sit ad aliam Ecclesiam?

19. An Episcopus semper debeat manu benedicere Canonicis, ceterisque de Clero, qui in sacris functionibus ei reverentiam faciunt?

20. Quum Episcopus diebus festivis applteare debeat pro ovibus suis, quaeritur, an Episcopo hisce diebus pontificaliter celebrante, Canonici debeant Missam Conventualem pro Benefactoribus cantare, et quando?

21. Debent ne Episcopi, et Sacerdotes Concionem habentes adhibere Stolum?

22. Episcopi tenentur ne ad applicationem Missae pro ovibus post adeptam possessionem, an statim ac electi sunt in Consistorio?

23. Vicarii Capitulares tenentur ne ad hanc Missae applicationem, Sede vacante?

24. Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 28. iniungit Episcopo aegrotanti, ut antequam communicet, profiteatur Catholicam fidem ex formula ab Apostolica Sede praescripta. Quaeritur quae sit ista formula?

25. Cadavera Episcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, aliorumque de Clero debent ne sepeliri cum vestibus proprio Ordini congruentibus, an sufficit ut cum his in Ecclesia exponantur?

26. Canonici habentes usum Rocchetti, et Cappae, seu Mozzettae, quo habitu debent concionari, Confessiones excipere, baptizare, aliaque Sacramenta ministrare tam in propria, quam in aliena Ecclesia, et Dioecesi?

27. In festis solemnibus, quae occurrunt in Feriis Quadragesimae, licet ne continuare usum canendi Missam de Feria post Tertiam, et Missam de Festo, cui assistit Episcopus, post Nonam circa meridiem, an aliter faciendum?

28. Aliqui Rubricistae volunt quotiescumque Nomen Iesu nominatur in Missa, vel dicitur *Gloria Patri*, vel acceditur ad medium Altaris, vel ab ipso receditur, caput Crucis esse inclinandum: alii sentiunt huiusmodi inclinationes tunc tantum faciendas, quum a Rubrica praescribuntur. Quaeritur quando huiusmodi inclinatio sit facienda?

29. Quum Rubrica clare non loquatur, quaeritur quando in Missa, et in Officio facienda sit reverentia simplex, quando mediocris, et quando profunda tam in Sacristia, quam in Altari?

30. Aliqui Rubricarum expositores dicunt, post signum Crucis, quod fit in fine *Gloria in excelsis, Credo*, et *Sanctus* manus esse iungendas, etiam si nihil huiusmodi praescribat Rubrica. Rectene?

31. In Oratione *A cunctis* ad litteram N. iuxta Decretum huius Sacrae Rituum Congr. 26. Ianuarii 1793. nominandus est Patronus, seu Titularis proprius Ecclesiae, in qua celebratur. In Canone Missae ubi dicitur *et pro Antistite nostro* N. iuxta Rubricam titulo 8. n. 2. nominandus est Episcopus loci, in quo celebratur etiam a Sacerdotibus alienae Dioecesis. Ex his et Rubricae, et citati Decreti verbis videtur posse inferri Celebrantem in altera Ecclesia, non Missam suae Ecclesiae, sed Missam, quae celebratur in illa aliena Ecclesia recitare debere. Quum vero variae circa id sint Sacrae Rituum Congregationis decisiones, et varia Rubricistarum placita; quaeritur 1. quae Missa celebranda sit a Sacrum facientibus in aliena Ecclesia vel Oratorio privato? 2. An Patronus nominandus in dicta Oratione *A cunctis* intelligi debeat Patronus principalis loci, et quid si plures sint principales Patroni? 3. Qui nominandus sit ad litteram N. si Patronus vel Titularis iam nominatus sit in illa Oratione, aut de eo celebrata sit Missa?

32. Rubrica Missalis titulo 8. postquam n. 9.

dixit quod Subdiaconus ante medium Altaris sustinere debeat Patenam, num. 11. praescribit ut ad *Sanctus* accedere debeat cum Diacono ad Altare ad dicendum *Sanctus* etc. An tollerandus usus earum Ecclesiarum, in quibus Subdiaconus non accedit?

33. Ubi cantus Chori non producitur usque ad elevationem Hostiae: *Benedictus qui venit* etc. cantari debet post elevationem, an immediate post primum *Hosanna in excelsis*?

34. An festum Titularis Cappellarum publicarum, et Oratoriorum, quae existunt in Aedibus Episcopalis, Seminariis, Hospitalibus, domibus Regularium, domibusque privatis celebrari debeat sub ritu dup. pr. Clas. cum *Credo*, et Octava? Nam Oratoria publica vocantur etiam Ecclesiae.

35. Si alicui Ecclesiae consecratae nullus Clerus sit addictus, debet, aut potest Clerus Ecclesiae Parochialis, intra cuius fines Ecclesia illa existit, recitare Officium, Missamque celebrare in Anniversario dedicationis Ecclesiae cum Octava?

36. In Cathedralibus, Collegiatis, et Parochialibus Ecclesiis Crux Altaris, in quo Missa Conventualis vel Parochialis celebratur, tegi ne debet ipsa Dominica Passionis post Evangelium, an Sabato praecedenti? Dicitur enim in Cappella Pontificia post Evangelium in Dominica Passionis tegi.

37. In Ecclesiis in quibus non solet quotidie Missa decantari, vel adest solus Parochus, quum Rubrica clare non loquatur, quaeritur quae Missa legenda sit in Processione Sancti Marci, ac Rogationum minorum, praesertim si occurrat Officium duplex?

38. In benedictione Candelarum, Cinerum, et Palmarum dicit Rubrica Missalis: *Ter aspergit... aqua benedicta... ter adolet incenso*; et sic legitur in Caeremoniali Episcoporum. Item Rituale Romanum in Rubrica de exequiis dicit: *circumiens feretrum... aspergit corpus defuncti, et corpus incensat ut asperserat*: Similia leguntur in Caeremoniali Episcoporum. Nihil autem dicitur an praedictae aspersiones, sicut et aspersio, quae fit diebus Dominicis, faciendae sint cum Aspersorio per modum Crucis ut praescribitur in Rituali Romano pro benedictione Mulierum post partum, an alio modo. Similiter iis in Locis, sicut et in thurificatione Sanctissimi Sacramenti expositi, Crucis, Reliquiarum, Altaris, et Evangeliorum in Missa solemnium nil dicit Rubrica, an tres thuribuli ductus debeant esse simplices, an duplicati. Quaeritur quomodo facienda sit tam aspersio, quam thurificatio, quum praxis videatur arbitraria?

39. Officia concessa alicui Regno, Nationi, Dioecesi, Civitati, aut Oppido si ob occursum aliorum Festorum celebrari nequeant diebus assignatis, sunt ne trasferenda?

40. Si Officium, quod die fixa celebratur in aliqua Dioecesi per Sedem Apostolicam ad aliam Dioecesim extendatur, potest aut debet celebrari eadem die, amoto Officio Ecclesiae universalis? Et in casu negativo, quid faciendum si talis amotio ab annis iam facta fuerit?

41. Civitates, et Oppida, quae iam habent Patronum principalem debent ne aut saltem possunt continuare celebrationem Protectoris principalis Dioecesis sub ritu duplicis primae Classis cum Octava, et cum obligatione utriusque praeepti ex consuetudine?

42. Quum duo vel plures Officium Divinum privatim recitant, debent ne ad *Confiteor* omittere verba illa *vobis fratres*, et *vos fratres: misereatur tui*, et *misereatur vestri*, sicut quando unus tantum illud recitat?

43. Aliqui in recitatione Divini Officii tam in Choro, quam privatim signum Crucis sibi efformant, pectus percutiunt, caput detegunt, et se inclinant etiam in his locis, in quibus Rubrica, nec Missalis, nec Caeremonialis id praescribit. Quaeritur ergo quando haec omnia sint facienda tam in publica, quam in privata Divini Officii recitatione?

44. Preces feriales, et Antiphona finalis Beatae Mariae Virginis non solum in Choro, sed etiam in privata Officii recitatione, flexis genibus sunt ne recitandae? An vero damnandi, qui in privata recitatione hanc genuflexionem omitunt?

45. Iuxta Rubricam Breviarii tit. 36. num. 3. et Decreta Sacrorum Rituum Congregationis die 7. Septembris 1816. et 25. Augusti 1818. antiphona finalis Beatae Mariae Virginis praeter tempus Paschale dici debet stando omnibus diebus Dominicis infra Annum a primis Vesperis Sabbati usque ad occasum Solis ipsius Dominicae. Quaeritur ergo 1. a qua hora Sabbati incipiant primae Vesperae tam in Quadragesima, quam aliis temporibus. 2. An hic occasus Solis possit intelligi usque ad crepusculum vespertinum more Indulgentiarum. 3. An a primis Vesperis Sabbati usque ad occasum Solis in Dominica semper standum sit, etiamsi non recitetur Officium Dominicae, sed vel Sabbati, vel feriae secundae. 4. Utrum sit genuflectendum, si post occasum Solis Officium Dominicae recitetur?

46. An Octava cuiuscumque Festi Domini No-

stri Iesu Christi occurrens cum duplici maiori, vel minori debeat habere Vesperas integras, uti fit in Octava Ascensionis, Corporis Christi, et uti declaratum fuit a Sacrorum Rituum Congregatione die 13. Septembris 1704. pro Octava Sanctissimae Trinitatis?

47. Varia sunt Officia, quae Hymnos proprios habent. Si quis Hymnus neque in Vesperis, neque in Laudibus possit recitari, potest ne, aut debet uniri Hymno Nocturni, uti fit in Festo Sanctae Martinae, ad hoc ut omnes Hymni proprii recitentur?

48. In Festo Sanctae Pulcheriae in aliquibus Breviariis Lectiones primi Nocturni assignantur de Virginibus, in aliis de Scriptura occurrente. Quaeritur quae sint recitandae, si in Breviariis ipsis nulla reperitur concessio?

49. In aliquibus Breviariis, et Missalibus Orationes Sancti Iuliani, Sancti Fidelis, Postcommunio Sancti Ioannis Nepomuceni, Sancti Bernardini, Sancti Hieronymi Aemiliani, Sanctae Ioannae Franciscanae, Postcommunio Sancti Ianuarii, Octavae Passionis Domini Nostri Iesu Christi, Feriae quartae post Dominicam secundam Quadragesimae in Vesperis concluduntur: *in unitate Spiritus Sancti*: quaeritur an nomen *Spiritus* quod in iis Orationibus legitur indicet revera Spiritum Sanctum, et quomodo sint concludendae?

50. Quando quis causa itineris, vel studii, vel aliis de causis extra Patriam, sive Dioecesim versetur, debet ne recitare Officium sui Capituli, Ecclesiae, et Beneficii, vel etiam simpliciter Dioecesis, an vero Officium illius Loci, in quo reperitur?

51. Quando Celebrans genuflectit ante Altare Sanctissimi Sacramenti tam expositi, quam in Tabernaculo reconditi, debet ne genuflectere in plano Presbyterii, an in infimo gradu Altaris?

52. Quum Celebrans coram Sanctissimo Sacramento exposito debeat thurificare, et lavare manus extra Altare, debet ne stare in plano Presbyterii, an in supremo gradu Altaris?

53. Genuflexio, quae fit coram Sanctissimo Sacramento exposito tam in Missa, quam in oratione Quadragesimae Horarum, ceterisque Functionibus quando fieri debet unico genu, et quando utroque tum a Celebrante, tum a Ministris, vel alio qui exponit, et reponit?

54. Potestne continuari usus illarum Ecclesiarum, quae pro colore tam albo, quam rubro, viridi, et violaceo utuntur paramentis vel flavi coloris, vel mixtis diversi coloris floribus? praesertim si colores a Rubrica praescripti in floribus

reperiantur. In Rubrica Missalis Fratrum Ordinis Praedicatorum num. 6. legitur: *In diebus vero illis solemnibus . . . uti possumus pretiosioribus paramentis cuiuscumque sint coloris, dummodo non sint nigri.*

55. Anniversaria, quae celebrantur a Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus etc. pro omnibus in genere Canonicis, Confratribus etc. defunctis possunt ne celebrari, si in illis diebus occurrat Officium duplex?

56. In aliquibus, multisque Altaribus Deo, Beatae Virgini Mariae, aut alicui Sancto dicatis apponi solent vel stabiliter, vel occasione festorum Imagines alterius Sancti. Quaeritur 1. an Visitantes huiusmodi Altaria lucrari possint Indulgentias concessas visitantibus Altaria postremi huius Sancti? Quaeritur 2. an ratione harum Imaginum in eorum Festis addi possit *Credo* in Missa? Quaeritur 3. an in eorum Festis celebrari queat Missa de his Sanctis, etiamsi in Calendario Dioecetano non sint descripti, sed considerentur ut Simples?

57. Sunt multi Hymni qui habent conclusionem propriam: Conclusio ista semper ne adhibenda est etiam in Completorio?

58. Stante antiqua consuetudine potest ne permitti ut Statua Virginis Dolorum possit exponi in Altari Feria Sexta post Dominicam Passionis: et deferatur cum Christo mortuo in Processione, quae fieri solet Feria Sexta in Parasceve?

59. Crux quae Feria Sexta in Parasceve est detegenda, et adoranda, debet ne esse lignea, an potest esse etiam de metallo, praesertim si in ea lignum verae Crucis includatur?

60. In ultimo maioris Hebdomadae triduo removenda ne est a vasis Ecclesiae aqua benedicta?

Et eadem Sacra Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata, ad relationem Emi, et Rmi Dom. Cardinalis Petri Francisci Galleffi Pontentis, exquisita prius alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris sententia, scriptis pandita, praeloque eusa, omnibus mature libratis, ac rite perpensis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, et etiam ad secundam, sed mane tantum. »

Ad 2. « Potest iuxta morem generalem. »

Ad 3. « Proferat iuxta morem. »

Ad 4. « Ad loca vestra, vel similibus. »

Ad 5. « Non est stricto necessarium. »

Ad 6. « Iuxta consuetudinem ab Ordinando. »

Ad 7. « Affirmative. »

Ad 8. « In Ordinatione privata possunt accendi quatuor Cerei ut in Rubrica, sed in Ecclesia, et publica Ordinatione septem, ut in Missa Pontificali. »

Ad 9. « Legant dum Episcopus legit. »

Ad 10. « Post Communionem Presbyterorum. »

Ad 11. « Sine cantu legenda. »

Ad 12. « Una cum Episcopo. »

Ad 13. « Satis est ut dicat numerum dierum. »

Ad 14. « Ad Quaestionem 1. Negative, sed stabit ante gradum Solii, celebrante Episcopo, ante gradum Altaris, assistente tantum Episcopo. Ad Quaestionem 2. Negative quando in fine impertienda est Populo Papalis Benedictio. Ad Quaestionem 3. Iuxta Caeremoniale capite cooperto. Ad Quaestionem 4. Sine Bireto. »

Ad 15. « Presbyter assistens cum aliis Canonicis, Diaconi vero assistentes a tergo Episcopi, et Celebrantis. »

Ad 16. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 17. « Dexteram vultus pars deosculanda est. »

Ad 18. « Illius Episcopi, qui decessit Cathedralam tenens. »

Ad 19. « Danda est dum ascendit ad Thronum, vel ex eo descendit, post Circulos, et quotiescumque Canonici collegialiter obsequium praestant Episcopo. »

Ad 20. « Hebdomadarius, vel is, cui onus inest Missae Conventualis, illam celebret lectam vel ante, vel post Missam Pontificalem. »

Ad 21. « Servandam esse immemorabilem consuetudinem. »

Ad 22. « Post adeptam possessionem. »

Ad 23. « Negative. »

Ad 24. « Eadem, quae a Cathedralibus, et Superioribus Ecclesiasticis, vel Beneficiatis curam Animarum habentibus observanda est. »

Ad 25. « Servetur cuiusque Loci consuetudo. »

Ad 26. « Detur Decretum diei 31. Maii 1817. in una Dubiorum, nimirum tam intra, quam extra propriam Ecclesiam tenentur Canonici in Sacramentorum administratione Cappam, vel Mozzetam deponere, et assumere Superpellicum, et Stolum. Si Concionem habeant in propria Ecclesia Cappa vel Mozzetta utantur, non item extra. »

Ad 27. « Negative, sed Rubricae servandae quoad horam Solemnis Missae in Choro. »

Ad 28. « Serventur Rubricae. »

Ad 29. « Patebit ex Rubricarum collatione. »

Ad 30. « Serventur Rubricae. »

Ad 31. « Ad Quaestionem 1. Servetur Decretum in una Varsavien. diei 7. Maii 1746. nimi-



rum Missam concordare debere cum Officio quod quisque recitavit, dummodo cum colore Ecclesiae, in qua celebrat, aptetur. In Oratorio autem privato semper concordare debet. Ad Quaestionem 2. Nominandus Titularis Ecclesiae. Ad Quaestionem 3. Si iam fuerit nominatus, omittenda nova nominatio. »

Ad 32. « Servetur cuiuscumque Loci consuetudo. »

Ad 33. « Cantari debet post elevationem. »

Ad 34. « Negative. »

Ad 35. « Iuxta Decretum in una Urbis diei 5. Octobris 1679. Negative. »

Ad 36. « Serventur Rubricae, nimirum tegendas esse Cruces, et Imagines in primis Vesperis. »

Ad 37. « Si fiat Processio legenda est Missa Rogationum, secus de Festo cum commemoratione earumdem. »

Ad 38. « Serventur Rubricae, et praxis communis. »

Ad 39. « Iuxta Decreta alias edita vel omitenda, vel imploranda facultas transferendi. »

Ad 40. « Negative ad primam partem, iterum supplicandum quoad secundam. »

Ad 41. « Affirmative ad primam partem, seu continuationem Officii, negative quoad secundam, seu quoad obligationem utriusque praecepti iuxta Decreta alias edita. »

Ad 42. « Possunt, et non debent. »

Ad 43. « Serventur Rubricae. »

Ad 44. « In Choro tantum iuxta Rubricas. »

Ad 45. « Serventur Rubricae, et ad quaestionem primam consulantur Theologi: ad quaestionem secundam, affirmative: ad quaestionem tertiam, affirmative: ad quaestionem quartam, negative. »

Ad 46. « Serventur Decreta. »

Ad 47. « Affirmative, si Hymni sint historici, secus negative. »

Ad 48. « Deficiente speciali concessione servantur Decreta in Santandarien. diei 26. Ianuarii 1793. et in Valentina 19. Septembris 1801. nimirum Lectiones de Scriptura legendas. »

Ad 49. « Negative ad primam partem; ideoque quoad secundam more solito concludendae. »

Ad 50. « Beneficarii tenentur semper ad Officium propriae Ecclesiae, simplices vero Sacerdotes conformari possunt Officio Loci, ubi morantur. »

Ad 51. « Serventur Rubricae, sed in accessu, et recessu in plano est genuflectendum: in infimo autem gradu Altaris quoties genuflectere occurrat. »

Ad 52. « Servetur consuetudo: dummodo caveat, ne terga vertat Sacramento. »

Ad 53. « In accessu, et recessu utroque genu, intra Missam unico genu: pro reliquis functionibus consulantur Rubricistae. »

Ad 54. « Servetur strictim Rubrica quoad colorem Paramentorum. »

Ad 55. « Negative iuxta Decreta praesertim in Corduben. diei 5. Decembris 1733. »

Ad 56. « Circa quaestionem primam: si Altaria sint consecrata negative; secus affirmative, dummodo fiat de licentia Ordinarii. Circa quaestionem secundam, negative: Circa quaestionem tertiam, negative. »

Ad 57. « Negative, sed tantum in Festis Domini, et Beatae Mariae Virginis. »

Ad 58. « Iuxta Decretum in Bergomen. diei 21. Martii 1744. permitti potest. »

Ad 59. « Servetur Rubrica Missalis, vel laudabilis consuetudo. »

Ad 60. « Affirmative, ac retinenda consuetudo illam amovendi. » (1)

Atque ita decrevit, et servari mandavit. Die 12. Novembris 1831.

(1) Nulla positiva Lege, nullo Rubricae praecepto, sed e praxi tantum removetur a Vasis prope Ecclesiarum fores Aqua Benedicta ultimo maioris Hebdomadae triduo. Hinc haec consuetudo suos habet adversarios, tum quia ab Alexandro I. sancitum fuit: *ut aqua benedicta sale admixta perpetuo in Ecclesia asservetur*; tum quia Ritualis Romani Rubrica praescribit, ut aspergantur aqua benedicta infirmi, quibus SSimum Viaticum, extremae Unctionis Sacramentum hoc triduo administrari contigerit, et aqua pariter benedicta aspergi debeant Defunctorum cadavera, quae tribus his diebus effervuntur: quibus supponi debet aquam benedictam in Ecclesiis reperiri. Aliam quoque addunt animadversionem, quam ex Rubricis Missalis in die Sabbati Sancti desumunt, quae agens de benedictione ignis, et incensi praescribit aquam benedictam adhiberi: *Dicta Nona Sacerdos adstantibus Ministris, cum Cruce, et aqua benedicta . . . et deinde praedicta grana incensi et ignem ter aspergit aqua benedicta. Inferunt hinc Aquam benedictam in Ecclesiae Vasis existere debere; ac proinde etiam*

4670. PISTORIEN.  
 Clerus Saecularis Pistorien. Civitatis Sacrorum  
 Rituum Congregationi sequentia dubia enodanda  
 proposuit.

1. Quum ex Sacrorum Rituum Congregationis  
 Indulto die vigesima Septembris Missa Solemnis  
 celebretur propria Beatae Mariae Virginis sub ti-  
 tulo *Humilitatis*, etiam si occurrat aliud Officium

inferunt hi, quos inter praesertim *Cavalerius tom. 4. dub. 9. num. 11.* hanc consuetudinem esse contra morem, qui est ut habeatur in vasis prope Ecclesiae fores, et contra Statuta, quia in Breviario ad diem 3. Maii Alexander decrevisse dicitur, ut aqua benedicta sale admixta perpetuo servetur in Ecclesia; demum contra finem, quia apponitur, ut Fideles Ecclesiam ingredientibus, statim aspergi valeant, et a levioribus noxis mundari. Haec proferunt, qui stant pro aquae reservatione in vasis prope fores Ecclesiae hoc triduo. Verum tanti non sunt ponderis hae rationes, ut proscribenda sit consuetudo aquam ab Ecclesiae vasis removendi, ut *Cavalerius* vellet. Et sane quod spectat ad perpetuam in Ecclesia aquae benedictae asservationem, quae decreta dicitur ab *Alexandro I.*, haec perpetuitas non tollitur per triduanam tantum illius remotionem; quemadmodum non tollitur aliquid faciendi consuetudo, si semel iterumque, et tertio faciendum omittitur, quod fieri ex consuetudine solet. Quod pertinet ad incensi, et ignis benedictionem, possunt haec benedici, quemadmodum revera benedicuntur cum aqua alio in loco, praeterquam in Ecclesiae vasis asservata. *Alexander* enim *I.* non praecipit perpetuam (quam haud tolli vidimus) asservationem in vasis, ita ut perpetuitas cesset, si in vasis desit, sed in Ecclesia. Haec ipsa aqua, nempe in alio reservata loco infirmi, et defunctorum cadavera possunt aspergi. Quod spectat ad intentionem, seu finem Ecclesiae, qui est, ut Fideles Ecclesiam ingredientibus statim aspergi possint, et sic a levioribus noxis mundari, neque haec ratio ab hoc fine desumpta officit consuetudini aquam hoc triduo a vasis amovendi, quin immo probari aliquo modo potest remotionem aquae, quae hoc triduo ex consuetudine viget, sin minus Ecclesiae institutioni non adversari, et religiosum saltem quemdam et peculiarem ritum mysterio certe non vacuum continere, quod non admittit *Cavalerius*, qui etiam consuetudinem hanc proscribendam putat, quod nullum mysterium exhibet. Mysterium quidem fateor nullum in se continet haec aquae remotio, sed quin haec aquae remotio conformis aliquo modo est mysteriis, quae Ecclesia his diebus in Fidelium mentes revocat, idcirco mysterium inest in hac remotione, quia ad mysteria recolenda nos vocat, adeoque hic usus non improbandus, cum et Fidelibus peculiarem ritum mysteriis, quae celebrantur, consonum offerat, neque dampnandus ut novus, aut sine auctoritate retentus, cum et ab immemorabili retineatur consuetudine, et sciente, inspicienteque Supremo Ecclesiae Capite, ac Rectore peragatur. Nemo quod sciam ex Auctoribus, qui hanc aquae remotionem defendunt, animadvertit, quod mox mihi animadvertendum esse puto, sed levibus rationum momentis usi sunt. Iam libeat haec mihi animadvertere ex ipsa, ut innui, Ecclesiae institutione, ex quibus consequens erit indicatum superius locum ab Ecclesia diversum pro asservanda aqua ad varias ignis, incensi, Infirmorum benedictiones admittendum esse, aut saltem non improbandum.

Aquae benedictio non una, sed multiplex est in Ecclesia, sicuti et multiplex est diversis exorcismis, diversis precibus, diversis invocationibus, vel rerum diversarum infusionibus, aquae benedictae usus, ad finem aequae diversum, quam Ecclesia intendit et statuit. Inter has vetustissima illa est, quae singulis Dominicis diebus ab Ecclesia peragitur, qua Fideles, aliaque asperguntur, quamque ipsi in mundis vasculis domum etiam asportare ad Religiosos usus a veteribus temporibus consueverunt. Habuerunt et Ethnici aquam suam Iustralem, et piacularem, ut constat ex ipsis prophanis Auctoribus, qui referunt adeuntes Tempora aqua aspergi consuevisse, ut ab antea actis culpis purgarentur, et mundi sese Diis suis licet falsis praesentarent. Hanc Ethnici ab Hebraeis usurparunt, et sicut illi ab his acceperunt, depravantes tamen quod habetur in *lib. Numerorum cap. 19.* de aqua Iustrationis et expiationis, ita et nos Christiani aquam adhibemus sanctificatam per Verbum Dei, et Orationes, et sic sanctam reddimus. Quod Ethnici perverse, et superstitiose usurparunt ob finem diversum, ad quem dirigimus. *Quaedam sanctificamus*, ut ait *Augustinus* contra *Faustum*, quae

ritus duplicis, quaeritur an occurrente praedicta die Officio Dolorum Beatae Mariae Virginis, aut die Octava, Missa cum cantu celebrari debeat de *Humilitate*, aut Dolorum?

*communis quodammodo cum illis habere videmus, quorum quaedam, Satan, ut noverit Tertullianus lib. de Praescriptionibus adversus Haereticos, tamquam Dei symius, pleraque divina instituta aemulatus invenit.* Christiani itaque Aqua sanctificata utimur. Primis Ecclesiae saeculis fideles aqua baptismali utebantur, eamque priusquam in ea Chryisma infunderetur, domum deferebant, ut domos, vineas, campos, segetes aspergerent, eademque ante Chrysmatis infusionem in Ecclesia ipsa Fideles aspergebantur. Haec Fidelium aspersio in Ecclesia nostris etiam diebus servatur. Nam in Missali Sabbato Sancto Rubrica de Fontis benedictione, antequam Sacerdos infundat Oleum Catechumenorum, praescribit, ut Sacerdotes adstantes aspergant: *Deinde per assistentes Sacerdotes spargitur de ipsa aqua benedicta super populum*: quod in Ecclesiis, in quibus fit benedictio fontis baptismalis peragitur, servatur, et in Vaticana Basilica solemnè quadam pompa haec fit super Populum aspersio. Insuper de hac aqua ex Rubrica accipitur ad eam spargendam in domibus Fidelium, et aliis locis: *Et interim unus ex Ministris Ecclesiae accipit in vase aliquo de eadem aqua ad aspergendum in domibus, et aliis locis*: quae aqua in vasis etiam prope Ecclesiae fores existentibus infunditur. Licet hic mos apud nos servetur, et a Rubrica praescribatur, interdictum aliquando fuit, ut Fideles hac baptismali aqua aspergerentur; quia per errorem putabant nonnulli se iterum a peccatis omnibus mundari, quemadmodum et alia quaedam ob aliquem irreptum errorem fuerunt interdicta, inter quae lotio capitum Catechumenorum antequam Baptisma susciperent Sabbato Sancto, quae lotio peragebatur ad munditiam capitis ob Baptismi reverentiam in Dominica Palmarum, quae ab hac caeremonia Dominica in *Capitulatio* fuit quoque nuncupata. Abrogata fuit haec caeremonia, quia multi putantes hanc capitis lotionem ipsum esse baptismum, baptizari postmodum negligebant. Nil itaque mirum si haec quoque aspersio, de qua hic sermo est, fuerit olim interdicta. Sed Ecclesia uti sapienter omnia instituit, ita et sapienter quaedam diversis temporibus prohibuit, quae in bonum Fidelium initio statuta, Fideles ipsi vel ad proprium damnum, vel ad alium finem convertebant, ad quem pia Mater Ecclesia constituerat.

Practerea quia eo usque huius aquae, nempe fontis baptismalis, ante Saeculorum Oleorum infusionem sacer usus devenit, ut tantae Fidelium multitudinì, et ad diversos pios, ac religiosos fines adhibita non sufficeret, alia aquae benedictio instituta fuit, et ea est, quae singulis Dominicis diebus est peragenda, ut Fidelium pietati satisfaceret. Sed haec etiam nova aquae instituta benedictione, duo excepta fuerunt pro hac, tempora, ea nempe, quibus fons baptismalis ex antiquissima Ecclesiae disciplina consecratur, et id statutum fuit ad indicandum fortasse hanc benedictionem ex illa aquae baptismalis originem habere, et huic illam fuisse suffectam, vel etiam, ut adnotat Rupertus Abbas, in memoriam lavacri regenerantis, quod et Durandus, morem hodiernum aequè ac veterem respiciens, aspergendi Fideles, ut Rubrica innuit, et nonnullorum veterum errorem advertit his verbis: *Non ut rebaptizemur, sed ut gratiam Divini Numinis cum memoria Baptismatis invocemus.*

Aqua haec benedicta, quae in Ecclesiarum foribus pro Fidelium usu prompta est, lotionibus etiam successit, quibus olim Christiani utebantur, antequam ad Ecclesiam accederent. Ad hunc morem respiciens S. Ioannes Chrysostomus sic scribit *Homil. 32. in Matthaeum: In nonnullis Ecclesiis hunc morem corroboratum videmus, ut diligenter multi studeant quomodo lotis manibus, mundis induti vestibibus in Ecclesiam ingrediantur; quomodo autem Animam suam puram offerant Deo nullam prorsus curam habeant.*

Pro his lotionibus apposita lavaera construebantur. Haec lavaera de antiqua Ecclesiarum forma ad disserendum me vocarent, sed non est hic longius, quam par est, aut instituti ratio postulet, in hac re pertractanda immorandum. Satis erit aliquid delibasse, quod ad rem nostram opportunum, aut saltem non prorsus alienum videtur. Inter Ecclesiae partes, in quibus exteriora quaecumque apud veteres Christianos adnumerabantur, ut *atria, limites, perfugii loca, ac peristilia*, et cetera partes Ec-

2. An occurrente die tertia Octobris, in qua ex pervetusta consuetudine celebratur cum cantu Missa Beatae Mariae Virginis votiva de tempore

in Solemnitate Sanctissimi Rosarii, Missa decantari debeat de Sanctissimo Rosario, vel Votiva de tempore?

eclesiae haberi consueverant, illa erant, quae Nartex appellabatur, et duplex erat, una interior, exterior altera. In exteriori hac Nartice, sive exteriori Ecclesiae ambitu exteriora itidem atria includente, splendidum erat vestibulum, primus *Introitus* nuncupatum, quod prior eius pars erat, quae Porticibus persaepe circumsepta erat, et columnis undique extollebatur. In huius areae medio *fons* erat, sive per alios, *cisterna*, in qua Populus abluebatur priusquam Ecclesiam ingrederetur. De hac mentionem faciunt Auctores, quos inter *Eusebius*, qui *lib. 10. cap. 4.* sic scribit: *Hic Sacrarum expiationum signa posuit* (loquitur de Templo Paulini) *sive fontes ex adverso Ecclesiae extractos, qui interius Sacrarum ingressuris copiosos latices ad abluendum ministrent.* Paulinus Nolanus Episcopus quinque hos memorat, quos canthari nomine appellat. Iam fontes hi aquam simpliciter continebant nullo ritu, nulla benedictione initio consecratam, qua Fideles materialiter abluebantur exterius, et hae lotiones ante Templi ingressum significativae tantum erant interioris munditiae, quae esse deberet in Fidelibus Ecclesiam ingressuris, et sacris adfuturis actionibus. Nostra vero aqua, quae prope Ecclesiae fores reperitur, nudum non est interioris munditiae signum, sed Ecclesiae exorcismis, ac precibus benedicta, et consecrata, unum est ex Sacramentalibus, et ad omnem immundi Spiritus infestationem abigendam instituta, terroremque venenosi Serpentis procul pellendum, ad omnes latentis inimici insidias praeevendas, eliminandasque, et praecipue ad Fideles a levioribus noxis liberandos, et ad delendas in illis veniales culpas, positus requisitis dispositionibus, aliisque quae requiruntur. Haec itaque Aqua, fontibus, et cantharis ad simplicem manuum lotionem, quaeque in Nartice erat, lotionibus ipsis suffecta fuit, et tanta potiori ratione suffecta, quanto excellentiori fine adhibita, quanto venialium culparum delatio simplici, et materiali lotioni internae tantum munditiae significativae praestat. Ecclesia autem hanc in Templorum foribus aquam retinendam voluit ad Fidelium Tempa ingredientium religiosum usum, ut puriores ingrederentur, et dignius incruento Sacrificio adstarent, mundioresque Divinae Maiestati sese offerrent, et suas ad Deum preces mundiore fundent corde. Iam duo post haec animadvertenda sunt. Primum, cum praeceptum fuerit singulis Dominicis fieri aquae benedictionem, excepta duo tempora fuisse ob Fontis baptismalis consecrationem. Cum autem inter haec adnumeretur Sabbatum Sanctum, et hac die Rubrica praecipiat aspergi Fideles ex ipsa aqua, antequam in ea Catechumenorum Oleum infundatur; ex ipsa exceptione renovandi aquam sequitur supponi non immerito debere hac saltem die in Vasis prope Ecclesiae fores aquam benedictam usque dum Fontis baptismalis benedictio peragatur, non asservari. Praeterea huius aquae institutionis multiplex est finis. Iam cum inter diversos fines is adnumeretur, ut Fideles puriori corde Sacro peragendo adsistant, patet ex hoc altera ratio, ob quam in foribus Ecclesiae hoc triduo licet non integro, non servetur haec aqua. Cum enim Feria VI. Sacrificium non celebretur, et ideo sit dies penitus aliturgicus, hinc nil mirum, si hac Feria VI. aqua benedicta memoratis in vasis non asservatur.

At reponet aliquis, quid de Feria V., quid de Sabbato Sancto dicendum, si Sacrificii cessatio, altera est ratio, ob quam ex consuetudine aqua benedicta removetur? In utroque enim die unicum quidem sed tamen Sacrum solemne peragitur, cui Fideles adsunt. Nihil omnino aquae remotiōni haec animadversio officit. Nam quoad Feriam quintam in Agno Domini, hac die, quae dici certe nequit aliturgica, removetur aqua absoluto Sacrificio, dum Vesperae dicuntur, dum Altaria denuentur, verbo, dum tempus vere aliturgicum incipit, et luctus ob Christi mortem. Non deest igitur aqua, antequam eo die Sacrificium inchoetur, et ea uti possunt Fideles Ecclesiam ingredientibus Sacrificio adfuturi. Quod vero pertinet ad Sabbatum Sanctum: haec dies esset pariter stricte aliturgica non secus ac antecedens Feria sexta, et Sacrum hoc mane per anticipationem peragitur; celebrari enim deberet nocte subsequenti; quemadmodum antiquitus celebrabatur, et ut ostendunt verba,

3. Quum Antiphonas maiores Sacri Adventus praeintonare soleant Digniores de Choro, quaeritur an quando occurrit Officium feriale, in quo Antiphona maior est illa Cantici *Magnificat*, praeintonari ipsa debeat ab altero ex Dignioribus iuxta ordinem, vel ab Hebdomadario?

Et eadem Sacra Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata omnibus mature perpensis, ac recte consideratis rescribendum censuit.

Ad 1. « Detur Decretum in una Bahien. diei 26. Ianuarii 1793. ad secundum Dubium, nimi-

quibus utitur Ecclesia in Oratione Missae *Hanc Sacratissimam Noctem*, et infra actionem: *Et Noctem Sacratissimam celebrantes*: adeoque nil mirum, si mane aqua benedicta in Ecclesiae foribus non asservatur. Sed hoc omisso, quod quidem remoti non officit, licet haec aqua non sit in vasis prope Ecclesiae fores dum Fideles Ecclesiam ingrediuntur, non deest tamen aspersio Fidelium antequam Sacrum peragatur. Nam iuxta Rubricam, ut vidimus, baptismali aqua aspergendi sunt Fideles, antequam Catechumenorum oleum infundatur. Non deest aqua paullo post ingredientibus Ecclesiam, cum ex ipsa hac aqua ante olei Catechumenorum infusionem soleant Ecclesiae vasa impleri, uti de hac ipsa aqua Rubrica innuit: *In mundo aliquo vase per unum ex Ministris Ecclesiae esse accipiendam ad aspergendum in domibus, et aliis locis*: Et ita haec interpretando Rubricae verba, Ecclesiae vasa ab Aedituis, aliisque implentur: vel privatim quoque, solita aquae benedictio in Ecclesiis baptismali fonte carentibus peragi solet, et haec ea impleri, cum Paschalis solemnitas iam per Cerei benedictionem, vel aut certe ab Ecclesiae Ministris Praeconii cantu est annunciata, et mox Resurrectionis Mysterium per anticipationem Fidelibus repraesentatur. Consuetudo itaque aquam benedictam ab Ecclesiae vasis amovendi non est contra Rubricam, cum nulla Rubrica id prohibeat, licet huic ritui *nulla*, ut inquit Cavalerius, *adstipulatur Rubrica*. Non vacat mysterio aliquo; nam si per se nullum mysterium continet, ad ea saltem non excitat, quae Ecclesia hoc triduo nobis consideranda offert: hac demum deficiente aqua benedicta, et in locis ab Ecclesiae vasis diversis asservata, benedici possunt, ac revera benedicuntur et novus ignis et Cereus, et infirmi, quibus ministratur Viaticum, et Extrema Unctio, et Defunctorum cadavera asperguntur. Secus dici deberet, quoties hae peragantur benedictiones, et aspersiones, aquam benedictam ad hos fines adhibendam necessario ex vasis Ecclesiae hauriri debere, et Ecclesiam ad hoc suos Ministros cogere, si his in casibus Aquam benedictam ex alio loco, aut vase, quam ex illis, quae prope Ecclesiae fores sunt, haurire contra Ecclesiae morem statuta, et finem esset, ut putat Cavalerius ipse, qui sane haud poterat inficiari morem, statuta, et finem Ecclesiae illum esse, ut Fideles in Ecclesia ingredientibus ea sese aspergant, ac signent.

Sed habemus ipsum Cavalerium quodammodo sed involuntarie confitentem, et praxim, quam citato paragrafo reprobatur, adprobantem. Cap. XXI. de Sabbato Sancto §. 12. haec habet: *Sacrista* itidem, *vel alius Minister infundit in aliud vas de aqua fontis* (antequam oleum Catechumenorum infundatur) . . . *et ex eadem aqua renovari consultius quoque erit vasa Ecclesiae*: inquit *renovari*: non inficior dici posse *renovari*, etiamsi paullo ante illa removeatur, quae erat in vasis praedictis. At removenda saltem erit, antequam Officium incipiatur? En igitur Fideles ingredientibus sine aqua, qua se signent. Sed cum agit Cavalerius de ordine procedendi ad ignem benedicendum haec habet: *Praecedentes tres Acolythi, quorum medius incedit deferens Vas aquae benedictae*. Quaeso undenam hausta est haec aqua? non certe ex vasis Ecclesiae, quae supponuntur iam vacua, et illa quae prius nempe paullo ante in illis erat? Haud equidem possum admittere. Cum enim immunditiam et faeditatem ut plurimum habet ob Populi frequentiam, ob pulverem desuper cadentem, ob aliam etiam quamcumque rationem, indecens sane esset ea uti, et alia potius mundior, ac purior adhibenda est, haec autem in casu alia esse non potest, nisi antea benedicta, et alio in loco a vasis Ecclesiae diverso asservata. At nullam habet vim postrema haec animadversio, haud sibi contradicat Cavalerius; semper tamen ex supra adnotatis, et ex aliis rationum momentis nec improbanda erit haec ultimo maioris Hebdomadae triduo quae viget, remotio, neque proscribenda, ut vellet Cavalerius.

rum celebrandam esse Missam Festivitatís tamquam non votivam.»

Ad 2. « Ut in praecedenti.»

Ad 3. « Etiam non obstante consuetudine in casu, de quo agitur, Antiphonam praeintonandam esse ab Hebdomadario iuxta praescriptum a Caeremoniali Episcoporum lib. 2. cap. 3. et detur Decretum in una Tropheien. diei 24. Sept. 1605.»

Atque ita rescripsit, et servandum esse mandavit. Die 12. Novembris 1831.

#### 4671. RHEDONEN, ET COENOM.

Providentissimum consilium sa. me. Pii Papae VII., quo per suum a Latere Legatum in Galliis quinto Idus Aprilis 1804. adhibuit modum, et ordinem recolendi Reparationis Nostrae Divina Mysteria, Sanctorumque Festa celebrandi in ipsorum Festorum contractione sequenti Dominica, Indulti eiusdem finem assequutum esse facile quis sperare poterat, praesertim per subsequens Decretum sextodecimo Kalendas Augusti Anni 1830. a Sacrorum Rituum Congregatione datum, quo nonnullis Dubiis a Rmo Rhedonensi Archiepiscopo propositis eadem super re omnia explanata fuere. Sed praeter spem quamplurimis novis Dubiis locum hoc dedit, quae dum de mandato eiusdem Sacrae Congregationis ab alterutro ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris iudicio expendebantur, ut novae propositioni sterneretur via, alter supplex Libellus Rmi Coenomanensis Episcopi superadditus est, qui licet fateatur ad normam recensiti Decreti, quamvis inibi ignoti, eadem in Dioecesi festivitates fuisse celebratas in Domin. proxime sequentem quoad omnia simul, nimirum quoad Officium sive publicum, sive privatum, et quoad feriacionem cum earum integris Octavis; attamen quum certo sciat ipsum a Latere Legatum sua in responsione data ad Vicarium Generalem Archiepiscopi Mechlinien. undecimo Kalendas Iulii eiusdem Anni 1804. qui super hoc ipso Indulti explanationem efflagitaverat, decrevisse quod Officia praedictarum festivitatum recitanda sint a Clero tam privatim quam publice in Ecclesiis, et Missa de iisdem festis dicenda in proprio suo die, et quod sola solemnitas praefatorum Festorum amandanda sit in Dominicam sequentem, in qua Officia quidem a Clero tam publice, quam privatim recitantur, ac Missa celebratur iuxta consuetum ordinem servatum ante praedictam Festorum contractionem, et cantetur tamen una Missa Solemnis de Festo illo translato more votivo cum unica Oratione, merito sibi timendum exposuit, ne praecedentes Episcopi Coenomanensis genuinum Indulti sensum

pro reductione Festorum sint assequuti. Propterea pro suae conscientiae tranquillitate Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit.

1. Utrum sit in votis Sanctae Sedis Apostolicae, et Indulto diei 9. Aprilis 1804. sit consentaneum, ut Solemnitates Epiphaniae, Sanctissimi Corporis Christi, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, et Sanctorum Patronorum cuiuslibet Dioecesis, et Paroeciae in Dominicam proxime sequentem in Gallia transferantur quoad omnia, idest quoad feriacionem, et Octavam simul, et Officium insuper sive publicum, sive privatum, sicut in sua Dioecesi Coenomanensi ordinatum esse iam dixit? An vero ipsa Officia praedictarum Festivitatum cum earum Octavis seu publicae, seu privatim propriis occurrentiae suae diebus iuxta antiquum, et universalem ceterarum Ecclesiarum morem celebranda sint, solae vero solemnitates in proximiorum Dominicam differendae sint, sicut pro Dioecesi Mechliniensi statutum esse ex responsione diei 21. Iunii 1804. concludere est?

2. Utrum in hypothesis quod sola solemnitas sit differenda, propriis occurrentiae diebus Solemnitates celebrari debeant, licet nullatenus interteneatur Populus fidelis, Missa maior ac Vesperae sicut in Dominicis, et Festis in omnibus Dioecesis Paroeciis?

Et eadem Sacra Congregatio ad Vaticanum in Ordinario Coetu sub infrascripta die coadunata, ad relationem Eñi, et Rmi Domini Cardinalis Ludovici De-Rohan Chabot, exquisito prius voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandito, praeoque cuso, Dubiis omnibus tum Rmi Archiepiscopi Rhedonen, tum Rmi Episcopi Coenomanen. mature perpensis, et discussis Sanctissimi Domini Papae Oraculum expetendum rata est per Rescriptum. *Ad Emin. Praefectum cum Sanctissimo ad Mentem.* Et ita rescribendum censuit. Die 12. Nov. 1831.

Facta autem de praemissis omnibus Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pont. Max. per Eñum et Rmum Dominum Cardinalem Carolum Mariam Pedicini Episcopum Praenestinum Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum fidei relatione, Sanctitas Sua, attentis peculiaribus facti circumstantiis, ad dubia omnia praecedenda, stabiliendamque uniformitatem benigne annuit in omnibus iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, nimirum recedendum esse a decisis sextodecimo Kalendas Augusti Anno 1830. ad Dubium secundum, atque ad proposita Dubia respondendum.

Ad 1. « Negative ad primam partem; affirmative ad secundam iuxta mentem Cardinalis Legati et eius Instructionem, et iuxta praxim Sacrorum Rituum Congregationis. »

Ad 2. « Affirmative, et iuxta Rubricarum Leges. » (1)

Atque ita servari Sanctitas Sua mandavit omnibus in Locis, et Dioecesibus, queis Indultum Anni 1804. super reductione Festorum per Eñm Dominum Cardinalem Caprara Legatum a Latere extenditur. Die 29. recensiti Mensis, et Anni.

4672.

#### PISANA.

Eo, quo praeferretur erga Divinum Cultum zelo, atque studio a Tridentina Synodo Praesulibus commisso, eidem promovendo prospicere nitens Rñus Pisanus Archiepiscopus Rubricas omnes, et Sacrorum Rituum Congr. Decreta in Sacris Functionibus peragendis adamussim servari studet; eo vel magis quod in Ordinariis Locorum plenissime curandum esse eadem Sacra Congregatio

in una Dubiorum diei 17. Sept. 1822. omnino voluit. Quapropter quum in Metropolitana et Primate Ecclesia Pisana plures obtineant consuetudines, quae vel ab immemorabili, vel saltem per vetusto tempore ductae existimantur Ritualibus illius Ecclesiae Legibus plane refragantes, eas in Divinis persolvendis Officiis diutius ferri non posse censuit, ne, illis retentis, tum Ecclesiasticis iussionibus iniuria fiat, tum ne inde approbationis suae inferatur argumentum. Ipse autem utpote religiosissimus non modo, sed prudentissimus, verens, ne illis omnino eliminatis consuetudinibus, earundem vetustatem, et argumenta a Capitulo petita, despiciere videatur, nec voluit, nec e re sua duxit de iisdem iudicium interponere, sed consultius eidem Sacrorum Rituum Congregationi rem omnem remisit, ac sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum.

1. An servari debeat immemorabilis consuetudo legendi Laudes in Nocte Nativitatis D. N. I. G., vel an eadem sint decantandae? (2)

(1) Responiones a S. R. Congregatione in Rhedonen. simul et Coenomanen. datae hac in re sunt attendendae; nam hae innituntur validioribus rationibus et argumentis, tum quia res maturius potuit perpendi, tum quia S. Congregationi per supplicem Libellum a Rño Coenomanensi Episcopo missum innotuerunt, quae prius in facti narratione quibusdam scitu necessariis, ignorabantur, et clare hinc potuit aequè dignosci quaestionis status, Dubiorum caussa, et dignosci pariter potuit ex ipsa explanatione Indulti, quam Vicarius Generalis Archiepiscopi Mechliniensis expostulaverat, quae fuerit Eñi Legati a latere mens, quae dispositio, cum facultate sibi a Summo Pontifice Pio VII. fel. rec. concessa usus fuerit, ad omnem Religionis detrimentum vitandum, et externum cultum exercendum, et Festivitates celebrandas eo quo fieri posset modo ad ordinem revocandas, quorum intuitu facta eidem fuit memorata facultas, ne sacra Liturgia, quae non levem infelicissimis Galliarum Regni temporibus perturbationem erat perpessa, penitus deperiret. Nil itaque mirum, si re perfectius cognita S. R. Congregatio novo edito Decreto a decisis sexto decimo Kalendas Augusti Anni 1830. censuit esse recedendum, et aliter putavit die 12. Novembris 1831. esse decernendum. Non itaque, ut quisque videt, hoc Decreto sibi contradicit, sed Summi Pontificis fini, et Eñi Legati iam datis explanationibus sese conformavit. Ex hoc facile quisque potest sibi suadere S. Congregationem, si forte aliter in una eademque re decernat, non repugnantia edere Decreta, sed novis accedentibus rationum momentis, mutato consilio, novam sibi offerri aliter decernendi causam, et rem ipsam ex documentis, quae afferuntur, diversum a primo Decretum postulare.

(2) Caeremoniale Episcoporum in universali Ecclesia ab omnibus et singulis personis ad quas spectat observandum esse praecipitur a fel. rec. Clemente Papa VIII. in Litteris Apostolicis sub plumbo quae incipiunt: *Cum novissime*, in quibus statuitur *Caeremoniale huiusmodi sic emendatum et reformatum nullo unquam tempore in toto vel in parte mutari, vel ei aliquid addi, aut omnino detrahi posse, ac quaecumque personas praedictas . . . ad ea peragenda et praestanda iuxta huius Caeremonialis formam et praescriptum teneri*. Item Innocentius X. Bulla: *Et si alias*, ipsum Caeremoniale adprobando, et confirmando, eadem statuit ac praecipit. Et haec quidem Benedictus XIII. Bulla cuius initium est: *Licet alias*, pariter habet; additum autem in ea est, ut in virtute sanctae obedientiae nihil detrahatur, nihil addatur, immutetur nihil, quemadmodum et in Bullis Praedecessorum suorum legitur. Summi itaque Pontifices toti in eo sunt, ut quae in Caeremoniali (idem dicatur de Pontifi-

2. Et quatenus negative, Archiepiscopus, Capituli Pisani nomine, humillime supplicat, ut huic indulgeatur facultas Laudes sine cantu legendi post Missam Solemnem in illa Nocte, aequae ac haec eadem facultas die 31. Martii 1821. indulta est Canonicis Sulmonensibus.

3. An ob immemorabilem consuetudinem tollerari debeat usus post solemne Matutinum, Laudes sine cantu recitandi in solemnioribus Anni Festis?

4. Et quatenus affirmative, utrum idem usus sit ferendus in Festo triennali Sancti Raynerii Pisani Confessoris, et Dioecesis Patroni principalis?

5. An ratione memoratae consuetudinis in Festo Assumptionis Beatae Mariae Virginis ferri queat, quod recitatio Laudum omittatur, et privatim tantummodo a paucis Cappellanis tempore nonae Lectionis, et Hymni *Te Deum*, eae persolvantur? (1)

cali, Missali et Rituali) sunt constituta accuratissime servantur, ut Sacri Ritus et Caeremoniae iuxta Ecclesiae disciplinam et statuta peragantur, nec aut quadam aliquorum libertate, aut aliorum negligentia, aut aliquorum non recta interpretatione ex propria cuiusque commoditate non semel orta, novitatibus inductis Ritus ipsi, et caeremoniae Ecclesiae corrumpantur, et per mutationes ipsas et novitates, externus cultus sancto studio, sancta sollicitudine, tam diligenti cura et labore ad Religionis ipsius maiestatem statuti penitus cum ipsius Religionis detrimento vilescant. His positis quidquid diverso modo, quo statutum est, peragitur, contra Caeremoniale peragitur et nulla umquam consuetudo, (si eas excipias quae ut legitime, et conditionibus necessariis inductae ab Ecclesia ipsa sunt adprobatae) contra illius legem potest praescribere, nullam potest constituere exceptionem, nullam normam aut regulam efficere, nec approbari umquam poterit, quin immo non summopere reprehendi. Aut enim consuetudo, quae profertur in medium, quamque nescio quis velit in casu protueri, est ante Caeremonialis correctionem, confirmationem et adprobationem Summorum Pontificum, qui illud correxerunt, confirmarunt, adprobarunt, aut postea: Si ante, iam consuetudines istae si peculiari modo non sint adprobatae (neque enim adprobari potest quod directe Caeremonialis praescriptis adversatur) per genericam abrogationem, abrogatae censendae sunt: si postea inductae sunt, iam eo ipso contra Caeremonialis statuta, eiusque leges sunt inductae et inobedientiam Ecclesiae legibus redolent, et novitatis notam merentur, propriaeque commoditatis amorem praeseferebant, ideoque reprobandae sunt ac reiciendae, utpote Caeremoniali adversae, quemadmodum haec est consuetudo in nocte Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi Laudes legendi: nimis enim haec consuetudo contraria est Caeremonialis praescripto, nam satis superque clare Caeremoniale praescribit ut Laudes cantentur: *In Laudibus* (legitur lib. 2. cap. 14. §. 12.) *tandem, quae post hanc Missam solemniter cantari debent*: quae verba, ut quisque facili negotio videt, praeceptum important; adeoque consuetudinem omnem contrariam excludunt. Quod si praeceptum iuxta Rubricam non est, ubi nam, quaeso, Rubrica praeceptum exhibebit, aut quando Rubricae servari poterint? Idem dicās de omnibus consuetudinibus, quae si sint huiusmodi, neque umquam poterunt praescribere, ac nullo umquam tempore erunt admittendae, ut in sequentibus dubiis 16. 17. 18. et 25. huiusce Decreti.

(1) Consuetudinem hanc S. R. Congregatio non ferendam decrevit, utpote contrariam Rubricae legibus, novam prorsus, et idcirco improbandam. Si quidem omnes sive Canonici, sive Beneficiati, alii huius generis Ecclesiastici, qui Choraliter gaudent munere, tenentur *omnibus Canonicis Horis praesentes adesse non solum, sed et in Choro ad psallendum instituto, hymnis et canticis Dei nomen reverenter, distincte, devotique laudare*, ut Concilium Lateranense Tom. 2. part. 4. Sess. 2. §. 59. et seq. silentium nonnullorum psallendi tempore improbens, et Concilium Tridentinum Sess. 24. c. 12. de Reformatione loquuntur. Iam si teneantur *omnibus Horis Canonicis* adesse, et adesse ad psallendum, nec sola praesentia sufficit ut hoc adimpleant munus, eo etiam debent modo atque ordine psallere, qui ab Ecclesia statutus est; et sicut qui adest sola praesentia, quin psallat, quique comparari potest mutis simulacris, ut inquit *Benedictus XIV. in sua 107. Institutione*, et fructus non percipit, ita, ut sponte fluit, tenentur omnes et singulas Horas cantare vel recitare, prout cuiusque Ecclesiae Constitutiones, tempora, dies, solemnitates vel praecipiant, vel exposcunt: atque



6. Utrum ferendus sit ritus numeri, ordinis, et loci Cereorum seu Candelarum in persolvendis

Officiis Tenebrarum ab Ecclesiae Pisanæ Capitulo servari solitus?

hinc patet nullam ab illis omitti Horam canonicam posse; nec anteverti, nec confundi; secus dici deberet, aut duabus obligationibus quae ex lege successivae sunt in Choro, uno eodemque tempore posse satisfieri, si dum ab aliis *Nona Lectio, et hymnus Te Deum* decantantur, ab aliis Laudes submissa voce dicuntur; aut Canonicos satisfacere obligationi recitandi Laudes, si dum ab ipsis cantatur praedictus hymnus soli Cappellani harum recitatione ab illis penitus omissa, hae, praedicto tempore, a paucis tantummodo, ut in dubio, recitarentur. At falsum utrumque est, et neutrum probatione indiget, ut quisque facili negotio intelligit. Quisque enim, sive privatim, sive publice tenetur, et per se tenetur divinum recitare Officium, et leges servare, quae recitationem sive publicam sive privatam respiciunt, nec obligationi putet satisfacere, si quid omittat; vera autem omisio est ea de qua in dubio est sermo. Cappellani enim in casu nostro pro Canonicis et Beneficiatis Laudes recitarent, quas ipsi omittunt: hoc autem admitti nequit: ex Concilii enim Tridentini verbis supra allatis consequitur Canonicum, sive alium quemque muneri suo deesse, si quosdam alios solum psallere permittat, is autem omittat, aut pro se eum supplere sinat, qui pariter tenetur psallere, quique ideo supplere nequit. Quid vero dicendum nostro in casu si integra omittatur Hora a Canonicis, aliis pro se suppletibus alterius Horae canonicae tempore? Onus autem singulorum est, singulas Officii partes, et eo ordine, quo sunt dispositae, recitare. Quid autem Officii nomine intelligatur, ad cuius recitationem singulis diebus tenentur qui sacris Ordinibus initiati sunt, vel clerici Beneficio praediti, satis percipitur *ex cap. Presbyter* de celebratione Missarum, ubi haec habentur: *Si Matutini* (id Laudes etiam complectitur) *Primae, Tertiae, Sextae, Nonae, Vesperae, Completorii tempore, nostrae servitutis officia persolvamus:*

Totum itaque Officium his diversis Horis constituitur. Canonici, ut et alii omnes, idem facere tenentur, hoc solum interposito discrimine, quod alii Clerici, quocumque in loco persolvere Divinum Officium possint, Canonici vero, ceterique omnes, qui alicui addicti sunt Ecclesiae, ad eam convenire, et ibi idem Officium recitare aut canere omnino debeant.

Dubitandum autem non est, quin haec lex Cathedralis et Collegiatis Ecclesiis comprehendat, et colligitur ex *Clementina Prima de celebratione Missarum*, in qua haec sunt: *In Cathedralibus aut Collegiatis Ecclesiis.*

Dixi singulas Horas recitari vel cani, prout tempus exposcit, in Choro debere, et ita, ut una ab alia distincta sit, quemadmodum Ecclesia illas distinctas voluit, et ita etiam, ut earum non invertatur ordo, nec una cum altera confundatur, nec pariter una eo tempore recitetur, quod alteri est praescriptum. Confunditur autem si unius Horae recitationis tempore, altera, ut in casu, recitatur, quod intentioni, fini, et statutis Ecclesiae adversatur. Ecclesia autem, ut Horas, sic et tempus eas recitandi assignavit, a quo, ut videtur, et nomen unaquaeque Officii pars desumpsit suum. Quid si primae Ecclesiae Fidelium morem inspiciamus? *Olim Christiani*, scribit Cardinalis Bona, *tribus primis vigiliis tres Nocturnos divisim, quarta vigilia Laudes recitabant. Tantus erat ardor charitatis, ut quater in nocte surgerent ad orationem, prima vigilia ad primum Nocturnum, secunda ad secundum, tertia ad tertium, quarta ad Laudes persolvendas, vel omnes simul, vel divisi in cohortes.* Haec disciplina, sive vetus mos generice obsolevit, licet quaedam Monasticae familiae et Religiosae, aliquod de hac veteri consuetudine retineant vestigium. Nunc in praesenti disciplina, loquor de Clero saeculari praesertim, statutae sunt quidem Horae pro recitandis divinis laudibus seu psalmodia; sed quamvis diversa ab antiquioribus sint assignata tempora, tamen tempus unicuique Horae debetur, licet hoc non accuratissime, ut Horarum nomen indicat, servetur, sed iuxta praesentem disciplinam utcumque servatur.

Ecclesia insuper, per Rubricarum dispositiones et statuta, tempus ad Sacrum celebrandum constituit modo post Tertiam, modo post Sextam vel Nonam, ratione habita vel ad tempus, vel

7. Utrum Feria V. in Coena Domini servari debeat usus denudandi Altaria post *Mandatum* hora quarta pomeridiana?

8. Utrum probari possit usus obeundae in Sabato Sancto benedictionis novi ignis, et incensi

ab alio Sacerdote, licet Missam non celebraturo; et deinde ab eodem Diaconalibus vestibus induto deferendae Arundinis *lumen Christi*, et canendi Praeconii, etsi in subsequenti Officio, et Missa ipse Celebranti non assistat? (1)

ad mysteria, quae aut recolit, aut ad quae nos praeparat et vocat, vel ad moestitiam aut gaudium, vel ad Missae qualitatem, quae omnia ex Rubricis ipsis desumuntur, quae quidem probant ita eam voluisse Horas Officii Divini etiam tempore distinctas, ut ad servandam hanc distinctionem et veterem recitandi morem, Sacrum Divinum esse peragendum inter unam alteramque Horam iusserit. His omnibus positis quid dicendum foret de hac in dubio asserta allataque consuetudine, et a S. R. Congregatione improbata, si ea cum veteri Ecclesiae disciplina aut praesenti etiam conferratur? Nihil profecto aliud nisi quod directe intentioni, fini, et statutis Ecclesiae adversetur. Tandem, quod hic decretum est a S. Congregatione cum alio Decreto concordat, quod edidit in *Casalen. die 3. Aprilis 1751. (in authentica hac Decretorum Collectione)* In hoc enim Decreto, proposito dubio respondit: *Canonicos non satisfacere obligationi Chori recitando modo praedicto Completorium, tempore, quo a Musicis Vesperae decantantur*: Modus autem hic erat, ut ex immemorabili asserta consuetudine Canonici Ecclesiae Cathedralis, diebus Dominicis, aliisque Festis infra Annum occurrentibus, quando a Musicis Vesperae decantabantur, consueverant eo tempore bini et bini Completorium persolvere. Modus hic a S. R. C. reprobatus nihil omnino differt a modo, de quo est sermo in praesenti dubio, nempe recitandi Laudes tempore hymni *Te Deum*, quinimmo aliquid magis contrarium praebet: nam in dubio *Casalen.* omnes recitabant Completorium. In hoc autem a Canonice Laudes prorsus omittebantur, quod certe maiorem defectum consideranti offert. Ac propterea haec S. Congregatio Ritibus omnibus sua in integritate ac puritate servandis protuendisque instituta, consuetudinem hanc suo Decreto non ferendam declaravit. Illa enim aequae ac ista asserta consuetudo statutam singularem Horarum divisionem ac distinctionem tollit, earumque permixtionem et confusionem inducit, quae, iterum dicam, intentioni, fini, statutis Ecclesiae quam maxime adversatur, ac proinde abusus debet appellari, et omni prorsus ratione eliminandus, quemadmodum hoc suo Decreto S. R. Congregatio iure meritoque sancivit.

(1) Quoad hanc secundam huius dubii partem, cui S. R. C. negative respondit, plurima iam sunt adnotata, eaque videri possunt in *Tiburtina*, quae in authentica hac Decretorum Collectione reperitur. Ibi in subiecta adnotatione eruditissimi Merati affertur auctoritas praxim improbantis quarundam Ecclesiarum, in quibus diversus est Diaconus, qui Paschale Praeconium cantat, ab illo, qui in Missa mox celebranda ministrat. Praxis haec revera contraria est Rubricae Missalis, iuxta quam unus idemque debet esse Diaconus, ut advertit Meratus, et Corsettus in ea adnotatione adducti. Merati verba in ea adnotatione leguntur. Corsettus autem Cap. 8. num. 5.: haec habet illis simillima verba: *Tum Diaconus, qui debet esse ille, qui in Missae Officio inservire debet, et non alius ad hanc solam functionem, et ad cantandum tantummodo Praeconium, hoc enim repugnat Rubricae Missalis, neque in ullo habetur Caeremoniali cum sit quiddam addere (quod est contra Bullam Pii V., et maxime notandum.)* Quam opportune haec a Corsetto postrema verba addita sint, quisque per se videt: nam post reformationem, adprobationem, et evulgationem Missalis, Pontificalis, Caeremonialis, Ritualis, Breviarii, nihil addi, nihil detrahi, nihil immutari potest, et in Litteris Apostolicis Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi monentur ut accuratae illorum observationi advigilent, quae statuta in illis sunt: hinc si quis quid addat, quid detrahat, quid immutet, iam eo ipso et novitatem inducit, et iure inobedientiae notam incurrit. Iam diversum Diaconum cantare Praeconium, diversum in Missa ministrare est contra Rubricae Missalis praescriptum. Si enim haec inspicatur, et illius dispositio, patet manifestissime unum eundemque esse debere in utroque memorato Officio Diaconum, idque ex toto contextu eruitur, initio sumpto

9. Utrum ferendus sit usus in Sabbato Sancto Cereo Paschali, sed cerae cuidam albae Cruci ab infingendi quinque grana Incensi non quidem in eo separatae, atque huius muneris obeundi per ab ignis benedictione ad licentiam usque, quae Populo datur discedendi ab Ecclesia. Mitto hic actiones, quae ad Diaconum spectant, quasque non memorat Rubrica, utpote illius muneris proprias, ac ab Arundine incipiam. *Tum*, inquit Rubrica, *Diaconus indutus Dalmatica albi coloris etc. . . Diaconus elevans Arundinem. . . Diaconus dat Arundinem uni Acolyto. . .* deinde: *Completa benedictione Cerei, Diaconus depositis albis, sumit violacea paramenta, et vadit ad Celebrantem, qui exiit Pluviali etc.* Quis, quaeso, Diaconus, nisi qui cantavit Praeconium? et hic non ad Sacrarium vestem depositurus, sed ad Celebrantem accedit, depositis albis et sumptis violaceis paramentis. Demum inquit Rubrica: *Cum autem perventum fuerit ad ψ. Peccatores: Te rogamus: Sacerdos et Ministri surgunt, et accedentes ad Sacristiam induuntur paramentis albis pro Missa solemniter celebranda:* iidem igitur debent esse et Celebrans et Diaconus et Subdiaconus, si iidem Ministri; ergo ex Rubricis is qui cantavit Praeconium, si loquamur de Diacono, si qui detulit Crucem, si loquamur de Subdiacono, de utroque enim dicitur quod debeat ministrare in Missa, nullum dubium de Subdiacono; cur de Diacono dubium excitari potest. Sed quid dico dubium excitatur? Cur diversus adhibetur Diaconus, dicere debuissim, et ex praxi quadam per abusum inducta in nonnullis Ecclesiis, diversus est Diaconus Missae a Diacono Praeconii. Praxis quae adversatur penitus Missalis. Rubricae, ex qua dispositione et ordine inspectis infertur, unum eundemque esse debere Diaconum et Praeconii et Missae, quod quidem ex legitima illatione concluditur. Ratio autem huius illationis patet ex Officio ipso: nam qui Functionem inceptit, idem et perficere debet. Huius diei Officium unum idemque est, sive Praeconium respiciamus sive Missam; omnia simul sumpta Officium diei proprium constituunt; et licet diversa Ecclesia recolat, tamen Functionem unicam statuit peragendam. Si itaque Diaconus eam inceptit, eam pariter et debet perficere; nisi peculiaris aliter agendi sit ratio, aut Rubrica ipsa aliter faciendum non indiget. Sed ratio non adest aliter peragendi. Rubrica aliter peragendum non innuit: idem igitur Diaconus debet esse et Praeconii et Missae. Quod spectat ad Rubricam, si haec disponit diversum esse debere in aliqua functione Ministrum, non omittit sane vel indicare, vel etiam praecipere, ut evenit, cum Feria V. in Coena Domini alium Subdiaconum innuit esse debere a Subdiacono Missae, pro deferenda Cruce in Processione: *Et fit Processio more solito, alio tamen Subdiacono parato Crucem ferente.* Haec Ministri diversitas non indigitur a Rubrica quoad Diaconum in Sabbato Sancto, sed unus idemque innuitur; a Rubricae igitur dispositione non est recedendum. Recte proinde statuunt Auctores unum eundemque esse debere pro utroque Officio Diaconum, et tamquam Rubricae violatores diversimode agentes considerant, cum audeant sic a Rubricae praescripto declinare. Si omnia secundum ordinem fieri debent, eo magis cum de Ritibus agitur, quorum unus in Ecclesiasticis functionibus legitimus et accuratus est omnino retinendus ac religiose servandus. Haec fuit summi Pont. Syxti V. Constitut. LXXIV. maxima cura in S. R. Congregatione statuenda, ut Sacri Ritus ubivis locorum, in omnibus Urbis Orbisque Ecclesiis, a quibusvis personis diligenter observarentur; ut caeremoniae, si exoleverint, restaurarentur; si depravatae fuerint, reformarentur; si immutatae ad ordinem, revocarentur. Quae olim fuit Summorum Pontificum cura, ea ipsa adhuc est et Summi Pontificis quem sospitem Deus servet, ea ipsa adhuc est Sac. Rit. Congregationis, quae ritus omnes ut reviviscant, restaurentur, ad ordinem revocentur, accuratissime servantur, et proprio munere adnitur, ut sic et splendor Divinae maiestatis magis effulgeat, et Fideles ad Divinarum rerum contemplationem sustollantur, ut inquit Tridentini Concilii Patres, et Supremae Apostolicae Sedis, a qua dimanat legislativa auctoritas, observetur. Habitualis autem rituum et caeremoniarum inobservantia tacitum, ut plurimum, potest inferre contemptum, et leviorum etiam Rubricarum omissio, vel mutatio, et libera illarum interpretatio confusionem in Ecclesia parere possunt, et ad Dei opus negligenter peragendum inducere. Non me latet, haec ipsa in re, de qua loquimur, in

Chori Cappellanum sive Sacerdotem, sive Diaconum a Diacono Praeconii, seu Missae diversum? (1)

10. Utrum servanda sit consuetudo deferendi praeter Cereum Paschalem duos alios parvos Cereos ex eo accensos in Supplicationibus, quae in

eadem Tiburtina, ut videri potest, S. Congregationem consulendo Sanctissimo respondisse; sed quid hoc probat? nisi S. Congregationem, cuius munus est vigilare Rubricarum observationi, allatam in contrarium consuetudinem noluisse admittere, sed attentis peculiaribus circumstantiis inclinasse, forsitan ad illam non penitus saltem excludendam, sed eodem tempore noluisse eam propria auctoritate aut adprobare aut confirmare, utpote Rubricae dispositioni non apprime conformem, et, si quae Indulgentia hac in re posset concedi, a Supremo Pastore concederetur, quemadmodum revera factum est. Sed peculiaris haec Tiburtinae Ecclesiae Cathedrali, ob peculiare rationes, concessa Indulgentia, generalem non constituit dispensationem, adeo ut liberum cuique sit ea uti. Si enim eadem non adsint rerum adiuncta, fortasse nec alteri Ecclesiae concedetur, eoque minus poterit aliqua Ecclesia per se hanc sequi praxim: persaepe enim evenit ut Diaconus Praeconii diversus sit a Diacono Missae non ex necessitate, non ex vocis defectu, vel ex voce aut nimis aspera, aut ad modulationem inepta, sed ex quadam vocis ipsius ostentationis specie alius seligatur Diaconus, qui adstantium concinna nimis vocis modulatione alliciendo aures, plausus captare velit, ac laudes. Nisi igitur necessitas adsit, unus idemque esse debet Diaconus Praeconii, et qui in Missa ministrat, sine enim necessitate aut rationabili causa Rubrica accuratissime servanda est, nec ab ea declinandum, et omnis illius interpretatio, si qua in tam clara illius dispositione esse potest, excludenda est.

(1) Improbanda sane in usu, de quo est sermo, Rubricae infractio reperitur, et novitas in Ritibus pro hoc Officio praescriptis proprio lubitu inducta, quae nullo prorsus modo erat ferenda: atque ex hoc ipso nihil, ut quisque videt, advertendum occurrit, nec ratio ulla est adducenda ad usum praedictum eliminandum. Res enim ipsa per se apparet manifestissime, ac propterea non nisi simplici negativa responsione poterat a S. C. dubio huic satisfieri. Quin igitur infractionem Rubricarum ac novitatem demonstrando immoremur, aliquid quoad Cereum advertamus. Ecclesia hoc die ad resurgentem Christum recipiendum se praeparat, et mox ipsum resurrectorum Fidelibus pariter annuntiat. A consecratione itaque Luminis Paschalis solemnitate annuntiationem inchoat, quae verae lucis claritatem humano generi contulit. Quod ad Cereum spectat, Paschalis hic Cereus benedicitur in Sabbato Sancto, quia ex simplici sua natura absque benedictione non potest mysteria significare, quae per illum Ecclesia repraesentare intendit. Est haec benedictio non de constitutivis per quae immutato naturali rei alicuius statu sacrum quid efficitur, sed de simpliciter invocativis, quibus Dei benignitas invocatur, ut personis vel rebus aliquid boni tribuat: et licet per has benedictiones res nec statum suum naturalem non immutent, nec sacrum quid efficiantur, aliquid tamen relligiosum in se continent, nec amplius prophanae possunt haberi. Constans autem ac perpetua fuit Ecclesiae disciplina, ut nulla re ad relligiosum quemdam ritum publice uteretur, quin prius eam benedixerit, ut ex Thoma Massinio, Benedict. XIV. aliisque Auctoribus constat. Iuxta Liturgicos Cereus hic columnam nubis et ignis, quae Hebraeos in deserto ambulantes praecedebat, significat, et hinc illa Praeconii verba, *sed iam columnae huius praeconia novimus*, vel Christum significat corporaliter prius extinctum, et postea resurgentem, sicut tunc Diaconus Cereum benedicens significat Evangelii praedicatorem, qui Christum, passione corporaliter extinctum, debet Laudum benedictionibus praedicando Resurrectionis luminosa gratia reddere illustratum. Item Cereus Paschalis ex Ecclesiasticis Scriptoribus, quos refert Theophilus Raynaldus, institutus primo fuit ut symbolice esset imago Baptismi, ac propterea singulis qui baptizabantur parvus dabatur Cereus, et ideo dabatur ut illum asservarent, et suscepti Baptismatis memoriam identidem in se suscitarent.

Instituti deinde fuerunt Cerei *Agnus Dei*, ob Agni figuram quae in illis inspicitur, nuncupati, ut essent pariter suscepti baptismi solum, et singulis recenter baptizatis, depositis in Sabbato post Pascha vestibis albis, dabatur Cereus hic *Agnus Dei*, quia commodius hunc prae parvo etiam

Ecclesia Pisana fiunt, tum in Sabbato Sancto ad obeundam Fontis baptismalis benedictionem, tum quotidie in octo dierum spatio ad eundem Fontem?

11. Utrum ferri valeat usus aspersionis aquae benedictae, quae fieri debet in diebus Dominicis ante Missam Solemnem, peragi solitae non qui-

cereis gestare poterant. Hi autem *cerei Agnus Dei* illorum collo appendebantur, ne suscepti baptismatis memoriam una cum albis vestibus baptismalibus, quas deponebant, amitterent, sed hos prae oculis semper habentes, et tantum beneficium per baptismales aquas receptum recolerent, et gratias Deo redderent, et receptam gratiam fideliter custodirent.

Olim dispertiebantur populo particulae Cerei Paschalis ad suffumigandum una cum thure pio ac religioso animo ad avertenda mala, bonaque postulanda. Est ea secundaria Cerei Paschalis institutionis causa. Quemadmodum vero substituti fuerunt *cerei Agnus Dei* ad excitandam retinendamque baptismi memoriam in recenter baptizatis, et pro Cereo Paschali sive huius particula parvi Cerei ipsis dabantur, ita et *cerei Agnus Dei* postmodum pro Cerei magni particula et pro parvis cereis populo distribui caeperunt, et praecipuo fini, qui fuit in illorum institutione, ut Deus illis utentibus mala averteret, ut bona conferret, secundarius successit, ut reliquis etiam fidelibus, praeter recenter baptizatos distribuere in octava Paschae, quemadmodum Cerei Paschalis particulae distribuerebantur, ut liquet ex Ordin. Romano tit.: *De benedictione Cerei*, ubi sic legitur: *In octava vero Paschae dantur ipsi Agni (Cerei infra Civitatem Romanam) ab ipso Archidiacono in ipsa Ecclesia post Missam et Communionem, et ex eis faciunt incensum accendi ad suffumigandum in domibus suis pro quacumque tribulatione eis evenerit necessitas. Similiter et in Forensibus civitatibus de Cereo Paschali faciunt.* Multa addi possent de cereis *Agnus Dei*, si res de qua hic praecipue agitur, postulare, sed haec sint obiter adnotata licet non inopportune, res enim ipsa haec pauca innuere deinceps. Ne itaque finem nobis propositum praetergrediamur ad Paschalem Cereum redeamus. Cereus itaque nubes, ignisque columnam significat, qui Hebraeos in deserto itinerantes per diem noctemque praecedebat, et Christum a morte ad vitam gloriose resurgentem, ut Rupertus et cum eo Auctores Liturgici pene omnes, et ideo Cereus ipse prius extinctus apparet, et dum adhuc extinctus est, in eo quinque incensi grana infiguntur, quae quinque Christi plagas repraesentant: deinde accenditur post verba Praeconii *Rutilans ignis accendit.* Item Cereus in significatione columnae ignis et nubes Hebraeos praecedentis illorum demonstrat defensionem a solis aestu, et illuminationem nocturno tempore: in significatione vero Christi nubes columna potest repraesentare Christum fideles a vitiorum aestu defendentem. Ignis vero Christum ipsum, qui fideles in huius saeculi nocte, ac in ignorantia et peccatorum tenebris sedentes illuminat.

Ne quis autem putet, cum dicitur Cereum Paschalem nubes et ignis columnam significare, ita haec esse accipienda, ut Ecclesia id absolute recolat, quod Hebraeo populo olim evenit, sed id tantum, quod illis quidem evenit, tamquam tamen in figura nostri omnia, quae illis eveniebant, *figura et umbra futurorum erant*, omnia enim in figura facta sunt nostri, *omnia in figura contingebant illis*, ut scribit Apostolus Paulus ad Corinth. ep. 1. v. 10., et alibi: *Vetera namque transierunt, facta sunt omnia nova.* Hinc Ecclesia suos non instituit ritus ad ritus hebraeorum ac gesta recolenda, sed in suis quibusdam mysteriis recolendis veterum hebraei populi rituum quandoque meminit, quae figura olim fuerunt eorum, quae postmodum adveniente temporum plenitudine erant eventura, et reapse evenerunt, et sic ostendit quomodo umbris et figuris lux et veritas respondeat. Ecclesia eadem, quae ritus et caeremonias instituit, non inepte, non inconsulto, non sine aliquo sapientissimo fine eos instituit, ut vellet Sacrorum Rituum perpetuus irrisor Vertus, qui cum Religione ritus etiam voluisset evertere, sed sapientissime eos instituit, et ut Sancto est Spiritu edocta, et directa, in illis mysteria quaedam includit, aut ad illa nos revocat, et quidquid in suis divinis Officijs recolat, quidquid celebrat, quidquid Fidelibus celebrandum offert ac proponit, ad spirituales intelligentias eos vocat, et per mysticas ipsas figuras ad mysterium aliquod contemplandum filios suos excitat, et quandoque in mysterio mysterium latet, ut observat S. Petrus Damiani, et ipsae res sensibiles tam-

dem a Celebrante, sed a Cappellano Chori cum Pluviali? (1)

12. Utrum assertae consuetudinis immemora-

bilis vi liceat Canonico celebranti uti Pulvinari pro genuflectendo coram Archiepiscopo?

13. Utrum Celebrans in Missa Solemni, quum

quam humanae infirmitatis adiumenta ad spiritualia et coelestia cogitanda contemplandaque inducunt, ut ipsum Concilium Tridentinum loquitur Sess. 22. de Sacrificio Missae cap. 5.: *Cum natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli, propterea pia Mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quaedam submissa voce, quaedam altiori pronuntiarentur, instituit. Caeremonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus plura ex Apostolica traditione recepta, quo et maiestas sacrificii commendaretur, et fidelium mentes per haec visibilia Religionis et pietatis signa ad rerum altissimarum, quae in hoc Sacrificio latent, contemplationem excitarentur.*

Quod sensibilia signa quoad Sacrificium, quod mysticae figurae, quod aenigmata praestant, idem et in aliis Ecclesiasticis Officiis obtinent. Hinc nihil de illis, quae Ecclesia statuit, despiciendum est, nihil negligendum, licet parva, licet minima videantur, quae ipsa fidelibus repraesentat. Nam ut scribit citatus Petrus Damiani in lib. *Dominus vobiscum* inscripto: *Nonnulla in Ecclesiasticis observationibus sunt, quae in superficie quidem frivola videntur et levia, considerata vero subtilius magnae virtutis videntur veritate subnixae:* In confirmatione huius sententiae plurima deinde affert exempla: Huic consonat Alcuinus, cuius haec sunt verba in ep. ad Carolum Magnum: *Nihil sine causa in Ecclesiasticis consuetudinibus a Doctoribus constitutum percipimus;* causam vero, ob quam Ecclesia symbola Filiis suis proponit, reddit S. Ivo Carnotensis his verbis, quae habet in Sermone de Purificatione Sanctae Mariae Virginis: *Consuetudo Ecclesiastica multas ex rebus gestis retinet consuetudines, quibus et rerum gestarum repraesentat veritatem, et simplicium corda excitat ad pietatem, ut per ea, quae foris venerantur, ad interiorum amorem rapiantur. Hinc est quod ad recordationem Dominicae passionis in Ecclesia Cruces erigimus, quod tempore Ascensionis vexilla triumphum Christi significantia in eminentiori loco Ecclesiae tamquam in arcu triumphali sublimamus:*

Post haec quis umquam audeat Auctores reprehendere cum Paschalem Cereum significare dicunt columnam ignis et nubis? quis Ecclesiae ipsi contradicere, quae mysticae huius columnae ut figurae quae olim de futuris praecessit, meminit in Praeconio? Solus Vertus, et qui cum eo aequae impie sentiunt, hoc auferent, et tantae essent capaces temeritatis, mysticas pariter figuras et aenygmata reiiciendo.

In Cerei demum benedictione non semel sed saepius mentio fit noctis, licet de die haec benedictio peragatur. Id autem, ut nemo non ignorat, evenit, quia per anticipationem hoc Officium ab Ecclesia peragendum statutum est. Olim enim, quemadmodum plura alia Officia, noctu hoc quoque peragebatur, ut Ecclesia tempori se accomodaret quo Dominus resurrexit, in nocte scilicet, seu prope auroram. Et licet de die iam a multis saeculis hoc Ecclesia peragat Officium, noctis tamen mentionem facit in Praeconio, ut tum tempus indicet, quod verum horae Resurrectionis Domini respondent, tum ut veteris disciplinae vestigium aliquod eo, quo potest, modo retineat, et eiusdem disciplinae praebeat in ipso Officio testimonium.

(1) Responsio ad Dubium nulla prorsus indigeret adnotatione, clarissima enim per se res est. Ipsa enim Missalis Rubrica, et Caeremonialis Episcoporum praescriptio regulam suppeditat, quae servari debet in aspersione Cleri facienda diebus Dominicis; sed quoniam usus in medium adducitur, qui viget in Metropolitana Ecclesia Pisana, ut nempe non a Celebrante, sed a Cappellano Chori Pluviali induto aspersione cum Aqua benedicta peragatur, haud quidem inopportunos erit quaedam subiicere, ut abusus haec in re appareat, pariterque de medio servatus huc usque usus tollatur, ac Rubrica Missalis, et Caeremonialis Episcoporum, ut in responsione sancitum est, servetur. Missalis siquidem Rubrica in ordine ad faciendam Aquam benedictam haec habet: *Finita benedictione (aquae)*

sibi est sedendum dum cantatur *Gloria in excelsis*, et *Credo*, pergere debeat ad Scamnum capite aperto, et ita redeundo ad Altare, ac utrum ad

eos versiculos, ad quos sibi est inclinandum, excepto solo versiculo *Et incarnatus est*, conlecto pariter capite ei liceat inclinari?

*Sacerdos celebraturus indutus Pluviali coloris Officio convenientis, accedit ad Altare, et ibi ad gradus cum Ministris genuflexus, accipit a Diacono Aspersorium... Interim Celebrans aspergit Clerum, deinde Populum.* His similia habet Caeremoniale Episcoporum cap. 15. §. 14. *Dominicis vero diebus... quia Clerus, et Populus ante Missam Aqua benedicta per Celebrantem est aspergendus, oportet illum incedere Pluviali indutum inter Diaconum a dextris, et Subdiaconum a sinistris de more paratos, qui postea facta Aquae benedictae aspersione, et dicta Oratione, et deposito Pluviali accipiet Manipulum, et Planetam, et incipient Missam.* Cui nam dubium poterit oriri, sit ne ipse Celebrans, qui Clerum Aqua benedicta aspergere debeat? aut quis potius contrariam praxim abusum redolere non existimet, Rubricae Missalis, et Caeremonialis adversantem praescripto? Nihil huic tam clarae praescriptioni addere oporteret; nihilominus aliquid adnotatur quod ipsa verba Rubricae Missalis, et Caeremonialis offerunt adnotandum ad clarius rem ipsam ostendendam, et extra omnem dubitationem, aut ambiguitatem adducendam. Quod ipse Celebrans debeat Clerum aspergere non modo ex his verbis Rubricae: *Interim Celebrans aspergit Clerum, deinde Populum:* vel aliis Caeremonialis: *Quia Clerus et Populus ante Missam Aqua benedicta per Celebrantem est aspergendus;* verum etiam ex toto contextu eruitur, ut quisque per se videt, et percipit ex aliis, quae post illa, verbis sequuntur. Nam in Caeremoniali Episcoporum haec leguntur: *Oportet illum (Celebrantem) incedere Pluviali indutum inter Diaconum a dextris, et Subdiaconum a sinistris de more paratos; qui postea... accipiet Manipulum, et Planetam, et incipient Missam:* Nulla hic interponitur mora inter aspersionem, et Missae initium, nullus alius a Celebrante diversus Sacerdos nominatur, qui aspergat, vel nullus alius ab eo, qui aspersit, ad incipiendam Missam parandus indigitatur; sed unus idemque, nempe qui aspersit, dicitur celebraturus, unus igitur idemque debet esse et qui celebrat, et qui aspergit. Idem omnino iterum legitur in eodem Caeremoniali lib. 2. cap. 30: *Absente Episcopo in Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis, aliquis Canonicus, seu Dignitas, vel is, ad quem de consuetudine spectat hac die celebrare in absentia Episcopi, paretur in Sacristia more solito cum Pluviali albo, et accedat ad Altare medius inter Diaconum, et Subdiaconum paratos omnibus paramentis ipsis convenientibus... accepto de manu Diaconi Aspersorio cum Aqua benedicta... asperget primo Altare, deinde seipsum, mox Diaconum, et Subdiaconum... quo facto deposito Pluviali capiet Planetam, et... inchoabit Missam.* Quod si haec postrema verba non leguntur in Missali, non ex eo sequitur, Sacerdotem, qui aspersit, non debere celebrare Missam, quod manifeste praescribitur a Caeremoniali, sed dicendum, Missalis Rubricam omisisse, quia in eo solum est, ut indicet Ritus, quo debet Clerus, et Populus aspergi, et satis esse existimavit ab initio innuisse eum debere Missam celebrare qui aspersit, per ea tantum verba, quibus Rubrica incipit, nempe *Sacerdos celebraturus indutus Pluviali... aspergit Clerum.* Quid plura? Observat apposite ad rem nostram Merati: Sacerdotem Missam solemniter celebraturum ita paratum egredi cum suis Ministris a Choro ad Altare ad faciendam Aquae aspersionem, quod sane probat unum, eundemque esse debere, qui aspergit, et qui celebrat; quod si alius a Celebrante esset, hoc utique indicasset. Hanc aliquorum quoad hunc ritum servandum renuentiam iamdiu cavet Sacrorum Rituum Congregatio, quae clarissimis innixa Rubricae verbis alias decrevit ab ipso Celebrante fieri debere aspersionem cum Aqua benedicta diebus Dominicis; Anno scilicet 1632. sub die 27. Novembris in Perusina. Quum enim Eminentissimus Cardinalis de Torres tunc Episcopus Perusinus mandaverit ut Dominicis diebus per ipsum Celebrantem fieret aspersio iuxta Missalis praescriptum, et Archipresbyter Perusinae eiusdem Cathedralis Dignitas id aegre ferret, et peragere recusaret, asserens numquam a Dignitatibus factam fuisse hanc aspersionem; Sacra Congregatio, supplicante dicto Archipresbytero de non innovatione, respondit: *Aquae benedictae aspersionem in diebus Dominicis fieri debere per ipsum Celebrantem,*

14. Omissum semper fuit Anniversarium pro ultimo Archiepiscopo defuncto ex cap. 36. lib. 2. Caeremonialis, cura, et impensis Capituli quotannis faciendum. Putant quidam Canonici se ad id non teneri tum quia omni tempore factum est ita, tum quia superiores Archiepiscopi, si aliquot-

bus cordi fuit hoc annuo suffragio post mortem frui posse, congruos census Mensae Capitulari in perpetuum legarunt? (1)

15. Die decimaquarta Novembris, vel si fuerit Dominica, insequenti Feria secunda, quotannis celebratur Anniversarium cum Missa *de Requite*

et nulla facta distinctione inter Dignitatem, et simplicem Canonicum, vel Presbyterum, ut ostenderet hoc munus esse cuiusque celebrantis, adiunxit, *etiam quod sit prima, vel alia Dignitas*: nihili faciens, immo excludens contrariam consuetudinem, addidit, *non obstante contraria consuetudine*, immo improbens conclusit, *quae potius corruptela quam consuetudo dici potest, quum sit contra Rubricam Missalis, et Caeremonialis*. Et haec verba, quibus includitur etiam Dignitas, si ad eam celebrare spectat, consonant cum aliis, quae superius allata sunt ex lib. 2. cap. 30. Caeremonialis Episcoporum desumpta.

Neque quis dicat posse quemcumque Sacerdotem a Celebrante diversum hanc actionem peragere, quemadmodum et quicumque Sacerdos, qui non sit celebraturus, potest Aquam eo die benedicere: ex hoc sane illud non sequitur; nam praeterquam quod, ut vidimus ex Rubrica Missalis, et ex Caeremoniali, Sacerdos celebraturus Clerum et Populum debet aspergere, ipsa Rubrica innuit Aquam, qua aspersio fit, a quocumque Sacerdote a Celebrante distincto posse benedicere, quod de eo, qui aspergit non innuit, neque innuere potuit semel ac statuerit ab ipso Celebrante faciendam esse aspersionem. Siquidem haec de facienda tantummodo aqua benedicta habet: *Die Dominico in Sacristia praeparato Sale, et Aqua benedicenda Sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad id deputatus*: quae verba, quum agitur de aspergendo cum hae Aqua Clero, et Populo, non habet. Liberum itaque non est quemadmodum in benedicenda Aqua, sic et ad Clerum, et Populum aspergendum alium a Celebrante distinctum Sacerdotem deputare, sed Celebrantis, quicumque ipse sit, proprium est munus. Qui aliter vel sentit, vel agit, contra Rubricam agit. Hinc nisi quis velit inobedientis notam consulto incurrere, Missalis, et Caeremonialis praescripto debet conformari, et a contraria, si qua alicubi est, consuetudine recedere, quae a Sacra Rituum Congregatione corruptela declarata iamdiu fuit, et novitatem in Sacris Ritibus induerent.

Unum hic addendum non abs re erit, ut huius ritus antiquitas innotescat. Haec Aquae cum Sale mixtae benedictio, et Populi Christiani cum ea aspersio iuxta Auctores non paucos ab ipso Apostolorum tempore erat in usu, praecepta autem fuit Ecclesiae Saeculo secundo vix inito ab Alexandro Primo, ut constat ex Libro Pontificali, et ex multis Auctoribus de Ecclesiae Ritibus pertractantibus Rhabano Mauro, Walfrido Strabone, Micrologo: hinc Rubrica Missalis hanc praecipiendo aspersionem, vetustissimum immo priscum ritum servandum praecipit, et de hoc ritu extat antiquus Canon Concilii Namnetensis apud Burchardum Wormaciensem lib. II. cap. XII. in quo legitur: *Omnibus diebus Dominicis unusquisque Presbyter in sua Ecclesia ante Missarum solemniam aquam benedictam faciat in vase nitido tanto mysterio convenienti, de qua Populus intrans Ecclesiam aspergatur*. De antiquitate huius ritus semper ab Ecclesia retenti, ut nempe Presbyter ipse die quolibet Dominico per Ecclesiam procederet, et Populum Aqua benedicta aspergeret, edocent vetusta Caroli Magni Capitularia, ubi lib. V. cap. 220. praecipitur: *Ut omnis Presbyter die Dominico cum psallentia circumeat Ecclesiam suam cum Populo, et Aquam benedictam ferat*.

Nonnulla hic examinanda superessent de Presbytero, et de Ecclesia sua, quibus probari posset quemque Parochum olim ad hoc implendum munus fuisse adstrictum, sed extra rem essent: idcirco omittenda putavimus ne a proposito aliena pertractare videamur.

(1) Non alia dari poterat ad hoc dubium responsio, quam ea, quae data est, quae ad servandam Caeremonialis dispositionem quisque tenetur: tam enim clara, tam absoluta est haec dispositio, ut nullum prorsus dubium super ea possit excitari. Hinc mirum est quomodo hoc dubium



post Nonam pro omnibus Canonicis, Cappellanis, et Clericis defunctis ipsius Ecclesiae Primatialis. Eapropter pridie immediate post Vesperas, omisso Responsorio *Fidelium animae*, proceditur ad Coemeterium, ibique cantatur cum Invitatorio Nocturnum Defunctorum, et post tertiam Lectionem dicitur Responsorium: *Libera me Domine*, et fit Absolutio ut in Rituali. Simili modo immediate post Vesperas itur ad Sepulchrum Henrici VII. Imperatoris die 24. Augusti, et die 21. Septembris ad Sepulchrum Beatricis Matris Comitissae Mathildis ad faciendam Absolutionem ut supra, quae fieri potius deberet sequenti mane post Missam *de Requie*. Haec consuetudo, licet Rubricis Missalis et Ritualis contraria, retinetur ratione suae longaevitatis.

16. Celebrante in Pontificalibus Archiepiscopo, ipsius Crux defertur sine luminaribus a Crucifero absque Tunicella, et habitu Choralis tantum induto: Crux vero, quae ante Clerum procedit, defertur ab Acholyto iuxta morem Ecclesiae, Pluviali induto inter duos Ceroferarios candelabra accensa portantes similiter paratos.

17. Ad benedictionem Oleorum Feria V. in Coena Domini prima Dignitas, nempe Archipresbyter, officium facit Presbyteri Assistentis in Pluviali, eodemque tempore vices gerit Archidiaconi, cui iuxta Pontificale incumbit sistere se coram Antistite, et dicere alta voce: *Oleum infirmorum* etc. Interim Archidiaconus quum sit secunda Dignitas officio fungitur Diaconi Assistentis cum Dalmatica. Ob praecminentiam Archipresbyteri propriam, sui iuris esse videtur descripto modo se gerendi in hac sacra actione.

18. Post Missam Pontificalem eiusdem Ferrae V. duo Diaconi assistentes statim se recipiunt in Secretarium ad deponendam Dalmaticam, et in eorum locum succedunt Diaconus, et Subdiaconus Missae, Archiepiscopum Sanctissimam Eucharistiam ad Sacellum deferentem comitaturi. Id etiam fieri solet in aliis Functionibus Sanctissimi Sacramenti ritu Pontificali ab Antistite celebrandis. Convenientius enim videtur ut interveniant Ministri cum Amictu, et Alba parati, quam super Amictu, et Rocchetto Dalmatica induti.

19. In Sabbato Sancto Arundo cum tribus candelis, vulgo dicta *Lumen Christi*, amoveri solet ab Altari statim post Prophetias, quum Archiepiscopus accedit ad Ecclesiam benedictionem Fontis Pontificali more facturus, quae consuetudo retineri posse praesumitur; quamvis enim generatim praedicta Arundo removeatur dumtaxat post Missam, id non videtur praeceptivum, quum Rubricae omnino sileant.

20. In eodem Sabbato Sancto, et Vigilia Pentecostes post benedictionem Fontis, Archiepiscopus cum Ministris paratis in Ecclesiam reversus, ad Litanias procumbit super Faldistorio cum Pluviali, et Mitra, Ministri vero ad eius latera super Cusinis procumbunt, quin se exuerint Pluviali respective, et Planetis plicatis. Ratio huius consuetudinis Rubricarum dispositioni resistentis ex eo desumitur, quia non videtur decere eosdem Ministros procumbere in solo Amictu super Rocchetto. Insuper Canonicus Missam celebraturus, post Prophetias, in Sacristia cum Diacono, et Subdiacono Missae se recipit, neque ad Altare revertitur donec Litaniae finem habeant, quibus

Sacrorum Rituum Congregationi proponi potuerit. Quod fuerit semper omissum, omissioni non favet, neque ideo in posterum omittendum, quia hac usque fuit omissum: aliter per omissiones, Leges omnes inutiles essent, et brevi deperirent, quod absurdum omnino est. Omitti autem in posterum non posse, satis ostendunt verba Caeremonialis, quae leguntur lib. 2. cap. 36. et quisque, si attente consideret, id sibi facile persuadebit. Quod autem in dubio additur, ad hanc aliquo modo protuendam omissionem, quod nempe sic factum omni tempore fuerit, et a quibusdam putetur congruus census ad hoc Anniversarium celebrandum ab Episcopis relinqui oportere, si hoc post mortem vellent anniversarium celebrari, et id quia illorum aliqui dictos census reliquerunt, haud sane omissioni potest suffragari. Si loquamur de Anniversario perpetuo, facile concedimus; quia Caeremoniale non de omnibus Episcopis disponit, et tunc si celebranda sint perpetuo Anniversaria, census pro perpetua celebratione sunt relinquendi. Ast hic non est de his sermo, sed de Anniversario ultimi Episcopi defuncti. Quando de hoc agitur, Caeremoniale Episcoporum nihil de censu relinquendo innuit, sed absolute celebrandum Anniversarium edicit, quod quidem praeceptum importat, et ab omnibus ubique et semper servari debet, et revera servatur. Plura hic addere supervacaneum est: et legi poterunt, quae in *Tiburtina* apposite ad rem adnotantur, et in hac ipsa authentica Collectione relata sunt.

quum sint pars Officii, et Missae huius diei, ipse etiam interesse deberet.

21. In Vigilia Nativitatis Domini, Martyrologium cantatur a Cappellano in habitu Choralit tantum sine luminaribus, et incenso. Haec consuetudo omnino est contraria usui communi aliarum Ecclesiarum, ubi Martyrologium hoc cantari solet ab Hebdomadario cum Stola, et Pluviali, thure, et luminaribus, ideoque non est laude digna.

22. Canonici, et Cappellani Ecclesiae Primatialis, itemque Parochi, aliique Sacerdotes per Dioecesim occasione ministrandi Sacramenta Poenitentiae, et Eucharistiae induere solent Stolum super Cappam, et Mozzettam, aut Caputium. Hunc abusum est difficile evellere. Quum enim huiusmodi Presbyteri ex antiquissimo privilegio pro Superpelliceo utantur Rocchetto, continuo con-

quaeruntur, praesertim pauperiores, sibi esse in promptu habendum Superpelliceum super Rocchetto imponendum. Pro Ecclesia vero Conventuali Divi Stephani Papae, et Martyris, quum ab iurisdictione Ordinarii non pendeat, nescio quo pacto animadverti possit in consuetudinem huiusmodi; seu: Utrum 1. Dignitates, Canonici, Parochi, et Sacerdotes tum Ecclesiae Primatialis, tum aliarum Ecclesiarum Dioecesis Pisanae adigi debeant ad Superpelliceum cum Stola in administratione Sacramentorum iuxta Rituale Romanum, deposita Cappa, et Mozzetta, vel Caputio etc. ? Utrum 2. In Ecclesia Conventuali Sancti Stephani Papae, et Martyris exempta Presbyteri ministrantes Sacramenta sine Superpelliceo cogi valeant ab Archiepiscopo ad servandam recensitam Ritualis Romani Rubricam ? (1)

(1) Haec praxis, quae in Primatiali Ecclesia Pisana in administrando Fidelibus Sacram Eucharistiam servatur, contraria est Rubricae Ritualis Romani, quae *Superpelliceum et Stolum* in administratione Sacramentorum adhibendam praecipit, quod pariter singulari modo praescribit dum Sacra Eucharistia est administranda: sic enim praecipit in ordine administrandi Sacram Communionem: *Sacerdos lotis prius manibus, et Superpelliceo indutus, et desuper Stola coloris Officio illius diei convenientis.* Iam omnia ordine fieri debent, quemadmodum monet Apostolus, et in Litteris Apostolicis sub plumbio Paulus V. fel. rec. repetit, confirmatque immortalis memoriae Benedictus XIV. et ea praecipue quae pertinent ad Ecclesiae Dei Sacramentorum administrationem. Insuper, qui in Rituali Romano comprehenduntur ritus, monet ut inviolate ab omnibus tamquam Ecclesiae filiis serventur, quia eiusdem Ecclesiae Matris, et Magistrae auctoritate constituti sunt. Qui, quaeso, ordo esset in administranda Sacra Eucharistia, quomodo inviolabiliter servaretur quod de habitu, quo hoc Sacramentum debet administrari, praescribitur, si Superpelliceum, quod praecipitur, non adhiberetur? Sane hoc contra Rubricae praescriptum esset, ideoque improbandum foret. Esse abusum non denegatur in dubio, sed affirmatur aequae difficile esse illum evellere. Proferri abusum sufficiens est ratio ad illum tollendum, evelli autem facili potest negotio si res ad ordinem redigatur, si religiose, et inviolabiliter, ut par est, quae praescripta sunt observentur, ut revera ab omnibus servari absque ullo dubio debent. Neque Rubricae servandae sunt, aut negligendae pro uniuscuiusque commoditate, quia in promptu ex. gr. non est Superpelliceum super Rocchetto imponendum. Non agitur sane hic de administranda Sacra Eucharistia per modum Viatici infirmo proxime morituro, sed bene valentibus, adeoque nihil officit, aut potest officere communicandis, si parumper expectent: expectent utique donec Sacerdos habitu praescripto induatur, et, ut debet, hoc Sacramentum administret.

Quod vero ad Ecclesiam sancti Stephani Papae, et Martyris spectat, quae ab Ordinarii iurisdictione non pendet, pro qua tamquam exempta difficilis et pene impossibilis asseritur animadversio in consuetudinem non adhibendi Superpelliceum, velim dicerent, num Ritualis Rubricae hos, illosve respiciunt, hanc ab illa Ecclesiam secernunt, hanc vel illam eximunt? An non potius omnes aequae Sacerdotes Sacramentorum Ministros respiciunt, et obligant? Quid exemptio Ecclesiae ab Ordinarii iurisdictione cum exemptione ab observandis Rubricis? Magnum quidem est inter utrumque discrimen. Apostolicae autem Litterae Summorum Pontificum neminem ab observandis Ritibus et eo, quo praecipuntur modo, excipiunt, nullam Ecclesiam, quaecumque ea sit, eximunt. *Quapropter*, sic habetur in Apostolicis Litteris Benedicti XIV., qui aliorum Pontificum mandata refert, *hortamur in Domino venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, et Episcopos, et dilectos Filios eorum Vicarios,*

23. Laudatae Ecclesiae Primatialis Canonici dum e propria residentia ad illam, vel ab illius ianua ad propriam Sedem Archiepiscopalem Archipraesulem in Cappa accedentem comitantur, iuxta sublatum morem Canonicorum Ravennatensium, bini post Crucem Archiepiscopalem ante ipsum Antistitem progrediuntur. Ad hanc tuendam consuetudinem maximi roboris esse perhibetur veterum picturarum testimonium, et perennis traditio a Maioribus accepta, adeo ut praesumatur hic usus ab eo tempore inchoatus, quo ab Urbano Papa II. haec Primatialis Ecclesia in Metropolitanam dignitatem recepta est. Quaeritur igitur utrum recensita consuetudo servanda nec ne sit?

24. Utrum usus ab Archipresbyteris Pisanis inventus in Sacris Functionibus ritu Pontificali peragendis, redigi debeat ad limites Indulti Pontificii?

Et eadem Sacrorum Rituum Congregatio ad Vaticanum in Ordinario Coetu sub infrascripta die coadunata ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Tomae Weld Ponentis, exquisita prius sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandita, prae loque cusa, omnibus mature, diligenterque discussis respondendum censuit.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Attentis peculiaribus circumstantiis in casu, de quo agitur, consulendum Sanctissimo pro Apostolica dispensatione recitandi Laudes sine cantu post Missam Solemnem, Canonicis tamen, aliisque de more aequae ac in aliis diebus obstri-

ctis ad interveniendum ut lucrentur Matutini distributionem. »

Ad 3. « Affirmative illis diebus exceptis, in quibus Archiepiscopus postquam Matutino solemniter peregit, Laudes quoque solemniter celebrare voluerit. »

Ad 4. « Negative. »

Ad 5. « Assertam consuetudinem non esse ferendam, et Laudes in Choro alternatim, solemniter Matutino absoluto, recitandas esse. »

Ad 6. « Negative iuxta modum, ea nimirum in parte, quae Caeremoniali Episcoporum adversatur. »

Ad 7. « Negative. »

Ad 8. « Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam. »

Ad 9. « Negative. »

Ad 10. « Affirmative. »

Ad 11. « Negative. »

Ad 12. « Probetur formiter asserta consuetudo. »

Ad 13. « Negative, atque ita servandum in omnibus aliis Pisanae Dioecesis Ecclesiis tam exemptis, quam non exemptis. »

Ad 14. « Servandam esse dispositionem Caeremonialis. »

Ad 15. « Serventur Rubricae. »

Ad 16. « Servandam esse dispositionem Caeremonialis lib. 2. cap. 6. §. 24. et 27. eo modo ut Subdiaconus deferens Archiepiscopalem Crucem sit paratus; atque Acolytus deferens Crucem Capituli sit Cotta indutus, medius tamen inter duos Ceroferarios cum luminaribus. »

*nec non Abbates, Parochos universos ubique locorum existentes, et alios, ad quos spectat, ut in posterum tanquam Ecclesiae Romanae filii... inviolabiliter observent. Sane quae exemptio in his verbis apparet? quae exceptio? Quis inter Ecclesiae Filios per inobedientiam adnumerari reusaverit? Aut hoc nomine per inobservantiam Rituum, quos servare debet, noluerit gloriari? Nemo sane, ut arbitramur, reperietur, qui tantam gloriam negligat. Atque hinc quisque intelliget rationem ab exemptione Ecclesiae desumptam nihili omnino esse faciendam, ut pariter a servandis Ecclesiae Ritibus exemptus quis putetur, et Rubricarum praeceptis renuat obtemperare.*

Haec autem responsio haud recens est, nec unica, ita ut quid novi sit modo decretum. Conferantur quae alias ipsa Sacra Rituum Congregatio edixit, et eadem semper decrevisse apparebit, quippe quae ad tuendos, servandosque legitimos et antiquos Ecclesiae Ritus fuit instituta. Sic in *una Dubiorum Urbis sub die 12. Iulii 1628*, sic in *Syracusana die 2. Augusti 1698*, in *Pisaurensi die 12. Decembris 1750*. et in *una Urbis Sanctae Mariae in Cosmedin 19. Iulii 1773*, in quibus omnibus Decretis, ut alia multa, et similia omittantur, praescriptum semper fuit *Superpelliceam cum Stola* in administratione Sacrae Eucharistiae, additumque semper aequae fuit *iuxta Rituale Romanum*. Nulla itaque est ratio cur aliter responderi posset, adeoque servari debet, quod Rituale Romanum praescribit, contra quod nulla admittenda est contraria consuetudo, nulla vel Personarum, vel Ecclesiarum exemptio, nihili habendae sunt in contrarium sentientium quaerimoniae. Omnes enim Ecclesiae praescriptis obtemperare tenentur, eaque inviolate, ac religiose servare.

Ad 17. « Negative. »

Ad 18. « Serventur in omnibus etiam in Vestibus Diaconorum Assistentium Caeremonialibus Episcoporum, et memorialis Rituum dispositiones. »

Ad 19. « Servari poterit peculiaris consuetudo, sed consulendum Sanctissimo. »

Ad 20. « Diaconus, et Subdiaconus ut praesto sint ad induendum Episcopum, quum dictum fuerit in Litanis *Sancta Maria*, surgentes recedant ad Sacristiam, ubi depositis violaceis Planetis, assumant Dalmaticam, et Tunicellam albas, nec revertantur ad Altare, nisi quum, absolutis Litanis, sollemnis inchoanda sit Missa. »

Ad 21. « Servari posse solitum, adamussim tamen servatis Rubricis novissimae Martyrologii editioni adiectis; dummodo Archiepiscopus noluerit solemniorem alium inducere ritum. »

Ad 22. « Affirmative quoad utramque partem. »

Ad 23. « Negative, et servetur omnino Caeremoniale Episcoporum. »

Ad 24. Affirmative, sed attentis peculiaribus circumstantiis in casu, de quo agitur, consulendum Sanctissimo pro extensione Indulti Archiepiscyteri Pisani ad tramites Constitutionis sa. me. Pii VII. die 27. Augusti 1822. »

Atque ita censuit, et servari mandavit die 27. Novembris 1831.

Super quibus omnibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo fideli relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis Responsa in omnibus adprobavit, et benigne annuit pro Apostolica Dispensatione quoad 2. 19. et 24. Dubium. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 18. recensiti Mensis et anni.

4673. SABINEN.

Ortae quum essent nonnullae quaestiones inter Capitulum et Canonicos Collegiatae Ecclesiae Sanctae Mariae Magdalenae ex una, et Parochum Ecclesiae Sancti Hilarii partibus ex altera Oppidi Ereti Dioecesis Sabinen. quoad erectionem Crucis Ecclesiae Parochialis in associandis Cadaveribus eiusdem Paroeciae, tam si haec essent sepelienda in dicta Parochiali, quam tumulanda in supradi-cta Collegiata, adeo Partes in suis studiis inca- luerunt, ut ad rem omnem componendam opus fuerit mutuari praesidium ab Sacrorum Rituum Congregatione. Primitus vero solo exhibitio supplici libello, nullisque datis allegationibus, Sacra Congregatio in Ordinario Coetu diei 17. Iulii superioris anni 1830. in sensu fuit ut scriberetur

Eminentissimo, et Reverendissimo Episcopo Sabinen. pro informatione, et voto. Dum haec agebantur, et quisque pro suo tuendo studio liti necessaria pararet, dissentientibus adhuc animis, in hoc unum convenerunt, ut consuleretur expensis; proptereaque iterum supplicarunt Eminentissimis Patribus Sacris Ritibus tuendis praepositis, ut omni strepitu, et forma Iudicii sublatis, atque sepositis, dignarentur eligere, et deputare Iudices Compromissarios, seu Arbitros ad controversias easdem librandas, definiendasque, dato etiam authentico testimonio ab omnibus propria manu sub-signato, quo declaratur paratos esse, sine ulla appellatione, amplecti, et observare iudicium, et arbitramentalem sententiam. Rata est Sacra Congregatio rem omnem committere Eminentissimo Cardinali Praefecto, qui Arbitris electis, et nominatis, eisdem facultates omnes necessarias, et opportunas ad rem impertiret. Et Eminentissimus ac Reverendissimus Cardinalis Carolus Maria Pedicini Episcopus Praenestinus ceu Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus hisce facultatibus utendo sub die 11. Aprilis vertentis anni elegit, et nominavit in Iudices Compromissarios RR. DD. Andream Mariam Frattini eiusdem Sacrae Congregationis Assessorem, et Aloisium Canonicum Tomassetti Sub-Secretarium Sacrae Congregationis Concilii utriusque Iuris Doctores cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis ad controversias componendas, definiendasque; hac tamen adiecta lege ut in omnibus procederetur sine forma, et strepitu iudicii, insuper ut Allegationes omnes una cum sententia Iudicum, omniaque ad quaestionem quomodolibet spectantia, et exhibita refererentur in Actis Sacrorum Rituum Congregationis; denique ut nulli liceat ullo umquam tempore ab Arbitramentali sententia quoquo modo appellationem quaerere. Huius itaque causae arbitri Iudices, utraque parte consentiente, ut omnia rite ac legitime procederent, sequentia Dubia concordarunt, quae recensitas controversias complectuntur, nimirum.

1. An, et cui competat elevatio Crucis in casu?

2. An, et cui competat praecedentia in casu?

Dubis concordatis, Iudices ipsi pluries Partium Procuratores audierunt, et attente ac diligenter consideratis Allegationibus hinc inde distributis, visis videndis, consideratis considerandis, servatis in hisce iudiciis de iure servandis, propriam in scriptis, et in hunc modum tulere sententiam, videlicet.

Quoad primum Dubium: « Crucis elevationem competere ad Ecclesiam Parochialem tumulan-

tem, nempe si Cadavera deferantur ad Ecclesiam Collegiatam Sanctae Mariae Magdalenae, huius Ecclesiae Crux est elevanda etiam si defunctus ad Sancti Hilarii Paroeciam pertineret, et vicissim Crucis elevatio competit ad Paroeciam Sancti Hilarii, si defunctus in hac Ecclesia sit tumulandus, quamvis de Paroecia Collegiatae esset, quum sub una tantummodo Cruce Ecclesiae tumulantis in funeribus esse procedendum pluries decreverit Sacrorum Rituum Congregatio, praesertim in Melphitana 12. Iulii 1628., in Lucen. 15. Maii 1694. in Melevitana Iurium Parochialium et Praeeminentiarum 27. Februarii 1723. et omissis aliis novissime in Alatrina 6. Maii 1826. »

Quo vero ad secundum Dubium: « Affirmative ad Parochum defuncti, dummodo non deferat Canonicalia insignia, si fuerit Canonicus Collegiatae etiam si isti collegialiter incedant. Saepissime enim a Sacra Rituum Congregatione declaratum fuit ad Parochum defuncti spectare in funeribus Stolum deferre, aqua benedicta Cadavera aspergere antequam e domo efferantur, et Antiphonam praecinere: *Exultabunt Domino*: Immo a Sacra Congregatione Concilii in Callien. Iurium Parochialium 20. Decembris 1828. declaratum fuit hoc pertinere etiam in funeribus Canonicorum Ecclesiae Cathedralis. Praecedentia vero Parochi supra Capitulum Collegiatae statuta fuit a Sacrorum Rituum Congregatione in Faventina 15. Septembris 1668. et alibi. Praesertim vero in casu hoc definire censuimus, quum Collegiata Sanctae Mariae Magdalenae erecta fuerit a sa. me. Urbano VIII. absque ullo praeiudicio alterius Paroeciae, quae quum iam extaret, dici nequit Collegiatae filialis. Quod si ad consuetudinem convertatur sermo, numquam Canonici in funeribus Parochum Sancti Hilarii praecesserunt. Si vero Parochus iste fuerit Canonicus, et Canonicalia Insignia deferre cupiat, tunc proprium locum inter Canonicos habere debet, namque facto suo in illo, vel altero casu Parochialibus privilegiis vale dixit, et se esse contentum declaravit veluti Canonicum tantum censi voluisse. Et ita dicimus, sententiamus, pronunciamus, et declaramus omni meliori modo. Atque ita sententiarunt die 19. Septembris 1831. »

Quum autem super re percuperent omnes ut opportunum ederetur Decretum, et ad ea, quae in arbitramentali sententia continentur, opportune servanda, atque ut sententia ipsa omnibus pateat, et authenticum Documentum in Archivio earumdem Ecclesiarum servari queat, Sacra Rituum Congregatio in Ordinario Coetu ad Vatica-

num sub Infrascripta die coadunata praesens decretum expediri iussit, atque a Capitulo et Canonicis Collegiatae Ecclesiae Sanctae Mariae Magdalenae, et Parocho Sancti Hilarii Ereti Dioecesis Sabinae sine ulla appellatione servari mandavit, die 12. Novembris 1831.

4674. MONTIS ALTI.

Multis ab hinc Annis, cuius initii memoria penitus oblitterata est, consuevit Sodalitas Sanctissimi Sacramenti una cum quatuor Parochis loci *Comunanza* vulgo nuncupat. in Dioecesi Montis Alti singulis tertiis Dominicis cuiusque Mensis Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum processionaliter deferre, extra Ecclesiam Sanctae Catharinae, in qua, utpote proprii iuris, Officia peragit Sodalitas antedicta. Ex quo vero ab ipsis compertum fuit Decretum extare in una Sulmonen. diei 12. Iulii 1638. quo declaratur delationem Sanctissimi Sacramenti extra Ecclesiam non esse permissam, nisi occasione Solemnis Processionis in Festo, et per Octavam Corporis Christi, nec non occasione Infirmorum, et Orationis Quadraginta Horarum iuxta Sacrorum Canonum Decreta, eidem obtemperantes Processionem extra Ecclesiam peragere desierunt. Verum ut antiqua consuetudo servetur, Procuratores recensitae Sodalitatis humillimas Sacrorum Rituum Congregationi preces porrexerunt postulantes, ut deinceps supplicatio ipsa effici queat ut antea extra Ecclesiam.

Et eadem Sacra Congregatio in Ordinariis Comitibus hodierna die ad Vaticanum habitis, referente me infrascripto Secretario, rescripsit. « Attentis peculiaribus circumstantiis pro gratia. Die 12. Novembris 1831. »

4675. CAIETANA.

Beatissimo Padre: Il Rettore del quasi Santuario di Santa Maria della Civita presso la terra d'Itri in Diocesi di Gaeta Regno di Napoli divotamente rappresenta, che ivi concorrono moltissimi fedeli, fra quali molti Sacerdoti di altre diverse Diocesi, quali per la diversità dei loro Ordinarii non possono in Coro uniformarsi nella recita del Divino Officio; e siccome sonovi dei Sacerdoti, che vi si trattengono anche qualche giorno, il desiderio si è quello, come costumasi nelle Case delle Missioni, e qualche altro sito ancora, che dimorando qualche giorno i Sacerdoti in S. Maria di Civita, possano dire l'Officio che corre in detta Chiesa, e Diocesi di Gaeta, senza che tenuti siano a recitare anche l'Officio Divino della propria Diocesi de' Sacerdoti che concorrono a venerare detta Sacra Immagine. Che della grazia ec.

Sacrorum Rituum Congregatio, ad relationem mei infrascripti Secretarii, in Ordinario Coetu hodierna die ad Vaticanum habito, respondendum censuit: « Non expedire. Die 12. Novembris 1831. »

4676. TARENTINA.

Inter cetera Sanctimonialium Asceteria, quae Archidioecesim Tarentinam condecorant, alterum Clarissarum existit in ipsa Civitate, quae semper, uti ab ipsis asseritur constantissime, expleto vigesimoquinto aetatis anno, et emissa professione solempni, Velum benedictionis ab Archipraesule recipiebant ad formam Pontificalis Romani. Moderus autem Archiepiscopus probe noscens, quae a sa. me. Benedicto XIV. sua in Constitut. LXXXV. Tomo 2. Titulo de Consecratione, et Benedictione Virginum referuntur, istud nimirum privilegium solis competere Sanctimonialibus Ordinis Sancti Benedicti; benedictionis huiusmodi per Apostolicum Indultum ipsis Clarissis concessae, authenticum testimonium requisivit antequam Velum ipsum Sanctimonialibus imponeret. Ast attenta temporum vicissitudine, quum multa ex privilegiis Asceterio supradicto concessa, fuerint igni tradita; lege enim ab eodem extrahendae erant Sanctimonialia; forsitan et tale Indultum quoque flammis deperditum fuit. Quoniam autem ab assera observantia ius destrui nequit: propterea Sacrorum Rituum Congregationi Reverendissimus Tarentinus Archiepiscopus humillime supplicavit, quatenus decernere dignaretur, quid esset in re agendum, utrum nimirum Velum benedictionis recensitis Clarissis concedendum, an vero denegandum? Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale in Ordinario Coetu coadunata die 16. Aprilis

vertentis anni rescribendum censuit. « Scribatur eidem Reverendissimo Archiepiscopo, qui auditis in scriptis Monialibus, referat super transmissa earundem Monialium allegatione. » Ad scrupulum usque muneris sui partes Archipraesul explevit, harumque rerum notitia instructis Monialibus Clarissis, ipsae, habito Capitulari conventu, in scriptis retulerunt, a primaeva Asceterii origine Sanctimonialia omnes Velum benedictionis, expleto vigesimoquinto aetatis anno, recepisse, uti eruitur a platea renovationis Asceterii, quae contigit de anno 1695.: insuper ex traditione pernoscere benedictionis huiusmodi Apostolicum obtinuisse Indultum, quod si non fuisset revera concessum, tam multi antiqui Archipraesules, qui per saecula Tarentinam administrarunt Ecclesiam profecto velum Sanctimonialibus non concessissent, ac novissime Sanctimonialiam Rosam Fanuzzi ex dispensatione Apostolica illud recepisse ante annum vigesimumquintum. Quibus omnibus Sacrorum Rituum Congregationi ab Archiepiscopo Tarentino expositis; haec in novo Ordinario Coetu omnibus mature perpensis, ac rite libratis, rescripsit: « Pro gratia confirmationis Privilegii, et ad Dominum Secretarium cum Sanctissimo. Die 12. Novembris 1831. »

Super quibus omnibus facta Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo fidei relatione per me infrascriptum Secretarium, « Sanctitas Sua benigne annuit, et Velum benedictionis, emissa solempni professione post annum vigesimum quintum, iuxta Pontificale Romanum, Sanctimonialibus Clarissis Asceterii Civitatis Tarentinae concessit, die 18. recensiti mensis, et anni. » (1)

(1) Multa hic aequae praeclara tum de antiquitate, tum de praestantia benedictionis, et consecrationis Virginum adnotanda se offerunt, sed ne videamur in medium proferre, quae inutilia quis posset reputare, quaedam tantum adducemus, cetera videri poterunt in Tertulliani Libro de velandis Virginitibus. Quoad antiquitatem si audiatur Baronius ad Annum Christi LVII. is quibusdam nixus testimoniis Sanctorum Patrum Ignatii Martyris, Clementis Romani Pont., et Hieronymi libro 1. adversus Iovinianum in quatuor Filiabus Philippii Diaconi agnoscit primas, quae inter Mulieres post Christi mortem Virginitatem Deo singulari modo voverunt; hinc Apostolorum aevo Virginum consecratio adscribenda videretur, et ideo ab Ivone Carnotensi in Epistola 41. ad Gotfredum Vindocinensis Monasterii Abbatem scriptum reperitur: *Consecratio Virginum ex Apostolica auctoritate Episcoporum privilegio reservatur.* Si alios Ecclesiae Patres Ambrosium praesertim et Augustinum audiamus, altius est repetenda haec de Virginitate devotio; uterque enim a Beatissima Virgine eam receptam volunt. Ille enim de institutione Virginis disserens cap. 5. *Egregia, inquit, Maria, quae signum Sacrae Virginitatis extulerat, et intemeratae integritatis pium Christo vexillum levavit.* Hic vero in Libro de Sacra Virginitate cap. 4. id probans ex Mariae responsione ad Archangelum Gabrielem in haec scribit verba: *Ipsa quoque Virginitas eius (Mariae) ideo gratior, et acceptior quia non*

4677.

TARENTINA.

Ex pio quodam Legato tenentur Moniales Ordinis Sanctae Clarae in Civitate Tarentina in propria

Ecclesia ad Altare maius publicae Fidelium venerationi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum exponere tribus postremis diebus Carnis privii.

*eam conceptus Christus viro violatur, quam conservare ipse praecepit, sed priusquam conciperetur iam Deo dicatam, de qua nasceretur elegit: quomodo, inquit, fiet istud, quoniam Virum non cognosco? quod profecto non diceret, nisi Deo Virginem se ante vovisset.* Legantur Baronius, Christianus Lupus, Tertullianus, Sandinus, si plura quoad hoc desiderantur. Omissis hic omnibus quae a nonnullis relate ad Virgines, quae Deo se voverunt, producantur, quaeque novitatem sapiunt, et ab eruditis, doctisque Viris suis in operibus refutantur, atque ab Apostolica Sede semel et iterum proscripta sunt, his inquam omissis, adnotandum putamus duplicem Ordinem Sacrarum Dei Virginum distingui. Aliae enim quae paterna in domo manebant, aliae, quae commune habentes domicilium monasticum, quoddam quasi institutum amplectebantur. Inter has ab aliquibus adnumerantur plusquam ducentae Virgines illae, quae se se Eugeniae Regis Ethiopum Filiae adiunxerunt, quibusque praeferta Ipsa fuit, quum Sanctus Matthaeus eam ad Virginitatem profitendam, servandamque induxit, et quibus ipse sacrum velamen dedit, et super quas sacram fudit Orationem, quae adhuc in quibusdam manuscriptis Pontificalibus legitur. Quemadmodum duplex erat Virginum ordo, ut dictum est, ita duplex erat earum consecratio, sive vovendi modus. Harum in una habitus immutatione sita erat, simulque in virginitatis proposito Deo sponte promisso: Altera in manuum, velique impositione Pontificali, et solemnibus benedictione aequae ac cum Virginitatis servandae proposito.

Haec consecratio ex vetustissimis usque temporibus maximi semper ponderis fuit, et vehementer sunt reprehensi qui contra hanc, vel quoad minimum tentare quandoque praesumpserunt. Tanti autem semper habita fuit ea consecratio, ut quidam etiam inter haereticos, puta Donatistas, suas quoque Virgines habuisse ostentarint, eaeque solemniter quoque ab ipsorum pseudo-Episcopis Mitra cooperiendo velarentur. Mitra quippe haec apud Afros sacri veluti veli species erat, quod solemnibus quibusdam precibus adiunctis solebat ab Episcopis imponi, et per illius impositionem ipsa Virginis consecratio reputabatur. Adeo hoc verum est, ut Sanctus Hieronymus ad Demetriadem scribens: *Scio, inquit, quod ad imprecationem, Pontificis flammee virginale sanctum operuit caput: utque hinc Sanctus Ambrosius in exhortatione ad Virgines ita scribat: Venit Paschae dies, in toto Orbe Baptismi Sacramenta celebrantur, velantur Sacrae Virgines.* Vetusta adeo est haec sacri Veli sollemnis impositio, et Virginum consecratio, et adeo praeclara utraque caeremonia semper habita fuit, ut Tertullianus inter Scriptores vetustissimus sacrilegos vocet, qui velum hoc detraxerit: *Oh sacrilegae, inquit libro de velandis Virginibus, manus, quae dicatum Deo habitum detrahere potuerunt!*

Sacer hic non minus, quam vetustus Virgines consecrandi ritus summo studio olim servatus est; et iuxta Auctores usque ad saeculum XV. fuit pene universaliter retentus: postmodum vero vel penitus omissus, vel a perpaucis servatus; quocirca, inquit Barbosa *lib. 1. Iuris Ecclesiastici cap. 64, num. 21. et advertas quod consuetudo benedicendi Virgines non amplius est in usu.* Si de hac desuetudine rationem quis quaerat, vel ideo desuevisse hunc ritum, responderi potest, quia fortasse Episcopi minus de consecrandis Monialibus se se faciles exhibuerunt, vel quia Sanctimonialium numerus mirum in modum miserantis Dei beneficio succrevit, vel quia satis tum Professione, tum Clausura obstrictae, et protectae Virgines minus novo consecrationis ritu, quasi novo quodam munimento opus haberent, vel quia immutata veteri disciplina illi sollemni pompae, quae uti sollemnia vota tunc habebatur, per novum ius, novumque aequae legitimum validumque ritum ipsa sollemnia Vota successerunt, quae a Monialibus emittuntur in Religione, cui nomen dederunt; quae quidem vota satis superque ad Virginitatem vinculo servandam esse putantur.

At licet ritus hic desuetus universaliter sit, manet tamen aliquo modo in Ecclesia iuxta praesentem etiam disciplinam, quum et ipse describatur in Pontificali Romano, et ab aliquibus Monialium Ordinibus servetur. Servatum fuisse etiam ritum hunc tempore Sancti Caroli Borromaei, ex ipsa eius

Ne vero in Sacro audiendo ipsarum pietas fraudetur humillimas Sacrorum Rituum Congregationi preces porrexerunt pro facultate celebrandi Missam Conventualem sine cantu ad Altare, ubi

Synodo Mediolanensi IV. apparet, quum ipse de loco illum peragendi sic praecipiendo loquitur: *Ut ubi religiosus ipse et vetus Moniales solemniter velandi mos his temporibus antiquatus est ad pristinum usum ex veteri instituto et ritu revocetur; dummodo intra Monasterium id fiat*: Ex quibus verbis duo eruuntur, primo fortasse aliis etiam in locis extitisse hunc ritum; secundo non esse proscriptum, ut falso quidam putant Auctores, sed ad pristinam formam, quae fortasse immutata erat, esse revocatum.

Ut autem ad propositum iterum veniamus, omissis aliis quam plurimis, quae hic afferri possent, quaeque ea respiciunt quae ab aliquibus Auctoribus de desuetudine non solum, sed de abolitione huius ritus, dubiis saltem, si non falsis auctoritatibus innixis, in medio proferuntur, advertere praestat, neminem sibi facile persuadere posse quod Sacra Congregatio negociis Episcoporum et Regularium praeposita, nulla habita ratione ad ritus huius antiquitatem, et solemnitatem, neque ad Conciliorum, et Sanctorum Patrum sanctiones, hunc ipsum ritum, ut a quibusdam asseritur, voluisset proscriptum; facta enim huiusmodi assertionibus non respondent. Nam, ut refert Catalanus in suis ad Pontificale Romanum Commentariis, quum non multis a sua aetate annis (anno scilicet 1778.) quidam Episcopus, cuius reticet nomen, ab eadem Sacra Congregatione petiisset, dari sibi facultatem consecrandi Virgines suae Dioecesis, Sacra Congregatio sapienter respondit, ut suo uteretur iure. Per Sacram itaque Congregationem hic consecrandarum Virginum ritus inter Episcopalia munia adnumeratur; nec aliter dici hoc etiam tempore potest, quum ritus iste in Romano Pontificali appareat insertus in apposito titulo: *De benedictione, et consecratione Virginum*: iam neque ritum insertum, neque titulum appositum videremus, si Ritus ipse fuisset proscriptus, immo uterque fuisset delendus; inseritur autem, et apponitur, quia revera alicubi adhuc extat, ut ex ipso Dubio liquet, et non multis ab hinc annis peractus est. Sane iure suo usus fuit, et pervetustum ritum servavit, ut alios omittam, sa. me. Benedictus XIII. quum esset Episcopus non semel Virgines solemniter consecravit, quod et peregit etiam dum esset Summus Pontifex, complures Moniales Benedictinas in Asceterio Sancti Ambrosii Romae benedicendo.

Ut autem singulari modo de Dubio, et de data responsione agatur, quum quaestio quodammodo excitata videatur, an solae Moniales Ordinis Sancti Benedicti hunc ritum servent, sive an solum super his exclusive Monialibus servari hic ritus debeat, pauca advertenda occurrunt, eaque non despicienda. Non obscure Benedictus XIV. felicitis recordationis in sua octogesima quinta Institutione videtur indigitare alias etiam Moniales, quae Ordini Sancti Benedicti nomen non dederunt, consecrationis Ritum, ut in Pontificali Romano reperitur, et praescribitur servare posse; siquidem in illa Institutione haec habet §. 11.: *Statim ac Nos suscepimus huius Ecclesiae (Bononiensis) administrationem cogitare coepimus, an reliquas quoque Moniales ritus huiusmodi participes facere teneremur, si necessariis conditionibus praeditae essent, ut velum Consecrationis reciperent. Id vero Institutum ceteris Monialibus convenire duximus ob sacram ipsius vetustatem, et ob consilium Sancti Caroli Borromaei, qui in quarta Mediolanensi Synodo sic decrevit: Ubi religiosus iste et vetus Moniales solemniter velandi mos his temporibus antiquatus est, ad pristinum usum ex veteri instituto et ritu revocetur; dummodo intra Monasterium fiat.*

Aliquam fortasse difficultatem promovere quis posset ex illis verbis Benedicti XIV. *an reliquas quoque Moniales*, utrum scilicet, haec verba accipi ita debeant, ut sub illis intelligatur Moniales Ordinis Sancti Benedicti, quae nondum consecratae fuerunt, adeoque illae, conditionibus requisitis non deficientibus, ab Eo consecrari deberent, an vero de aliis quibuscumque Monialibus, quae diversam a Sancti Benedicti regulam sequuntur? Ast obvis verborum sensus suadet, de his verba accipi debere, nec ratio apparet cur de solis Monialibus Benedictinis intelligi debeant; nam neque Benedictus XIV., neque Sanctus Carolus taxative, et exclusive de Monialibus Ordinis Sancti Benedicti men-



Expositio, ut supra, peragitur dictis tribus diebus. Sacra eadem Congregatio, referente infra-

scripto Secretario, in ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis rescripsit: « Pro gra-

tionem faciunt, sed simpliciter Moniales dicunt. Idem constat ex iis, quae in praecedenti paragrapho ipsius Institutionis habentur, in quo, ut quisque videt, non agitur nisi de modo servando, de quo Cardinalis Boncompagni Sacram Rituum Cong. bis consuluit Anno scilicet 1698. et 1699.

Insuper §. VIII. inquit Benedictus XIV.: *Et quamvis consecratio huiusmodi superiori tempore fere in desuetudinem abierit, ritus tamen ipsius retentus est, praesertim ab iis Monialibus, quae Sancti Benedicti disciplinam sequuntur.* Iam quisque videt per vocem *praesertim* clare innui ab aliis etiam diversi Ordinis Monialibus servatum fuisse hunc ritum, licet ab initio forsitan fuerit proprius Monialium Sancti Benedicti, et pro iis adprobatus, et institutus primario fuerit. Si secus diceretur, inutile prorsus videretur hanc vocem *praesertim* additam fuisse, quae quidem vox non est exclusiva aliarum diversi Ordinis Monialium, sed potius et istarum comprehensiva. Quapropter ea verba his aequivalere videntur enunciationibus, et quamvis consecratio eiusmodi superiori tempore fere in desuetudinem abierit quoad reliquas Moniales, quae Sancti Benedicti Regulam non sequuntur, ritus tamen hic retentus est *praesertim*, hoc est principaliter, et prae aliis ab iis Monialibus, quae Sancti Benedicti disciplinam sequuntur.

Demum hic ritus in Romano Pontificali praescribitur, et apposito singulari titulo legitur, ut supra notatum est: *De Benedictione et Consecratione Virginum.* Iam Pontificale Romanum ea continet, quae universim servantur, et servari debent, vel possunt, et si sunt singularia, sunt propria, et privata aut iurisdictionis, aut Ordinis, et tunc vel in Codicibus Liturgicis quibuscumque tamquam propria, ac singularia indicantur, vel totidem separatim vel exarantur, vel typis mandantur Libri, quot proprii sunt exclusive ritus. Iam Titulus hic generalis est pro Monialibus, non pro quibusdam Monialium Ordinibus, taxative confectus et appositus, non hanc vel illam Monialium Regulam comprehendit, hanc vel illam excludit. Moniales igitur omnes cuiuscumque instituti hae sint in eo generico Titulo comprehensae censi debent, omnesque pariter ritum hunc *necessariis* ut loquitur Benedictus XIV. *conditionibus existentibus*, ubi adhuc viget, sequi possunt.

Vigebat siquidem in Civitate Tarentina mos, ut Moniales Asceterii Clarissarum expleto vigesimo quinto aetatis Anno, solemniter emissa Professione, velum benedictionis ab Archiepiscopo reciperent, et ritus iuxta Pontificale Romanum servabatur. Reverendissimus modernus Archiepiscopus ratus hunc ritum solis Sanctimonialibus Ordinis Sancti Benedicti competere, pro iisque tantum vel institutum, vel servatum fuisse, de privilegio Clarissarum Monialium suae Civitatis moneri voluit, antequam ritum ipsum perageret. Et optime quidem, quum enim de privilegio agitur, constare de hoc debet, ne universali Legi, et Iuri communi sine ratione derogetur per exercitium privilegii suppositi, et non obtenti. Moniales, ut ex facto apparet, de hoc ab ipsis constantissime servato Episcopum docuerunt, illumque ritum pariter vel ab ipsa Asceterii illius origine ex constanti traditione acceperunt, retentum hucusque fuisse affirmarunt, et ab aliis praedecessoribus Archiepiscopis perfectum observarunt. Sacra Rituum Congregatio, omnibus perpensis satis constare putavit de asserta traditione, et de vetustissima hunc ritum servandi consuetudine, et privilegio, quo Moniales Clarissae Tarentinae Civitatis fruebantur; nihil tamen certi decernere volens, et difficultatibus ex parte Reverendissimi Archiepiscopi allatis fortasse permota, quamvis pro gratia confirmationis asserti privilegii pronunciaverit, ad Dominum Secretarium cum Sanctissimo rescripsit, qui pro sua sapientia, per eundem Secretarium Sacrorum Rituum Congregationis pro privilegii confirmatione benigne annuit, et Velum benedictionis emissa solemniter Professione post Annum vigesimum quintum iuxta Pontificale Romanum Monialibus praedictis Clarissis Tarentinae Civitatis concessit. Quae sane concessio, si ea perpendantur, quae superius sunt adnotata (non enim solis Monialibus Benedictinis iste ritus exclusive est reservatus), quaeque a Monialibus pro conservando vetustissimo privilegio allata sunt, non novum quid stricte

tia, dummodo in Missa Sacra Eucharistia non distribuatur. » Die 12. Novembris 1831. (1)

4678. PISANA.

Reverendissimus Archiepiscopus Pisarum servari cupiens in Ecclesiasticis Functionibus, quae a Rubricis praescripta sunt, pro sua Primatiali Ecclesia a Sacrorum Rituum Congregatione declarari petiit.

1. An liceat manere genuflexos in Choro tempore, quo standum est, sedere quum est standum etc. non obstante consuetudine immemorabili?

2. An liceat in die Sancti Marci cantare Missam de Rogationibus in Primatiali post Tertiam, quia in Litanis maioribus ipso die itur processionaliter ad Ecclesiam Sanctae Marthae, et ibi cantatur Solemnis Missa de Sancto Marco, qui eiusdem Ecclesiae putatur Contitularis, eo quod populus Ecclesiae S. Marci iam adiunctus fuerit Paroeciae S. Marthae? Notandum tamen quod Ecel. S. Marci adhuc existit non Parochialis ut olim, sed ut publicum Oratorium, et populus dumtaxat S. Marci aggregatus fuit Ecclesiae S. Marthae.

loquendo tribuit, sed potius obtenti iamdiu privilegii, et vetustissimae revera servatae consuetudinis confirmatio habenda est. Ad quod confirmandum satis superque esse poterunt, quae praemissa fuerunt.

(1) Missam vel celebrari, vel decantari in Altare, in quo expositum est Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum non semel vetuit Sacrorum Rituum Congregatio appositis Decretis, sive illud pro Oratione Quadraginta Horarum, sive alia occasione per Annum expositum sit: et iure quidem, nam populus adorationi intentus, aliis precibus et actionibus licet sacris, ab illo distrahi non debet, cui unice, et principaliter est intentus. Cautum hoc fuit a fel. re. Clemente XI. in sua Instructione de iis, quae servanda sunt pro Expositione Sanctissimi Sacramenti in Oratione Quadraginta horarum, in qua edicitur §. XII. ut Missae omnes sive privatae, sive solemnes, in eo Altari omnino prohibeantur, duabus tantum exceptis, quae celebrantur pro exponendo, et reponendo Sanctissimo Sacramento. Haec est regula adeo stricte, accurateque servanda ut nemini liceat ab ea declinare. Dari quidem possunt casus particulares, quibus fortasse in eo poterit celebrari, sicuti urgens necessitas, defectus Altarium in eadem Ecclesia, vel vicinarum Ecclesiarum, praesertim ubi praeceptum urgeat audiendi Sacrum, consuetudo, quae vere sit immemorabilis, quaeque tolli nequeat sine Populorum scandalo et offensione, aliaque huiusmodi, quae Ecclesia, vigente etiam contraria lege, toleranda esse censet. Sed casus particulares universalem legem, et regulam non destruunt, neque omnibus aequae casus particulares possunt aptari, ut aequae omnes ad legem universalem stricte sequendam non teneantur. Plura his addere supervacaneum esset, quum in memoratae Clementinae Instructionis illustrationibus pene omnia, quae in hac materia occurrunt enodanda dubia reperiantur, ac clarissime declarentur, quae ambigua videri possunt; eas itaque adeat, qui plura desiderat.

A regula hac generali Sacrorum Rituum Congregatio Moniales Ordinis Sanctae Clarae in Civitate Tarentina censuit dispensandas, facultatemque concessit, ut Missa Conventualis sine cantu in Altari Expositionis celebraretur, ne evagationibus detur locus dum pietas non defraudatur. In unum enim collectae Moniales, nec ab Altari, ubi Missa celebratur, et Sanctissimum Sacramentum est expositum plus aequo distantes, piis sane meditationibus assuetae, altera alteram potest ad devotionem vicissim aemulando excitare, eodemque tempore pro earumdem Christi Sponsarum conditione, praecipuo adorationis obiecto omnes intentae esse possunt. Ut autem specialis gratia appareat, et ad earum pietatem, uti petebant, fovendam Sacri auditione concessa, Sacrae Eucharistiae distributio in eadem Missa omnino prohibetur. Hoc enim esset omnes fines praetergredi: quum enim ex universali lege vetitum sit Missam sive solemnem, sive privatam eo in Altari celebrari, omnia alia in hac particulari concessione ibidem Missam celebrandi excluduntur, quae stricte in singularis gratiae concessione, non continentur, et si flant universalibus legibus quovis modo opponuntur, quae eo quo possunt, et debent modo servandae sunt. Iam si ex universali lege Missae quaecumque vetantur in Altari, ubi est Sanctissimum Sacramentum expositum, eo ipso Sacrae Eucharistiae eodem in Altari distributio vetita censenda est, nam in alio Altari Sacra Eucharistia asservari debet, ut Fidelibus possit distribui, atque ita universali lege servata Fidelium satisfat pietati, ac devotioni, cui ipsa Clementina Instructio plenissime consulit.

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum in Ordinario Coetu coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii respondendum censuit.

Ad 1. « Serventur Rubricae quoad tempus standi, sedendi, et genuflectendi in Choro. »

Ad 2. « Detur Decretum in una Galliarum die 11. Ianuarii 1693. nimirum Missam de Feria canendam esse post Processionem in die festo Sancti Marci, nisi Processio finem habeat in Ecclesia eidem Sancto dicata. » Die 12. Novembris 1831.

4679. DERTHONEN.

Populus Civitatis Novarum Dioecesis Derthonen. in Liguria ante postremam reductionem Festorum factam sub die 14. Novembris 1806. servabat Indultum reductionis Festorum servandorum in Liguria ex Decreto sa. me. Pii Papae VI. sub die 23. Augusti 1782. ex quo Indulto constat Ianuenses non fuisse solutos a praecepto servandi festivum diem Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae Patroni principalis Liguriae cum ieiunio in Vigilia Festi, et audiendi Sacrum in festis suppressis, et ieiunandi in vigiliis Sanctorum Apostolorum. Servabat item ieiunium in Vigilia Festi Conceptionis Beatae Mariae Virginis Patronae principalis Liguriae ab antiquo servatum in tota Liguria. Anno 1815. coniuncta cum Pedemontio Liguria, et promulgato Indulto reductionis festorum, et ieiuniorum servandorum in Pedemontio ex Decretis Summorum Pontificum Pii VI. dato sub die 27. Maii 1786. et Pii VII. dato sub die 9. Novembris 1814. recensitus populus Civitatis Novarum a praedicto anno 1815. ad hanc usque diem conformavit, et conformat se ad servandum Indultum Pedemontanum, ex quo Indulto constat Pedemontanos esse solutos a praecepto servandi festivum diem Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae, et ieiunandi in vigilia festi, et ab aliis praeceptis expositis in Indulto Ianuensi. Hisce omnibus expositis Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit R. D. Molinelli Vicarius Capitularis Derthonen. declarari. An, non obstante unione Liguriae cum Pedemontio, populus eiusdem Civitatis Novarum Dioecesis Derthonen. in Liguria debeat servare festivum diem Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae Patroni principalis Liguriae cum ieiunio in Vigilia Festi? Similiter an debeat servare ieiunium in Vigilia Festi Conceptionis Beatae Mariae Virginis pariter Patronae principalis Liguriae, ut servabat ante postremam reductionem Festorum sub die 19. Nov. anni 1814.

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata ad relationem Eminentissimi et Reverendissimi Do-

mini Cardinalis D. Placidi Zurlo Ponentis, omnibus mature, accurateque consideratis rescribendum censuit: « Nihil innovetur, et servetur praxis, quae in usu fuit ab Anno 1783. ad annum 1806. » Atque ita rescripsit, et servari mandavit. Die 7. Aprilis 1832.

4680. ORD. EXCALCEAT. REF.

SANCTISSIMAE TRINITATIS REGNI  
HISPANIARUM.

Sanctissimo Dom. Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo humillime exposuit R. P. Fr. Ioseph a Sancto Francisco Procurator Generalis Ordinis Reformatorum Excalceatorum Sanctissimae Trinitatis Regni Hispaniarum usque ab anno 1802. datum fuisse recensito Ordini Apostolicum Indultum peragendi Festum Sanctissimae Trinitatis Ordinis eiusdem Titularis cum Octava privilegiata, excepta occurrentia alterius Festi etiam translati, sed ritus duplicis primae, vel secundae Classis dumtaxat, et super hac concessione quaedam in praesentiarum exoriri Dubia non ita facile resolvenda, eo quod in precibus tunc non fuerit expressum alterum privilegium anno 1776. Regno Hispaniarum concessum, celebrandi nimirum Octavam Corporis Christi ita privilegiatam, ut omnia alia Festa, praeter Sancti Ioannis Baptistae et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli excluderet; propterea Sanctitatem Suam humiliter exoravit, ut concedere dignaretur utriusque Excalceatorum Reformatorum Familiae Alumnis tam infra, quam extra Hispaniam degentibus, Octavam Sanctissimae Trinitatis Titularis iam plusquam sexcentis annis ab Innocentio Papa Tertio elapsis celebratam peragere privilegiatam, et quidem ante Festum Corporis Christi, festo secundae Classis non occurrente, aut primae Classis, etiam translato, et post illud festum, excludendo cetera festa, praeter Festum Sancti Ioannis Baptistae occurrens, aut etiam traslatum; facta tamen hoc in casu commemoratione Octavarum Sanctissimae Trinitatis, et Corporis Christi. Sanctitas Sua, referente infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, rescribi mandavit: *Proponatur in Sacrorum Rituum Congregatione Ordinaria: Relatis propterea per Eminentissimum, et Reverendissimum Dominum Card. Ioannem Franciscum Marco-y-Catalan Ponentem supradictis precibus in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunato, Sacra Congregatio, exquisita prius sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandita, praeloque cusa, omnibus mature, accurateque perpensis, ac libratis, rescri-*

bendum censuit: « Pro gratia confirmationis Privilegii anni 1802. expetitae extensionis iuxta Votum Magistri Caereoniarum: Nimirum Festum Sanctissimae Trinitatis celebrandum esse ab Alumnis recensiti Ordinis utriusque sexus Calendario proprio utentibus, tam intra, quam extra Hispaniam, cum Octava privilegiata, excepta occur-

rentia alterius Festi primae et secundae Classis tam occurrentis, quam translati, vel alicuius diei Octavae, de quibus faciendum est Officium vel ante, vel post Festum Sanctissimi Corporis Christi, cum commemoratione Octavarum, servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. » Die 7. Aprilis 1832. (1)

(1) Indultum, quod concessum fuit Ordini Reformatorum Excalceatorum Sanctissimae Trinitatis Regni Hispaniarum peragendi Festum Sanctissimae Trinitatis eiusdem Ordinis Titularis cum Octava privilegiata concessum utique fuit intuitu praecellentis Tituli, quo dictus Ordo insignitur, et a quo nomen sumit: quia tamen non est per se eiusmodi, ut omnia alia Festa excludat, quemadmodum sunt quaedam Octavae, quae vel omnia alia excludunt Festa, vel solum ex Rubricis admittunt Festum de Patrono vel Titulari Ecclesiae, et propriae Ecclesiae Dedicationis, ideo in memorato Indulto vetatur fieri de Octava, occurrente altero Festo ritus duplicis primae Classis, eoque etiam translato. In concessione enim Indulti sartam, tectamque quodammodo Rubricarum dispositionem, et quorundam Festorum dignitatem voluit haberi. Privilegium alterum, de quo in supplici Libello Anno 1802. porrecto pro obtinenda Octava privilegiata Sanctissimae Trinitatis, de quo supra mentio facta fuit, opponeretur primo, quia Octava Sanctissimi Corporis Christi ita privilegiata ipsi Ordini Excalceatorum Sanctissimae Trinitatis erat, ut Festa tantummodo Sancti Ioannis Baptistae, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli omnibus aliis exclusis admitteret; hinc de Octava Sanctissimae Trinitatis fieri non poterat vi maioris Indulti, hoc enim aliud destruebat, quod posterius fuit concessum Indultum; quapropter supplicatum fuit, ut retineri posset, et peragi Octava privilegiata Sanctissimae Trinitatis, uti enunciatum est, dummodo non occurreret Festum secundae Classis, aut etiam translatum, quod ritu primae Classis gauderet. Sacra Congregatio, perpensis rationibus, et tam veteri attento privilegio celebrandi Octavam Tituli ipsius Ordinis cum huius Octava, rescripsit ut supra in Decreto, ita tamen ut Festo primae, et secundae Classis vel occurrente, vel translato, de his fieret, quemadmodum etiam de aliquo die octavo, de quo faciendum sit Officium.

Ut aliquid in re adnotetur; Indulta quae de Octavis concessa huc usque sunt ab Ecclesia, quaeque nunc conceduntur, si res per se consideretur, eo sunt pluris habenda, quo minores antiquitus erant Octavae, et quo magis quam ante sunt privilegiatae, et privilegiatarum Octavarum numerus, novis accedentibus concessionibus, succrevit; hinc qui eas obtinet gloriari iure potest, et a praesenti Ecclesiae disciplina gratum, acceptumque referre. Siquidem si veteres, recentioresque auctores audiamus, et diversa consulamus Sacramentaria vel Gelasianum, vel Gregorianum, una, vel altera celebrabatur, nam iuxta Grancolasium Octavae celebrabantur Paschatis, Pentecostes, et Nativitatis Domini. Sanctis autem nullae per aliquot saecula tributae fuerunt Octavae, et octavo tantum saeculo Sanctis Octavae fuerunt assignatae, ita tamen ut in veteribus Codicibus non reperiantur, nisi Octavae Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac Sancti Laurentii Martyris.

Insuper in Octavarum celebratione, diebus, quae Festum inter et diem octavam intercedebant, de illis nec recitabatur Officium, nec commemoratio ulla fiebat. Veteris huius moris quoddam vestigium reperitur in Festo Sanctae Agnetis, in cuius Octava Breviarium Romanum sic indicat: *Sanctae Agnetis secundo*. Temporis progressu diebus etiam inter Festum et octavam ab eo diem, de Sancto cuius Octava celebrabatur fieri Officium coepit. Adeo verum hoc est, ut referente Micrologo, si excipiantur hebdomadae Paschatis, et Pentecostes, Psalmi de Feria recitabantur in omnibus etiam Dominicis Nostri Octavis, licet Invitoria et Responsoria essent de Festo. Alia possent hic notari, quae praetermittenda putantur, quaeque apud Grancolasium, Micrologum, Bedam, ac inter recentiores Auctores apud Gavantum, praesertim in sua ad Octavarium Romanum praefatione, et apud Meratum in suis ad Gavantum observationibus reperiuntur.

4681.

## ARIMINEN.

Desiderio motus eliminandi nonnullos abusos, qui sensim introducuntur super Sacris Ritibus

R. P. Fr. Marianus ab Arimino Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Sacr. Rit. Cong. sequentia Dubia proposuit.

Nunc Octavae omnes, in quibus, diebus non impeditis ab alio Festo, de iis fit Officium, considerari possunt tamquam prorogatio solemnium Festorum per dies octo iuxta Rodolphum. Haec solemnitas dierum octo etiam in Levitico praecepta reperitur *cap. 23. v. 35. et 36. Dies primus vocabitur celeberrimus . . . et septem diebus offeretis holocausta Domino: dies quoque octavus erit celeberrimus, atque sanctissimus, et offeretis holocaustum Domino: est enim coetus atque collectae:* Et in Libro Paralipomenon: *Fecit ergo Salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus, et omnis Israel cum eo . . . Fecitque die octavo collectam eo quod dedicasset Altare septem diebus, et solemnitatem celebrasset diebus septem.* Psalmista in multis Psalmis titulum apposuit pro Octava, quod iuxta Rabbinorum expositionem musicum instrumentum octo chordarum erat, ut Gerebrardus testatur; sive Psalmus, qui octo notis canitur, ut alii autumant. Sed Iansenius ait, quod illis Psalmis, in quibus praefatus titulus habetur, semper de universali Iudicio fit mentio, post quod sequi debet mystica octava, id est aeterna Beatorum quies, et illorum in anima, et corpore beatificatio, quo sensu facile verba Sancti Ambrosii *lib. 1. in cap. 6. Lucae* intelliguntur. Haec itaque vox *octava* sive obvio et litterali sensu accipiatur, sive mystico, gaudium et solemnitatem importat.

Unum hic quaeri potest; unde nam suam sumpserint originem Octavae generice sumptae, quae ab Ecclesia nunc celebrantur? Non est hic sermo de origine eo sensu accepta, ut requiratur ad cuius exemplum hae fuerint in Ecclesia inductae: volunt enim has a Iudaeorum exemplo trahere originem, quemadmodum et solemnitas in Ecclesiarum Dedicatione celebranda a dedicatione Templi per Salomonem peracta ab auctoribus putatur desumpta, veluti et alia huiusmodi ab aliis Iudaeorum caeremoniis desumpta existimantur. Neque hoc in casu mirari quis vel ad minimum debet: quum enim inter ritus, et caeremonias hebraeorum quaedam essent, quae licet a Deo ipsis praeceptae, ut habetur in Levitico, et Deuteronomio, tamen utpote figurae tantum futurorum temporum plenitudine et Christo adveniente abrogandae erant, et abrogatae revera fuerunt, quia utpote figurae non amplius servandae erant post veritatis manifestationem, et Christi adventum, cuius umbrae erant et figurae, et ad eum tantummodo significandum, et praenunciandum praescriptae; novae proinde, veteribus illis abrogatis, institutae sunt Caeremoniae temporis conformes, veritati iam manifestatae respondententes, et ad eam gratiam significandam, quae conferri hominibus deberet in Sacramentis, et praesertim in Sacrosancto Missae Sacrificio, ad quod significandum, praenunciandumque vetera illa, et inter se diversa Sacrificia erant instituta, quaeque in hoc uno in sua plena significatione continentur. Aliae autem erant Caeremoniae, quas neque Christus, neque Apostoli abrogarunt, utpote non eiusmodi erant quae novae adversarentur Legi, aut Religioni opponerentur, aut superstitionem redolerent, aut ab Evangelicis praeceptis essent alienae. Nil ergo mirum si Apostoli ex iis quasdam, praesertim nascente Ecclesia, retinuerint, ad illarum imitationem, quasdam etiam de novo instituerint, quas Ecclesia adhuc retinet.

De hac, inquam, origine sic accepta quoad Octavas, non est hic sermo, sed tantum de origine eo sensu accepta, ut solemnitatis ideam excitet, ac importet, et plures dies ad eam indicandam et celebrandam aliquibus Festis addicantur. Hoc, si quid video, duobus ex capitibus ortum est. Primo ut solemniora Festa maiori non solum solemnitate celebrarentur, sed ad indicandam ipsorum praeter caeteris excellentiam praeter solemniorum ritum, maior dierum numerus statueretur, ut Religionis nostrae praecipua Mystera, quorum memoria recolitur, altius in Fidelium mentibus figerentur, ut beneficia, quo sunt maiora accepta, eo magis illa sentiamus, et maiores de iis gratias ad nostram ipsam animae salutem agamus, per longius tempus ea considerantes, mente volventes, et corde retinentes: ut dona et charismata aliquibus Sanctis prae aliis a Deo collata memoria repetentes, et Divinam Bonitatem, et peculiarem Dei in illis amorem agnoscentes, Deum ipsum intensius laudemus, qui illis magna et mirabilia fecit, et admirabilem se in illis ostendit: ut nostra excitarentur corda

1. An in Matutino Noctis Nativitatis Dominicæ duo Assistentes Sacerdotes parati cantaturi primas Homilias, deferre debeant sub Pluviali Stulam Dia-

conalem vel a collo pendentem, vel in modum Crucis ante pectus? Et quid si duo Assistentes essent unus simplex Diaconus, Subdiaconus alter?

ad illorum auxilium diutius implorandum, ut et ipsi nostrum apud Deum patrocinium suscipiant, ut Sanctorum virtutes ad imitationem nos provocent, atque delectent. Haec et similia fortasse sunt, quae prae oculis Mater Ecclesia habuit dum pro aliquibus Mysteriis, Festivitatibus, et Sanctis Octavas instituit celebrandas.

Diversa, sive prae aliis solemnior fit aliquorum Sanctorum memoria, seu solemnius eorum Festa celebrantur, quia maiori, ut creditur, in coelis fruuntur gloria, sicuti diversa fuerunt in illis merita: Ait enim Apostolus ad imparem Iustorum gloriam indicandam *Alia claritas solis, alia claritas lunae, et alia claritas stellarum: stella enim a stella differt in claritate*; et hinc sane oritur multimoda Officiorum in Ecclesia ratio, et diversitas rituum in Sanctorum Festis celebrandis, quam ideo coelesti Hierarchiae ex Sancti Dionysii doctrina comparat Durandus in suo *Rationali lib. 7. cap. 1. N. 33.* sic scribens: *Quum ergo secundum Beatum Dionysium Ecclesiastica Hierarchia repraesentet aequaliter in suis actionibus, seu ordinationibus Coelestem Hierarchiam, in qua Sancti secundum diversitatem meritorum suorum disponuntur; ideo ad hoc repraesentandum, varietas Officiorum in nostra Ecclesia reperitur: Immo ex Augustino Epist. 86. Hic decor est, qui Reginam a dextris sponsi adstantem quamplurimum exornat, ut sit in fimbriis suis aureis circumdata varietatibus.* Hanc porro varietatem generaliter adhibet Ecclesia in Sanctis omnibus celebrandis, seu eorum Festivitatibus instituendis, eam dimittendo quodammodo, eo quo regitur Spiritu, ex cuiusque meritis, quantum haec vel per vitae actus nota sunt, vel per beneficia eorum vel laboribus, vel intercessione toti Ecclesiae impensa.

Haec, quae Festa nunc dicuntur, et celebrantur, adductis nuper rationibus fortasse Sanctorum *Memoriae* olim dicta sunt, quae vox variis accipitur sensibus: modo enim suscipitur pro sepulchrali monumento, ut ab Augustino accipitur: *De cura pro mortuis gerenda*: modo pro Oratoriis, in quibus Sanctorum Corpora, vel Reliquiae reconduntur, quemadmodum hanc vocem accipit ipse Augustinus contra Faustum Manichaeum *cap. 2.* Hic autem accipitur haec vox de mortuis, sed tanquam ut mentio de vivis fiat, revocando scilicet in memoriam acta, et passiones Sanctorum, vel ut Eusebius habet *lib. 4. cap. 5: In memoriam eorum, qui glorioso certamine perfuncti sunt, et ad posteros eorum exemplo erudiendos, et confirmandos.* Antiquitus Martyrum memoria in Ecclesia observabatur, quando eorum nomina inter solemnes preces ante Eucharistiae sumptionem recitabantur ex *Dyplicis.* Quaecumque tamen fuerit huius rei origo, hoc certe spectavit, ut Christiani Deum in Sanctis honorarent, quod revera ipsi semper agere crediderunt.

Altera Octavarum institutionis ratio, ni fallor, haec fuit. Neminem latet initio tot non fuisse numero ritus, seu horum diversos gradus, sub quibus nunc Ecclesia varia celebrat Festa; proinde hunc maiorem rituum numerum maiora numero Festa, quae celebrantur, augendi occasionem dederunt, et etiam ex hoc originem habere potuit haec Octavarum pro aliquibus Festis praesertim Sanctorum institutio. Per plura saecula non nisi Martyrum Festa celebrata sunt, aut eorum saltem qui Martyrium passi putabantur; et quamvis unius, vel alterius Martyris memoria celebrata fuerit primis Ecclesiae Saeculis in Ecclesia universa, tamen, ut notat Sanctus Hieronymus, non omnium indiscriminatim Martyrum, seu Sanctorum aequae in Ecclesia universa, et ubique memoriae celebres erant, sive non aequali solemnitate celebratae fuerunt; sed pro diversitate Ecclesiarum, vel horum, vel istorum Sanctorum dies fuerunt sacri, idque constat ex diversis Martyrologiis, si haec inter se conferantur. Nihilominus praecipua et universaliter Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli memoria celebrata est, qui ut sunt omnium celeberrimi, ita et inter omnes diem sibi sacrum potissimum habuerunt; et hinc est quod in Missae Canone primi nominati sunt, quem morem Ecclesia in omnibus semper retinuit, et retinet. Martyrum Festis alia etiam posterioribus temporibus Festa addita sunt, et temporis maiori

2. An in primo anni die Hymnus: *Veni Creator*, qui cantatur in Ecclesiis ad invocandum Sanctum Divinum Spiritum, debeat habere pro conclusione: *Iesu tibi sit gloria: ratione Octavae Nativitatis Domini, vel ista: Deo Patri.... eiusque soli Filio....?*

3. Queritur; an quum in Choro nostro, tempore Missae solennis, vel Vesperarum adsit Episcopus non Dioecesanus, simul cum Patre nostro Provinciali Visitatore, sit thurificandus solus Episcopus, aut ambo? Et quid, si Episcopus esset Dioecesanus?

4. An sub Reliquia alicuius Sancti exposita publicae venerationi inter Candelabra, debeat adhiberi Palla, sicuti in pluribus faciunt Ecclesiis?

5. Utrum liber, cui titulus: *Collectio, sive apparatus Absolutionum, Benedictionum, Coniurationum etc.*, auctore Bernardo Sannig sit prohibitus vigore Decreti, seu regulae generalis Indicis? Aliqui enim affirmant, alii negant, immo omnes fere Sacerdotes hic, et alibi illum adhibent, quamvis omni prorsus approbatione careat? Et quid de aliis libris Benedictionum habentibus quidem aliquam approbationem, ast non illam istius Sacrorum Rituum Congregationis?

progressu his etiam alia, atque ita factum est, ut nullus fere dies deinceps fuerit, in quo alicuius Sancti Festum non celebraretur.

Haud quidem est hic locus omnia, ut vellem, persequendi, omnia numerandi, ac in medium proferendi, quae hanc respiciunt materiam: quare ea consulto omittam, et quod sequitur tantum ad propositum adnotabo. Ecclesia ut varietate circumdata videretur, quemadmodum supra ex Dionysio, et Augustino didicimus, et illum repraesentaret in terris hierarchiae ordinem, qui in Coelesti secundum meritorum diversitatem observatur, in qua stellarum claritas a claritate differt, Officiorum diversitatem instituit, ut per hanc vel minus, vel magis celebris Sanctorum memoria recoleretur. Aucto Festorum numero, auctus quoque fuit numerus rituum, seu modus celebrandi Festa, sive designatus solemnitatis diversae gradus, quo diversa Sanctorum Festa celebrari deberent: hinc ut disparitas inter eos ex ipso ritu appareret, illorum Festa alia sub uno ritu, alia sub altero celebranda statutum est. Dum quibusdam fuit adsignatus hic vel ille ritus pro Festo celebrando, atque etiam de solemnioribus ut eorum Festis, quae vel antiquiora erant vel maiori cum solemnitate celebrari consueverant, celebritas quaedam prae aliis postea adiunctis maneret, auctus fuit numerus dierum, quibus eorum memoria fieret, et sic, si in solemnitate, sive in gradu solemnioris ritus paria illis forent, celebratoria illis essent quoad dierum numerum, quibus celebritas erat perduratura peragendo de iis Officia. En itaque altera Octavarum origo, illasque instituendi altera causa, qua retenta pro aliquibus iamdiu instituta solemnitate, ex diversis rituum gradibus, qui aucti fuerunt, necessario repetenda videtur.

Haec, quae adducta sunt, quispiam fortasse tamquam a proposito aliena putabit, et ut inutiliter allata reprehendet; sed nec aliena, nec inutilia haec, aliaque in adnotationibus reperiet: non aliena, quia de Octavis agunt, ad quas dubium ipsum vocavit: non inutilia, quia non multi reperiuntur, quibus cura sit omnia cognoscendi, quae ad Sacram Liturgiam pertinent, quamvis ex ministerio ad hoc teneantur. Hinc si non omnibus, aliquibus tamen quibus vel desunt libri, vel tempus eos adeundi, certe erunt utilitati, et hoc satis ut quaecumque molestam, aut minus urbanam notam effugiam, in quam possem apud aliquos incurrere.

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata, audita relatione a me infrascripto Secretario facta, omnibus mature perpensis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative iuxta Generale Decretum die 7. Septembris 1816. et iuxta Caeremoniale Episcoporum, Subdiaconus se absteineat a cantando Evangelio cum Lectione. »

Ad 2. « Concludendus cum Stropha *Deo Patri.... eiusque soli....* »

Ad 3. « Servetur Caeremoniale Episcop. »

Ad 4. « Negative. »

Ad 5. « Illi soli libri adhibendi, et in illis tantum Benedictionibus, quae Rituali Romano sunt conformes. »

Atque ita respondit, et servari mandavit. Die 7. Aprilis 1832.

4682.

COLLEN.

Ut in Divinis persolvendis Laudibus omnia rite, et iuxta sancitas leges peragantur, Sacrorum Rituum Congregationi sequentes Quaestiones, et Dubia enodanda proposuit Canutus Bruschi Canonicus Collegiatae Ecclesiae Oppidi Podiibonitii Dioecesis Collen. nomine etiam Cleri eiusdem Oppidi, nimirum.

1. Utrum Decretum Urbis et Orbis sa. me. Pii VII. Pontificis Maximi datum sub die 18. Septembris 1814. quo praecipit ut in posterum in universa Ecclesia ubique Terrarum quotannis in Dominica tertia Septembris celebretur Festum Dolorum Beatae Mariae Virginis sub ritu dupliceis maioris abrogaverit, atque aboleverit omnia peculiaria Decreta aliquibus Dioecesis antea concessa celebrandi idem Festum sub ritu duplicis secundae Classis cum Octava?

2. Utrum nostra Dioecesis, quae suscepit Decretum supramemoratum, illudque servavit usque adhuc, possit modo inconsulta Sede Apostolica, resumere observantiam alterius Decreti eiusdem Summi Pontificis Pii VII. pro Regno Hetruriae emanato sub die 18. Novembris 1807. cum quo concessit recitari posse Officium Septem Dolorum in Dominica Tertia Septembris sub ritu duplicis secundae Classis, et cum Octava?

Si responsio ad secundum Dubium erit affirmativa, oriuntur sequentes quaestiones, nimirum.

1. Cadens in Dominica tertia Septembris Festum Sancti Matthaei Apostoli, et Evangelistae, quale de duobus Officiis eiusdem ritus remitti debeat iuxta Rubricas?

2. Si in die octava septem Dolorum Beatae Mariae Virginis occurrat Festum eiusdem Beatae Virginis sub titulo de Mercede, quaeritur, an eo Anno transferendum sit, vel Octava omittenda, uti evenit quando in Octava Nativitatis Beatae Mariae Virginis occurrit Festum Sanctissimi Nominis Eiusdem?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata in Ordinario Coetu, audita relatione a me infrascripto Secretario facta, omnibus mature perpensis, atque libratis, respondendum censuit.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Affirmative, » et ad primam quaestionem « servetur Generale Decretum diei 19. Augusti 1817. » ad secundam quaestionem, « affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Atque ita rescipit, et servari mandavit. Die 7. Aprilis 1832.

4683. MACERATEN.

Regulari observantiae insistens Canonicus Fiorentini Civitatis Maceraten., ne in minimo quidem remittatur studium Ecclesiasticae disciplinae, quae semper inviolabiliter, et accurate servanda est, S. R. C. sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum.

1. Utrum Canonicus qui per Apostolicas Litteras in forma Brevis expeditas favore sui Collegii

Canonicorum gaudet usu Rocchetti, et Mozzettae etiam coram Pontifice, illis uti valeat in Sacramentorum administratione, et verbum Dei annunciando?

2. Et quatenus negative, utrum Superpelliceum Rocchetto imponere valeat iisdem in functionibus?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata in Ordinario Coetu, Dubiorum relatione audita ab me infrascripto Secretario facta, omnibus mature perpensis, respondendum censuit.

Ad 1. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, sed in propria tantum Ecclesia, vel in aliis Ecclesiis ubi adest usus deferendi Cappam, vel Mozzettam iuxta Decretum in una Dubiorum diei 31. Maii 1817. »

Ad 2. « Affirmative, si Capitulum in Choro utatur Superpelliceo tempore aestivo, secus negative iuxta praedictum Decretum, sed Cotta tantum, et Stola utendum iuxta Rituale Romanum titulo 1. num. 7. »

Atque ita decrevit, ac servari mandavit. Die 7. Aprilis 1832.

4684. MARSORUM.

Perlectis resolutionibus datis ab hac Sacra Rituum Congregatione sub die 12. Novembris superioris anni 1831. nonnullis Dubiis propositis ex parte Reverendissimi Marsorum Episcopi, solutionem, seu declarationem iterum postulavit quoad Dubia 54. et 46. Attenta siquidem Ecclesiarum paupertate Decretum novum expostulavit ad trames alterius quoad Sacram Suppellectilem ex Gossypio confectam, nimirum ut sublata obligatione servandi strictim Rubricas quoad Paramentorum Colores, sicuti 54. Dubio responsum fuit, Casulae ex variis coloribus assutae, vel flavi tantum coloris tolerari possint quoadusque consumerentur. Quoad vero 46. Dubium, cui data responsio: *Serventur Decreta*: petiit utrum intelligi hoc debeat relate ad Decretum diei 11. Augusti 1691. quod praecipit in concurrentia Octavarum Beatae Mariae Virginis Vesperas non dividi, sed integras esse debere de Deipara, et extendi etiam ad Octavas Festorum Domini?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, re mature discussa, respondendum censuit.

Quoad 1. seu Dubium 54. « In decis. »

Quoad 2. seu Dubium 46. « Affirmative. »

Et ita decrevit, ac servari mandavit. Die 7. Aprilis 1832.



4685. MASSAE, et POPULONIAE.

Quum quaestio inter Sacerdotes praesertim Massae, et Populoniae Dioecesis orta esset circa nonnullas Ecclesiasticas Functiones, ideo ut omnis controversia, obortaeque subinde murmurationes de medio tollantur, pro sequentium Dubiorum explanatione, S. R. C. humillime supplicatum fuit. Dubia autem proposita haec sunt.

1. An standum sit Missali Romano in benedictione Fontis peragenda in Sabbato Sancto, seu potius consuetudini, nimirum prius Aquam in aliquo vase separato benedicere, et antequam infundatur Chrisma ex illo Aquam ipsam extrahere, et mittere in Fontem?

2. An servandum sit Rituale Romanum in administrando Infirmis Viatico, seu potius consuetudo, benedicendi nimirum cum Sanctissimo retrocedentem Populum extra portas Civitatis, Regionis, sive Domus infirmi, quando fertur Viaticum Agrariis?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, omnibus mature diligenterque examinatis, respondendum censuit: « Ex speciali gratia servari posse consuetudinem in utroque. » (1)

Atque ita censuit, et servari posse annuit. Die 7. Aprilis 1832.

(1) Ex rescripto ipso Sacrae Congregationis erui facile potest stricte servandam fuisse Missalis, et Ritualis Romani dispositionem in utroque, quod in dubiis proponitur: ex speciali enim gratia, ut dicitur, servari potest consuetudo: est itaque permissiva responsio, quae regulam universalem, et praescriptionem non destruit, aut infirmat. Ideo autem data est haec responsio, quia unum, idemque esse Sacra Congregatio putavit prius Aquam in Fontis benedictione, quae Sabbato Sancto peragitur, in aliquo vase separato benedici, eamque postea ex hoc extractam in fontem mitti, et eam in Fonte ipso iam paratam benedici: benedictio enim non a loco, sed a precibus pendet. Mittitur in Fontem, ut in dubio, postquam omnes preces pro benedictione perficienda assignatae, prolatae sunt, et antequam Oleum Chrisma infundatur: salva itaque est Rubrica, nec ulla in hoc substantialis mutatio dignoscitur, quae ritum pro fontis benedictione praescriptum immutet. Sicuti enim in Rubrica Missalis legitur de hac aquae benedictione *prius quam Sacra Olea in eam infundantur per Sacerdotes assistentes spargitur super Populum, et interim unus ex Ministris Ecclesiae accipit in vase aliquo de eadem aqua ad aspergendum in domibus, et in aliis locis*, ita non officit praescripti ritus substantiae, quod quae remanet Aqua in vase, recitatis iam pro partiali benedictione precibus assignatis, antequam Sacra Olea infundantur, et tota Fontis benedictio peragenda perficiatur, in Fontem, sive in Fontis baptismalis concham mittatur. Responsio itaque permissiva de servanda hac consuetudine ideo data fuit, quia hoc etiam modo Rubrica servatur. Unum tamen adnotabo, quod quidem attentionem aliquam exposcit, quodque in responsione Sacra Congregatio negligendum putavit pro certo habens materialem quemdam errorem in dubio proponendo irrepsisse, quod ex dubiis ipsius non satis accurata enunciatione deducitur. Siquidem quaeritur in secunda dubii parte . . . *an potius standum sit consuetudini, nimirum prius Aquam in aliquo vase separato benedicere, et antequam infundatur Chrisma ex illo Aquam ipsam extrahere et mittere in Fontem?* Collata responsione cum dubiis verbis ita forte accipi posset, ut Sacra Congregatio permiserit extrahi posse Aquam post infusionem Olei Catechumenorum, dubium enim silet de huius Olei infusione, et Chrisma solum nominat. At hoc neque esse potuit, neque intellexit concedere Sacra Congregatio, quae ne suspicari quidem poterat hanc revera fuisse consuetudinem, quae servanda in precibus postulatur, eoque minus pro ea servanda etiam ex speciali gratia Eam rescripsisse putandum est, sed uti revera est, sensit errorem in enunciatione irrepsisse, et Sacrum Chrisma nominatum fuisse *pro Sacris Oleis in genere*, quae infundi debent, et ideo in responsione haud adnotandum censuit. Quapropter stando Rubricae dispositioni, et minus accurata enunciatione sublata, quemadmodum Aqua pro adstante populo aspergendo extrahenda est ante Olei Catechumenorum infusionem, ita antequam hoc ipsum Oleum in aqua infundatur, eadem aqua, quae est benedicta in vase separato, de quo est sermo in dubio, mitti debet in Fontem. Haec adnotata sunt ad omnem, si quae oriri posset, aequivocationem, et ambiguitatem vitandam, et Sacrae Congregationis mentem explicandam, quae certe nunquam fuit ut permetteret post Olei Catechumenorum

4686. TARENTINA.

Beatissimo Padre.

L'Arcivescovo di Taranto divotamente espone alla Santità Vostra come nella Diocesi Tarentina vi sono cinque Monasteri di Monache Claustrali, uno dell'Ordine Agostiniano, un altro dell'Ordine Benedettino, e tre dell'Ordine Francescano. Tutti questi cinque Monasteri sono soggetti all'Arcivescovo, non già all' Superiori Regolari dei suddetti Ordini rispettivi. Ciò non ostante recitano l'Ufficio Divino con i Breviari de' rispettivi Ordini Regolari, e coi Santi degli Ordini medesimi, modificando il Calendario dell'Arcivescovo per farvi entrare i loro Santi particolari.

L'Arcivescovo esponente sostiene, che le suddette Religiose essendo soggette all'Arcivescovo, e non ai Superiori Regolari, dovrebbero adattarsi in tutto al Calendario della Diocesi, e ritenere soltanto il Breviario particolare, e ciò a norma delle regole dei Sacri Riti.

Ma siccome le suddette Religiose per lo passato hanno sempre fatto le surriferite modificazioni al Calendario della Diocesi, per farvi entrare i loro Santi particolari, così prevede l'Arcivescovo esponente il disturbo delle suddette Comunità Religiose, se venisse ad ordinar loro l'obbligo di uniformarsi assolutamente al Calendario della Diocesi.

Supplica perciò umilmente la Santità Vostra a volersi benignare di accordare alle suddette Religiose la facoltà di recitare l'Ufficio, come hanno fatto finora, cioè modificando il Calendario della Diocesi, con farvi entrare i loro Santi particolari nel modo descritto di sopra, e ritenendo nel medesimo tempo i loro rispettivi Breviari. Che ec.

In Congregatione Sacrorum Rituum Ordinaria diei 12. Nov. 1831. rescriptum fuit: « Audiatur idem Archiepiscopus, iuxta modum, et auditis ipsis Sanctimonialibus. »

Eminenza Reverendissima

In esecuzione dei venerati comandi dell'Eminenza Vostra e di cotesta Sacra Congregazione imposti a me con suo venerato Foglio dei 12. del prossimo passato Novembre, ho fatto radunare capitolarmente le Religiose dei Monasteri di questa Città per mezzo del mio Pro-Vicario Generale, e quelle della Diocesi per mezzo dei miei Vicarii Foranei rispettivi, ad oggetto d'interrogarle sopra

li tre Articoli, che dall'Eminenza Vostra Reverendissima mi furono prescritti, cioè

1. Se le Religiose di San Benedetto si servano del Breviario Monastico, e del Calendario del proprio Istituto, e da quanto tempo?

2. Se le Religiose di Sant'Agostino, e di San Francesco facciano uso del Breviario, e Calendario del loro rispettivo Istituto, e da quanto tempo?

3. Se tutte le suddette Religiose, cioè Benedettine, Agostiniane, e Francescane siano state soggette all'Arcivescovo di Taranto, o pur per qualche tempo siano state soggette ai Superiori rispettivi dell'Ordine loro?

Al primo quesito le Religiose di San Benedetto hanno risposto, che esse si avvalgono del Breviario Monastico Benedettino sin da dieci secoli. Al secondo ch'ebbero sempre il Calendario dell'Ordine Benedettino, e che da pochi anni in qua il Ceremoniere di questa Cattedrale fa loro un Calendario accomodato sulle Rubriche particolari del loro Istituto. Al terzo che furono sempre soggette agli Arcivescovi di Taranto.

Le Religiose Agostiniane al primo quesito hanno risposto, che esse si sono sempre servite del Breviario Romano aggiungendo i Santi dell'Ordine di S. Agostino. Al secondo, che sempre hanno fatto uso del Calendario particolare dell'Istituto Agostiniano, e non già del Calendario comune di questa Diocesi. Al terzo che sono state sempre soggette agli Arcivescovi di Taranto.

Le Religiose Francescane del primo Monistero hanno risposto al primo quesito, che esse hanno fatto uso sempre del Breviario Francescano. Al secondo, che sempre si son servite del Calendario Francescano frammischiantovi alcuni soliti Uffici della Diocesi, e della città dove dimorano. Al terzo, che sono state sempre soggette agli Arcivescovi di Taranto.

Le Religiose Francescane del secondo Monistero al primo quesito hanno risposto, che da tre secoli, ossia dalla Fondazione del di loro Monistero, hanno fatto sempre uso del Breviario dei Padri Riformati di S. Francesco. Al secondo, che fin dalla suddetta loro fondazione ricevono dai detti Padri Riformati di S. Francesco il Calendario dell'Ordine Serafico, e su questo regolano la recita del Divino Ufficio. Al terzo, che parimenti fin dalla lor fondazione sono state sempre soggette agli Arcivescovi di Taranto. Per no-

infusionem et ante infusionem Sacri Chrismatis tantum, Aquam, quae Sabbato Sancto in Fontis baptismalis solemnibus benedictione in separato vase benedicitur, in Fontem mitti.

tizia particolare però io sò, che anche queste Religiose si fanno accomodare dal Ceremoniere di questa Cattedrale il lor Calendario particolare, frammischiandovi alcuni soliti Uffici di questa Diocesi.

Le Religiose Francescane finalmente del terzo Monistero hanno risposto al primo quesito, che esse fin dalla fondazione di detto Monistero hanno fatto uso sempre del Breviario dei Padri Conventuali. Al secondo, che si sono sempre servite del Calendario di detti Padri Conventuali. Al terzo, che sono state sempre soggette agli Arcivescovi di Taranto.

Avendo io pertanto eseguito li rispettabili comandi di Vostra Eminenza Reverendissima, e di cotesta Sacra Congregazione, mi fo il dovere di darlene la conoscenza, e di respingerle compiegata in questa mia umilissima la supplica, come Vostra Eminenza Reverendissima mi ordinò col detto suo venerato foglio del 12. prossimo passato Novembre.

Finalmente stimolato dai dettami della mia coscienza, e dall'impegno del pieno adempimento ai miei Episcopali doveri mi fo ardito di supplicare l'Eminenza Vostra Reverendissima, e cotesta Sacra Congregazione a benignarsi di emanare le analoghe risoluzioni sull'assunto ad oggetto di calmare, ed assicurare la coscienza di tutte le suddette Religiose, e mia; giacchè quanto esse hanno finora fatto circa la recita dell'Officio Divino, Breviario, e Calendario, non essendosi eseguito coll'autorizzazione di cotesta Sacra Congregazione, anzi essendosi di propria autorità frammischiato, ed accomodato il Calendario Monastico, ossia del proprio rispettivo Istituto con quello di questa Diocesi, sembra tutto ciò essere stato poco, o niente regolare. Peraltro sottometto il tutto alla saviezza di Vostra Eminenza Reverendissima, e di cotesta Sacra Congregazione, dichiarandomi pronto ad eseguire quanto mi verrà ordinato.

Ed inchinandomi umilmente a baciarle il lembo della Sacra Porpora, con sincera stima, con profondo rispetto, e col dovuto ossequio passo a rassegnarmi costantemente.

Dell'Eminenza Vostra Reverendissima.

Taranto 28. Dicembre 1831.

Umil. Dev., ed Obbl. Servitore Giuseppe Antonio Arcivescovo di Taranto.

A Sua Em. Rev. il Sig. Cardinal Pedicini Prefetto della Sacra Congregazione de' Riti.

Perillustris, et Reverendissime Domine uti Frater . . . In Congregatione Sacrorum Rituum Ordinaria ad Vaticanum sub infrascripta die coa-

dunata, habita fuit ratio supplicis Amplitudinis Tuae Libelli quoad modum recitandi Horas Canonicas, quo utuntur Sanctimonialibus istius Archidioecesis, et sequentis informationis transmissae sub datum quinto Kalendas Ianuarii superioris Anni 1831., quam Sacra eadem Congregatio ab Amplitudine Tua requisivit, auditis ipsis Sanctimonialibus. Post relationem ab infrascripto Secretario factam, omnibus mature, accurateque consideratis, Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi rescribendum esse censuerunt: *In omnibus iuxta Decreta, et Privilegia*: Nimirum Sanctimonialibus Ordinis Sancti Benedicti utentes iam fere a decem saeculis Breviario Monastico, licet Ordinario subiectae, tenentur dumtaxat ad Officia Patroni Civitatis, Titularis Ecclesiae Cathedralis, et ex convenientia ad Officium Dedicationis eiusdem in omnibus sine Octava iuxta Decreta in una Breviarii Monastici diei 2. Iulii 1644. et in Lauden. diei 20. Novembris 1683. Reliquae vero tum Ordinis Sancti Augustini, tum Ordinis Minorum Sancti Francisci, sicut et praedictae Benedictinae non exturbandae sunt a sequendo proprii Ordinis Calendario, et licet sint Ordinario subiectae non possunt illi Calendario addere alia Officia, praeter supradicta iuxta Decretum in Ianuen. diei 22. Augusti 1744. nisi aliter ab hac Sancta Apostolica Sede fuerit indultum pro Clero Saeculari cuiuscumque Dioecesis, et Regularibus utriusque sexus. Haec eiusdem Sacrae Rituum Congregationis mandata libentissimo animo dum Amplitudini Tuae nota facere gestio, Illam adprecor, quoniam eius fides, et integritas perspecta iam est, ut adamusim exequutioni mandentur. Et Amplitudini Tuae diuturnam ex animo exopto felicitatem.

Amplitudinis Tuae uti Frater amantissimus.

Romae 7. Aprilis 1832.

Rev. Archiepiscopo Tarentino.

4687. VIGLEVANEN.

Ex immemorabili pene consuetudine Cathedrali in Ecclesia Viglevanen. assolet Capitulum post Laudes recitare Psalmum 129., *De profundis* in levamen Animarum piacularibus flammis addictarum, aliquibus cum Orationibus in fine. Inter has locum habet Oratio: *Inclina Domine aurem tuam*, in suffragium Francisci II. Sforza Mediolani olim Ducis, ac Fundatoris tum Episcopatus Viglevanen., tum ipsius Capituli. Modus autem hanc Orationem recitandi caussa controversiarum inter Canonicos nonnullis abhinc annis fuit. Aliqui namque dicunt in Oratione: *famuli tui Francisci*: nonnulli superaddunt: *olim Ducis*

*nostri*. Sed quum multi contendant Pontificali Romano, Decretisque Sacrorum Rituum Congregationi adversari additionem vel Tituli, vel Dignitatis nominis Defuncti, dum pro eo recitatur Oratio, propterea ad controversias evellendas, eliminandumque scandalum, quod non raro usuvenit vel inter Clericos Choro assistentes, vel inter Laicos ipsos, qui eo temporis momento Ecclesiam adeunt, Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit R. D. Petrus Ghilardini Canonicus, et Capituli Cancellarius, quatenus discernere dignaretur modum recitandi recensitam

Orationem in Suffragiis pro uniformitate obtinenda.

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, omnibus mature, accurateque libratis, rescribendum censuit: « Oratio, *Inclina Domine*, legenda sine nomine, uti iacet in Breviario, et Missali Romano, citra tamen probationem consuetudinis dicendi has preces post Laudes, quae iuxta Rubricas dicendae forent post Primam. Et ita censuit ac servari mandavit, die 7. Aprilis 1832. » (1)

(1) Inter Missas, quae pro Defunctis dicuntur, si consideretur Missale, in ea tantummodo, quae dicenda est in die obitus, seu depositionis, reperitur Oratio, in qua rubro colore notatur littera *N.* ad indicandum ibi defuncti nomen esse ponendum: inter Orationes vero, quae dicendae reperiuntur sive pro hoc, sive pro illo defuncto, quaeque extant post omnes Missas in unum collectae, in quatuor tantum notatur *N.*, nempe in illis, quae pro Summo Pontifice, pro Cardinalibus, pro Episcopis, et pro Sacerdotibus dicendae assignantur. In harum enim prima, et secunda legitur *Famulum tuum N.* in tertia, et quarta *Famuli tui N.* Quod spectat ad sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales adiiciuntur adnotationes, quae mutationem indicant faciendam pro distinctione respectivi Ordinis, cui defunctus Cardinalis erat adnumeratus. Ita enim notatur in Rubrica *pro Episcopo Cardinali defuncto dicatur Famulum tuum N. Episcopum Cardinalem: pro Presbytero Cardinali dicatur Famulum tuum N., Presbyterum Cardinalem: pro Diacono autem Cardinali dicitur Oratio Inclina Domine ut animam Famuli tui N. Diaconi Cardinalis.*

Praeter istas in nulla alia huiusmodi Oratione notatur littera *N.* hinc stricte loquendo iuxta Missale non alius nominandus videretur, quia deficiente in aliis Orationibus hac littera *N.* non alius nominandus indigitatur. Ratio autem differentiae cuique facile patet; nam sive defunctus fuerit Pontifex, sive Cardinalis, sive Episcopus, sive simplex Sacerdos, ad ecclesiasticam hierarehiam spectabat dum viveret, quam Ecclesia in huiusmodi defunctis quodammodo adhuc agnoscere, et retinere videtur etiam quum decesserint, vel Ordinis, vel dignitatis, qua insigniti erant, mentionem faciendo. Itaque quum in aliis Orationibus ex. gr. in ea, quae incipit « *Inclina Domine* » de qua in dubio notata non reperiatur littera *N.* nec defunctus nominari deberet. Dixi *non deberet*, hoc est iuxta Rubricam, et eam, quam ipsa ponit differentiam, licet in praxi diversimode fiat. Sed Sacra Congregatio non praxim hic attendit, sed Rubricarum dispositionem, cuius accuratae observationi tuendae est instituta. Quum de Rubrica agatur iuxta Rubricae praescriptum respondendum fuit, et ideo ad primam dubii partem rescripsit: *Legenda sine nomine ut iacet in Breviario et Missali Romano.*

Iam si praeter defuncti nomen mentio fieri posset etiam de Dignitate (saltem aequae de omnibus), qua defunctus dum viveret pollebat, ut in dubio, non modo una littera *N.* quae deest, sed altera posita esset: neutrum fit a Rubrica; itaque si non nomen, nec cognomen, vel agnomen, et dignitas est adicienda. Idem evenit (ut exemplum apposite adducam, et quamdam paritatem) de defunctis quod de Sanctis, de quibus facienda est mentio in Orationibus sive propriis, sive de Communibus aut in Officio, aut in Missa. In hisce enim Orationibus solum nomen enunciari debet, exclusis cognomine, patria, vel alia qualibet qualitate. Id non semel decrevit, confirmavitque Sacrorum Rituum Congregatio, et ea expungenda omnino esse ab Orationibus praecepit, et contrariam praxim ut abusum tollendum declaravit, eaque tantummodo retinenda esse censuit, neque si invenirentur expungenda esse pronuntiavit, quae licet adiectiva essent, supernaturale aliquid donum ipsis a Divina virtute tributum designabant, immo servanda esse voluit, ut in Sanctis Chrysostomo, et Chryso-

4688.        ORDINIS SANCTI  
 HIERONYMI VALLIS DE HEBRON  
 DIOECESIS BARCHINONEN.

Eminentissimi Patres: Fr. Emmanuel Fomtsere Monachus professus, Caeremoniarum Magister Regalis Monasterii Divi Hieronymi Vallis de Hebron Dioecesis Barchinonensis, Sacrae Rituum Congregationi humillime exponit, a tempore immemorabili festum celebratum fuisse, recitatumque Officium Dedicacionis Ecclesiae supradicti Monasterii

usque ad annum 1807., quo tempore quum subortum fuerit dubium, utrum praedicta Ecclesia esset consecrata, aut benedicta tantum, omissa est illius festivitatis celebratio. Ambigendi occasio inde sumpta est, quod nulla Crux, nullum aliud signum in Ecclesia videatur, unde inferri valeat illam fuisse consecratam. Verum praeter allatam consuetudinem, quod non leve argumentum praestat ut Ecclesia credatur consecrata, extat quoque huiusce rei aliud testimonium in quodam libro

logo, quae voces facundiam, vim, et efficaciam divini sermonis tamquam peculiare donum in illis indicant, quod fuit a Deo singulari modo ipsis prae ceteris concessum.

Ad secundam responsionis partem quod attinet, Sacra Congregatio sic respondendo assertam consuetudinem recitandi memoratum Psalmum « *De profundis* » post Laudes, haud quidem aperte improbat, sed neque adprobare videtur: innuit tantum non eum esse locum illum recitandi. Siquidem post Laudes non suffragia pro defunctis, sed suffragia tantum Sanctorum recitantur, quae non sunt suffragia proprie dicta, neque eo sensu quo pro defunctis accipiuntur, accipi debent. Dicuntur suffragia, ut a commemorationibus specialibus Sanctorum distinguantur, quae fieri debent, quia eo die incidunt eorum Festa, sed inferioris ritus, et ideo de illis fit tantum memoria, vel quia de illis fieri nequit Officium, vel quia sunt dies infra Octavam alicuius festivitatis, de qua debet fieri commemoratio; et ita vocantur, ut per eas Orationes, quae tales revera sunt, Sanctorum, de quibus fiunt, meritorum memoria recolatur, atque etiam ita appellantur, ut per memoriam, quae de illis fit, eorum imploremus auxilium, ut ipsi nobis faveant apud Deum, ut suffragentur nobis, ut sint nobis auxilio, nosque protegant, et adiuvent, quo sensu ab Auctoribus sic acceptas videmus voces *suffragium, suffragari: Mihi videris*, inquit Cicero 1. Leg. *fratrem laudando, suffragari tibi*: et in Epist. *Fortuna te suffragante videris res maximas consecutus*. Non itaque vocantur suffragia proprie, et stricte sumpta, hoc est in levamen Iustorum, quos Divina Iustitia in Purgatorii poenis detinet, quia condonata eis culpa, atque etiam aeternae mortis reatu, aliquid temporalis poenae eis luendum supersit, donec plene satisfaciant, vel quia quum decesserunt leviores in eis culpae sunt repertae nondum remissae, pro quibus etiam Deo debent satisfacere.

Iam quum hic non de illis, sed de his agatur, haud quidem in Laudibus habere locum videtur memoratus Psalmus, sed potius post Primam. Est hoc iuxta Rubricam, quae si non clare et aperte de hoc loquitur, aliquo tamen modo deducendum indicat post Primam esse dictum Psalmum recitandum. Sane Rubrica Missalis *tit. 15. n. 3.* hoc praecipiendo habet *Missa autem pro defunctis dici debet post Primam*. Iuxta haec Rubricae verba tempus ad suffragandas defunctorum animas assignatum, est post Primam: quemadmodum itaque statuitur ut Missa (quae maximum est inter suffragia pro defunctis) ad defunctorum levamen post Primam celebretur, sic intelligi debet eo etiam tempore Rubricam (quae ubivis de hoc silet) voluisse indirecte saltem, recitandas esse quascumque preces, quae pro defunctis, vel ex particularibus constitutionibus, vel ex dispositionibus testamentariis, vel ex consuetudine quocumque modo inducta recitantur. Neque mirum alicui videri debet, si de hoc Rubrica silet, nam de Missa poterat mentionem facere, Missae enim a Rubrica diversae assignantur, et unicuique a Rubrica locus eas celebrandi tribuitur post aliquam nempe horam Canoniam. Hoc autem de suffragiis pro defunctis in Officio faciendis statuere non poterat statim ac Rubrica nullum assignat suffragium in Officio pro defunctis recitandum, et persolvendum.

Itaque quemadmodum ex instituto, et dispositione Rubricae, quoad diversarum Missarum celebrationem modo relatam, eruitur locum et tempus suffragandi defunctorum animas esse post Primam, ita dicendum est Rubricam, indirecte saltem (neque aliter dici potest ea silente) voluisse innuere post Horam Primae locum dari cuique suffragio pro defunctis in Officio, quatenus persolvi

perantiquo manuscripto, et caute custodito, ubi notatur, ac legitur: traditos fuisse sexaginta solidos Reverendissimo Domino Episcopo Rodenico-  
polis ob Ecclesiae consecrationem: quae tamen ultima verba ambigentes opinati sunt per errorem, aut insectiam scriptoris in praedictum librum irrepisse, adeoque legendum *benedictionem*, non *consecrationem*. Postmodum anno 1829. consulti sunt super hac re duo Vicarii Ecclesiastici Civitatis Barchinonensis, lique in Rubricis, et Sacris Ritibus peritissimi, qui omnibus perpensis, scrupuloseque examinatis censuerunt: praedictum Festum haud rite fuisse omissum, ideoque rursus celebrandum, ac proseguendum in posterum tum ob consuetudinem antiquissimam, et immemorabilem recitandi de eo Officium, tum quia nullum apparet monumentum evidenter ostendens dictam Ecclesiam non fuisse consecratam; quinimmo probabilius iudicandam esse talem ob probationes adductas. His expositis, quaeritur.

1. Utrum possit neene celebrari in futurum Festum dedicationis suae Ecclesiae, ac recitari

Officium a Patribus Hieronymianis Monasterii Vallis de Hebron?

2. Utrum Capitulum Generale Ordinis facultatem habuerit diem indicendi pro hoc festo celebrando, quod fecisse videtur Capitulum Generale anni 1591. designans diem XIV. Iulii cuiusque anni pro huius festivitatis celebratione?

3. In casu, quo Capitulum Generale praedicta earuerit facultate, ac aequum visum fuerit Eminentis Vestris, ut istud Festum quotannis ut antea celebretur, humiliter Eminentis Vestris supplicatur, ut eandem diem XIV. Iulii pro celebratione dignentur designare.

Sacra autem Rituum Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, ad relationem infrascripti Secretarii, re mature perpensa, diligenterque examinata, rescribendum censuit: « Negative in omnibus, die 7. Aprilis 1832. » (1)

4689.

#### HIBERNEN.

Ad uniformitatem, debitumque ordinem servandum, qui summopere Ecclesiasticis in Functio-

in eo ipsa, de quibus Rubrica silet, quavis ratione deberent. Hanc esse Rubricae obviam interpretationem, ac eum esse locum similia recitandi suffragia, non inopportune indigitat veteris praxis, (cui, deficiente lege, standum est) Ecclesiarum Patriarchalium Urbis, in quibus revera post Primam recitantur. Etsi hoc, ut supra dictum est, Rubrica clare, taxative, et singulariter non praecipit quoad alias preces, aliquo tamen modo per citata verba satis, superque indicat. Hinc est, quod Sacra Congregatio, in particularibus casibus, et dubiis quae identidem enascuntur, ubi clara non est Rubrica, idonea et legitima est huius interpres, eam interpretando, et declarando respondit ad dubium ut supra. Huic igitur responsioni cuique est acquiescendum, proindeque supra memoratus Psalmus *De profundis*, a consuetudine, quam aperte noluit Sacra Congregatio improbare, recedendo, post Primam deinceps erit recitandus.

(1) Ea quae excitare dubium possunt an aliqua Ecclesia sit consecrata, in signorum praesertim defectu sita sunt, quae in ipsa Ecclesia apparere debent, licet alia etiam esse possint, quae in idem dubium adducunt. Existentibus signis, nullum de illius consecratione dubium exoritur. At si haec deficient, puta si Cruces in parietibus non extent, si desit Altare lapideum fixum, ac stabile, cuius mensa continua non interrupta planities sit, tale enim esse debet, ut possit illud consecrari, et Ecclesia non consecratur sine Altaris alicuius consecratione simul; nam huius consecratio necessario peragi debet in Ecclesiae consecratione (quum pro hoc Ecclesia consecratur, non vero illud pro Ecclesia), si scriptura desideretur quae de consecratione peracta testetur; si testes fide digni non habeantur, aliaque huiusmodi, de illius tunc consecratione iure potest dubitari: immo concludi rationabiliter poterit illam non fuisse consecratam, adeoque Dedicationis Festum nequit celebrari, et omittendum erit, si illud vel ab antiquo tempore fuerit per errorem celebratum. Praesumptio autem ob quam illius Festum celebratum fuit, nempe peractae consecrationis, nullius momenti haberi debet, nec valet contra signorum, aut cuiusque certi indicii defectum, quae necessario requiruntur ut Ecclesia aliqua consecrata credatur, et praesertim Cruces, quae si in parietibus aliquando exaratae fuissent, vix umquam evenire potest, ut illae penitus eradantur, aut vetustate ita deleantur, ut aliquod saltem de illis vestigium non supersit, aut etiam ad indicium peractae consecrationis iterum, si aliquantulum deperierint, non pingantur, aut sculpantur, vel alio quovis modo non renoventur,

nibus desiderari continuo debet, Sacrorum Rituum Congregationi ex parte Cleri Hiberniae sequentia Dubia sunt enodanda proposita, nimirum.

1. Praescribit Rubricae Decretum (seu melius Tabella Concurrentiae) nullum Festum ritus duplicis maioris Vesperas dimidiatas, seu a Capitulo

nequit enim tanta incuria et negligentia in illis supponi, qui Ecclesiis praeficiuntur, aut in illis, ad quos vel iure patronatus, vel alio quocumque titulo Ecclesiae spectant.

Iam vero quando rationabile exoritur dubium de alicuius Ecclesiae consecratione, ius statuit, eam absque ulla dubitatione esse consecrandam. *Sic Can. Ecclesiae de consecratione dist. 1. ita iudicant in Panormitana cap. Proposuisti de consecratione Ecclesiae vel Altaris: Silvester verbo Consecratio num. 4. Azor prima parte lib. 10. cap. 26. quaest. 12. et rationem affert Glossa ibidem: quod non apparet, dicitur non esse.* Hoc est etiam iuxta Sacrorum Rituum Congregationis decreta.

Quemadmodum itaque consecranda est Ecclesia, de huius consecratione rationabiliter, et iure dubitatur, sic etiam de eadem Ecclesia nequit fieri Dedicationis Officium. Hoc non semel a Decretis Sacrorum Rituum Congregationis statutum fuit, ut quisque videre facile poterit in hac ipsa Authentica Collectione, praesertim in *Alexandrina sub die 18. Augusti 1629. et in Vallisoletana in Hispaniis sub die 22. Aprilis 1780.* Omittendum autem erit, si de ea peractum fuerit Festum: Sed rationabiliter, et iure de consecratione Ecclesiae, de qua agitur, dubitatur: Concludendum itaque est Officium de illius Dedicatione omnino omitti debere.

Neque in casu nostro aliquid ponderis habet, quod asseritur, fuisse nempe et ab immemorabili tempore illius Dedicationis Festum celebratum; quod tamquam praescriptionis argumentum ad finem obtinendum, in medium profertur. Nam celebratio immemorabilis huius Festi non alia ratione inducta fuit, nisi quia praesumebatur illam Ecclesiam esse consecratam. Sed inanis est haec praesumptio, nec ullo certo, nec probabili quidem fundamento innititur; et si res attentius consideretur, contrarium probari potest, et quidem ex iis ipsis, quibus tanta est cura, ut dedicationis Festum celebretur, quod exortis dubiis postmodum omissum fuit. Sane in secundo Dubio quaeritur: *Utrum Capitulum Generale habuerit facultatem diem indicendi pro hoc Festo (dedicationis) celebrando, quod videtur fecisse Capitulum Generale Anno 1591. designans diem XIV. Iulii cuiusque Anni pro huius Festi celebratione?* Ad examen dubii verba parumper revocemus. Patet ex his Generale Capitulum diem indixisse pro Festo dedicationis celebrando. Iam quando hoc indixit? aut ipso consecrationis die, aut postea: utroque in casu haec non ipsi erat facultas, sed Episcopo ipsi consecranti, et ipso consecrationis die, ut ex Pontificali Romano eruitur: in primo casu et in secundo nec eidem etiam Episcopo, inconsulta Apostolica Sede, si diem iam statutum immutaverit. At nulla prorsus mentio de Episcopo; dicendum itaque diem pro Dedicationis Festo et Officio non fuisse ab Episcopo adsignatum. Si hoc, iam sequitur nedum suspicando, sed veritati adhaerendo hanc Ecclesiam non fuisse consecratam, sed benedictam tantummodo, ut ab iis contenditur, qui huius Festi celebrationi adversantur, ac proinde *Consecrationem* loco *Benedictionis* aut Scriptoris insectia, aut unam cum altera voce, unam cum altera actione confundendo per errorem irrepsisse in scripturam. Non enim est verisimile Episcopum consecrantem non indixisse pro Festo dedicationis celebrando diem, si vere Ecclesiam ipse consecrasset; dicendum proinde, omnibus perpensis, Episcopum Ecclesiam benedixisse tantum, et hanc ob rationem ab eo nullum adsignatum fuisse diem pro Festo celebrando, quia de sola Ecclesiarum benedictione nulla facienda est memoria, nedum Festum celebrandum est. Hinc Capitulum Generale minus recte se gessit diem statuendo ut supra, ac perperam usque ad Annum 1807. Dedicationis memoratae Ecclesiae Festum celebratum fuit sola peractae consecrationis nuda praescriptione attempta, quae nullo erat fundamento innixa. Quocumque se vertant qui pro Consecratione, eiusque Festi celebratione contendunt, nihil invenient quod eis possit favere, et ideo persuadere sibi debent de hoc Dedicationis Festo nihil omnino faciendum esse; neque attendendum quod ab immemorabili, ut asseritur (sine tamen ratione) peractum est, et a Capitulo Generali male, et sine ulla facultate praedictus pro hoc Festo celebrando dies fuit adsignatus.

habere posse, sed de digniori integras esse recitandas. Si duo festa eiusdem ritus duplicis maioris, ex. gr. Sanctae Columbae Abbatissae, et Sanctae Monicae Viduae insimul concurrunt, quaeritur de quo nam Vesperas integras dicendas?

2. Romanae Rubricae, quas et praedictus Clerus sequitur, dicunt posse Regulares propriis in Ecclesiis, et in Missa addere Symbolum in quibusdam Festis per eorum Octavas. Possunt ne praedictis in Festis Symbolum addere etiam extra propriam Ecclesiam?

3. Duo sunt Indulta sa. me. Pii Papae VI. quoad Festa de praecepto contrahenda in Hibernia, alterum nimirum diei 29. Martii 1778. et alterum diei 23. Martii 1779. quibus onus adimitur adstandi Sacro, et abstinendi ab operibus servilibus in viginti duo diebus, quae antea de praecepto servabantur. En indulti verba: « Pius VI. . . in Festis sequentibus dispensavit circa praeceptum audiendi Missam, et abstinendi ab operibus servilibus. . . circa Functiones vero Ecclesiasticas nihil innovetur: » Quaeritur utrum haec ultima verba in supradictis abrogatis Festis obligent, sicut prius, Sacerdotes; vel utrum Sacerdotes teneantur vel celebrare, vel Sacro adstare nec ne, licet prima Indulti pars ab hoc onere Laicos dispenset? Locus dubitandi factus est ex eo, quoniam nonnulli Episcopi affirmativam tueantur sententiam, nonnulli negativam.

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata in Ordinario Coetu, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuit: « Quoad primum, et secundum iterum proponantur. Quoad tertium non teneri: » Atque ita censuit, die 7. Aprilis 1832.

4690.

#### NOVARIEN.

Enne, et Rme Domine Observantissime.

Sacrorum Rituum Congregationi supplex exhibitus fuit Libellus pro parte Sacerdotis Ioseph De-Vecchi Caeremoniarum istius Cathedralis Novarien. et Rectoris Kalendarum Dioecesis, qui advertens ab Anno 1788. ad hanc usque diem Breviaria, Horas Diurnas, Missalia, Officia parva Beatae Mariae Virginis, Officia Hebdomadae maioris, quae denuo praelo mandantur, non continere Ordinariorum attestations, quibus declararetur, haec exemplaria concordare cum his, quae hic Romae sunt impressa ad tramites Bullarum Sancti Pii V., Clementis VIII., et Urbani VIII., quae in fronte Breviarii Romani reperiuntur, postulabat declarari, utrum etiam nunc servari debeant recensitae

Constitutiones Pontificiae, et an transgressores poenas inibi inflictas incurrant praesertim ex eo, quod in praesentiarum nullus supersit dubitandi locus, quin emendata Exemplaria prae oculis incusione habeantur, eo vel magis, quod maxime torquerentur conscientiae tum eorum, qui lucrum ex venditione librorum liturgicorum percipiunt, tum Ecclesiasticorum, qui illis uti debent, quum nullibi reperiantur hisce attestationsibus muniti; proptereaque cupiebat demum concedi, ut sine ulla dubitatione, quis horum librorum usum sibi permittere valeret. Sacra vero Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum die inferius posita coadunata, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, omnibus mature perpensis, accurateque consideratis, Eminentiae Vestrae scribendum esse censuit, ac declarari: « Pontificias Constitutiones in suo robore permanere, et abusum non esse tollerandum: » Haec eiusdem Sacrae Congregationis mandata, iubilantissimo animo dum exequor, Eminentiae Vestrae manus humillime deosculor. Romae 7. Aprilis 1832.

Enne, et Rmo D. Cardinali Episcopo Novarien.

#### 4691. CIVITATIS CASTELLI.

Archipresbyter hodiernus Sanctae Mariae Felcati Dioecesis Civitatis Castelli a Sacrorum Rituum Congregatione humillime petit sequentia Dubia declarari.

1. An celebratio Missae cantatae si a proprio Parocho in sua Ecclesia, vel in aliis Ecclesiis Parochiali suae Ecclesiae adnexis non peragatur, spectet ad viciniorem Parochum?

2. An celebratio Sacrarum Functionum peragenda in Ecclesia independente a Parocho, sed intra ambitum suae Paraeciae contenta, spectet ad Parochum, si Cappellanus eiusdem Ecclesiae ipsas functiones non agat?

3. An in Dominica Palmarum Parochus, peracta benedictione, et distributione Palmarum, in fine Missae debeat dicere Evangelium benedictionis Palmarum, vel Sancti Ioannis.

4. An in Missa pro Sponso, et Sponsa dicenda diebus Rogationum, earundem commemoratio facienda sit?

Et Sacra eadem Congregatio sub infrascripta die ad Quirinale in Ordinario Coetu coadunata, referente me infrascripto Secretario, respondendum censuit.

Ad 1. « Negative iuxta Decretum in Bisiniansi diei 6. Octobris 1640. »

Ad 2. « Negative iuxta Decretum in Verulana diei 2. Martii 1641. »

Ad 3. « Si per se expleverit benedictionem.



Palmarum immediate ante Missam, legere debet Evangelium sancti Ioannis in fine Missae.»

Ad 4. «Affirmative iuxta generalia Decreta diei 20. Decembris 1783. et 3. Martii 1818.»

Atque ita declaravit, die 28. Iulii 1832.

4692. ORDINIS MINORUM  
SANCTI FRANCISCI

Provinciae S. Pauli Vallisoletanae.

Quaestio quaedam inter Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci Provinciae Vallisoletanae nuperrime orta quum fuerit quoad recitationem Versiculi: *Animae eorum*, dicendi post absolutionem ad Tumulum, et sequentis Antiphonae cum Psalmo: *De profundis*, redeundo ad Sacristiam in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum, asserentibus nonnullis praesidio fultis tum Decreti editi 2. Decembris 1684. a Sacrorum Rituum Congregatione, tum peculiaris Rubricae Breviarii Ordinis Franciscanorum, hanc recitationem omittendam, haerentibus aliis in opinione esse omnia dicenda ex auctoritate cuiusdam Manualis Processionalis memoratae Provinciae typis editi Anno 1774., ideo ad conciliandos animos, concordiamque parandam, ac uniformitatem magis obtinendam in Ecclesiasticis functionibus, quaestio haec ad eandem Sacram Congregationem delata fuit. Quae in Ordinario Coetu hodierna die ad Quirinale coadunata, referente me infrascripto Secretario, omnibus consideratis, accurateque perpensis, rescribendum censuit: «Antiphona, et Psalmus: *De profundis*, nec non Versiculus: *Animae eorum*, in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum post absolutionem ad Tumulum sunt omittenda iuxta Decretum in una Ordinis Canonicorum Regularium Lateranensium diei 2. Decembris 1684. ad Dubium 11.»

Et ita rescripsit, ac servari mandavit, die 28. Iulii 1832.

4693. SORANA.

Quum intra limites Parochialis Ecclesiae Sanctae Restitutae Civitatis Soranae sit Ecclesia, antea iuris Ordinis Conventualium, Sancto Francisco Assisiensi dicata, et modo cuidam Sodalitati concessa; enunciatae Sanctae Restitutae Parochus a Sacrorum Rituum Congregatione humillime petiit declarari, an in casu, quo aliquis ex suis Parochianis vita functus in Ecclesia praedictae Sodalitatis Ecclesiasticae Sepulturae demandari debet, de quo ipse Parochus Officium funebre ducere tenetur; in hoc funebri Officio comprehendatur etiam Missa solemniss ante tumulationem? Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes hodierna die in Ordinario Coetu coadunata, ad relationem

infrascripti Secretarii, respondendum censuit: «Affirmative ut in una Imolen. Iurium Parochialium die 13. Iulii 1709.»

Et ita rescripsit, atque decrevit, die 28. Iulii 1832.

4694. BRIXIEN.

Joseph Mannelli Sacerdos Brixienensis pro suae conscientiae tranquillitate a Sacrorum Rituum Congregatione sequentia Dubia declarari humillime petiit.

1. An Anniversaria occurrentia in diebus Festivis, aut impeditis, a Testatoribus tamen non adsignata, transferri valeant ad aliam diem, in qua occurat Officium ritus duplicis minoris, in eaque praeter Officium, etiam Missa de *Requie* decantari possit, ut in Anniversario.

2. Quamvis Rubrica Ritualis titulo de Exequiis praescribat Responsorium: *In Paradisum etc.* decantari debere solummodo, quum Cadaver ad Sepulchrum defertur; tamen in Civitate Brixien. ob Sepulchreti distantiam usus invaluit praedictum Responsorium cum aliis precibus dacantari tempore absolutionis; quaeritur utrum usus, an Rubrica servari debeat?

3. An prosequi possit consuetudo canendi Antiphonam: *Si iniquitates*, cum Psalmo: *De profundis*, quum, celebrata Missa de *Requie*, ad medium progreditur processionaliter pro Exequiis absolvendis?

4. Quaeritur quo modo concludi debeat extra tempus Paschale Hymnus: *Veni Creator Spiritus?*

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Quirinale hodierna die habitis, ad relationem mei infrascripti Secretarii, respondendum censuit:

Ad 1. «Posse iuxta Decretum in una Papien. diei 17. Martii 1629., sed petendum Indultum.»

Ad 2. «Posse continuari iuxta consuetudinem aliarum Ecclesiarum.»

Ad 3. «Negative; Antiphona, et Psalmus *De profundis* diei debent post absolutionem ad Tumulum in reditu ad Sacrarium.»

Ad 4. «Dicenda Stropha: *Deo Patri sit gloria, eiusque soli Filio:*»

Atque ita respondit, declaravit, ac in posterum servari mandavit, die 28. Iulii 1832.

4695. ANAGNINA.

Praepositus Collegiatae Ecclesiae loci Piglio vulgo nuncupat. in Dioecesi Anagnina Sacrorum Rituum Congregationi duo Dubia dissolvenda proposuit, nimirum:

1. Quum in una Sassoferrati Nucerinæ Dioecesis

die 24. Octobris 1609. praescribitur: « Illum Presbyterum, seu Curatum, seu Priorem, qui defert Stolum, et ad cuius Ecclesiam funus defertur alios omnes praecedere debere etiam Canonicos Ecclesiae Collegiatae: » et in una Praenestina Cavarum die 12. Maii 1618. contrarium asseratur; petit declarari, utrum primum, an secundum ex allatis Decretis servari debeat?

2. Quum declaretur in una Maceraten. sub die 10. Iunii 1656. Cappellano Curato, ratione Stolae in funeribus praecedentium deberi, etiam supra alios quoscumque Sacerdotes Curatos simpliciter cotta indutos, declarari petit, an idem valeat etiamsi alii Sacerdotes pro indumento habeant Mozzettam?

Et Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi in Ordinariis Comitibus ad Quirinale infrascripta sub die coadunati, referente R. P. D. Secretario, respondendum censuerunt: « Praecedentiam competere illi qui Stolum defert: »

Atque ita rescripserunt die 28. Iulii 1832.

4696.

PISANA.

Perantiquae nonnullae consuetudines servabantur in Metropolitana, et Primatiali Ecclesia Pisana, nonnullaque privilegia accedebant ipsius Ecclesiae Archipresbytero, ad eiusdem dignitatem honestandam. Sed quum generalibus Rubricis, ac dispositioni Caeremonialis Episcoporum adversarentur, Reverendissimus Archiepiscopus percipiens, ad sui animi tranquillitatem, ut in suo quidem robore, sed legitima auctoritate, consuetudines ipsae, et privilegia persisterent; Sacrorum Rituum Congregationi Dubia super iisdem enodanda proposuit sub die 12. Novembris superioris Anni 1831. Sacraeque Congregationis responsa ab Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifice Maximo confirmata fuere sub die 18. eiusdem Mensis, et Anni. Cognito Congregationis Rituum sensu, eoque Capitulo recensitae Ecclesiae pandito, dum Canonici Primatialis, et Metropolitanae ad omnia exequenda se paratos profiterentur, denuo supplicii prece Sanctitatem Suam exorare ut sibi liceret expostularunt. Eidem itaque Sanctissimo Domino Nostro supplicarunt, ut super sequentia iam proposita Dubia saltem posset servari solitum, nimirum 1. Utrum ferendus sit ritus numeri, ordinis, et loci Cereorum, seu Candelarum in persolvendis Officiis Tenebrarum ab Ecclesiae Pisanae Capitulo servari solitus? 2. Laudatae Ecclesiae Primatialis Canonici dum a propria residentia ad illam, vel ab illius ianua ad propriam Sedem Archiepiscopalem Archipraesulem in

Cappa accedentem comitantur, iuxta sublatum morem Canonicorum Ravennatensium, bini post Crucem Archiepiscopalem ante ipsum Antistitem progrediuntur. Ad hanc tuendam consuetudinem maximi roboris esse perhibetur veterum Picturarum testimonium, et perennis traditio a maioribus accepta, adeo ut praesumatur hic usus ab eo tempore inchoatus, quo ab Urbano Papa II. haec Primatialis Ecclesia Metropolitanam Dignitatem recepit. Quaeritur igitur utrum recensita consuetudo servanda nec ne sit? 3. Utrum Dignitates, Canonici, Parochi, et Sacerdotes tum Ecclesiae Primatialis, tum aliarum Ecclesiarum Dioecesis Pisanae adigi debeant ad induendum Superpellicium cum Stola in administratione Sacramentorum iuxta Rituale Romanum, deposita Cappa, vel Mozzetta, vel Caputio? 4. Utrum usus ab Archipresbyteris Pisanis in vectus in Sacris Functionibus ritu Pontificali peragendis, redigi debeat ad limites Indulti Pontificii? Sanctitas Sua, audita relatione ab Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinale Carolo Maria Pedicini Episcopo Praenestino, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto facta, habitaque ratione Caeremonialis Episcoporum, legem a Summis Pontificibus Clemente VIII., Innocentio X. et Benedicto XIV. latam, et confirmatam, huiusmodi indolis esse, ut a nulla contraria consuetudine abrogari valeat, accedentibus praesertim non paucis Sacrorum Rituum Congregationis Decretis; « ad tramites eiusdem legis dispositionis generalis confirmando responsiones omnes, resolutionesque recensitis Dubiis ab ipsa Sacra Congregatione datas; de speciali gratia annuit solummodo quoad ampliationem privilegiorum Archipresbyteri Primatialis, et Metropolitanae Ecclesiae Pisanae, praeter id, quod iam a sa. me. Clemente Papa XII. Archipresbyteris indultum est; nimirum ut ipse in Ecclesiasticis Functionibus uti deinceps valeat Faldistorio sine gradu aliquo, sed cum solo Tapete, seu strato super Presbyterii pavementum; concessit insuper illi usum Canonis, Presbyteri assistentis, Palmatoriae, et Mitrae aurofrigiatae, atque ut in fine Missae impertiatur trinam benedictionem: vetuit tamen huiusmodi Palmatoriae, et Mitrae aurofrigiatae usum, atque ut non possit impertiri trinam benedictionem, praesentibus Archiepiscopo, vel Nuncio Apostolico, vel Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, magis Legato a Latere, quae vetita sint Archipresbytero, semper adhibita eorum venia, sicut et saluatio Populi *Pax vobis*, ususque Baculi Pastoralis. In hisce omnibus privilegiorum ampliationibus eadem Sanctitas Sua legem adiecit, ut antequam

hisdem Archipresbyter Pisanus potiat, expediri faciat Litteras Apostolicas in forma Brevis in similibus expediri solitas. » Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 12. Decembris 1832.

4697.

BITUNTINA.

Beatissimo Patre: Il Vicario Capitolare della Diocesi di Bitonto nel Regno di Napoli supplichevole espone, come per uso inveterato si suole in quella Diocesi nel momento della benedizione con l' augustissimo Sacramento, dall' Organo cantare il versetto del Salmo LXVI.: *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terrae*: L' attuale Prefetto delle Ceremonie crede esser ciò in opposizione con la Liturgia Ecclesiastica. L' Oratore anche a nome di tutti i suoi Governati ricorre alla Santità Vostra, ed umilmente implora la necessaria facoltà onde permettere, che si prosiegua il sopradetto antico costume, al quale quella popolazione è attaccatissima. Che della grazia ec.

Sacrorum autem Rituum Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata, referente R. P. D. Secretario, re mature considerata, respondendum censuit: « Servetur Decretum in Caputaquen. diei 9. Februarii 1762. permitti vero potest ut cantetur *ψ. Benedicat nos Deus*: immediate post Benedictionem iuxta Instructionem Innocentii XII. a Clemente XII. confirmatam in delatione Viatici: » Atque ita rescripsit, die 16. Martii 1833.

4698.

BITUNTINA.

Beatissimo Padre: Il Sacerdote Carlantonio Romanelli Arcidiacono prima Dignità, e Vicario Capitolare della Chiesa Cattedrale di Bitonto nel Regno di Napoli divotamente espone esser costume inveterato in quella Cattedrale, che il Celebrante per intuonar l' Officio in Coro indossasse la Stola, e la ritenesse durante la recita del medesimo. Questo sistema, al quale mai niun Vescovo si è opposto, viene ora contrastato dall' attuale Prefetto delle Sacre Ceremonie. E come che all' intero Capitolo dispiace questa novità, così anche l' Oratore in nome di quello ricorre alla Santità Vostra, ed umilmente implora che si degni permettere, onde si proseguia l' anzidetto inveterato costume. Che della grazia ec.

Sacra autem Rituum Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum sub infrascripta die habitis, ad relationem infrascripti Secretarii, re mature, diligenterque examinata, rescribendum censuit: Negative, et servetur Decretum in Alexanen. diei 7. Septembris 1658., et in una Dalmatarum diei 7. Augusti 1663. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit, die 16. Martii 1833.

4699.

CIVITATIS PLEBIS.

Apud Capitulum Cathedrale Civitatis Plebis pluribus abhinc annis usus invaluit ommittendi recitationem Horarum Canonicarum, Sextae nimirum, et Nonae voce Choralis post Missam Conventualem, easque recitandi submissa voce tempore eiusdem Missae varias ob causas: nimirum 1. quando Episcopus Pontificaliter celebrat, vel in Sede Pontificali Missae Solemni adsistit: 2. quando protrahitur servitium Chori ob prolixiorem Missam, sive ob extraordinariam aliquam Functionem: 3. temporibus Adventus, et Quadragesimae ratione Concionis. Quaeritur ergo.

1. An huiusmodi usus valeat continuari; 2. et quatenus negative, quaeritur.

2. An valeat continuari de licentia Archidiaconi, seu (illo absente) de licentia antiquioris Canonici Praefecti Chori; et quatenus negative, quaeritur.

3. An saltem valeat continuari de licentia Episcopi.

Sacra autem Rituum Congregatio sub infrascripta die ad Vaticanum in Ordinario Coetu coadunata, omnibus mature perpensis, accurateque consideratis, ad relationem infrascripti Secretarii, rescribendum censuit: « Negative in omnibus, nec satisfieri Chori obligationi per privatam recensitam recitationem Sextae, et Nonae tempore Missae Conventualis. Die 16. Martii 1833. »

4700.

FIRMANA.

Sacerdos quidam Archidioecesis Firmanae ruralis Ecclesiae, ubi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum quotidie asservatur, uti Aedituus addictus Sacrorum Rituum Congregationem supplex rogavit, ut declarare dignaretur dubium, quod hisce terminis conceptum proposuit, nimirum: An Aedituus ruralis Ecclesiae, ubi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum semper asservatur, teneatur ibi residere, ut Sacrosanctum Missae Sacrificium quotidie celebret: vel an possit per quinque, aut sex dies quolibet Mense abscedere, ut aliis obligationibus in alia Ecclesia vacet. Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum subscripta die coadunata respondendum censuit: « Teneri ad residentiam, et quotidianam Missae celebrationem, vel per se vel per alium Sacerdotem: » Die 16. Martii 1833.

4701.

NAMURCEN.

Hodiernus Secretarius Reverendissimi Namurcen. Episcopi Sacrorum Rituum Congregationi sequens proposuit dubium pro opportuna solutione,

nimirum: In variis regionibus, ac praesertim in Gallia, Missalia, et Breviaria, ac etiam Libri Liturgici imprimuntur absque licentia seu Ordinarii approbatione, quam, praeter Concilium Tridentinum, omnino requirunt Constitutiones Clementis Papae VIII., atque Urbani Papae itidem VIII. Supponitur quod in Gallia, aliisque huiusmodi regionibus Decretum Concilii Tridentini librorum approbationem requirens, et praefatae Constitutiones Apostolicae usu non sint receptae, vel per usum contrarium vim obligationis amiserint. Hinc quaeritur an huiusmodi Libros absque requisita Ordinarii licentia impressos liceat emere, penes se retinere, iisque uti in Belgio, aliisque Regionibus, ubi Decretum Concilii Tridentini, et sumpramemoratae Constitutiones Apostolicae communiter servantur. Et Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes hodierna die coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, respondendum censuit: *Non licere, nisi servatis Constitutionibus Apostolicis.* Die 16. Martii 1833.

4702. ORDINIS MINORUM  
SANCTI FRANCISCI DE OBSERVANTIA.

Quum hodiernus Superior Coenobii Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Civitatis Maceratae. Sacrorum Rituum Congregationi exposuerit ibi a duobus et ultra saeculis vigere consuetudinem, Dominica infra Octavam omnium Sanctorum, post Missam Solemnem decantandi circa tumulum in medio Ecclesiae erectum Responsorium: *Libera me Domine*, ac insimul humillime efflagitarit, ut hanc ipsam consuetudinem servare decerneret, tum ob suam antiquitatem, tum etiam ne omissio offendat Fidelium pietatem, quamvis ipsa aperte contradicat Rubricis, et Ecclesiasticis Sanctionibus; Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi ad Vaticanum sub signata die coadunati in Ordinariis Comitibus, referente me infrascripto Secretario, respondendum censuerunt: « Negative: Die 16. Martii 1833. »

4703. SENEN.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori.  
L' Arcivescovo di Siena facendo le prime assistenze Pontificali nella sua Metropolitana, osservò che nella Festa della Purificazione della Santissima Vergine eravi l' uso di distribuire prima al Magistrato Comunitativo della Città, e quindi alle Dignità, e Canonici non parati le Candelee benedette, e parimenti nella Domenica delle Palme si costumava porgere i Palmizii prima al suddetto Magistrato, e quindi ai Capitolari.

Sembrando all' Arcivescovo, che tale prece-

denza del Magistrato fosse indebita, e contraria alle Regole Liturgiche, fece delle vive premure presso il medesimo, affinché da Lui si cedesse la precedenza in tali Funzioni al Reverendissimo Capitolo. La Magistratura ne tenne ufficio al Superiore Governo della Capitale, e postasi in discussione dal Ministero questa vertenza, ed esaminati i dritti affacciati dalla Magistratura fu deciso, che anche per evitare controversie, e disgusti, si continuasse il medesimo sistema.

L' Arcivescovo senti con dispiacere una tal risoluzione, e non potendo far altro si ritirò dal fare egli stesso tali Funzioni: non si recò più in tali mattine nella Cattedrale, e lasciò fare all' Edomadario le distribuzioni delle Candelee, e dei Palmizii, e così ha seguitato per sei anni.

Ben' è vero che questa sua perseverante condotta cagiona una diuturna amarezza tra i membri di quel Magistrato, la quale sarebbe desiderabile, che potesse togliersi, qualora ciò si trovasse eseguibile senza reale lesione degli Statuti Disciplinari della Chiesa.

L' Arcivescovo Oratore considera che la prescrizione del Ceremoniale de' Vescovi (Lib. 2. cap. 16.) che debbano preferirsi i Canonici ai Magistrati, suppone che i Canonici siano rivestiti dei sacri Paramenti, e ciò più volte vi si ripete; ma nel nostro caso i Canonici non hanno che il semplice abito Corale; e se fossero parati, il Magistrato probabilmente non vorrebbe la precedenza, ed in fatti godono di questa anche attualmente il Presbitero Assistente, ed i due Diaconi parati. Sembra pure che non sia interamente da escludersi la ragione principale, che per tal precedenza si adduce dal Magistrato, che cioè esso è succeduto a quello della Signoria, che formava un tempo la Rappresentanza Governativa di questo Stato, e che perciò l' attuale Governo Granducale ha lasciato a questa Civica Magistratura certi privilegi, che ad altre simili in Toscana non vengono concessi.

Comunque però sia l' Oratore Arcivescovo ha incominciato a dubitare se convengagli rimanere in questo allontanamento delle predette due Sacre Funzioni, mentre ciò tende ad esacerbare gli animi di alcuni suoi distinti Diocesani, e diminuisce la confidenza e l' affetto, che debbono nutrire verso il proprio Pastore.

Prega inoltre l' Eminenze Loro Reverendissime ad avvertire, che troverebbe affatto incongruo obbligare i Canonici a pararsi, giacchè ciò non vogliono fare che nelle principali solennità dell' anno, e sarebbe cosa troppo arrischiata ed im-

prudente il volergli a ciò astringere, oltre che sembrar potrebbe, che ciò si facesse appostatamente per soggiogare la Magistratura.

Non essendo adunque ben precisa, e chiaramente applicabile all'esposto caso la prescrizione del Ceremoniale de' Vescovi, che stabilisce la precedenza in tal distribuzione ai Canonici parati sopra il Magistrato, e non già ai Canonici non parati, e concorrendovi ancora altre circostanze, prega l'Oratore la bontà dell'Eminenze Vostre Reverendissime a degnarsi significargli come debba regularsi, e se possa senza offesa de' Sacri Riti, o almeno per i debiti riguardi della pace, e della concordia prestarsi spontaneamente all'assistenza Pontificale, e fare da se stesso le distribuzioni delle Candele, e delle Palme a forma del consueto. Che ec.

Sacra Rituum Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub signata die coadunata, rem maturo examine perpendens, atque insimul advertens quod in Caeremoniale Episcoporum statuatur praecedentiam in casu deberi Canonicis paratis: inhaerens alias decretis, et praesertim in una Interamnen. diei 19. Julii 1642. rescribendum censuit: « Strictim servetur Caeremoniale Episcoporum: Die 16. Martii 1833. »

4704.

TIBURTINA.

Quum in Cathedrali Tiburtina Ecclesia per liberam renunciationem Sacerdotis Camilli de Camillis vacaret Residentiale Beneficium, ad illud ab uno ex Patronis, quin alterius consensus exquireretur, praesentatus fuit Sacerdos Ioseph Cicinelli, et quamvis Rescriptum Sanctissimi sanaverit huiusmodi defectum consensus alterius Patroni, attamen id satis non fuit ad sedandam controversiam inde exortam, ac per biennium litium iurgia exercita sunt tum apud Curiam Episcopalem Tiburtinam, tum etiam apud Sacrae Romanae Rotae Tribunal. Interim aliorum Beneficiorum pariter Residentialium possessionem alii sunt adepti, ac Sacerdos Cicinelli animo reputans se ad Beneficium ius acquisivisse a die praesentationis, atque in vim tantum litium ab eius reali possessione praepeditum fuisse, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit; nimirum.

1. Utrum ipse in Choro modo occupare debeat ultimum Stallum, an vero illud, in quo sedere debuisset, nisi lites intercessissent?

2. An in casu, quo sibi non suffragetur antianitas a die praesentationis petita, saltem uti Sacerdos praecedere debeat Beneficiatis Clericis reali possessione antiquioribus?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, omnibus mature perpensis, respondendum censuit.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. »

Ad 2. « Affirmative. »

Atque ita rescripsit, servarique mandavit, die 16. Martii 1833.

4705.

ROTHOMAGEN.

Quum professores Seminarii Rothomagensis Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarint, ut declarare dignaretur utrum Missa die secunda Novembris in Commemoratione Fidelium defunctorum sit de praecepto, et quatenus affirmative, utrum praeceptum istud audiendi Sacrum memorata die sublatum fuerit per Constitutionem sa. me. Pii Papae VII. pro reductione Festorum; Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub signata die coadunata in Ordinariis Comitibus ad relationem mei infrascripti Secretarii, respondendum censuit: « Negative ad utrumque: Die 16. Martii 1833. »

4706.

RECINETEN.

Sacrorum Rituum Congregationi sequens propositum fuit Dubium ex parte Capituli Cathedralis Ecclesiae Recineten., ut illud de more declarare dignaretur, nimirum. An beneficiati ipsius Cathedralis, qui Diaconi, et Subdiaconi munia exercere debent, possint, ac debeant indui Paramentis Sacris in eadem Mensa, in qua Planeta, vel Pluviali se induit Celebrans etiam si hic sit Canonicus, et Dignitas. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum coadunata in Ordinariis Comitibus, ad relationem mei infrascripti Secretarii respondendum censuit: « Affirmative: Die 16. Martii 1833. »

4707.

VERONEN.

Vice Cancellarius Episcopalis Curiae Veronae in votis habeat ut in Sacris Functionibus omnia iuxta ordinem procedant, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum.

1. Utrum tuto sequi valeat Regula Ritualis Parisiensis, sic expressa: Si quando Communio danda est, inventus non fuerit sufficiens numerus Hostiarum, poterunt aliquot Hostiae dividi in plures Particulas, quae singulis distribuantur: Et quatenus non sit sequenda, utrum quibusdam saltem in circumstantiis temporis, locorum, et personae sequi possit?

2. Utrum illis in locis, in quibus de nocte, recondito Sanctissimo Eucharistiae Sacramento, Oratio Quadraginta Horarum interrumpitur, lu-

erari possint Indulgentiae a tempore, quo Ecclesiae Ianua aperitur, ad tempus, quo velo remoto, cum Hymnis, et Canticis convocato Populo Fidelium adorationi denuo proponitur? Et quatenus affirmative, utrum etiam Altaria dicto temporis intervallo censi debeant privilegiata, et recitari debeat Collecta de Sanctissimo Sacramento?

3. Utrum tempus pro lucrandis Indulgentiis designandum sit a tempore, quo anticipari potest Matutini recitatio ad Crepuscula serotina diei sequentis?

4. Utrum liceat uti colore flavo, vel caeruleo in Sacrificio Missae, et expositione Sanctissimi Sacramenti?

5. Utrum Sacerdos in Missa privata Sacris indutus Paramentis possit Cineres distribuere, et Sanctorum Reliquias deosculandas praebere, ut mos est in Veronensi Dioecesi, expleta Missa? Et quatenus affirmative an possit sibi Cineres prius imponere genuflexus coram Altare nihil dicens?

6. Utrum in Communione Fidelium extra Missam Sacerdos antequam Populo benedicat, osculari debeat Altare, ut praecipit Pontificale Romanum de Visitatione, vel non, ut Rituale Romanum innuere videtur?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die coadunata, audita relatione a me infrascripto Secretario facta, omnibus perpensis maturo examine, rescribendum censuit.

Ad 1. « Servetur consuetudo dividendi consecratas Particulas, si adsit necessitas. »

Ad 2. et 3. « Recurrat ad Sacram Congregationem Indulgentiarum. »

Ad 4. « Negative. »

Ad 5. « Affirmative ad primam partem, negative ad secundam »

Ad 6. « Servetur Dispositio Ritualis Romani nihil praescribentis. »

Atque ita respondit, ac servari mandavit, die 16. Martii 1833.

4708. CLAREMONTEN.

Quum diversae opiniones circumferantur in Concilio Claremontensi circa haec verba Pontificalis Romani: *Minores Ordines possunt conferri in Dominicis, et Festis duplicibus*: dum alii contendunt per Festa duplicia ea tantum intelligi, quae a populo feriantur, alii autem sustinent intelligi omnia duplicia sive a populo feriantur, sive non, asserentes non distinguendum ubi lex non distinguit, ad certam in re legem stabiliendam, Sacrorum Rituum Congregationi humillimae datae

sunt preces, ut suam sententiam edicere dignaretur. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub signata die in Ordinario Coetu coadunata, ad relationem infrascripti Secretarii, respondendum censuit: « Minores Ordines conferri possunt in Festis de praecepto, vel in Festis duplicibus, quae erant de praecepto ante reductionem. Die 16. Martii 1833. »

4709. MEDIOLANEN.

Reverendissimus Praesul Franciscus Maria Zoppi, qui, Sanctissimo annuente, Episcopatum Massensem dimisit, in eo est, ut potiatu Canonatu superioris Ordinis in Metropolitana Mediolanen. Ecclesia, et ne in hoc novo munere aliquid detrahat Episcopali Dignitati, ac vanitatis notam devitet, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia pro opportuna dilucidatione proposuit, nimirum.

1. Quanam Sedes, vulgo Stallo, sibi competat in Choro, in quocumque Capituli congressu, et quando sibi cum eodem Capitulo publice procedendum est?

2. Quemnam habitum gerere in Choro, quemnam in publicis Supplicationibus, aliisque Sacris Functionibus, quemnam extra Chorum, quum privatam personam agit?

3. An teneatur in sua hebdomada Missam, et Vesperas canere seu celebrare, aliaque singulariter peragere, ad quae tenentur Canonici eiusdem Ordinis in sua quisque hebdomada?

4. Et quatenus teneatur, an Sandaliis, Dalmaticis, Mitra, Baculo pastorali, Cruce, et similibus Episcopo competentibus uti debeat?

5. Quatenus vero non teneatur, vel sibi liceat a praefatis Hebdomadarii Officiis se abstinere, an distributiones amittat, quamvis Choro cum ceteris Canonici interfuerit?

6. An debeat Archiepiscopo Solemnia agenti assistere, ministrare, aliaque praestare, quae ceteri eiusdem Ordinis Canonici de more eidem praestant?

7. Quum autem Orator minime ignoret a ceteris eiusdem Ordinis Canoniciis aegreferris Episcopum e gremio eiusdem Capituli vestes, et caligas coloris violacei, et quidquid aliud Episcopalem Dignitatem referat in Choro eorumque congressu gestare, et quomocumque se ab ipsis distinguere, ac proinde non multis abhinc annis duo eiusdem Capituli Canonicos, a Summo Pontifice Episcopos in partibus renuntiatos, locum, quem antea in Choro habebant, et in quovis Capituli congressu retinere, et Missas, et Vesperas aliasque Functiones in sua hebdomada, nulla adhibita Indu-

mentoribus aliave distinctione, ceu reliquos Canonicos hebdomadarios celebrare consuevisse, seque dumtaxat a Supplicationibus publicis Episcopalis honoris ergo abstinuisse, distributiones tamen amittendo, ac si culpabiliter minime interfuissem, obsequentissime postulat: An teneatur, vel saltem sibi liceat huic consuetudini se conformare in omnibus, aut quam in parte?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub signata die coadunata, referente me infrascripto Secretario, attentis expositis, ac singulis rationum momentis serio examine perpensis, rescribendum censuit.

Ad 1. et 2. « Ratione Episcopatus posse, et debere uti habitu ordinario, quo utuntur Episcopi in Romana Curia, id est Rochetto supra Subtannam, et Mantelletto violacei coloris, et debere praecedere omnibus aliis Canonicis, et sedere in primo Stallo supra omnes ut in Compostellana diei 15. Iulii 1617. »

Ad 3. « In Missis de Turno abstineat, et subroget alium ut in Asculana diei 10. Aprilis 1728. in Solemnioribus cum Indumentis Pontificalibus, sed de licentia Episcopi. »

Ad 4. « Iam provisum. »

Ad 5. « Quoad primam partem iam provisum: Negative quoad secundam partem. »

Ad 6. « Tenetur sedere in Choro cum Pluviali. »

Ad 7. « Negative in omnibus. »

Atque ita rescripsit, servarique mandavit, die 16. Martii 1833.

4710. VINTIMILIEN.

Beatissime Pater.

Episcopus Vintimilien. in obsequium Decretorum Sacrorum Rituum Congregationis, et praesertim Decreti Generalis diei 27. Maii 1828, prohibuit elapso anno, ne Statua Sancti Secundi Martyris huius Civitatis Patroni eiusdem Reliquiis decorata processionaliter deferretur sub Umbella, firmiter obsistens adversus enixas preces, quibus undecumque impetebatur, ut ab hac iussione absteret. Multae hinc obmurmurationes in ipsum, multa dictoria, eoque ut nonnulli aperte praenunciarent rem absque tumultibus popularibus haud esse cessuram. Nihil tamen accidit huiusmodi, ast in suo proposito etiamnum pergunt Civis, vehementissime optantes, ut Episcopus ab imperatis recedat, sibi que liceat, quod ab immemorabili consueverunt, quin unquam aliquis obsisteret; palam etiam dictitantes, nihil boni sperandum, nisi Sancto Protectori pristinum decus restituatur. Rebus sic stantibus Vintimilien. idem Antistes humillime declarari petit.

1. An attenta vetustissima consuetudine, ac immemorabili, debeat suum retractare Decretum de non ferendo sub Umbella Simulacro, et Reliquiis Sancti Secundi Martyris?

2. An saltem id debeat, ut morem gerat ardentissimo populi desiderio?

3. An saltem in casu, quo dictae obmurmurationes in apertum odium contra ipsum exerescerent?

4. Utrum id possit tolerare dissimulando?

5. An proprie dissimulando reus peccati evaderet?

Quibus singulis per me infrascriptum Secretarium fideliter relatis in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Vaticanum subsignata die habitis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. 3. et 4. pariter « Negative. »

Ad 5. « Probatos adeat Theologos. »

Atque ita rescripserunt, die 16. Martii 1833. 4711.

ORDINIS

S. IOANNIS DE DEO.

Beatissimo Padre.

Fr. Luigi Maria Carmignani Prior Generale dell' Ordine di San Giovanni di Dio, divotamente espone, che quasi tutti gli Ordini Regolari godono il privilegio di aggiungere al *Confiteor* nella Santa Messa, ed in altre Sacre Funzioni il nome del Santo Fondatore, e perchè i Sacerdoti dell'anzidetto Ordine anelano moltissimo un tal privilegio, l'Oratore si fa ad implorarlo dalla Santità Vostra, onde ciascuno richiamandosi spesso alla mente il Santo Patriarca, si faccia con più impegno ad imitarne le virtù, e specialmente la Carità, fine del suo Istituto. Che ec.

Sacra Rituum Congregatio ad Vaticanum sub signata die coadunata in Ordinariis Comitibus, ad relationem mei infrascripti Secretarii respondendum censuit: *Pro gratia in Officio tantum*: Die 16. Martii 1833.

4712.

COLLEN.

Apud Podium Bonitium in Etruria Dioecesis Collen. celebris est memoria Beati Lucii, seu Luchesii Confessoris, qui pluribus exornatus virtutibus, habitu tertii Ordinis Sancti Francisci suscepto in vita sanctis operibus, post obitum multis miraculis coruseavit, sicut refert Martyrologium Romanum trium Ordinum eiusdem Sancti Francisci decimoseptimo Kalendas Maii. His permotus Beatus Gregorius X. Summus Pontifex, dum ad Lugdunense Concilium iter institueret, Podium Bonitium visitans expetivit, ut sacro agmine insti-

tuto, Caput supradicti Beati circumferretur per Oppidum; quo ex tempore, pia traditione docente, haberi coepit idem Beatus Lucius veluti praecipuus Oppidi, et Comitatus Patronus, eiusque festum veluti Patroni, servari. Novissimis tamen temporibus Populo Oppidi Podii Bonitii accessit onus servandi etiam sub utroque praecepto Festum Sancti Martialis Patroni Civitatis, et Dioecesis Collensis. Sed quum Sancti Martialis festivitas recurrat quotannis Kalendis Iulii, plerumque contigit eundem Populum trium sibi succedentium dierum festivorum periodo gravari ea maxime tempestate, qua matura messis fervent opera, nec adest tantum periculum violandi praecepti et occasio, sed etiam ipsamet necessitas. Quapropter Clerus, et Populus Podii Bonitii, et Comitatus eiusdem praeculis habentes Epistolam sa. me. Benedicti Paepae XIV. datam quartodecimo Kalendas Augusti Anno 1749. Archiepiscopis et Episcopis Etruriae, quae praecipit cuiusvis tantum praecipui quorumcumque Civitatum vel Locorum Patroni pro veteri Ecclesiae Catholicae instituto Festum sub utroque praecepto esse servandum; Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicaverunt, ut elevato ad integrum praeceptum Festo Beati Lucii praecipui Patroni eiusdem Oppidi, et Comitatus, servilia opera in Festo Sancti Martialis, necessitate tantum Sacrificio adstandi servata, permitteret. Et Sacra eadem Congregatio nihil primitus declaravit; sed sub die 12. Novembris 1831. Reverendissimi Episcopi Informationem, et votum requisivit. Quo percepto iterum sub die 7. Aprilis superioris Anni 1832. praecepit ut poneretur in Folio, ut omnia maturius considerari valerent. Habita postmodum nova eiusdem Episcopi Informatione sub die 16. Martii vertentis anni rescripsit: *Dilata, et scribatur Episcopo ad mentem.* Sacrae Congregationis mens fuit percipere, ut quum iam ab anno 1780. firmiter recognitus fuerit Beati Lucii Patronatus, et Officium proprium adprobatum, aliquid esset ab ipsomet Episcopo in re observandum. Quum autem Reverendissimus Collen. Antistes declarasset nihil aliud superesse observandum, promptumque esse ad qualemcumque decisionem admittendam, Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Quirinale sub infrascripta die coadunatis, ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Caroli Odescalchi Episcopi Sabinen. Ponentis, omnibus denuo mature, riteque libratim rescribendum censuit: *Pro gratia, sublato onere audiendi Sacrum in die Sancti Martialis.* Die 17. Augusti 1833.

Super quibus omnibus facta postmodum per

me infrascriptum eiusdem Sacrae Rituum Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pontifici Maximo fideli relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae Congregationis confirmavit, annuitque, ut in Oppido Podii Bonitii, eiusque Comitatus servetur tantum sub utroque praecepto Festum Beati Lucii praecipui Patroni, sublato onere adstandi Sacro in Festo Sancti Martialis praecipui Patroni Civitatis, et Dioecesis Collen. Die 23. Augusti 1833.

4713. BENEVENTANA.

Em̃e, et Rm̃e Domine Observandissime.

Tres extant Sodalitates penes Commune Latio vulgo nuncupat. istius Beneventanae Archidioecesis, nempe Sanctissimi Corporis Christi, Sanctae Mariae ad Nives, et Sanctae Mariae de Monte Carmelo, inter quas Sodalitas Sanctae Mariae ad Nives aliis praecedere praesumit etiam in Processionibus Sanctissimi Sacramenti. Ad exortas controversias omnino de medio tollendas Sodalitas Sanctissimi Corporis Christi, quae antiquitus in Archipresbyterali Ecclesia erecta fuit, ac deinde anno 1690. Archiconfraternitati sub eodem titulo erectae in Ecclesia Sanctae Mariae supra Minervam Urbis fuit aggregata, Sacrorum Rituum Congregationem adiit postulans declarari, cui competat praecedentia in Processionibus. Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi quum probe noscerent praecedentiarum huiusmodi controversias pluries definitas fuisse, ac praesertim in una Lunen-Sarzanen. diei 17. Iunii 1639. in una Mediolanen. diei 14. Novembris 1654. in una Lauden. diei 4. Martii 1662. ac tandem in una Vercellen. diei 26. Septembris 1687. quibus in Decretis statuitur: *In Processionibus Sanctissimi Corporis Christi praecedentiam dandam esse Confraternitati Sanctissimi Sacramenti; dummodo eadem aliis Processionibus intersit, et antiquioribus locum cedat:* ideoque in Ordinario Coetu sub infrascripta die ad Quirinale coadunati, quin quidquam precibus rescriberent, Eminentiae Vestrae significandum censuerunt, ut, dissidiis compositis, curet observantiam huiusmodi Decretorum. Et Eminentiae Vestrae Manus humillime deosculor. Romae 17. Augusti 1833.

Eminentissimo Domino Cardinali Archiepiscopo Beneventano.

4714. BRIXIEN.

Sacerdos Azzi Brixien. Dioecesis, ut in Ecclesiasticis Functionibus singula rite, accurateque exerceantur, Sacrorum Rituum Congregationem humillimis precibus rogavit, ut sequentia dubia declarare dignaretur, nimirum.



1. An extra occurrentiam Sabbati Sancti, et Pentecostes possint in votiva aliqua Functione decantari Litaniae, quae in praedictis Sabbatis canendae occurrunt.

2. Utrum servari queat inducta consuetudo, ex qua dum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publicae venerationi expositum est, continuo duo Clerici Superpelliceo induti, Diaconi autem et Sacerdotes etiam Stolum albam habentes, ut in Coena Domini, flexis genibus intra Presbyterium assistunt, quisque per horae spatium?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinale subsignata die coadunata, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, omnibus mature, accurateque libratis, considerans Litanias Sanctorum positas in Missali recitandas post Fontis benedictionem proprias esse illius Functionis, et diei, inductamque consuetudinem, quae servatur in adoratione Sanctissimi Sacramenti, in casu eam esse, quam praescribit pro Clero Urbis Instructio sa. me. Clementis Papae XI. rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Affirmative iuxta Instructionem Clementis Papae XI. die 1. Septembris 1736. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit, die 17. Augusti 1833.

4715.

#### CALAGURITAN.

Quum Sanctimonialis Ordinis Sanctissimi Salvatoris in Asceterio Sanctae Birgittae in Civitate Victoria vulgo nuncupata intra fines Dioecesis Calaguritanae Sacrorum Rituum Congregationem humillimis precibus adeunt, enixe rogarint.

1. Ut in proprio Calendario Officium Virginis Filiae eiusdem Sanctae Birgittae, quod ex Indulto Apostolico recitant sub ritu duplicis minoris, in posterum gaudeat ritu duplicis secundae Classis cum Octava, et Officium ipsum sit integre proprium.

2. Ut ritu duplicis primae Classis cum Octava gaudeat Officium Sancti Benedicti Martyris, cuius mortales exuviae ex Arenariis Urbis defossae, et a sa. me. Leone Papa XII. dono exceptae propria in Ecclesia asservantur, de quo quidem Sancto Benedicto, venia ab Episcopo impetrata, nunc Officium persolvunt ritu tantum duplici.

3. Ut Indulgentiae in Festo memorati S. Benedicti ad tempus concessae, valeant esse perpetuae pro aliquibus diebus.

4. Ut ipsis liceat nonnullis in circumstantiis praedictum Sancti Benedicti Corpus retegendi, ut publicae venerationi exponatur.

5. Ut intra Annum tertio Kalendas Martii persolvere valeant Officium Sancti Alexandri Martyris, ac pridie Kalendas eiusdem Mensis Officium Sancti Peregrini Martyris.

6. Ut Asceterii Confessarius, eiusque Successores licet Saeculares Presbyteri in Divinis persolvendis laudibus se conformare valeant Sanctimonialium Calendario.

7. Ut liberum sit eidem Confessario, et Abbatissae pro tempore nonnullas Sanctimoniales deputare ad Sanctorum Reliquias exornandas, perpoliendasque.

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, audita relatione a Secretario facta, rescribendum censuit.

Ad 1. « Pro gratia elevationis ritus ad duplex secundae Classis, sed sine Octava, et cum Officio hactenus recitato. »

Ad 2. « Pro gratia unius Missae Solemnis tantum de Communi in honorem Sancti Benedicti Martyris, quoniam liberum non est Episcopo Officium concedere, et obstant Decreta. »

Ad 3. « Recurrant ad Sacram Congregationem Indulgentiarum. »

Ad 4. « Adeant Episcopum. »

Ad 5. « Explicent rationes. »

Ad 6. « Obstant Decreta. »

Ad 7. « Adeant Episcopum. »

Atque ita rescripsit, et a Sanctimonialibus Oratricibus omnino servandum esse mandavit, die 17. Augusti 1833.

4716.

#### MEDIOLANEN.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori.

Francesco Maria Zoppi Vescovo di Gerra, e Canonico Ordinario della Metropolitana di Milano coll' ultimo articolo della sua supplica dei 5. prosimo passato Aprile non solo dimandò all' Eminenze Loro Reverendissime, se tenuto fosse, ma ancora se gli fosse almeno lecito di seguire la pratica tenutasi presso questo Capitolo Metropolitano dai Monsignori Canonici Vescovi Gallerati, e Scotti, con che dimostrò bastantemente la sua disposizione di conformarvisi, che poi comprovò anche col fatto avendo preso il possesso, e la residenza del suo Canonico giusta la pratica suddetta prima che gli pervenisse il Rescritto dell' Eminenze Loro Reverendissime colla data dei 16. Marzo corrente.

Onde venendo a conoscere che ciò sarebbe conforme anche al volere di questo Eminentissimo Arcivescovo, supplica umilmente l' Eminenze Loro Reverendissime di volergli permettere, che tenga l' anzidetta pratica, specialmente quanto all' Abito,

ed allo Stallo, e pel resto ciò che di concerto col medesimo giudicheranno stabilire in riguardo al Carattere Episcopale.

E poi che la data del 16. Marzo del suddetto Rescritto dietro Supplica del 5. Aprile del Ricorrente, diede luogo a sinistre suspizioni, e dubbiezze, supplica perciò col più profondo ossequio l'Eminenze Loro Reverendissime, che si degnino rattificare la data istessa, e dichiarare, che il Rescritto suddetto non è potuto arrivare a notizia del Supplicante, che dopo l'epoche del Possesso, e della Residenza del suo Canonicato preso l'uno ai 29. prossimo passato Aprile, l'altra ai 4. successivo Maggio. Che ec.

Milano 9. Agosto 1833.

Humillimis hisce precibus a me subscripto Secretario relatis in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus ad Quirinale hodierna die habitis, Eminentissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, rescribendum censuerunt: « Serventur Decreta huius Sacrae Congregationis de praecedentia Episcopi Titularis, et scribatur Eminentissimo Cardinali Archiepiscopo Mediolanensi ad mentem. » Die 17. Augusti 1833.

En̄e, et R̄ne Domine Obs̄ne.

Praecipua res gravissima ad hanc Sacram Rituum Congregationem nuper allata apprime nota Eminentiae Vestrae, has litteras dirigendi praebet occasionem. Titularis Episcopus Franciscus Maria Zoppi obtento Canonicali istius Ecclesiae Metropolitanae, quum iampridem Episcopali Dignitate esset ornatus nonnulla Dubia proposuit enodanda, quibus responsum fuit iuxta Decreta alias a praeis temporibus emissa. Quo super facto omnis est removenda suspicio, ac pro certo habendum sinere, et innocue eundem se gessisse. Mos enim invaluit apud Sacras Congregationes, quum Supplices porriguntur Libelli, quorum postulata, et demerites nihil novi discutiendum offerunt, ac demeriones antea actas respiciunt, illis rescribi sub datum diei Congregationis praecedentis, licet post aliquot dies, atque etiam mensem praeces receptae fuerint. Id ipsum evenit in praesenti casu. Et quidem si Eminentiae Vestrae libuerit ipsa responsa cum adductis Decretis conferre, statim res omnis liquido patebit, ad ingenuitatem, probitatemque Episcopi Canonici dignoscendam.

Attamen quum ad eundem responsa pervenisent post adeptam Canonici possessionem, maiori pressus angustia, dum refragari timet Sacrae Congregationis Decretis, vel abnuere Capitali studiis, iterum Sacram Congregationem adivit postulans: Num ad vitandam quamlibet controver-

siam sibi liceret, posthabitis Decretis, prosequi eodem modo, quo Canonici possessionem fuerat adeptus. Eminentissimi Patres in Ordinaria Sacrorum Rituum Congregatione habita die 17. Augusti ad Quirinale, dubia eadem in Eminentiae Vestrae obsequium rursus exponenda curarunt, atque intellexerunt responsa decerpta esse ex Decretis iamdudum editis ab eorum Antecessoribus in Sacra Congregatione, ac Summorum Pontificum auctoritate confirmatis, quibus adhaeret constans omnium Urbis etiam Patriarchalium Ecclesiarum praxis, et consuetudo. A veterum itaque Decretorum sensu minime declinare, immo Episcopali characteri, ac dignitati consulere (quemadmodum antiquitus statutum fuit), Eminentissimi Patres unanimes censuerunt, et id ipsum, expleta per R. P. D. Secretarium Sanctissimo relatione, Eminentiae Vestrae per praesentes officiose nunciare. Sanctitas Sua eidem Secretario audientia sub infrascripta die impertita, omnibus rei circumstantiis perceptis, commendavit plurimum, ut Eminentiae Vestrae per Litteras Sacrae Congregationis mens panderetur; cui Summus Pontifex accedens robur adiungit, atque haec potissimum est: ut auctoritate et eloquio, quo pollet Eminentia Vestra istius Metropolitanae Canonicos Religione, Pietate, ac titulis omnibus illustres hortetur, et suadeat ad benigniorem animum erga Collegam Episcopum Zoppi induendum, et ad Decreta Sacrae Congregationis exequenda, quam a praeis temporibus ab eiusdem Metropolitanae Capitulo saepe de sententia rogatam fuisse constat ex pluribus postulatis, et Liturgiae dubiis exhibitis, ipsumque Capitulum libentissime recepisse responsa, et solutiones, atque huiusmodi Decretis, tamquam Sedis Apostolicae oraculis, obsequium praestitisse, quod et praestare in praesenti casu, in quo agitur de praecedentia Episcopi in dubium non revocabit, maxime quum praecedentia isthaec proprio istius Metropolitanae Ritui nihil detrahat, quum honor Episcopis exhibendus universam Ecclesiam respiciat: permulta sunt iamdiu lata de Episcoporum praecedentia Decreta, atque huius constanter servatae praecedentiae in Capitulis Urbis et vetera et recentiora extant exempla; adeo ut si contigerit Episcopali Dignitate insigniri Sacerdotem aliquem ex coetu in stationibus inferioribus Chori sedentium, verbi gratia inter Beneficiarios, statim superius ascendat, et Praelatio habitu indutus, Crucemque pectoralem gestans, et ante Canonicos locum obtineat, ac in solemnioribus Functionibus, in quibus capitulares Sacris utuntur indumentis, Pluviali, ac Mitra ornatus assistat. Hoc in primis

servari in Basilicis Patriarchalibus Urbis comper-  
tum est, a quibus totius Orbis Christiani Ecclesiae  
exempla desumere in pretio habent. In ipsis enim  
Patriarchalibus Basilicis augustissimas Functiones  
per annum peragit Summus Pontifex, qui ideo  
ab excelso Apostolico Solio, omnia quae ad cul-  
tum, Ritusque Sacros pertinent ob oculos habet,  
et Ecclesiasticae Hierarchiae gradus omnes in suo  
conspetu propriis decoratos insignibus circum-  
stantes intuitur. Quapropter exoptat Sanctitas Sua  
tam laudabilem morem servari a celebri istius Me-  
tropolitanae Capitulo, cuius perspecta habet erga  
Sedem Apostolicam devotionis, et obsequii argu-  
menta. Ac pergratum accipiet conciliatis animis,  
Episcopum Titularem Canonicum Zoppi praecedentia  
fuisse donatum, quod quidem turbare nequit  
peculiarem istius Metropolitanæ Ritum, ac  
debet Episcopalem Dignitatem, et cum praecedentia  
eidem restitutam conscientiae quietem, nec  
non amissa emolumenta, quum ipse abstinerit  
a Choro veritus Sacrae Congregationis perfringere  
Decreta, quae ubicumque floret Catholica Religio,  
servantur, ac recoluntur.

Haec omnia Eminentiae Vestrae significare me  
oportuit, ut Sacratissimi Principis mandata per-  
ficerem, et Sacrae Congregationis mentem com-  
municarem, quod sedulo adimplens Eminentiae  
Vestrae manus humillime deosculor. Romae 23.  
Augusti 1833.

4717. ORD. REF. EXCALCEAT.

SS. TRINITATIS

REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

R. P. Fr. Joseph a Sancto Francisco Pro-  
curator Generalis Ordinis Reformatorem Excal-  
ceatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis  
Captivorum probe sciens nonnullos, qui praedicto  
in Ordine aliquas pro Divino Officio rite persol-  
vendo regulas tradidere, nec semper inter se, nec  
cum quibusdam declarationibus Sacrorum Rituum  
Congregationis convenire, et cupiens, ut quoad  
ferri possit omnes uno ore, et uno sensu divinas  
concelebrent laudes, Sacrae eidem Congregationi  
sequentia dubia humiliter proposuit, ac suppliciter  
petiit eorum firmam resolutionem, ut nemo deinceps  
opinione alicuius privati Auctoris decipiatur,  
nec se tueri audeat. Dubia autem sunt:

Quum ex variis Decretis iam constet Regu-  
lares utriusque sexus etiam Ordinario subiectos,  
uti non posse Calendario Dioecetano sine conces-  
sione Apostolica, nec sine eadem posse recitare  
Officia pure Dioecesana praeter illa Patroni prae-  
cipui Dioecesis, vel Oppidi, ubi morantur, et Ti-  
tularis Ecclesiae Cathedralis ritu quidem primae

Classis, sed sine Octava, de qua neque ad libitum  
quidem agere valent; et quando morantur in Ci-  
vitate etiam Dicationis Ecclesiae Cathedralis  
Festum, si fiat ab illius Clero, sed solo ritu se-  
cundae Classis, et pariter sine Octava, ac demum  
Festum, quod sit de praeepto in Oppido aut Dioe-  
cesi; quaeritur idcirco declarari:

1. An in Hispania possint Regulares ex vi  
Bullae Gregorii Papae XIII. *Pastoralis officii  
cura*, ut aliqui praetendunt, recitare sine alia  
concessione Officia de Sanctis, qui aut illius Dioe-  
cesis sunt naturales, aut aliqua eorum insignis  
Reliquia asservatur?

2. Utrum si in aliquo Conventu fiat Officium,  
de cuius particulari concessione non constat, nec  
facile sciri potest, continuari valeat consuetudo  
immemorabilis, dummodo sit Sanctus canonizatus,  
et praecipue quando accedit particularis Populi  
devotio, aut ritu classico celebratur?

3. Quum in Breviario Romano duplici in loco,  
nempe in notandis pro concurrentia Officii, et  
Rubrica IX. num. 11. describatur constanter hic  
ordo in faciendis commemorationibus, ut videlicet  
de Duplici fiat ante Dominicam, de Dominica  
ante Semiduplicem etc. quaeritur an praedictus  
ordo semper, et absque ulla exceptione servandus  
sit tam in occurrentia, quam in concurrentia, et  
Duplicia, aut dies octava sint simplificada, et Do-  
minica sit ex maioribus seu primae aut secundae  
Classis in occurrentia, sed ritu semiduplici?

4. An omnes Octavae in Festis Domini certo  
habendae sint tanquam duplicia maiora etiam in  
concurrentia, sicut illae expressae sunt in Bre-  
viario, et pro Octava Sanctissimae Trinitatis iam  
decretum est?

5. An consuetudo, quae semper observata est  
in eodem Ordine in Responsoriis videlicet Le-  
ctionum, quae habent duplicem Asterischem non  
repetendi nisi primum post Versum, sit conti-  
nuanda utpote conformior ritui Breviarii Romani,  
ut videre licet in Dominica prima Adventus, quae  
est veluti norma pro aliis diebus, et dispositioni  
Ritualis Romani, et ipsius Breviarii in Respon-  
sorio *Libera me Domine* pro Defunctis, quod se-  
quuntur etiam qui sunt contrariae opinionis non  
satis sibi consulentes?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu  
sub infrascripta die ad Quirinale coadunata, audita  
relatione ab me infrascripto Secretario facta, re-  
scribendum censuit:

Ad 1. « Ponatur in Folio. »

Ad 2. « Servetur Decretum in una Ordinis  
Reformatorem Sancti Francisci diei 1. Ian. 1755.

Ad 3. 4. et 5. « Serventur Rubricae. »  
Atque ita rescripsit, et servari mandavit. Die  
17. Augusti 1833.

4718. ORD. S. IOANNIS DE DEO.

R. P. Fr. Ioseph Maria Aquillon Sacerdos  
Ordinis Sancti Ioannis de Deo, ut uniformitas  
servetur in Divinis persolvendis Officiis, Sacra-  
mentorumque administratione, Sacrorum Rituum  
Congr. sequentia Dubia enodanda proposuit.

1. An liceat Superioribus eiusdem Ordinis  
Laicis deferre Thuribulum coram Sanctissimo Sa-  
cramento in Processionibus, etiamsi fuerit copia  
Sacerdotum, quibus pro sua dignitate pertinere  
videtur, et an hoc ministerium exerceri debeat  
absque superpelliceo, et cum solo habitu? Primum  
praescribit Rituale, sed adest abusus in contrarium.

2. An in Vesperis solemnibus etc. Provincia-  
lis, vel Superior localis praecedere, et praesidere  
debeant, quum sint Laici, Sacerdoti et Ministris  
in vestibus sacris? Et an in dictis Officiis primam  
Antiphonam intonare debeant tales Superiores,  
vel Sacerdos et Ministri? Non est hoc bene ex-  
pressum in Rituale, et ad vitandas lites neces-  
saria fit explicatio.

3. An adsit praeceptum utendi Stola violacea  
in administratione Sacramenti Poenitentiae?

4. An omnes Sacerdotes indiscriminatim uti  
possint Galero vulgo *Berretta* quum a Sacristia  
discedunt pro Missa celebranda et in aliis exer-  
citiis, praesertim vero an liceat Religiosis Sancti  
Ioannis de Deo, qui Parochi sunt omnium infir-  
morum in suis hospitalibus iacentium? Utuntur  
eo in quibusdam Provinciis, minime vero in aliis.

5. An liceat ubique terrarum in simbriis, et  
manicis Albarum, et aliarum vestium sub velo  
transparenti fundum rubrum mittere, vel an sit  
privilegium peculiare Italiae, Hispaniae etc.

Et Sacra eadem Congregatio sub infrascripta  
die in Ordinario Coetu ad Quirinale coadunata,  
ad relationem per Secretarium factam, rescriben-  
dum censuit.

Ad 1. « Servetur consuetudo. »

Ad 2. « Negative. »

Ad 3. « Servetur Rituale Romanum. »

Ad 4. « Non licere absque Indulto. »

Ad 5. « Negative. »

Atque ita rescripsit. Die 17. Augusti 1833.

4719. OPPIDI DE-LAUREA.

Blasius Lentini Archipresbyter et Parochus  
primariae Ecclesiae Deo in honorem Sancti Nicolai  
Episcopi dicatae Oppidi De-Laurea considerans  
Caput de Exequiis §. V. Ritualis Romani, ac di-  
spositionem Missalis, quod suo loco assignat Mis-

sam in die obitus, seu depositionis Defuncti, atque  
internoscens Rubricistarum omnium sententiam  
asserentium hanc Missam canendam esse, ut locus  
illi fiat in diebus festis, vel ritus duplicis, ratus  
est pauperes defunctos, quibus vires non suppetunt  
pro obtinenda Missa Solemni *de Requie* in die  
depositionis, inferioris esse conditionis respectu  
divitum; propterea ne hoc peculiari ritu ab Ec-  
clesia statuto priventur, concedendum esse, ut pro  
defunctis pauperibus Missa a Rituali recensita die  
praescripta legi etiam valeat in diebus festis, et  
ritus duplicis, atque ad hoc Indultum obtinendum  
Sacrorum Rituum Congregationi humillime sup-  
plicavit. Et Sacra eadem Congregatio ad Quiri-  
nale sub infrascripta die in Ordinario Coetu coa-  
dunata, audita relatione ab infrascripto Secretario  
facta, omnibus rite consideratis, praesertim De-  
cretis sa. me. Alexandri Papae VII. rescribendum  
censuit: « Negative, et serventur Rubricae. »

Atque ita rescripsit. Die 17. Augusti 1833.

4720.

BOSANEN.

Parochialis Ecclesia Oppidi cui nomen vulgo  
Cuglieri Dioecesis Bosanen. recens, de anno scilicet  
1810., ab sa. me. Pio Papa VII. Collegiatae  
titulo insignita fuit, et Litterarum Apostolicarum  
exequutionem Reverendissimo Bosanen. Episcopo  
ceu Apostolico ad hoc Delegato commisit, qui  
hoc speciali munere honestatus ipsammet Parochia-  
lem in Collegiatam erexit. Dum Sacris ibidem  
Episcopus daret operam, factum est, ut a novo  
Capitulo Sedes illi Pontificalis, et Solium de more  
attolleretur, ac rebus omnibus ad exitum deductis  
Bosam remeavit, quin ob eius discessum Cathedram  
Episcopalem ab Ecclesia Collegiata Capitulum  
amoveret. In cuius rei notitiam ubi post ali-  
quot annos ventum est, numquam destitit Episcopus  
Canonicos Collegiales hortari, immo etiam iussu  
cogere ne diutius sinerent Sedem Episcopalem, et  
Solium in illorum Ecclesia conspici; sed frustra:  
imperanti siquidem Episcopo acriter restiterunt  
dictitantes consuetudinem, licet paucorum anno-  
rum, sibi liquido suffragari. Quare quum nulla  
iam spes Episcopo superesset futurum ut aliquando  
reluctantes suae parerent auctoritati, Sardiniae  
Regni Vice-Regem in opem imploravit, qui in-  
vitos Canonicos ad obedientiam adegit. Interim  
vero Episcopus Sacrorum Rituum Congregationi  
sequentia Dubia enodanda proposuit, ut ex huius  
certo iudicio quid in posterum sibi agendum sit  
innotescat.

1. An Cathedram, et Solium ob Episcopi ad-  
ventum in Collegiata Ecclesia suae Dioecesis ere-  
ctum, illo quoque absente, et in suam residen-

tiam reverso in eadem Collegiata Ecclesia retinere liceat?

2. Num in adductis rerum circumstantiis ob consuetudinem generalis lex alicui exceptioni subiciatur?

Et Sacra eadem Congr. in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata, perpensis libratisque omnibus, praesertim iis quae iam sancita fuere per Decreta in Ugentina diei 23. Iulii 1661. et in Naulen. diei 11. Iulii 1711.

exquisitio etiam Voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandito, prae-loque cuso, ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Dom. Cardinalis D. Placidi Zurlo Pontentis, respondendum censuit: « Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, nimirum ad primum negative: ad secundum, legem generalem in casu nulli subici exceptioni. »

Et ita decrevit, et servari mandavit. Die 26. Aprilis 1834. (1)

(1) *Votum autem ab altero ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris exaratum, prae-loque cusum, est tenoris sequentis, nimirum.*

Em̄i, et Rm̄i Patres.

Ab ipsis Ecclesiae incunabulis sanctissime cautum est, ne par esset omnibus vel locis vel personis honor, sed pro vario uniuscuiusque munere, ac dignitate diversa quoque insignia, et honores singulis haberentur. Quae sane agendi ratio fovendae fidelium pietati, peculiari Templi alicuius sanctitati verendae, externi denique cultus, concinna quadam ipsius varietate, pulchritudini amplificandae, mirifice consultit. Dolendum vero est, sapientissimum hocce Ecclesiae consilium saepius frustrari homines qui de suo potius, quam de Religionis honore solliciti, statutum invertunt ordinem, aliena sibi vindicant iura, usurpant privilegia; ex quo dissensiones, ac iurgia inter Sacros Ecclesiae Ministros miserrime oriri quotidiana experientia docemur.

Huiusce rei exemplo sit, quod in sua Dioecesi contigisse scribit Bosanensis Episcopus, a Vobis, Eminentissimi Patres, expostulans, ut quaestio per se non adeo extricatu difficilis irrefragabili huius Sacrae Congregationis iudicio penitus dirimatur.

Est in Sardiniae Regno, Bosanensis Dioeceseos pars exigua, oppidum vulgo *Cagliari*, Ecclesia Parochiali, et Collegiata recens insignitum. Illuc scilicet Anno 1810. s. r. Pius VII. Bosae Episcopum misit, ut Apostolici Delegati munere honestatus Ecclesiam ipsammet Parochialem in Collegiatam erigeret. Ibi cum forte Episcopus Sacris daret operam, factum est, ut a Capitulo sedes illi Pontificalis, et Solium de more attolleretur. Rebus ad exitum deductis Bosam remeavit, quin ob eius discessum Cathedram Episcopalem ab Ecclesia Collegiata Capitulum amoveret. In cuius rei notitiam ubi post aliquot annos ventum est, nunquam destitit Episcopus Canonicos Collegiales hortari, imo etiam iussu cogere, ne diutius sinerent sedem Episcopalem, et Solium in illorum Ecclesia conspici; at frustra. Imperanti siquidem Episcopo acriter restitere, dietitantes, paucorum annorum consuetudinem sibi liquido suffragari. Quare cum nulla iam spes Episcopo superesset futurum ut aliquando reluctantes suae parerent auctoritati, Regni Vice-Regem in opem imploravit, qui invitos Canonicos ad obediendum adegit. Interim Episcopus iudicium Vestrum expectat, ut quid sibi in posterum agendum sit, innotescat.

Quoniam vero R. P. D. huius S. C. Secretarius mihi munus commisit hae super re nonnulla disserere, dicam breviter quid sentio, neque enim pertractatio isthaec, si quid modo video, eius naturae est, ut possit in longum sermonem me revocare. Tota siquidem quaestio in eo sita videtur, utrum.

#### DUBIUM I.

Num Cathedram, et Solium ob Episcopi adventum in Ecclesia Collegiata suae dioecesis erectum, illo quoque absente, et in suam residentiam reverso, in eadem Collegiata Ecclesia retinere liceat?

#### DUBIUM II.

Num in adductis rerum circumstantiis lex generalis alicui exceptioni subiciatur?

Non est autem cur in prioris dubii solutione diutius immoremur. Si quis enim paullisper vel ad Cathedrae Episcopalis institutionem, vel ad praxim in Ecclesia nullo non unquam tempore servatam, mentem advertat, facere quidem non poterit, quin deprehendat memoratos nuper Canonicos

4721.

ALBANEN.

Kalendis Octobris anni 1814. facultas facta est ab hac Apostolica Sancta Sede Sodalitati Sutorum Civitatis Albanen. quotannis Festum cum

Missis instituere in honorem Sanctorum Martyrum Crispini, et Crispiniani. At quum in ordinandis huiusmodi Missis interdum nonnullae difficultates inveniantur, ad ambiguitatem omnem

longo in errore versari. Quid enim, quaeso, causae est, quamobrem Sedes Episcopalis vel ab ipsis Ecclesiae primordiis Cathedra nuncuparetur, nisi quod illam ascendat Episcopus, ut populum doceat, oves sibi concreditas ex eminentiori loco despectet, et rursus ab iisdem suspiciatur? Nec certe aliter sibi voluit Antiquitas, dum Sedem Episcopalem multis gradibus elevandam iussit, ita quidem, ut modo illam *sublimem thronum* appellet S. Gregorius Nazianzenus, modo in *allissimo loco posita* describatur ab Eusebio Hist. Eccl. Lib. VII. quibus apprime concinit Prudentius Hymno, quem in Sancti Hippolyti Martyris laudes conscripsit, ubi Cathedrae eminentiam ex eo repetit, quod inde Episcopus populum alloquatur.

- Fronte sub adversa gradibus sublime Tribunal.
- Tollitur Antistes praedicat unde Deum.

Atqui nemo unus inficias iverit haec omnia praesentem supponere Episcopum. Quomodo enim absens Populum alloquatur, Deumque praedicet? Cum igitur hisce de causis Cathedra Episcopalis invecta fuerit, cumque haec necessario Pastoris praesentiam efflagitent, ratio ipsa vult, ubi desit Episcopus, nil prorsus esse, quamobrem in qualibet demum Ecclesia, Cathedrali seclusa, fixa, ac permanens illi Sedes colloceatur.

At enim: in Parochiali Collegiata Ecclesia elata olim Sedes Pontificalis fuit. Quid ergo? num inde ius Capitulum acquisivit eandem perpetuo retinendi? Adveniente, nimirum, Episcopo merito extructa est, ast eodem alio abeunte, inique retinetur. Omnes etenim norunt, reliquis Episcoporum privilegiis illud quoque adcerseri, quod in omni Diaeceseos parte, praesertim vero in Collegiatis Ecclesiis, dum solemniter vel Sacra peragunt, vel Sacris intersunt, iure suo queunt sub solio Pontificali sedere. Hoc tamen privilegium ita Episcopo personaliter adhaeret, ut simul ac alio se conferat, nefas omnino sit Cathedram in Ecclesia, licet Collegiata, fixam immotamque persistere. Utriusque rei indubia proferam documenta. In Authentica Collectione Decretorum S. R. C. legere est: Episcopum Grossetanum condesuisse certis Anni temporibus, ut aëris beneficio frueretur, in Oppido suae Dioeceseos commorari, unde a Plebano illius Ecclesiae praeter alia obsequia, hoc insuper sibi ab eo praestandum S. R. C. supplicaverit: *erigendi in eadem Ecclesia Sedem Pontificalem cum Baldacchino*. Et S. C. respondit: *Episcopo competere*. Episcopo, inquam: privilegium siquidem est, quod illum indivisim, ut ita dicam, comitatur, quin unquam in Ecclesiam dimanet, in quam fortuito, vel etiam integrae Dioeceseos visitandae ergo semel advenerit.

Hinc intelligitur cur Matrix Civitatis Ecclesia, ubi residet Episcopus, *Cathedralis* dicatur. Id enim obtinuit ob singulare privilegium, quo ab reliquis totius Dioeceseos Ecclesiis discriminatur. Cum enim in istis Sedes Episcopalis tamdiu perduret, quamdiu apud eas Episcopus degit, illa ex adverso perpetuo Cathedrae Pontificalis honore cumulatur. Hinc apud vetustissimos Ecclesiae Scriptores nullibi *fixa* Sedes occurrit nisi ubi Episcopus resideret. Pro omnibus sufficiat Eusebius Hist. Eccl. lib. VII. qui refert Thronum, seu Cathedram S. Iacobi Apostoli, primi Hierosolymorum Episcopi, adhuc suis temporibus Hierosolymis extasse — quam Episcopi, qui illic ordine successerunt, permagno aestimant. — Quoniam vero Sedes numquam auferebatur, hinc in hemicyclo absidis Templi erat parieti affixa, lapidea, gradibus elata, quemadmodum cum in aliis, tum praesertim in Basilica S. Clementis in praesentiarum quodlibet videre est, quae Summorum Pontificum venerationem, et curas sibi perpetuo vindicavit. Illic enim ex Cathedra, quae conspicitur, bis Homeliam habuisse dicitur S. Gregorius Magnus, et memoriae proditum est frequentissime illuc Romanos Pontifices ad sacra peragenda convenisse, ut ex pluribus constat Antiquitatum monumentis, quae penes Mabilionium, aliosque in unum congesta reperiuntur. Aliquid simile de minoribus Dioeceseos Ecclesiis afferri nequaquam poterit. Scio hoc momentum nega-

e medio tollendam, statuendumque quid in posterum omnino servandum, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia proposita sunt, nimirum.

1. An in Missis lectis celebrandis in honorem Sanctorum Martyrum Crispini, et Crispiniani apponenda sit Commemoratio Officii occurrentis, ac aliae etiam Commemorationes in Calendario Dioecesano appositae?

2. An in fisdem Missis apponenda sit commemoratio de infra Octavam Sanctissimi Redemptoris cum *Credo*, et Praefatione de Cruce, quum Sanctorum Martyrum Festum semper incidat infra Octavam Sanctissimi Redemptoris, quod quidem Festum in Calendario Albanen. gaudet ritu duplicis secundae Classis cum Octava?

3. An quod praescribitur pro Missis lectis, locum habere queat etiam in Missa solemnī?

tivum esse; at cum in alienae sententiae patrocinium positiva desint argumenta ad rem demonstrandam non parum inservit.

Neque ullum profecto negotium facessit aequum Episcopo ius esse sive in Cathedrali, sive in Collegiata Ecclesia Solio Pontificali uti. Perperam enim inde concluderetur, eidem, Sacris non interest, in Ecclesia Collegiata fixam sedem Episcopalem collocandam fore. Cum enim istud Antistitum privilegium non in Collegiatis modo, sed et in reliquis totius Dioeceseos minores Ecclesias extendatur, unaquaeque pro lubitu posset Cathedram Pontificalem attollere, eamque perpetuo apud se retinere, quod nemo sanus dixerit.

Quid vero si huiusce Sacrae Congregationis Decreta in hisce negotiis alias edita in memoriam revocemus? Legatur, quaeso, *Ugentina* die 23. Iulii 1661. Ex ea constat, defunctum Episcopum, Lanfrancum nomine, in Collegiata Ecclesia Terrae vulgo *Specchie*, in qua residebat, Sedem Episcopalem erexisse; Capitulum insuper, et Canonicos, ubi Episcopus e vivis discessit, a S. R. C. petisse, Cathedram a Canonicis eiusdem Collegiatae removeri, ne duae Cathedrae in una tantum Dioecesi erectae reperirentur. Et S. Congregatio, *Vicario iniungi* mandavit, ut praedictam Sedem amoveri, et in loco abdito servari praecipiat. Quod si S. R. C., deficiente Episcopo, Collegiatam *Specchie* Ecclesiam Cathedrae privilegio spoliata declararit, quamvis Terram illam Episcopus in suam Residentiam elegisset, quanto magis id pronuntiasset de Ecclesia Collegiata Bosanensis Dioeceseos, ad quam Episcopus Pii VII. iussu convolvit, cum mente ex ea discedendi, simulac missionis scopum adimplevisset?

Neque minus id evincit quod in eadem Collectione occurrit. Quaesitum enim fuit: an Episcopus Naulen. posset in qualibet suae Dioecesis Ecclesia Cathedram Episcopalem erigere cum Baldacchino, etiam tempore, quo *Episcopus non residet*, et functiones Episcopales in dicta Ecclesia non exercet, maxime si parum distet, nempe per milliarium circiter ab Ecclesia Cathedrali. Et S. R. C. censuit respondendum iuxta votum, nempe *negative*, et ita declaravit, et decrevit die 11. Iulii 1711.

Quae sane eiusmodi sunt, ut rem omnino conficiant, viamque sternant ad prioris dubii responsionem. Cum enim Cathedrae institutio unicam in universa Dioecesi Episcopalem Sedem admittat; cum singulari hoc privilegio tantummodo Cathedrales Ecclesiae potiantur; cum Sacra haec eadem Congregatio minoribus Ecclesiis idem sibi ius postulantis se adversam ostenderit, priori dubio respondendum videtur: *Negative*.

In altero, quod expendendum mihi metipsi proposui, brevius quoque me expediam. Canonici siquidem Oppidi vulgo *Cuglieri*, consuetudinem quamdam obtrudunt. At quamnam, rogo? Quae scilicet paucorum annorum ambitu continetur. Uteumque tamen hoc sit, ut nunc non in magno ponam discrimine, illud certum exploratumque est, nullam prorsus consuetudinem, licet diuturnam, Privilegii vim habere, et Ius inducere, nisi quae sit *rationabilis*. Atqui consuetudo, qua memorati saepius Canonici innituntur, praecipua hac dote destituitur. Et vero, quomodo rationabilis habenda erit consuetudo illa, ex qua plura, eademque maximi momenti in Ecclesiarum privilegia, in Episcopi auctoritatem, in Ecclesiae praxim damna, atque incommoda proficiscuntur? Ut enim praeterritam istam Canonicos Collegiales, Ecclesiae cui inserviunt decori plus nimio consulentes, iniuria invexisse; haec Cathedralibus Ecclesiis peculiare ius adimit; hinc exortae reliquorum querimoniae, hinc iubentis Epi-

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata, omnibus mature perpensis, auditaque relatione ab infrascripto Secretario facta, rescribendum censuit.

Ad 1. « Negative in omnibus. »

Ad 2. « Affirmative in omnibus. »

Ad 3. « Negative, sed in Missa solemnī dicitur Symbolum *Credo*, et Praefatio de Cruce. »

Et ita sancivit, et servari mandavit. Die 26. Aprilis 1834.

4722. CUSENTINA.

Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicarunt Parochi loci vulgo Melito Dioecesis Cusentinae quatenus dignaretur mentem suam aperire super Dubio quod enodandum eidem proponunt conceptum ut sequitur: An Sacerdos simplex, seu ad titulum Patrimonii ordinatus possit in Ecclesiis Parochialibus, vel Filialibus, vel Ruralibus Missam cum cantu vel de Sancto, vel de *Requie* celebrare in diebus festivis, vel feriabilibus, invito, et contradicente Parocho, et postea facere absolutionem prout de more?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, propositoque dubio mature considerato, rescribendum censuit: « In Ecclesiis Parochialibus, et Succursalibus requiritur consensus Parochi, in aliis Ecclesiis consensus Rectoris. » Die 26. Aprilis 1834.

4723. IMOLEN.

Quaestio orta quum sit inter nonnullos de Clero Imolen. an liceat Missam celebrare, quin in Sacra Hostia appareat Imago Iesu Christi Crucis affixi? eaque ad Sacrorum Rituum Congregationem deducta, haec in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata, referente R. P. Secretario, respondit: « Servetur consuetudo. » Die 26. Aprilis 1834.

4724. NULLIUS FARFEN.

Sacrorum Rituum Congregationi humillime exposuit Sacerdos Angelus Fiordiponte Archipre-

sbyter, et Parochus Collegiatae Ecclesiae Sancti Laurentii, et Sanctae Mariae Novae Oppidi vulgo Toffia Nullius Farfen., ex antiquo more Archipresbyteros memoratae Ecclesiae consuevisse in omnibus Ecclesiasticis Functionibus, nimirum in Choro, in Processionibus, in administratione Sacramentorum uti Stola, quam quidem consuetudinem ad haec usque tempora hodiernus Parochus servavit. Verum quum in praesentiarum ab huiusmodi pacifica possessione deturbetur, optimum duxit nihil immutare, inconsulta hac Sancta Apostolica Sede; ac propterea a Sacra ipsa Congregatione enixe petiit declarari: an sibi liceat uti Stola in omnibus Ecclesiasticis Functionibus, quemadmodum semper servatum est, vel an debeat Stolam assumere tantum in administratione Sacramentorum?

Et Sacra eadem Congregatio sub infrascripta die ad Vaticanum in Ordinario Coetu coadunata, infrascripto Secretario referente, omnibus mature libratis, respondendum censuit: « Serventur Decreta, nimirum Stolam adhibendam solummodo in Sacramentorum administratione. » Die 26. Aprilis 1834.

4725. ORD. S. IOANNIS DE DEO.

Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit quidam ex Alumnis Ordinis Sancti Ioannis de Deo, nimirum.

1. An Superior memorati Ordinis, plerumque Saecularis, possit subdelegare suos Alumnos Sacerdotes pro benedictione Sacrae Supellectilis?

2. An Sacerdos celebrans in Ecclesia, in qua aliud peragitur Officium, possit se conformare tantum in Sacris Paramentis, et celebrare Missam respondentem Officio, uti ex. gr. si Officium recitavit de Martyre, et in Ecclesia fiat de Confessore, possit cum Paramentis albis legere Missam de Sancto Martyre?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die in Ordinario Coetu coadunata rescripsit: « Negative ad utrumque. » Die 16. Aprilis 1834.

scopi auctoritas spreta, neglecti denique ritus, et Ecclesiae Ministri vi saecularis brachii ad obsequendum coacti. Nemo tamen unus, inquiet, fortasse quispiam, per longum temporis spatium reclamavit. At quomodo, quaeso, poterat, cum huiusce ausus ignoratione premeretur? Caeterum ex iis, quae postmodum contigere, facile unusquisque valet coniectura assequi Episcopum, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis, id aequo animo passuros non fuisse, si rem ab initio compertam habuissent.

Quare videtur posse rescribi: *legem generalem in casu nulli subiici exceptioni.*  
Paucis Sententiam meam, Eminentissimi PP., aperui, quae iudicio Vestro libens subiciio, apud animum mihi proponens, ea, qua par est, veneratione prosequi quidquid a sapientia Vestra declarari, decernique contigerit.



4726. ORD. MIN. CONV.  
ARCHIDIOECESIS THEATINAE.

Sacrorum Rituum Congregationi supplicarunt humillime Alumni Ordinis Minorum Conventualium Civitatis Theatinae pro manutentione Privilegii, quo gaudent privato iure celebrandi Festum Sancti Antonii Patavini cum praecedenti quaestione eleemosinaria, a quo quidem Privilegio deturbantur in praesentiarum; nam contra Decreta a Sacra ipsa Congregatione alias prolata idem Festum cum quaestua praecedenti celebratur in Ecclesiis Saecularibus memoratae Civitatis. Antequam vero quidquam super re Sacra decerneret Congr. Reverendissimum Archiepiscopum Theatinum audiendum esse duxit pro informatione, et voto. Reverendissimus itaque Archiepiscopus, re diligenter examinata, comperuit nonnullis ab hinc annis eiusdem Festi celebrationem invecam fuisse in Ecclesia Deo dicata in honorem Sancti Antonii Abbatis, verum in Dominica infra Octavam Sancti Antonii Patavini, pro qua Dominica Indulgentia etiam concessa fuit ab hac Sancta Apostolica Sede. His positis, quae pro iniuncti muneris executione manifestanda duxit Reverendissimus Archiepiscopus, Sacra Rituum Congregatio sub infrascripta die ad Vaticanum in Ordinario Coetu coadunata, ad relationem infrascripti Secretarii, omnibus mature perpensis, accurateque consideratis, iuxta Decreta alias edita, ac praesertim in Uritana die 22. Martii 1710. decrevit: « Fratres Minores Conventuales manutendos esse in possessione celebrandi Festum Sancti Antonii Patavini die natali, vel Dominica infra Octavam, ac propterea in Ecclesia Sancti Antonii Abbatis Festum idem celebrandum Dominica post Octavam, iniuncto onere Parocho, vel aliis quibuscumque omittendi praecedentem quaestionem eleemosinarum. »

Atque ita rescripsit, ac in posterum servari mandavit. Die 26. Aprilis 1834.

4727. VINTIMILIEN.

Posteaquam Decimoseptimo Kalendas Aprilis superioris anni 1833. Sacrorum Rituum Congregatio nonnullis Dubiis propositis pro parte Reverendissimi Episcopi Vintimilien. quoad delationem sub Umbello, vulgo Baldacchino, Sacrarum Reliquiarum Sancti Secundi Martyris praecipui Patroni negativam protulit sententiam, nomine Corporis Civici eiusdem Civitatis iterum, ac tertio supplicatum fuit pro gratia, qua id saltem concederetur per Apostolicum Indultum. Sacra autem Congregatio, ad relationem per infrascriptum Secretarium factam in Ordinariis Comitibus ad Va-

ticanum hodierna die habitis, rescribendum censuit: « Negative, et servetur Generale Decretum. » Die 26. Aprilis 1834.

4728. ARETINA.

Magister Chori insignis Collegatae Ecclesiae Sancti Iuliani Confessoris in Oppido Castellionis Florentini Aretinae Dioecesis in Etruria Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XVI. Pont. Max. exposuit dictam Collegatam habere quotannis die 8. Maii solemniorum Festivitatem Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli sub ritu duplicis primae Classis cum Octava, ac praecepto audiendi Sacrum, et a servilibus abstinendi ab immemorabili, pro qua quidem festivitate Indulgentias etiam concessit sa. me. Nicolaus Papa V. de anno 1450. quae festivitas restricta non videtur Constitutione Urbani Papae VIII. *Universa*: quia est principalis quae celebretur non tantum in Paraeciis Oppidi, sed etiam extra Oppidum in tota ditione Communitatis. Praesenti anno 1834. die 8. Maii occurrit Festivitas Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, ex quo factum est ut dicta Collegata transtulerit Officium Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli ad diem immediate sequentem, translato ad aliam diem non impeditam Officio Sancti Gregorii Nazianzeni hac die occurrente, et Oratorem ita egisse ad exemplum Navitatis Sancti Ioannis Baptistae occurrentis cum Festo Sanctissimi Corporis Christi, ut haberetur in Generali Rubrica Breviarii de Translatione Festorum Titulo X. Quum autem modo dubitet an bene se gesserit, declarationem a Sanctitate Sua exposcit humillime etiam pro aliis circumstantiis in quibus idem Festum Apparitionis S. Michaelis Archangeli occurrat cum alia solemnitate.

Et Sacra Rituum Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata, ad relationem infrascripti Secretarii, rescribendum censuit: « Sine speciali Indulto non posse; sed eo in casu Festum Sancti Michaelis Archangeli quoad Officium transferendum iuxta Rubricas in primam diem non impeditam. » Die 16. Aprilis 1834.

4729. DUBLINEN.

Clerus Saecularis Dioecesis Dublinen. Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit pro declaratione sequentium Dubiorum, nimirum.

1. An Regulares intra fines degentes Archidioecesis Dublinen. teneantur recitare Officium Sancti Patroni alterius Dioecesis Archidioecesi Dublinen. unitae? Et quatenus affirmative.

2. An debeant hoc Festum celebrare sub ritu duplicis primae, aut secundae Classis?

Et eadem Sacra Congregatio ad relationem infrascripti Secretarii rescribendum censuit:

Ad 1. « Iuxta Rubricas, et Decreta alias edita teneri Regulares ad Officium praecipui Patroni Loci, in quo commorantur. »

Ad 2. « Iuxta eadem Decreta sub eodem ritu, sed sine Octava. »

Et ita rescripsit. Die 26. Aprilis 1834.

4730. DECRETUM GENERALE.

Quum ab Anno 1788. ad hanc usque diem Breviaria, Horae-Diurnae, Missalia, Officia-Parva Beatissimae Mariae Virginis, Officia Hebdomadae Maioris, Ritualia, aliaque id generis, quae denuo praelo mandantur, non amplius praeserant Reverendissimorum Ordinariorum Attestationes, quibus declararetur haec Exemplaria concordare cum iis, quae Romae sunt impressa, ad tramites Bullarum S. Pii V. Clementis VIII. et Urbani VIII. Summorum Pontificum, quae in fronte Breviarii Romani reperiuntur, Sacrorum Rituum Congregationi supplicatum fuit declarari « utrum etiamnum servari deberent recensitae Constitutiones Pontificiae, et an transgressores poenas inibi inflictas incurrerent »? Praesertim ex eo, quod in praesentiarum nullus superest dubitandi locus, quin emendata Exemplaria prae oculis in eusione haberentur conscientiae tum eorum, qui lucrum ex Liturgicorum Librorum venditione percipiunt, tum Ecclesiasticorum, qui illis uti debent, quum nullibi reperiantur hisce Attestationibus muniti, prohibere demum concedi, ut sine ulla dubitatione quis horum Librorum usum sibi permitti valeret. Et Sacra eadem Congregatio in ordinario Coetu ad Vaticanum sub die 7. Aprilis anno 1832. coadunata, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, omnibus mature perpensis accurate consideratis, rescribendum esse censuit, ac declarandum: *Pontificias Constitutiones in suo robore permanere, et abusum non esse tollerandum.* Huiusmodi Declarationi minime acquiescentes, qui primitus supplicarunt, et probe quum intelligant contra legem latam non esse aliquo conatu pugnandum, iterum tamen institerunt, quo traderetur modus et forma quoad usum eorundem Librorum, quin inflictas poenas ulla ratione quis in se convertat. Hisce precibus similiter ut supra relatis in altera Ordinaria Congregatione ad Vaticanum pariter sub die 16. Martii 1833. coacta Eminentissimi Patres Saeris Ritibus tuendis praepositi satius duxerunt super re iudicium differre. Coadunata demum apud Vaticanas Aedes iuxta morem eadem Sacrorum Rituum Ordinaria

Congregatio, in eaque iam tertio audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, omnibus accurate libratis, rescribendum ac decernendum censuit: *Detur Generale Decretum iuxta mentem.* Mens est, ut Ordinarii Locorum pro suo munere invigilent, ut denuo non eudantur supradicti Liturgici Libri sine Attestatione a Pontificiis Constitutionibus praescripta, et quoad illos, qui huiusmodi Attestatione destituuntur, et ab anno praesertim 1789. ac deinceps cusi fuerint, aliquod Exemplar ex supradictis examini probatae Personae Ecclesiasticae subiiciant, quae illud conferat cum iis, qui in Urbe iuxta morem sunt impressi (exceptis tum Breviario anno 1828. typis Contedini, ac Missali anno 1826. praelo De-Romanis cusi, in quibus nonnulla menda irrepserunt), acceptaque fideli relatione Revisoris, quando illud adamussim concordare cum praedictis inveniatur, suo Clero declarent ipsi Ordinarii Breviaria, Missalia etc. Illius impressionis perfecta esse, adeo ut illis licite et sine ulla dubitatione uti quis valeat. Ad praecludendam demum omnem viam dubitationis, tradendamque ipsis Ordinariis certam regulam, Typographi Romani deinceps ante impressionem horum librorum teneantur veniam a Sacra Congregatione impetrare, illiusque revisioni subiicere, et Attestatione eiusdem Secretarii munire. Atque ita declaravit, ac servari mandavit. Die 26 Aprilis 1834.

4731. OSTUNEN.

In Cathedrali non minus quam in nonnullis aliis Ecclesiis Dioecesis Ostunen. in Festo Sacratissimi Cordis Iesu assolet Missa Solemnis celebrari cum cantu ante Sanctissimum Sacramentum solemniter expositum. Hodiernus itaque Cathedralis ipsius Archipresbyter Sacrorum Rituum Congregationi supplicavit humillime ut declarare dignaretur: an in memorata Missa solenni de Sacratissimo Corde Iesu apponi debeat commemoratio Sanctissimi Sacramenti? et quatenus affirmative, an locum habeat sub unica conclusione?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale sub infrascripta die in Ordinario Coetu coadunata, omnibus mature perpensis, me infrascripto Secretario referente, rescribendum censuit: « Commemorationem in casu esse omittendam. » Die 6. Septembris 1834.

4732. PISANA.

Erni, e Rni Signori  
L'Arcivescovo di Pisa, Oratore Umilissimo dell'Eminenze Vostre Reverendissime, espone, che nella Sacra Ordinatione, che egli suol fare pontificalmente in tempo della Messa letta senza

canto, due Canonici assistono come Diaconi assistenti, e sono parati con Pianete piegate, o Dalmatiche secondo i tempi; l'Arcidiacono poi interviene semplicemente in abito corale per fare la parte che gli spetta, secondo il Pontificale. Ciò posto, egli propone a questa Sacra Congregazione i seguenti Dubbi, supplicando per una graziosa soluzione.

1. An duo Canonici assistentes parati ut supra induere debeant Dalmaticam, seu Planetam plicatam dumtaxat super Rocchetto cum Amictu, vel super Albam cum Amictu, cum Manipulis, et unus cum Stola Diaconali?

2. An interesse debeat Presbyter assistens in Pluviali?

3. An Archidiaconus uti debeat habitu dumtaxat Choralis, vel Dalmatica, aut Pluviali?

Et Sacra Rituum Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinale sub infrascripta die coadunata, omnibus mature perpensis, ad relationem per me infrascriptum Secretarium factam, rescribendum censuit: « Servetur Caeremoniale Episcoporum lib. 1. cap. 7. »

Atque ita rescripsit, et servari mandavit. Die 6. Septembris 1884.

4733.

#### LAURETANA.

Sacerdos Archangelus Polidori Canonicus itemque Choro Praefectus Basilicae Lauretanae humillimis datis precibus enixe supplicavit, ut a Sacrorum Rituum Congregatione declararetur utrum in Responsoriis post Lectiones quando duplex apponitur Asteriscus, dicto Versu, repetenda sint verba a primo asterisco ad versum usque, et post *Gloria Patri* repetitio incipere debeat a secundo asterisco ad versum usque, uti opinantur Cava-

lieri, et Merati; vel utrum prima repetitio post versum prosequi debeat a primo ad secundum asteriscum; servatis verbis a secundo asterisco ad versum usque pro secunda repetitione, veluti Rubrica ad praxim redacta praescribit in Responsoriis Dominicae primae Sacri Adventus, et in Responsorio: *Libera me Domine*, Officii Defunctorum, uti fieri assolet in Ecclesiis Urbis, ac servandum praecipit Orator in Basilica Lauretana, cuius sanctionis veluti praxi conformis, confirmationem exposcit. Huiusmodi precibus per me infrascriptum Secretarium relatis in Ordinariis Comitibus ad Quirinale infrascripta sub die habitis, reque mature perpensa, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi hodiernam consuetudinem in Choro Basilicae Lauretanae constitutam confirmarunt, ac proinde rescribendum censuerunt: « Dividatur, et reciteur Responsorium prout in Precibus. » Die 6. Septembris 1834.

4734.

#### ROMANA.

In Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus hodierna die ad Quirinale habitis, per infrascriptum Secretarium proposito pro opportuna solutione sequenti Dubio, nimirum: Utrum Canonici sacris induti Vestibus adhibere possint Chorum paratum vulgo *di damasco, seta, o velluto*, dum solemniter Sacra peragit Episcopus in sua Dioecesi, vel Cardinalis Titularis in propria Ecclesia? Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, re mature, diligenterque examinata, rescribendum censuerunt: « In Choro stabili non licere. » (1).

Atque ita servari mandarunt. Die 6. Septembris 1834.

(1) Ex ipso Caeremoniali Episcoporum eruitur iure datam a S. R. C. responsionem fuisse. Sane ea quae ornari vel possunt vel debent clare Caeremoniale indigitat vel praecipit, si de Choro silet, hoc ipsum silentium demonstrat omnem ornatum ab eo excludere voluisse. Verba quidem facit de ornatu Cathedrae vel Sedis Episcopalis, quomodo scilicet sit ornanda toto anni decursu, quomodo diebus solemnioribus, quomodo in matutinis Tenebrarum, et in Missis defunctorum. Item loquitur Caeremoniale de ornatu Sedium pro nobilibus atque illustribus viris, pro magistratibus ac principibus, easque dum iuxta Sacrorum Canonum praescripta laudabiliaque antiquae disciplinae documenta inde ab exordiis Christianae Religionis introductae ac longo tempore observatae, praecipit eas extra eorum esse colloandas, easdem pariter plus minusve pro cuiusque dignitate et gradu ornandas esse praescribit, nullum autem verbum quod Chori ornatum respiciat. Iam cur tam accurate Caeremoniale de his sedibus earumque loco et ornatu agit, nihil vero de ornando Choro habet, et altum de hoc silentium servat? Certe quia Chorum nullimode ornandum esse putavit, atque licet expresse non prohibeat, tacite tamen omnem ornatum Chori improbare dicendum est: et fortasse per eam quae intercedere debet differentiam inter Cathedram Episcopalem et Canonicorum aliorumque subsellia. At animadvertet fortasse aliquis: a S. Congregatione hi Chori fixi dicuntur, et ab his ornatus ex-

4735.

TARVISIN.

Reverendissimus Episcopus Tarvisinus Sebastianus Soldati Sacrorum Rituum Congregationi Eminentissimo, et Reverendissimo Domino Cardinali Praefecto sequentes dedit litteras, nimirum: Binas factorum species, quas modo sum expositurus, ea de causa iudicio, atque auctoritati Tuae subiiciendas curavi, Eminentissime, et Reverendissime Princeps, tum ut Te decernente, cognoscerem quid de iis sentiendum sit, tum ut ea augear potestate, qua me carere sentio.

Quaero igitur primo: an Episcopus licite possit extra actum dedicationis Ecclesiae immutare diem anniversarium dedicationis eiusdem, praecedenti Decreto iam constitutum, ac firmatum, eo quod experientia demonstravit Oppidanos Paroeciae non posse ad Ecclesiam convenire ob impedimentum illa ipsa die quotannis incidens? (1)

In casu negativo opportunam postulo facultatem.

Quaero secundo: An Episcopus successor rite illustrans pro munere suo pastorali Ecclesiam a

cluditur. An dantur Chori qui possunt ornari? Dantur utique, et per eam differentiam, quae est inter hos et Choros fixos possunt, ne dicam debent, quandoque necessario ornari. Sane evenit non semel ut Officia non in praecipuo, sed in alio aliquo peragantur Altari, in quo Chorus non adest; tunc necesse est ut scamna portatilia in eo ponantur, et cum his Chorus efformetur, haec autem cum persaepe viliori sint ex materia, et ut plurimum ex rudi ligno, si ornatu careant, indecora prorsus videntur, nec maiestati sacrarum actionum respondent. Ut igitur omnis deformitas vitetur, et decus omne in divinis celebrandis Officiis servetur, haec scamna, quibus hoc in casu constat Chorus, ornari possunt, immo et debent, et Sacra Congregatio tacite in his ornatum permittit per ipsam enunciationem in responsione positam nempe *Chori fixi*, a quo ornatum excludit. Et magna est differentia inter Choros fixos et scamna portatilia, in qua sita diversa ratio est vel ornandi, vel non. Scamna enim haec cum sint minus decora, ornanda sunt ob decentiam, quae debetur divinis rebus, et Ecclesiae.

Quae ratio haud quidem Choris fixis potest aptari: sunt enim semper ex praetiosa materia elaborati, et nonnulli tales sunt, ut de his dici possit materiam ab opere superari, quo in casu eos ornare idem fere esset ac aurum argento oblinire, vel plumbo aut stamno praetiosum aliquod metallum obtegere. Nullam proinde vim haberet ratio, quae deduci posset a scamnis portatilibus, quae ornari possunt ad Choros fixos ornandos, quod a S. Congregatione denegatum est.

(1) Dies ipse, quisquis is sit, quo Ecclesia quaevis consecratur, verus est et proprius dedicationis dies, et ipse dies, qui ab illius dedicatione primitus peracta singulis quibusque annis recurrit, proprius est et verus pariter dies anniversarius eiusdem dedicationis, eodem plane modo, quo dies Sancti alicuius natalis ille dicitur, qui ab illius ex hac vita in Coelum transitu in Calendario censetur: unde sicut dies natalis Sancti alicuius *ordinarie* non mutatur, ita nec dedicationis Ecclesiae proprius et verus recurrens dies in alium mutari nequit, nisi ab ipso Consecrante iusta de causa, sed actu ipsius consecrationis; (verum hoc vere loquendo, non esset vera et stricta, et quomodo in dubio exponitur, mutatio, sed potius assignatio diei ab illo, quo Ecclesia consecratur, diversi).

Itaque, extra ipsam consecrationem mutari dies dictus non potest, inconsulta Sede Apostolica, quae quidem difficillime, et nonnisi gravissimis mota rationibus ad id concedendum inducitur, de quo unum vel alterum reperiri poterit exemplum. Si Decretorum S. R. C. seriem pervolvamus, inveniemus S. hanc Congregationem hanc mutationem pene semper improbasse, et si quandoque concesserit ob peculiare rationes, semper etiam aliam mutationem prohibuisse, omnemque praecavisse, quae dari fortasse posset, Episcoporum nimiam libertatem, speciali apposita clausula. Ut res exemplis pateat S. R. C. facultatem quidem fecit Episcopo Recanatensi assignandi certum diem pro anniversario consecrationis Ecclesiae Cathedralis; at in casu particulari, a quo non infringitur universalis regula; hanc enim ei facultatem dedit, quia constabat quidem de Consecratione peracta, sed dies in ipsa consecratione assignatus pro illius anniversario ignorabatur; hac tamen apposita lege, quod in certa dies electus amplius mutari nequiret; sic respondit sub die 12. Martii anni 1640. In una pariter Recanatensi simili ferme in casu supplicantibus PP. Societatis Iesu pro assignatione alterius

Prædecessore suo ante annos multos dedicatam, licite possit iure ordinario prohibere, ne eadem Ecclesia in posterum duplici appelletur titulo in solemnni dedicatione usurpato, tum quia novit Curiam Episcopalem, ipsosque Oppidanos loci quinquaginta ferme annorum spatio unico tantum ti-

tulo usos fuisse in Ecclesia appellanda, altero relicto, tum quia certo scit ex duplici hoc titulo post annos sane multos adhiberi coepto, iurgia, discordias, simulationes secuturas esse cum Oppidanis alterius Paroeciae eiusdem Oppidi, quae eadem gaudet appellatione? (1)

diei ad celebrandum Consecrationis propriae Ecclesiae anniversarium per aliquot annos celebratum in die Pentecostes et postmodum intermissum, S. R. C. respondit (die 11. Nov. 1641.) diem certum per Episcopum statuendum esse, sed addidit, *qui semel electus amplius non possit mutari*. Hic autem est advertendum, quod pro concessione, de qua hic agitur, peculiaris etiam occurrebat ratio, nam per aliquot retroactos annos consecrationis anniversarium in die Pentecostes celebratum fuerat, qui dies ex iis est, quibus ex Rubricis interdicatur omnis celebratio alterius Festi, atque adeo etiam celebratio anniversarii dedicationis Ecclesiarum, et per hoc ipsum est, quod hic, alique huiusmodi dies pro Ecclesiarum consecratione minime sunt eligendi. Item in Bituntina reperitur S. R. Congregationem similiter respondisse, nam cum Capitulum exposuerit quod antiquitus ab immemorabili celebratum fuerit Officium Consecrationis Ecclesiae sub die 4. mensis Maii, et anno postmodum circiter 1679. Episcopus ad alterum diem, consecrato Altari maiore eiusdem Ecclesiae, praefatum dedicationis Officium transtulerit, nempe ad diem primam Septembris *contra Decreta S. R. C. et supplicarit (Capitulum) declarari, an dicta translatio deberet sustineri, vel potius remitti in praedictam diem 4. Maii, S. R. C. respondit negative ad primam partem, affirmative ad secundam*. Ex quibus omnibus responsionibus, ut cetera omittantur, quae adduci adhuc possent, eruitur diem semel assignatam pro anniversario dedicationis Ecclesiarum celebrando mutari non posse, nec in facultate Episcoporum esse, inconsulta S. Sede, hanc mutationem inducere, ac proinde Sacram Congregationem, data ut supra responsione, leges et ritus sapienter statutos, et certis validisque principiis et regulis innixos voluisse tectos sartosque manere, pro quibus tuendis ipsa est constituta.

(1) Dari quidem possunt plures Titulares unius Ecclesiae, licet ut plurimum unus esse soleat sub cuius nomine primitus aedificatur, et dedicatur Ecclesia. Hi autem si plures sint, vel sunt simul, nempe sub eorum simul nomine dedicatur Ecclesia, vel successive dati. Communis tamen usus is est omnium fere Ecclesiarum ut unicum habeant Titularem, et si plures sint, non nisi sub unius ratione agnoscantur, exceptis quibusdam, iisque raris exemplis, quae semper eas respiciunt Ecclesias, quae pluribus simul Sanctis fuerunt initio ab ipsa consecratione peculiari modo dicatae: cum vero Ecclesiae dedicatio non nisi vel in unius Sancti honorem, vel plurium sub ratione unius fieri consueverit, unaquaeque Ecclesia suam propriam appellationem ab ipsa sui dedicatione desumit. Plures, dictum est supra, dari posse Titulares successive ita ut Ecclesiae uni Sancto dicatae et ab illius nomine appellatae, alter Titularis addatur, a quo ipsa aliud nomen, sive relicto sive etiam retento priore, accipiat. Id tamen non ita frequenter, immo rarissime occurrit, et ob hanc causam solet evenire, quod nempe antiquiores illae primariae locorum Ecclesiae iam inde a praeis temporibus opera et studio primorum cuiusque sedis Antistitum erectae, iuxta veterem Ecclesiae morem ab ipsis Apostolis eorumque discipulis traditum, Sancto cuidam dicatae fuerunt, postmodum contigit, ut ii ipsi Antistites, qui eas rexerunt e vivis excessi in iisdem Ecclesiis quiescentes Sanctitatis fama et miraculorum gloria floruerint, et ita factum est ut populi, eorum ope implorata, subsidium in suis vel spiritualibus vel temporalibus necessitatibus experti, frequentissimo concursu eos sint venerati, eosque per hoc ipsum in Patronos etiam agnovissent, talesque communi omnium consensu revera evaserint. Quandoque etiam factum est ut ipsae Ecclesiae oblitterato apud ignarum saltem vulgum priori titulo, communi deinceps nomine ab his sint appellatae. Plura adduci de hoc exempla possunt, quae qui desiderat adire auctores poterit, qui fusa de hac materia pertractant.

At quocumque modo sint Ecclesiarum Titulares, vel ab ipsa Ecclesiarum dedicatione selecti et constituti, vel successive, ut supra adsciti, ac ut tales ab immemorabili tempore et universali po-

In casu negativo ad quaestiones, ac lites praecavendas etiam atque etiam postulo ut ex Apostolica speciali potestate mihi liceat ex duobus nominibus in dedicatione minus fortasse prudenter adhibitis, illud suppressere, quod longa Saeculorum possessione, ad alteram Oppidi eiusdem spectat Ecclesiam.

Huiusmodi instantia per me infrascriptum Secretarium relata in Ordinariis Comitibus ad Quirinale hodierna die habitis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, re mature perspecta, diligenterque examinata, rescribendum censuerunt: « Negative in omnibus. » Die 6. Septembris 1834.

4736. VIGLEVANEN.

Emi, e Rm̃i Signori.

Il Canonico Pietro Gilardini della Città di Vigevano divotamente espone, che in quella Cattedrale nel giorno del *Corpus Domini* nella consueta Processione si portò egli ad assistere Monsig. Vescovo in qualità di Diacono, come precedentemente nella medesima qualità lo aveva assistito nella S. Messa. Non mancarono alcuni oppositori, i quali pretendevano, che il Diacono, e Suddiacono della Messa non già, ma i due Diaconi assistenti dovessero eseguire quella Sagra Funzione. Ad evitare pertanto negli anni avvenire consimili contestazioni, che potrebbero provocare scandalo nel popolo, e fissare insieme una massima, colla

quale progredire senza errore, il supplicante umilmente implora l'oracolo dell'Eminenze Vostre Reverendissime. Che ec.

Sacra autem Congregatio Rituum audita relatione a Secretario facta in Ordinariis Comitibus ad Quirinale sub infrascripta die habitis, rescribendum censuit: « Servetur Caeremoniale Episcoporum lib. II. cap. XXXIII. num. 8. 17. 22. » Die 6. Septembris 1834.

4737. ALEXANDRINA.

Quum Sacrorum Rituum Congregationi sequens Dubium enodandum proposuerit Capitulum Cathedralis Alexandrinae Ecclesiae, nimirum: An ritus et formula dandi Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia Plenaria post Missam Solemnem iuxta formulam praescriptam Episcopis, substitui possit ritui, et formulae dandi Benedictionem solemnem iuxta Caeremoniale Episcoporum, dicto - Placeat -, adeo ut dicto - Placeat -, omissa Benedictione solenni, impertiri possit Benedictio Apostolica, ut supra? Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes sub infrascripta die coadunati ad relationem mei Secretarii rescribendum censuerunt: « Negative, et servetur ritus, ac forma in Rom. Pontific. praescripta. » Die 23. Maii 1835.

4738. AQUIPENDIEN.

Archipresbyter, et Clerus Oppidi vulgo Fanese intra limites Dioecesis Aquipendien. ad pro-

pulorum consensu et veneratione recepti, haud quidem licet, nisi accedat novae Ecclesiae dedicatio, Titularem mutare, et alium illi subrogare: nam, ut supra notatum est, unaquaeque Ecclesia ab illius Sancti nomine, cui dedicata fuit, suam accipit appellationem, et sicuti nova Ecclesiae dedicatio, stante integra priore Consecratione, inanis omnino est, quia inaniter consecratur quod execratum non evasit, ita inanis Titularis mutatio esset, relictis vel unico vel pluribus quovis modo constitutis, et alio illis subrogato: simul autem iniuriosa nimis esset haec Titularis mutatio cum nulla sit ratio alium prae illo inducere. Hinc est, quod si eveniat Ecclesiam aliquam dirutam iterum aedificari iterumque consecrari, non alio quam priori titulo dedicatur; aequum enim quam maxime est ut eodem nomine, quo alias, deinceps nuncupetur, quo ab ipsa prima sui erectione insignita fuit, illudque in nova consecratione iure retineat. Hisce positis quisque per se videt non aliter S. R. C. huic dubio nisi negative respondere potuisse, haec enim responsio principiis, praxi, et exemplis est maxime conformis, a quibus noluit declinare, nam vel in ipsa consecratione Ecclesia non unum sed duos, vel plures habuit Titulares; vel etiam successive iuxta modum expositum habuit, quocumque eos habuerit modo, is vel ii sunt vere et proprie Titulares, et iure retinendi sunt, ac proinde Episcopo non est facultas vel uno retento, alium subrogandi, vel ex duobus unum excludendi, sive iure ordinario nequit prohibere ne Ecclesia duos habeat Titulares, et duplici etiam appelletur titulo vel in solenni illius consecratione usurpato, vel etiam successive addito, hoc enim esset limites auctoritatis praetergredi, et iniuriam Sancto in Titularem recepto inferre, quod nefas esset. Si autem quaestiones et iurgia excitantur, Episcopi est ea tollere, animos componere, et Fideles de Ecclesiae legibus instruendo in officio retinere.

pellendam omnem ambiguitatem quoad celebrationem Festi praecipui Patroni, Sacrorum Rituum Congregationi supplicarunt humillime pro declaratione insequentium Dubiorum, nimirum:

1. An post electionem, et confirmationem Apostolicam Sancti Isidori Agricolae in Patronum Praecipuum memorati Oppidi de Anno 1815. factam, Incolae Oppidi ipsius teneantur adhuc ducere sub praecepto festivum diem nonum Novembris, in quo occur. Festum Dedicationis Sanctissimi Salvatoris, cuius sub titulo erecta reperitur Ecclesia matrix, uti antea fieri solebat?

2. Et quatenus non teneantur, an hoc Festum Titularis cum ritu competenti instituere debeant ipsa die IX. Novembris, vel potius Domi-

nica tertia Iulii, in qua Officium occurrit Sanctissimi Redemptoris?

Huiusmodi Dubiis per infrascriptum Secretarium relatis in Ordinariis Comitibus hodierna die ad Vaticanum habitis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus mature, accurateque perpensis rescribendum duxerunt.

Ad 1. « Non teneri. »

Ad 2. « Festum Titularis in casu esse Festum Transfigurationis Domini, iuxta Decretum in Varmien. diei 29. Novembris 1775. ac proinde octavo Idus Augusti instituendum. »

Et ita rescripserunt, ac servari mandarunt (1). Die 23. Maii 1835.

(1) Licet Titulus et Patronus inter se differant, non semel tamen unus cum alio confunditur, ex quo fit ut ex Rubricarum verborum vel nimis libera vel parum accurata interpretatione errores enascantur; breviter aliqua advertuntur ut inde pateat datae responsionis fundamentum. A tuendo Titulus suam ducit originem iuxta Varronem, et ad aliquid indicandum accipitur eo sensu, quo rem quaecumque cui inscribitur indicet quodammodo et tueatur.

Vox haec plura significat, sive ad plura significanda usurpatur. Titulus ex. gr. in Sacris Scripturis monumentum quodcumque significat ad perpetuam rei alicuius memoriam servandam erectum, quemadmodum *Genesis cap. 28.* dicitur de Jacob, qui ad perennem memoriam, ubi celeberrimam habuit visionem servandam, mane surgens lapidem tulit, quem capiti suo supposuerat, et infuso desuper oleo *illum in titulum erexit*: In Iure accipitur pro causa, quo quis sibi rem aliquam vindicat, et iura sua contra quemcumque illa impugnantem defendit, unde dicitur *titulus causae*. Item hoc sensu, nempe causae, accipitur in Evangelio *Ioan. cap. 19.* titulus quem Pilatus scriptum affligi iussit Christi Domini Cruci, quem titulum Matthaeus *cap. 19. causam* appellat, et Marcus, utramque simul vocem usurpans, scribit *erat titulus causae eius inscriptus*, causae nempe ob quam Iesus Christus supplicio damnatus fuit. In ipso Iure pariter pro tabulis quibusdam accipi solet vox *titulus*, quae praediis affigi consueverant, descripto in eis palam possessoris nomine, ut sic ab aliena invasione ea tuerentur, eo plane modo, quo nostra etiam aetate gentilitia insignia vel picta vel insculpta ponuntur ad proprias cuiusque ditiones tuendas, qua super re scribit Augustinus *Exposit. 2. in Psalm. 21. Ne domus ipsius invadat aliquis Potens ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces: ipse vult esse possessor, et frontem domus suae de titulo alieno muniri, ut cum titulus fuerit lectus, conterritus quis potentia nominis abtineat ab invasione*: nonnulla alia hac voce comprehenduntur, quae omit-tenda censentur.

Quoad praesens dubium et Liturgico sensu, olim Ecclesiae, Tituli nomine appellari consueverant, ita ut Titulus et Ecclesia pro eodem sumebantur: sic de S. Evaristo legitur Ecclesiarum titulos Urbis Presbyteris divisisse, et de S. Marcello pariter, qui vigintiquinque Titulos divisit super sepulturas martyrum. Haec denominatio ex eo orta est, quod cum Christiani domum aliquam divino cultui consecrarent Crucis vexillum in ea ponebant; unde a Titulo Crucis Dominicae, titulus nuncupabatur, atque hinc Theodosius Imperator praecepit, ut Gentilium delubra in Christianae Religionis cultum immutarentur *collocato in eis, inquit, venerandae christianae Religionis signo*.

Ecclesiae item Tituli dicti sunt a nomine illius Sancti in cuius honorem erigebantur, ut essent tamquam sanctitatis illius monumenta. Saepe etiam Ecclesiae Tituli dictae fuerunt, desumpta denominatione a titulo seu fundo illis attributo, quemadmodum quoque a titulo non semel et nomine fundatoris appellatae sunt; unde veteres Christiani domos suas in Ecclesiam consecrantes eas post-

4739.

## CONSTANTIEN.

Quum Reverendissimus hodiernus Constantien. Episcopus Sacrorum Rituum Congregationi sequens Dubium enodandum proposuerit, nimirum: An Altaria sive portatilia, sive non, suam amittant consecrationem per fractionem Tumuli, in quo reconduntur Sacrae Reliquiae, et earumdem amissionem? Eminentissimi, et Reverendissimi

Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, in Ordinariis Comitibus hodierna die ad Vaticanum habitis, re mature perpensa, ad relationem infrascripti Secretarii, rescribendum censuerunt: « Detur Decretum Nullius diei 23. Martii 1686. in quo praescribitur; Altaria, de quibus supra, consecrari debere. »

Atque ita rescripserunt. Die 23. Maii 1835.

modum a suo nomine nuncupabant. Ut reliqua omittantur huius rei exempla unum adducitur omnibus notissimum, quod duas simul comprehendit super expositas rationes huius appellationis, et Fundatoris et Sancti, cui Ecclesia dicata est, illud nempe quod in recitatione divini Officii legitur in Breviario die prima Augusti in lectione quinta *Tantus honor sacris illis vinculis haberi coepit, ut propterea hoc nomine S. Petri ad vincula Ecclesia titulo Eudoxiae dedicata sit in Exquilis.* His, ut alia omittantur, quae in medium proferri possent, de Titulo adnotatis, prout dicitur de Ecclesia, advertendum est hanc vocem tripliciter accipi posse. Vel enim late sumitur, et tunc facile est Titulum cum Patrono confundere, vel stricte, et tunc de eo tantum Sancto seu mysterio dicitur, a quo nomen ei imponitur, vel demum nec adeo stricte nec adeo late accipitur, ut accipi eo sensu debeat, qui hic expositus est, sed propriissime tamen quantum ad Rubricas earumque intelligentiam attinet, et dicitur de Mysterio, seu re quacumque sacra a qua suam nuncupationem aliqua Ecclesia desumit. In hoc autem maxime differt Titulus a Patrono, quod hic cum illo confundi queat, et dici Titulus idem qui est Patronus, at non item ille; ex titulo enim nequit inferri, eundem esse etiam et Patronum iuxta doctrinam tum Guieti, tum Gavanti.

Differt revera Patronus a Titulo. Vox haec Patronus (quidquid sit de illius etymologia) a profano seu civili sensu ad res Ecclesiasticas translato dupliciter accipitur: primo iis aptatur, qui ob fundatam seu aedificatam Ecclesiam propriis sumptibus ius sibi Patronatus reservant, de quo agit Titulus 37. lib. 3. Decretalium, et idcirco qui hoc iure potiuntur Patroni appellantur: secundo: hoc nomen convenit Sanctis, qui in coelo regnant, suisque nos apud Deum precibus iuvant iuxta germanam catholicae Ecclesiae fidem, innumeris sanctorum Patrum testimoniis confirmatam, quos inter seligitur S. Ioannes Damascenus, qui lib. 4. *Orthodoxae fidei* ita scribit. *Quid non laboris suscipias ut Patronum quemdam nanciscaris, qui te mortali Regi offerat, ac tuo nomine ad eum verba faciat? Annon igitur ii honorandi sunt, qui totius humani generis patronos se profitentur, ac Deo nostri causa supplicant?* Quemadmodum differt Patronus a Patrono, quoad vocis vim et significationem nuper allatam, ita inter se differunt Patronus Ecclesiae, et Patronus loci: siquidem praeter singularem Ecclesiae Patronum seu Titulum (quem cum Patrono aliquoties, ut dictum est, confunditur) datur etiam loci alicuius Patronus communis et generalis.

In hoc autem differunt Loci et Ecclesiae Patroni quod hic circumscibitur quodammodo et ad unam tantum Ecclesiam proprie pertinet, ille magis extenditur, ad plures enim Ecclesias attinet; locus enim accipitur pro multitudine Cleri et populi, seu potius, iuxta Guieti et Gavanti opinionem, pro multis cleris et populis in uno eodemque loco constitutis. Aliis etiam rationibus loci Patronus a Patrono Ecclesiae differt, quas hic afferre, utpote a proposito alienas, supervacaneum putatur.

Diversi dantur Locorum Patroni sive datur Patronus Regni, Provinciae, Dioecesis, Civitatis. Datur etiam Patronus Oppidi, sicuti datur in oppido vulgo *di Farnese* intra Dioecesis Aquipendiensis limites, ut in Dubio, isque est S. Isidorus Agricola. Iam loci alicuius Patronus Sanctus vere et proprie ille talis est, qui sive perpetuo usu ac maiorum traditione, sive legitima electione, ac legibus in hac electione servatis, uti peculiaris apud Deum intercessor propriusque suffragator ab universo in hac electione clerico et populo colitur et observatur: quae Patroni definitio ab omnibus communiter adloci illius clero et populo colitur et observatur: quae Patroni definitio ab omnibus communiter admittitur Liturgicis auctoribus, aliquid si excipiat, quod illius substantiae non officit. S. Isidorus



4740. COMPOSTELLANA.

Reverendissimus hodiernus Compostellan. Archiepiscopus Sacrorum Rituum Congregationem supplex adivit, declarationem consecutus quoad sequens Dubium, nimirum: An Canonici Cathedralis teneantur assistentiam praestare Episcopo extra Cathedralem ipsam Sacras Ordinationes facienti?

Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum sub infrascripta die habitis, audita relatione a me Secretario facta, perpendentes alias ab hac Sacra Congregatione decretum fuisse, Canonicos Cathedralis teneri ad assistentiam Episcopo praestandam tam intra, quam extra Cathedralem, atque etiam privatim Ordinationes peragenti, rescribendum censuerunt: « Serventur Decreta in una Veliternen. diei 6. Septembris 1698., in Grossetana diei 16. Septembris 1645. ac Civitatis Ducalis diei 7. Decembris 1698. nec non Caeremoniale Episcoporum. » Die 23. Maii 1835.

4741. COMPOSTELLANA.

Quum Canonici Cathedralis Compostellanae renuant associare Reverendissimum Archiepiscopum ab Aula ad Ecclesiam, uti praescribitur in Caeremoniali Episcoporum, dum Pontificalia peragere debet, Reverendissimus idem Archiepiscopus opportunam in re declarationem ab Sacrorum hac Rituum Congregatione expostulavit humillime. Et Saera eadem Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata in Ordinario Coetu rescribendum censuit: « Servetur dispositio Caeremonialis lib. I. cap. XX. et detur Decretum in Turritana diei 26. Aprilis 1704. »

Atque ita rescripsit, servarique mandavit. Die 23. Maii 1835.

4742. GRATIANOPOLITANA.

Reverendissimus hodiernus Episcopus Gratianopolitanus quum inter cetera Pastoralia munia et illud expleat, consecrandi nimirum suae Dioecesis Ecclesias, nonnullas in consecrationibus perficiendis invenit difficultates quoad recitationem Horarum Canonicarum illa occasione faciendam.

Agricola, memorati oppidi iuxta leges statutas et iuxta Decretum Urbani VIII. super electione Sanctorum in Patronos editum, peculiaris Patronus electus est, et ab Apostolica Sede confirmatus. Cum talis sit, illius Festum ab oppidanis celebrari debet, convenit enim ipsi uti praecipuo Patrono illius Festi celebratio prae festo Sanctissimi Salvatoris, sub cuius titulo erecta est Ecclesia Matrix; tum quia plus habendus est loci quam Ecclesiae Patronus, plus enim habendus est totus loci alicuius Clerus et Populus, quam peculiaris Ecclesia, tum quia Festum Patroni loci ex praecipuis est et primariis loci eiusdem Festivitatibus, adeoque illius Festum retinendum est, et cum ea praecedentia et maiori solemnitate quae ei debetur. Hoc quidem consonum est Decreto alias dato in *Calaguritanana diei 28. Septembris an. 1656. in quo dicitur Festum Patroni principalis Civitatis... at ubi colitur festum peculiaris Patroni, nihil de Patrono Civitatis, ex quo eruitur, nihil etiam de Patrono Ecclesiae Matricis. Certis itaque innixa rationibus S. R. C. per negativam responsionem ad primum dubium ab obligatione solvit oppidanos vulgo di Farnese celebrandi sub praeepto Festum Dedicationis Sanctissimi Salvatoris, quod occurrit die nona Novembris.*

His accedit, quod, ut ex responsione ad secundum patet, (per quam etiam ipsum secundum dubium solutum manet) Festum Titularis memoratae Ecclesiae Matricis haud quidem illud est verum et proprium quod praedieta die 9. Novembris celebratur, scilicet Dedicationis Ecclesiae Sanctissimi Salvatoris, cum hac die prima peracta fuerit Ecclesiae consecratio, et haec ipsa in nova illius consecratione pro illius anniversario assignata, sed illud quod celebratur die 6. Augusti Transfigurationis nempe D. N. I. C. quemadmodum decretum fuit in una Vernien. die 29. Novembris 1775. Hoc idem declaratum confirmatumque fuit per Decretum Urbis datum die 6. Augusti anni 1831. quo dicitur quod Festum Transfigurationis D. N. I. C. in Archibasilica Lateranensi occurrens octavo Idus Augusti *ceu Titularis* fuerit hactenus celebratum, quo quidem die, idcirco sa. me. Gregorius Papa XVI. idem Festum Transfigurationis celebrandum aliis etiam in locis concessit, et eo ritu qui Titularibus convenit, et iuxta Constitutionem sa. me. Urbani VIII. super observantia Festorum. Sive igitur attendatur ius praecipui loci Patroni, sive verus Ecclesiae matricis titulus, non tenentur oppidani vulgo di Farnese Festivum sub praeepto celebrare diem nonam Novembris, seu Festum Dedicationis Sanctissimi Salvatoris, adeoque servandum est Decretum S. R. C.

Difficultates huiusmodi insimul complectens, duo sequentia Dubia Sacrorum Rituum Congregationi discutienda proposuit, nimirum:

1. Officium Dedicacionis Ecclesiae particularis, quod ritu annuali cum Octava celebratur, debet ne tam privatim, quam publice inchoari a primis Vesperis pridie dedicacionis cum Matutino eiusdem Festi, vel incipere tantum consecratione Ecclesiae facta, id est circum circiter ad Horas minores?

2. Pontificale Romanum expresse innuit, quod pridie dedicacionis Ecclesiae Matutinum cum Laudibus canendum sit (ac proinde recitandum pro privatim dicentibus) de Sanctis, quorum Reliquiae reconduntur in vase ante fores Ecclesiae

posito. Illud Officium obligat ne sub gravi? Numquid eo die duplex Matutinum recitandum est unum de Sanctis, alterum de Dedicacione?

Huiusmodi Dubiis per infrascriptum Secretarium relatis in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, Eminentiissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus mature perpensis, rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, et a Clero tantum servitio Ecclesiae strictim addicto. »

Ad 2. « Officium de Dedicacione: Vigiliae iuxta Pontificale ante Reliquias, de Sanctis. »

Atque ita rescripserunt, ac servandum mandarunt (1). Die 23. Maii 1835.

(1) Ritus reponendi Sanctorum Reliquias in altari consecrando vetustissimus est, et originem suam ducit ab ipsis Ecclesiae primordiis, cum super martyrum sepulchra erigebantur Altaria, et super his Sacrum peragebatur. De hoc ritu loquuntur quamplurimi tum antiqui tum recentiores libri Pontificales, codices MS., Ordines Romani, veteres Ecclesiae Patres, et omnes fere Liturgici auctores, qui quidem ritus ad illa Apocalypsis verba referri videtur: *Vidi sub Altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei*. Hoc autem valde est uniforme S. Augustini verbis, ex quibus eruitur congruum esse Sanctorum martyrum Reliquias in Altari reponere, ita enim ipse loquitur Sermone 37: *Convenienter autem, et quasi pro quodam consortio ibi martyribus sepultura decreta est, ubi mors Domini quotidie celebratur: scilicet, ut qui propter mortem eius mortui fuerunt, sub sacramenti eius mysterio requiescant*. Hinc est, quod Reliquiae Sanctorum quae reponuntur, Martyrum esse debent, et plurium; et solum permittitur ut cum his Sanctorum Confessorum Reliquiae uniantur, illorum praesertim in quorum honorem vel Ecclesiae vel Altaria dedicantur, plurium autem Sanctorum Reliquiae ponendae sunt, ut verba Sacerdotis in prima Altaris deosculacione verificentur, *quorum Reliquiae hic sunt*, sicuti etiam pars aliqua corporum reponenda est, non vestes aut quidquid aliud huiusmodi.

Quemadmodum vetustissimus est memoratus ritus, ita pariter ab ipsa antiquitate in more erat, ut hae Sanctorum Reliquiae pridie vel Ecclesiae vel Altaris consecrationem sub papilionibus apposite paratis, vel in aliqua proximiori Ecclesia ponerentur, et coram eisdem Reliquiis sequenti die in Altari recondendis, vigiliae pie religioseque agerentur. In multis Pontificalibus, primus qui occurrit ritus pro Ecclesiarum dedicacione est denunciatio Sanctorum martyrum Reliquiarum in Altari reponendarum ab Episcopo facienda, et vigiliarum *tota nocte* coram illis peragendarum. Non inopportuna videntur nonnulla hic referre. In Pontificali MS. Egberti Archiepiscopi Eboracensis anni CM. enunciata prius repositione Reliquiarum, haec scripta reperiuntur. Inde vero pridie quam consecratur Ecclesia providendae sunt Reliquiae ab Episcopo, et ponendae in tali loco, ac tota nocte cum hymnis et laudibus atque luminaribus sint, usquequo exinde levandae, et ad locum *ubi condendae sunt, deducantur*. Hunc ipsum ritum memorat Pontificale MS. Ecclesiae Cadurensis. *Ponuntur Reliquiae in feretro compositae in altera Ecclesia pridie quam nova Ecclesia consecratur, et sunt ibi vigiliae in ipsa nocte in honorem Sanctorum, quorum Reliquiae condendae sunt*. Eadem Ecclesiae praxis erat saeculo IV. circa has vigiliis, uti discimus ex S. Ambrosio, qui epistola 22. ad Marcellinam Sororem ita scribit (de Basilicae Ambrosianae dedicacione): *Qui multa condivimus integra ad ordinem. Transtulimus vespere iam incumbente ad Basilicam Faustae, ibi vigiliae tota nocte, manus impositio, sequenti die transtulimus ea in Basilicam quam appellant Ambrosianam*. De hoc ritu multa habet S. Gregorius Episcopus Turonensis, narrat enim ipse lib. de gloria martyrum

4743.

LUCIONEN.

Ad removendam quaecumque dubitationem circa cultum praestandum Sanctissimae Crucis Ligno Fidelium venerationi exposito, hodiernus Vicarius Generalis Lucionen. Dioecesis Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia discutienda proposuit.

1. An Caeremoniae in Missa coram Sacrae Crucis Ligno palam exposito differant ab iis, quae in Missa coram Sanctissimo Sacramento adhibentur.

2. Coram Sanctissimo Sacramento palam exposito omnes in Choro stant nudo capite, nec transeunt ante medium Altare, quin genua flectant:

cap. XXXVI., quod ipse dedicaturus Ecclesiam S. Iuliani pridie eiusdem Sancti Reliquias incipiente nocte in Basilicam S. Martini detulit, *ubi*, inquit, *depositis super altare sacrosanctis Reliquiis, vigilata nocte cum grandi psalterio*, sequenti die in praedictam Ecclesiam transtulit. De his vigiliis habitis coram sacris Reliquiis nocte praecedente diem Consecrationis multa habet Rhabanus Maurus, sed unum tantum adducitur testimonium ex multis, quod vetustatem simul ritus comprobat, et originem ostendit, quam a veteri lege manare asserit: *Quod in dedicatione Templi*, inquit, *in nocte praecedente diem dedicationis Reliquiae Sanctorum feretro conditae, in tentorio vigiliis custodiuntur, quid aliud demonstrat quam quod arca Testamenti cum Sanctis, quae in ea erant in Tabernaculo mosaico ante dedicationem Templi per excubias Levitarum servabantur?*

His omnibus consonant verba Pontificalis Romani de Ecclesiae dedicatione §. IV. praecipitur enim quod celebrandae sunt vigiliae ante Reliquias ipsas (*eas nempe quae positae sunt in decenti, et mundo vasculo.*) Hae autem vigiliae, ut ex adductis huc usque patet, *in honorem Sanctorum* fieri debent, quorum Reliquiae recondendae sunt in Altari, quae die praecedenti in vase inclusae in aliqua proximiori Ecclesia vel oratorio, vel sub papillone apposite parato et ornato inter luminaria exponuntur. Laudes itaque, hymni, et quidquid aliud ante Reliquias vel recitatur vel etiam canitur in his vigiliis ad ipsorum Sanctorum honorem recitari, aut cani debet, ut clarissime patet. Hae insuper vigiliae perdurare debent usque dum tempus advenerit, quo levandae sunt et in altari praescriptis ritibus et caeremoniis recondendae: quid enim aliud ostendunt, quae leguntur in allatis testimoniis et auctoritatibus, nempe *tota nocte, per totam noctem, vigilata nocte etc.*? Falsa itaque quorundam opinio, qui asserunt non esse stricte praecipitum ut per totam noctem vigiliae agantur, et sufficere ut Nocturni tantum Officii de Sanctis, quorum Reliquiae exponuntur, recitentur, et per *vigilias, Nocturni* hoc loco intelligantur, eo quod *nocturni vigiliarum* nomine appellentur. Hoc quis nesciat, at unde hanc hauserunt opinionem? non ex antiquitate, non ex Pontificalibus libris, non ex praxi tum vetustissima, tum praesenti, et si in nostro Pontificali Rom. non expresse dicitur vigiliae per totam noctem esse agendas, non inde sequitur sufficere aliquos Nocturnos tantum recitari. Pontificale enim quandoque solum innuit quid faciendum generice sit, quin ab antiqua semper retenta et universali praxi recedat, nec verisimile est, ut cum in honorem Sanctorum vigiliae agendas praecipit, sine honore eorum Reliquias relinqui permittat: hoc autem sequeretur, si satis esset Nocturnos tantum recitare, quod absurdum est, et intentioni Ecclesiae penitus adversatur. Relinquat igitur, quisquis is sit qui hanc opinionem forte tenet, quae novitatem redolet.

Insuper, si vigiliae in honorem Sanctorum, quorum Reliquiae sunt in Altari recondendae, celebrandae sunt, ut expresse dicitur a Pontificali, iam de Officio Dedicationis nihil est agendum, quia haec Reliquiarum expositio ante quas vigiliae sunt agendas, est quaedam solummodo remota praeparatio alicuius peculiaris ritus in Ecclesiae dedicatione vel altaris consecratione servandi, non autem est ipsa Ecclesiae dedicatio, et per Reliquiarum expositionem, ne dum ea incepit; nisi enim prius super Ecclesiam dedicandam ab Episcopo consecrante aspersiones, unctiones, orationes, alique omnes ritus qui praescribuntur a Pontificali adhibeantur minime consecrata Ecclesia censi debet; cum illius consecratio ab huiusmodi actionibus omnino pendeat, ac proinde Officium consecrationis iam peractae, antequam peragatur, et per statutas actiones et ritus perficiatur, nequit celebrari. Si quidem si pridie recitari vellet Officium Dedicationis, vera non essent, quae vel in Officio, vel in Missa le-

an idem observari debeat coram Ligno Sanctae Crucis palam exposito?

3. Quum in hac Dioecesi sicut in bene multis Galliarum Dioecesibus Sacerdos benedicendo Populum cum Sanctissimo Sacramento dicat cum cantu verba: *Benedicat vos omnipotens Deus Pater etc.* an possit aut debeat idem ritus servari etiam in benedictione cum Ligno Sanctissimae Crucis?

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Affirmative, et solum est genuflectendum in accessu, et recessu, et quoties transit ante medium Altaris, seu a latere ad latus, ut in incensatione. »

guntur, quibus Ecclesiam divinis cultibus sacrisque mysteriis dedicatam esse asseritur, ac falso diceretur *locum illum factum esse inaestimabile Sacramentum* (ut in Graduali in Dedicatione Eccl.) *terribilem esse locum quia domus Dei est*, (per ritus nempe et caeremonias talis effectus est) ut in Introitu dicitur; et falso pariter diceretur a Celebrante ipso consecrationis die in Oratione post communionem *Quem nomini tuo indigni dedicavimus*; quod alienum esset a veritate, et divino honori repugnans. Neque arridet Halden et Guyeti sententia, quam exemplo ab hymno Sancti confessoris desumpto tuentur, in quo dicitur *Hac die laetus*, hoc enim respicit Sancti alicuius mortem iam sequentem, cuius memoria ecclesiastico ritu a primis vesperis celebratur, non vero de re non existente, qualis in casu est Ecclesiae dedicatio nondum expleta. Ex Rubrica vero Breviarii FF. Ordinis Praedicatorum, quam in auxilium suae sententiae proferunt, nihil in re nostra praesenti concludi posse videtur, quia sanctio particularis vel usus apud illos Fratres receptus, ad universalem Ecclesiam nequit extendi.

Demum si in vigiliis ante Reliquias agendis Officium dedicationis dicendum esse quis contenderet, adversaretur Decreto S. R. C. diei 9. Iulii 1780. edit. quo sancitum fuit, *inchoandum esse Officium finita consecratione*. In eodem autem Decreto ad 5. dubium statutum pariter fuit a S. R. C. *Vesperas, matutinum, laudes, et horas consecrationem praecedentes recitandas esse vel de feria vel de Sancto prout descriptum fuerit in Ordinario*. Quando itaque incipiendum erit Officium dedicationis ipsa consecrationis die? Clarissime patet ex adducto Decreto: non ante consecrationem, sed consecratione peracta et completa. Officium itaque inchoari debet ab illa hora, in qua consecrationis actio perfecta iam est. Qua hora inchoandum revera sit in Decreto non indicatur, sed si Rubricarum regulas parumper velimus perpendere, ab ipsa Pontificalis Rubrica desumere facile poterimus. Nam cum Episcopus consecrator peracta consecratione teneatur celebrare solemniter Missam de ipsa consecratione, vel si nimis sit defatigatus per alium Sacerdotem solemniter celebrare facere (*Rub. Pontifical. in Dedic. Eccl. sub fine*) cum iuxta Caeremoniale Episcoporum Missam ab Episcopo solemniter celebratam praecedere debeat cantus alicuius horae canonicae; cum Rubrica Missalis (*tit. de hora celebrandi Missam*) diebus duplicibus et festivis definiat celebrandam esse post horam Tertiam, cum denique Officium dedicationis festivum sit, non feriale, ac proinde ex ipsa Rubrica Missa post Tertiam debeat celebrari, sponte sequitur Officium dedicationis ab hora Tertia esse incipiendum, illudque debito ritu per sequentem Octavam prosequendum esse, sed ab iis tantum de clero, qui Ecclesiae illi sunt addicti, neque totus loci clerus ad duo Officia recitanda tenetur, nam in casu hoc Officium non ex iis est, quae a toto Clero iuxta Rubricas sunt persolvenda, ut in die omnium Sanctorum in Vesperis, et secunda die Novembris ad Matutinum et Laudes.

Ad 2. « Negative ad utrumque, sed tantum unico genu in transitu. »

Ad 3. « Non licere iuxta Decretum in una Caputaquen. diei 9. Februarii 1762. »

Atque ita rescripserunt ac servari mandarunt. Die 23. Maii 1835.

4744. MEXICANA.

Quum in Mexicanae Dioecesis Ecclesiis solemnibus expositio Sanctissimi Sacramenti Quadraginta Horarum quatuor complectatur dies, dubitari assolet in qua ex duabus integris diebus celebrari debeat Missa votiva solemnibus pro Pace, ad quam quidem dubitationem eliminandam Sacrorum Rituum Congregationi supplicatum est pro opportuna declaratione. Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi animadvertentes in Instructione Clementina quoad modi expositionem §. XIII. nil sancitum

fuisse pro qualitate huiusmodi Missae votivae, ibidemque praescriptum fuisse Missam pro Pace celebrandam donec aliter Summus Pontifex constituat; probe censuerant in Dioecibus ab Ordinariis Locorum constituendum quae, et quando Missa votiva tali occasione celebrari debeat, ac proinde in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodiernam die habitis, audita relatione ab infrascripto Secretario facta ad propositam quaestionem Dioecesis Mexicanae respondendum censuerunt: « Arbitrio Episcopi quoad qualitatem Missae votivae, et assignationem diei vel secundae, vel tertiae.

Atque ita rescripserunt. Die 22. Maii 1835.  
4745. SANCTI MINIATI.

Quarto Idus Ian. 1801. sa. me. Pius Papa VII. pro Clero Saeculari, et Regulari Magni Ducatus Etruriae peculiare quum adprobaverit Officium in honorem Beatae Mariae Virginis titulo Divini Pastoris Matris ritu duplicis maioris quotannis persolven. Dominica prima Mensis Maii non impedita Officio superioris ritus, aut dignitatis; quumque eodem anno 1801. Senis idem Officium typis fuerit eusum, in calce huius editionis monita nonnulla reperiantur, in quibus inter cetera et illud invenitur, quod si prima Dominica Mensis Maii fuerit impedita, Officium huiusmodi transferri debeat ad secundam, vel tertiam non impeditam. Quod si omnes Dominicas Mensis Maii aliquando impeditas inveniri occurrat, tunc a prima Dominica Maii transferendum erit ad primam diem liberam iuxta Rubricas, et in hoc postremo casu octava Lectio dimidietur. Sanctionis huiusmodi regulam a Sacra Rituum Congregatione autumant die 25. Iulii eiusdem anni 1801. super hoc Officio requisita datam fuisse. Attamen hac super declaratione dubitari inceptum est, an fuerit authentica, praesertim in Dioecesi Sancti Miniati, proindeque Canonicus Pro-Poenitentiarius, Sede illa Episcopali vacante, Sacrorum Rituum Congregationem supplex adivit, ac declarari expetiit:

1. An supradicta declaratio Sacrorum Rituum Congregationis diei 25. Iulii 1801. habenda sit ut authentica, et pro cunctis Etruriae Dioecibus obligatoria? Et quatenus negative.

2. An in Dioecesi Sancti Miniati, quae ab anno 1818. inclusive, usque ad annum 1832. (quo ultimus Episcopus obiit) bona fide, exemplum sectando aliarum Etruriae Dioecesium, se conformavit regulae in praefata declaratione contentae, quoad translationem Festi Beatae Mariae Virginis Divini Pastoris Matris, eadem regula in posterum servari debeat?

Et Eminentissimi, et Reverendissimi Patres

Sacris Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, coadunati, re mature perpensa, diligentique examini subiecta, audita fideli relatione ab me infrascripto Secretario facta, rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Non reperitur in Regestis Secretariae Congregationis Sacrorum Rituum. »

Ad 2. « Dentur Decreta in Cusentina diei 10. Iulii 1677. in Lycien. diei 25. Septembris 1688. et in una Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Provinciae Poloniae diei 29. Ianuarii 1752. in quibus generaliter praescribitur, quod Officia affixa certis diebus eo anno impeditis, sint omittenda. »

Atque ita rescripserunt, ac in proposito casu servari mandarunt. Die 23. Maii 1835.

4746. NAMURCEN.

Quum circa Rubricas tam Missalis quam Breviarii Romani plurima exorta sint Dubia in Dioecesi Namurcen. illa summa fiducia humillime Sacrorum Rituum Congregationi exposuit Reverendissimus Episcopus, ut super re decerneret, faciliusque tali modo dignoscat uniformis methodus in Sacris peragendis. Dubia autem sunt sequentia, nimirum:

1. An 1. alia Oratio addenda sit loco imperatae, quando haec reperitur in Missa diei, ex. gr. in Dominica XXII. post Pentecosten, si Oratio imperata sit: *Deus refugium*? 2. Si praescripta sit Oratio pro Ecclesia vel pro Papa, semper dicenda sit utraque, ita ut non possit satisfieri Rubricae, et praecepto Superioris per solam Orationem pro Papa? 3. Gavantus dicit Sacram Rituum Congregationem die 28. Augusti 1627. decrevisse Orationem praescriptam a Superiore pro publica causa regulariter omittendam esse in festis primae Classis: idem Auctor affirmat communiorem usum insigniorum Ecclesiarum Urbis esse, ut neque dicatur huiusmodi Oratio in Missis privatis, nedum in Solemni in Festis secundae Classis. Aliunde citatur sequens Decretum ad Episcopum Tuden. in Hispania 7. Septembris 1816. Si Oratio praescripta sit pro re gravi, dicenda erit in duplici primae Classis, in duplici vero secundae Classis arbitrio Sacerdotis. Inde animi fiunt ancepites, quum praesertim Superior non soleat praecipere Orationem, nisi pro re gravi. Postulatur decisio. 4. Ex titulo quinto Rubricarum generalium Missalis nonnullis diebus facienda est commemoratio generaliter pro Defunctis in Missa de die; haec commemoratio, seu: Oratio *Fidelium* videtur ponenda penultimo loco ex Decreto diei 2. Decembris 1684., si vero praecipiat ab Ordinario Oratio pro re gravi, v. gr. *Deus refugium*, an Oratio

*Fidelium etc.* dicenda est penultimo loco, seu immediate ante Orationem praescriptam a Superiore, vel antepenultimo loco, seu ante ultimam Orationem a Rubrica indicatam?

2. An in casibus dubiis adhaerendum est Calendario Dioecesis, sive quoad Officium publicum, et privatum, sive quoad Missam, sive quoad Vestium Sacrarum colorem, etiam si quibusdam probabilior videtur sententia Calendario opposita? et quatenus affirmative, an idem dicendum de casu quo certum alicui videretur errare Kalendarium?

3. Iuxta Decretum Sacrae Rituum Congregationis diei 5. Maii 1736. ab Orationibus expungenda sunt cognomina, et patriae Sanctorum: an igitur die XII. Iulii expungendum est nomen Gualberti? Sunt qui contradicunt.

4. Iuxta Rubricas Breviarii titulo XXVI. num. IX. Lectiones de Scriptura positae in Comuni Sanctorum leguntur quando aliquod Festum novem Lectionum occurrit in Quadragesima etc.; an (posito quod non assignentur in Proprio Sanctorum) semper sumendae sunt de Comuni primo loco? et quatenus negative, an pro lubito sumantur in primo, vel secundo loco? vel quando? signanter si Festum Sancti Raymundi de Pennafort transferatur in Quadragesimam, an Lectiones primi Nocturni dicendae sint - *Beatus vir - an - Iustus si morte.* -

5. Iuxta Rubricas Breviarii titulo XXVI. num. 6. resumenda sunt initia librorum Sacrae Scripturae, an id intelligendum est etiam de Secunda ad Corinthios; de secunda Sancti Petri, de secunda, et tertia Sancti Ioannis?

6. Quando substituenda est Homilia Dominae, Vigiliae etc. aut lectio simplicis nonae Lectionis Festi, quod habet novem Lectiones, an quandoque praecipitur, aut convenit nonam Lectionem Festi iungi octavae, puta quum nona Lectio continet laudem propriam Sancti, vel Sanctorum, de quibus fit Officium, ut in Officio Sancti Ioseph, Septem Fratrum, Sanctorum Martyrum Nerei, Achillei etc. et in similibus?

7. An occurrente die anniversaria Consecrationis Episcopi, facienda est a Sacerdotibus omnibus per totam Dioecesim, vel solum in Cathedrali, commemoratio eiusdem Consecrationis in Missa?

8. Si Sanctus Ioannes Cantius non habeat secundas Vesperas integras, an Hymnus harum Vesperarum anticipandus est in Laudibus? 2. Si contingant Festa Sancti Venantii die XVIII. Maii, et Sanctae Iulianae Falconieri die XIX. Iunii ita transferri, ut habeant secundas Vesperas integras,

an Hymnus proprius primarum Vesperarum repetendus est in secundis Vesperis?

9. In concursu diei octavae Ascensionis Domini cum Festo Beatae Mariae Virginis titulo Auxilium Christianorum die XXIV. Maii totum fit de praecedenti et commemoratio sequentis, quomodo autem concludendus est Hymnus Completorii?

10. An Clerici, qui obligantur ad Horas Canonicas teneantur recitare Officia Votiva v. g. Sanctissimi Sacramenti, quod ex concessione sa. me. Clementis Papae XI. fieri potest Feria quinta non impedita etc., et Officium Conceptionis Beatae Mariae Virginis Sabbato non impedito etc. si iussu Ordinarii apponantur in Calendario his diebus non impeditis? Quatenus negative, an tenentur se conformare huic Officio, si sit duplex, ut Officium Conceptionis pro Missa, et colore paramentorum, sive illud recitaverint, sive non?

11. Officium Sancti Angeli Custodis cum Octava concessum pro omnibus ditionibus subiectis Romanorum Imperatori celebrandum est Dominica prima Septembris, an vero Dominica prima iuxta computum Civilem? In Officio Feriae secundae infra Octavam dicitur in primo Nocturno Lectiones Scripturae occurrentes sumendas esse ex Dominica prima Septembris, quia pridie non sunt lectae, et in Dominica secunda non datur initium libri, inde videtur Dominicam primam Septembris iuxta computum Ecclesiasticum sumendam esse, et haec est praxis Belgii: an legitima? Ratio dubitandi est, quod Festum Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis celebrandum sit Dominica tertia Septembris, et Solemnitas Rosarii Dominica prima Octobris iuxta computum Civilem, non vero Ecclesiasticum.

12. Si 1. in Feriis Rogationum fiat de Festo duplici vel semiduplici, et una tantum Missa celebretur, et quidem post Processionem, an debet esse de Festo occurrente, saltem si sit duplex? 2. An responsum affirmativum, vel negativum applicandum erit Festo Sancti Marci Evangelistae?

13. Die XVIII. Decembris in Festo Expectationis Partus Beatae Mariae Virginis finis est hymnorum - Virtus, honor, laus, gloria etc. - an, ut legitur in Breviariis Lodi, et Antuerpiae impressis, excipiendus est Hymnus Matutini - Verbum supernum prodiens? -

14. In Belgio, sicuti in Gallia vi reductionis Festorum factae auctoritate sa. me. Pii Papa VII. plura sunt Festa, quorum solemnitas transfertur in Dominicam proxime occurrentem. Exinde plurimae exortae sunt difficultates ad praxim, pro quarum solutione, quaeritur 1. An Missa canenda

sit more votivo cum unica Oratione in Dominica, quando Festum, cuius solemnitas transferenda praescribitur, incidit in ipsam Dominicam v. g. anno praeterito Sanctorum Petri, et Pauli? 2. An commemoratio omnium Sanctorum Apostolorum facienda in solemnitate Sanctorum Petri et Pauli, habeat locum in die festivitatis, vel in Dominica in quam solemnitas transfertur, vel in utraque? 3. Idem quaeritur quoad Parochias, quarum Sanctus Stephanus est Patronus, de commemoratione omnium Sanctorum Martyrum in ipsius Festivitate praescripta? 4. Ex instructione data Parisiis die 11. Decembris 1806. a Cardinale Legato a Latere, sola solemnitas praefatorum Festorum differtur in Dominicam subsequentem, in qua Officium quidem a Clero tam publice, quam privatim, et Missa recitabatur iuxta Rubricas occurrentes seu iuxta consuetum ordinem, canitur tamen una Missa Solemnis de Festis illis more votivo cum unica Oratione: an autem Officium etiam Vespertinum Dominicae occurrentis, si fiat de ea, cantandum est solemniter, seu cum pompa, servato tamen ritu semiduplici ratione solemnitatis translatae? 5. In reductione Festorum Pius Papa VII. eam legem adiunctam esse voluit, ut « in festis diebus, vigillisque eas praecedentibus, quae suppressae decernuntur, in omnibus Ecclesiis de consueto Divinorum Officiorum, sacrarumque caeremoniarum ordine, ac ritu nihil innovetur, sed omnia ea prorsus ratione peragantur, qua hactenus consueverunt. Die 9. Aprilis 1802. » An igitur in Festis, quorum solemnitas differtur in occurrentem proximam Dominicam Officium publicum tam matutinum, quam vespertinum peragendum est sicut ante reductionem? 6. An licet cantare Missam *de Requie*, praesente corpore, in Dominicis in quas transfertur solemnitas illorum Festorum primae Classis? An illud licet in ipso die festivitatis? 7. An indulgentiae concessae festis primae classis, quorum solemnitas transfertur ut supra, cadunt in ipsam solemnitatem, vel in festivitatem? 8. Nonnullis festis, quorum solemnitas differtur in Dominicam sequentem interduntur Sacra in Sacellis domesticis, quaeritur an illud interdictum intelligendum sit de die festivitatis, vel de Dominica, in qua fit solemnitas? 9. Si in unam eandemque Dominicam incidat solemnitas translata v. g. Sanctorum Petri, et Pauli, et Patroni Dioecesis, vel Parochiae, equidem celebranda erit dignior, an altera transferenda sit in ipsam Dominicam, quae si fuerit impedita, an adhuc in aliam? Si Dominica ad quam iuxta

Indultum praefatum transferenda esset solemnitas, sit dies propria Sancti Ioannis Baptistae, an solemnitas Patroni, transferenda erit ad Dominicam impeditam, quum festum Sancti Ioannis sit eiusdem ritus, nec transferri possit, ne duplex solemnitas primae Classis eadem die in una Ecclesia peragatur. Dicitur sequens responsum ab Eminentissimo Cardinale Caprara pro tempore Legato a Latere datum fuisse Dubiis propositis a Cambiariensi Episcopo. 1. « Si in unam, eandemque Dominicam incidat solemnitas translata tum Anniversarii dedicationis, tum Patroni, ea solemnitas celebranda erit de digniori, scilicet de dedicatione, translato minus digno, id est Festo Patroni ad primam Dominicam non impeditam iuxta Rubricas. » 2. « Si Dominica ad quam iuxta Indultum reductionis Festorum diei 9. Aprilis 1802. transferenda esset solemnitas Patroni sit dies propria Sancti Ioannis Baptistae; tunc solemnitas Patroni transferenda erit ad primam Dominicam non impeditam iuxta Rubricas, ne scilicet (quum Festum Sancti Ioannis Baptistae sit eiusdem ritus, nec transferri possit) duplex solemnitas primae Classis eadem die in una Ecclesia peragatur. » An praefatum responsum sit authenticum, et applicandum similibus casibus?

15. An est authenticum Decretum sequens: « Dies tertia Februarii non potest assignari alicui Sancto duplici, vel semiduplici semper translato pro eius certa, et perpetua sede. » Die 9. Augusti 1681. Et quatenus affirmative, an transferendum in aliam diem Festum Sancti Raymundi de Pennafort, quod ratione Desponsationis Beatae Mariae Virginis in his regionibus fuit sive bene, sive male fixum in die tertia Februarii?

Et Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunati, percepta relatione ab me infrascripto Secretario facta, rescribendum censuerunt.

Ad 1. quaest. 1. « In casu Collecta erit sequens *Ne despicias*, num. 13. posita: quaest. 2. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam: quaest. 3. Detur Decretum Regni Hispaniarum diei 12. Maii 1819. nimirum: Negative in duplceibus primae Classis, ut alias responsum fuit: quoad duplicia vero secundae Classis ad libitum Celebrantis legi, vel omitti poterit Collecta imperata in Missis privatis tantum; in Conventuali, et Solemni omittenda: quaest. 4. Diebus a Rubrica praescriptis secundo loco etiam in Missa Conventuali iuxta Rubricas: in Missis privatis quando est semiduplex, vel simplex ad libitum

Sacerdotis pro aliquo Defuncto penultimo loco ante Collectas iuxta recensitum Decretum Sanmiaten. diei 2. Decembris 1684. »

Ad 2. « Standum Calendario. »

Ad 3. « Affirmative iuxta Decretum in Einsilden. diei 5. Maii 1736. »

Ad 4. « Regula in casu desumatur ex Lectionibus III. Nocturni. »

Ad 5. « Affirmative. »

Ad 6. « Debere iungi si sint historicae, secus convenientius posse. »

Ad 7. « Iuxta praxim, et Decretum in Portugallen. die 17. Septembris 1785. per universam Dioecesim in omnibus Missis, praeterquam in Solemni dicenda in Cathedrali, et Collegiatis Ecclesiis, in quibus post Nonam dicenda est Missa cantata eiusdem Anniversarii. »

Ad 8. « Affirmative in omnibus. »

Ad 9. « Cum Stropha Hymni Ascensionis. »

Ad 10. « Si constet de Indulto speciali Apostolico affirmative ad primam partem, ad secundam iuxta alia sancita posse, sed non teneri. »

Ad 11. « Iuxta computum Civilem, sed in casu servari posse consuetudinem. »

Ad 12. « In utroque casu de Feria Rogationum. »

Ad 13. « Negative. »

Ad 14. « Quaest. 1. Negative: quaest. 2. In die Festi: quaest. 3. Ut ad proximum: quaest. 4. Posse: quaest. 5. Affirmative: quaest. 6. Servetur Rubrica sicut ante reductionem Festorum, et extendatur etiam ad Dominicam: quaest. 7. Recurrat ad Sacram Congregationem Indulgentiarum: quaest. 8. In die festi: quaest. 9. Affirmative: quaest. 10. Iuxta Instructionem a Cardinale Legato a latere Episcopo Cambiarensi datam. »

Ad 15. « Affirmative in omnibus. »

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt, die 23. Maii 1835.

#### 4747. ORDINIS EREMITARUM SANCTI AUGUSTINI.

Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit R. P. Fr. Iacobus Spratt Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, hodiernus Prior Collegii Sanctae Mariae in Posterula Urbis, nimirum.

1. Quando in Missa vel Officio dicuntur plures Orationes sub unica conclusione, et in prima Oratione, vel secunda, non autem in ultima nominatur Spiritus Sanctus, quaeritur an in conclusione dici debet: *in unitate eiusdem Spiritus Sancti etc.* ?

2. An idem dicendum *Per eundem Dominum nostrum*, quoties Filius non in ultima Oratione, sed in aliqua ex praecedentibus tantum fuerit nominatus ?

Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die habito, audita relatione ab infrascripto Secretario facta respondendum censuerunt: Negative ad utrumque. Die 23. Maii 1835.

#### 4748. ORDINIS MINORUM

#### CAPUCCINORUM PROVINCIAE HELVETIAE.

Sacrorum Rituum Congregationem supplicavit R. P. Fr. Isidorus a Valesia Sacerdos Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum Provinciae Helvetiae, ac insequentia Dubia declarari expetiit, nimirum.

1. An consuetudo benedicendi Populum cum Sacra Pyxide, quoties Eucharistia distribuitur, sit servanda, vel potius, an benedicendus sit populus manu dextera tantum, uti habetur in Rituali Romano, et in una Urbinaten. diei 16. Ianuarii 1793.

2. Et quatenus affirmative ad primam partem, an tunc dicendum sit *Benedicat vos* etc.

3. An servanda sit consuetudo dandi benedictionem cum Ostensorio quando cantatur versus, *Sit et benedictio*, vel potius, an impertienda tantum sit benedictio, expletis Hymno, et Oratione, uti habetur in Rituali Romano, Caeremoniali Episcoporum, atque decretis S. R. C. in Sabinen. die 5. Februarii 1639. et in Caputaquen. diei 9. Februarii 1762 ?

4. An consuetudo in Expositionibus minus solemnibus in throno collocandi Sacram Pyxidem, et deinde cum ea benedicendi Populum possit licite observari, non obstantibus Ecclesiae prohibitionibus toties renovatis ?

5. An consuetudo dicendi in Communione Fidelium: *Ecce Agnus Dei*, et *Domine non sum dignus* idiomate vulgari, sit sustinenda, vel potius eliminanda utpote contraria Rituali, et Missali Romano ?

6. An praesente Cadavere liceat celebrare Missam privatam *de Requie* in Ecclesiis ruralibus, et aliis, ubi Missa non solet cantari, diebus, quibus permittitur unica Missa Solemnis *de Requie*, praesente Cadavere ?

7. An Sabbato Sancto celebrata Missa Solemnis de die, liceat alteram Missam Solemnem *de Requie* celebrare, praesente Cadavere ?

8. An in Responsorio: *Libera me Domine* Officii Defunctorum possint, vel debeant repeti verba: *Dum veneris*, dicto iam *Ÿ. Tremens*, vel



an sint omittenda? Et quatenus affirmative, an idem servandum quoties in Officio Divino similis occurrit repetitio?

9. An formulae benedictionum, quae inveniuntur in Libris ab Ordinariis tantum locorum, et non ab Apostolica Sede approbatis, retinendae sint, adeo ut in benedictionibus perficiendis iisdem uti valeant Sacerdotes Cotta, et Stola induti?

10. Licet ne cum Cotta, et similibus benedictionum formulis, vel aliis ab Rituali vel Missali de promptis benedicere, et privatim exorcizare notorie haereticos, vel protestantes ad Sacerdotes accedentes, et id enixe efflagitantes, ut liberentur a variis languoribus quibus opprimuntur? Notum est tales benedictiones ipsis quoad corpus, et alia temporalia proficuas fuisse, et plerumque esse. Verum ratio dubii est, quod in praefatis formulis plerumque dicatur quod credant, et confidant in Deum, Sanctorum protectionem etc. quum tamen notorium sit ipsos veram Fidem Catholicam non habere.

11. In quibusdam Parochiis ad arcendas inundationes fluviorum Processio instituitur, et quum perventum fuerit ad ripam fluminis seligitur lapillus, qui immergitur in Cereis Paschali liquefacto; deinde accipitur a Sacerdote functiones sacras peragente, et ab eodem proicitur in torrentem: alibi quaedam guttulae liquefacti Cerei Paschalis effunduntur in flumen ad eius tumescentiam compescendam: quaeritur ideo an haec, vel similes praxes possint licite observari, quamvis videantur superstitiosae, et ridiculae?

Huiusmodi Dubiis ab infrascripto Secretario relatis in Ordinariis S. R. C. Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi, omnibus mature perpensis, et consideratis, rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam iuxta Rituale Romanum, et Decretum Urbinaten. diei 16. Ianuarii 1793. »

Ad 2. « Iam provisum in primo. »

Ad 3. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Ad 4. « Non esse locum. »

Ad 5. « Consuetudinem esse eliminandam. »

Ad 6. « Iuxta alias decreta non licere. »

Ad 7. « Negative. »

Ad 8. « Dici debere. »

Ad 9. « Detur Decretum in Ariminen. diei 7. Aprilis 1832. ad Dubium V., nec aliae adhibeantur; dummodo non constet ab hac Sacra Congregatione fuisse adprobatae. »

Ad 10. « Recurrat ad Sacram Inquisitionem. »

Ad 11. « Ut ad proximum. »

Atque ita Sacra Congregatio propositis Dubiis respondendum censuit, eaque declaravit, die 23. Maii 1835.

#### 4749. ORDINIS MINORUM REFORMATO RUM SANCTI FRANCISCI.

Ut uniformitas servaretur in Divinis persolvendis Laudibus sancitum est ab hac Sacra Rituum Congregatione ut uno, eodemque die, nimirum quarto Nonas Iulii, Officium institueretur Dedicacionis omnium Ecclesiarum trium Ordinum Sancti Francisci. Ast quum in Ordine Divini Officii reperitur adnotatio quaedam, nimirum in Secreta Missae omittenda esse verba inter parenthesis comprehensa, quoties Ecclesia aliqua non sit consecrata; hinc hodiernus Guardianus Ordinis Reformatorum Sancti Francisci Civitatis Venusinae eandem Sacrorum Rituum Congregationem requisivit humillime pro declaratione insequentis Dubii, nimirum: An quarto Nonas Iulii instituendum sit Anniversarium Dedicacionis propriae Ecclesiae, quum constet illam consecratam fuisse sexto Idus Octobris 1728. qua quidem die celebrandum esset quotannis Festum Dedicacionis sub ritu duplicis primae Classis cum Octava? Eminentissimi vero ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunati, infrascripto Secretario referente, animadvertentes ab hac Sancta Sede id consilii potissimum ceptum fuisse, ut uniformitas induceretur in Calendario Seraphico, rescribendum censuerunt « Officium dedicacionis propriae Ecclesiae faciendum die quarta Iulii. »

Atque ita servandum mandarunt, die 23. Maii 1835.

#### 4750. ORDINIS MINORUM DE OBSERVANTIA.

Sacrorum Rituum Congregationem humillimis datis precibus adivit Fr. Ioseph Camaiti Alumnus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Burgi Sancti Sepulchri, ut declarare dignaretur, an in Decreto Generali sa. me. Pii Papae VII, quo interdicatur usus Sacrarum Suppellectilium Sacrificio Missae deservientium ex Gossypio confectorum, comprehendantur etiam Casulae ex eodem Gossypio contextae? Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, rescribendum censuerunt « Non comprehendendi. » Die 23. Maii 1885.

4751.

QUEBECEN.

Reverendissimus hodiernus Quebecen. Archiepiscopus Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. An Parochus, vel alter residentiali Beneficio provisus extra propriam Ecclesiam teneatur, vel possit Missam celebrare respondentem Officio quod recitat, ex. gr. de Octava particulari propriae Ecclesiae, vel an potius debeat, vel possit Missam celebrare respondentem Officio occurrenti in Ecclesia, in qua Sacrificium perficit? Insuper quaeritur quid faciendum, si celebret in Oratorio privato?

2. An Clerus addictus Parochiali noviter erectae in Suburbis Quebecen. teneatur ad Officia particularia Sacrae Familiae, et Sanctorum Martyrum Flaviani et Felicitae, quae sunt particularia Cleri Quebecen. et indulta quum unica tantum ibi extabat Paroecia?

3. Quum in Decreto Sanctae Sedis et Anno 1810. lato statutum fuerit, ut Festa Titularium ad Dominicas infra Octavas transferantur; quumque in eodem Decreto excepta fuerint Festa Ecclesiarum Quebecen., Montisrealis, et alterius ex Paroeciis suburbanis, quaeritur an in Decreto ipso generali comprehendantur Festa Titularium Ecclesiarum Parochialium institutarum post Annum praedictum 1810?

4. Quum in Pontificali Romano titulo de Ordinationibus habeatur « Minores Ordines possunt dari singulis Dominicis, et festivis diebus duplicibus: » quaeritur, an verba « festivis diebus duplicibus » intelligenda sint pro Festis de praecepto strictim servandis?

5. In eodem Pontificali Romano legitur « Antequam ad collationem Ordinum procedatur, legitur mandatum Apostolicum: » quaeritur ergo an quum conferuntur Ordines Sacri extra Tempora omnino legendum sit Breve Apostolicum facultatem hanc tribuens?

6. Quaeritur qui sint Sancti Patroni Ordinis Sanctae Ursulae a Sancta Angela Merici fundati? Sub quo ritu in eodem Ordine celebranda sint Festa Sanctae Ursulae, Sanctae Angelae Merici, Sancti Augustini, et Sancti Iosephi Sponsi Beatae Mariae Virginis?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata, omnibus mature perpensis, diligenterque examinatis ad relationem per infrascriptum Secretarium factam respondendum censuit:

Ad 1. « In Ecclesiis posse, si respondeat color Paramentorum: in Oratoriis privatis debere iuxta alias decreta. »

Ad 2. « Exhibeat concessionis Decreta. »

Ad 3. « Affirmative. »

Ad 4. « Affirmative. »

Ad 5. « Affirmative iuxta Pontificale Romanum. »

Ad 6. « Sunt enunciati, qui celebrantur cum Symbolo Nicaeno in Missa ritu solemniori. »

Atque ita rescripsit, die 23. Maii 1835.

4752. SANCTI SEVERI.

Capitulum Cathedralis Sancti Severi Sacrorum Rituum Congregationi humillime exposuit ab Reverendissimo Episcopo Altare maius ipsius Ecclesiae Cathedralis translatum fuisse in alium locum, in qua quidem translatione contigit ut Mensa a stipite separaretur, ac proinde dubitatur de illius execratione, et ad hoc requirit quid in casu faciendum sit? Insuper quum ab sa. me. Pio Papa VII. Canonice, quibus conceditur usus Pontificalium, uti ex Brevi eruitur, concedatur et usus Annuli, quaeritur an eodem Annulo uti debeant etiam dum celebrant, vel Pontificalibus assistunt? Si praeter hos casus adhibere valeant Annulum cum gemmis? Tandem an id, quod statuitur pro Canonice, servari etiam debeat pro aliis, qui Canonicali Dignitate non cohonestantur, uti sunt Parochi?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die habito ad relationem infrascripti Secretarii respondendum censuit.

Ad 1. « Debet denuo consecrari. »

Ad 2. « Exhibeat exemplar authenticam Litterarum Apostolicarum in forma Brevis sa. me. Pii Papae VII. Die 23. Maii. 1835. »

4753. VERONEN.

Quum diversae circumferantur opiniones circa Communionem Fidelibus administrandam in Missis Defunctorum, Reverendissimus Veronen. Episcopus pastoralis sui muneris esse censuit hanc Sacram Rituum Congregationem adire, eidemque humillimis datis precibus supplicare, ut declarare dignaretur, an in praedicta Missa *de Requie* cum paramentis nigris liceat unquam Sacram Synaxim administrare cum Particulis praeconsecratis? Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die coadunati post auditam ab infrascripto Secretario relationem, perpendentes alias sancitum fuisse in iisdem Missis Defunctorum seu in paramentis nigris ministrandam non esse Eucharistiam per modum Sacramenti, extrahendo Pyxidem a Custodia, ac posse tantum ministrari per modum Sacrificii cum Particulis intra eandem Missam consecratis, proposito Dubio rescribendum censuerunt. « Negative »

iuxta Decreta in una Congregationis Montis Coronae diei 22. Ianuarii 1701. In una Ordinis Capuccinorum diei 22. Novembris 1710. et in Aquen. diei 2. Septembris 1741. »

Atque ita rescripserunt, ac omnino servandum mandarunt, die 23. Maii 1835.

4754. THEATINA.

Quum a Clero Archidioecesis Theatinae septimo Kalendas Aprilis quotannis persolvatur Officium Sancti Dismae Boni Latronis, evenit interdum ut enunciata die reponi debeat Officium Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis, utpote quia Feria Sexta post Dominicam Passionis praepeditur Officio potioris ritus, uti insequenti Anno 1836. eveniet, nam enunciata Feria Sexta fieri debet de Annunciatione Deiparae. Ex peculiari Rubrica circa Festum Dolorum, qua edicitur, Festum ipsum quoties fieri nequit Feria Sexta post Dominicam Passionis, reponendum esse Sabbato insequenti, dilucide eruitur Festum Sancti Dismae Boni Latronis tunc locum cedere debere Officio Dolorum; ac propterea transferendum iuxta Rubricas; verum quum a Sacra Rituum Congregatione aliter constitutum reperitur in Decreto Hispalen. diei 2. Decembris 1673. dubitatum est, quid faciendum in casu sit, et pro opportuna declaratione eidem Sacrorum Rituum Congregationi humillimae porrectae sunt preces. Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunati, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, rem mature perpenderit, probe senserunt enunciatum Decretum Hispalen. utpote evulgatum antequam ad universalem Ecclesiam extenderetur Officium Dolorum Beatae Mariae Virginis impedimento minime esse, quominus servetur specialis memorata Rubrica de translatione ad Sabbatum Officii Dolorum, proposito Dubio hisce concepto verbis: « An Officium Dolorum in casu de quo agitur sit omittendum, vel persolvendum die 26. Martii assignata Officio Sancti Boni Latronis? » respondendum censuerunt: « Servanda est peculiaris Rubrica. »

Atque ita servandum mandarunt, die 23. Maii 1835.

4755. VERULANA.

Precibus Canonici Vespasiani Collegiatae Ecclesiae Frusinatis intra limites Dioecesis Verulanae, exquirentis: an ipse qui Canonicatum in ipsa Collegiata resignavit, retentis Insignibus, et Stallo, possit celebrare Missam Conventualem? Sacra Congregatio Rituum in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunata, ad relationem

subsignati Secretarii rescribendum censuit: « Posse, consentientibus omnibus. Die 23. Maii 1835. »

4756. CUSENTINA.

Publicis in Supplicationibus, Cadaverum associatione, aliisque Ecclesiasticis Functionibus dum praecedentibus aevis interfuere Alumni Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum in Civitate Cusentina una cum Alumnis Ordinis Minorum de Observantia Reformatorum, praecedentiam super Reformatos sibi iure vindicant iuxta sancitas Leges a sa. me. Gregorio Papa XIII. per Bullam « Exposit pastoralis » editam octavo Kalendas Sextiles Anno 1583. aliamque Urbani Papae VIII. quae incipit « Nuper pro parte » publicique iuris factam decimoquinto Kalendas Ianuarias Anno 1637. Quum autem ob temporum calamitates aliquantisper Coenobio cedere debuissent Capuccini, post eorum reditum, occasione capta Patres Reformati vindicare sibi autumarunt ius praecedendi in iisdem Functionibus ob quasi possessionem. Quaestione autem inter utramque partem circa ipsam praecedentiam exorta, dum illam privatim, et amicabilem, ut par erat, componere datum non fuit, Sacrorum Rituum Congregationem adivit R. P. Thomas a Treia Reformatorum Ordinis Procurator Generalis, atque in causam, ac iudicium evocavit R. P. Fr. Cherubinum a Mormanno Capuccinorum Ordinis Procuratorem itidem Generalem, et coram R. P. D. Secretario concordato sequenti Dubio « An, et cui competat praecedentia publicis in Processionibus, Cadaverum associatione, aliisque publicis Functionibus in casu? » ipsam Sacram Congregationem humillime rogavit pro opportuna solutione. Eminentissimi vero ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi in Ordinario Coetu ad Quirinale sub infrascripta die coadunati, ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Ioannis Francisci Marco-y-Catalan Pontentis, omnibus mature, riteque perpensis, consideratisque rationibus, monumentisque hinc inde productis, rescribendum consuerunt: « Affirmative in omnibus, et praecedentiam dandam esse Patribus Ordinis Cappuccinorum. »

Atque ita rescripserunt, et in casu servandum esse mandarunt, die 8. Augusti 1835.

4757. BISINIANEN.

Quum hodiernus Archipresbyter Terrae Lutorum Dioecesis Bisinianen. Sacrorum Rituum Congregationi sequens Dubium pro opportuna solutione proposuerit, nimirum « Num Diaconus superpelliceo, et Stola indutus possit, de consensu Parochi, benedicere Domos in Sabbato Sancto? »

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Quirinale subsignata die habito, ad relationem mei infrascripti Secretarii respondendum censuerunt « Negative. » Die 8. Augusti 1835.

4758. DUBIUM.

Quidam Archiepiscopus, cuius Dioecesis non habet Suffraganeos, Pontificalia exercens Dominica Pentecostes in Ecclesia alienae Dioecesis, de licentia Ordinarii, Magistro Caeremoniarum suadente, usus est Pallio. Hinc quaerit utrum possit in posterum uti Pallio in designatis diebus extra suam Dioecesim de licentia tamen Ordinarii loci? Sacra Rituum Congregatio ad Quirinale in Ordinario Coetu coadunata, ad relationem proprii Secretarii rescripsit « Negative. » Die 8. Augusti 1835.

4759. FERETRANA.

Reverendissime Domine uti Frater.

Preces Amplitudinis Tuae, quibus referebas Oppida, et Loca istius Dioecesis ex parte posita intra limites Reipublicae olim Cisalpinae, et ex parte intra limites Reipublicae Romanae, pro quibus ad preces respectivi Gubernii varia ab hac Sancta Apostolica Sede indulta fuerunt quoad Festorum reductionem, et ieiuniorum observantiam, nunc autem quoniam differentia istiusmodi intra eandem Dioecesim multis incommodis locum praebet; proptereaque ut opportune provideretur summo expetebas, adeo ut vel una pars alteri cederet quoad eandem observantiam iuxta placitum eiusdem Sanctae Sedis ad uniformitatem obtinendam, licet Summo Pontifici directae fuissent, ad rem facilius, et plenius maturo cum examine assequendam ab subscripto Secretario in Sacrorum Rituum Congregatione Ordinaria relatae fuerunt. Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale sub infrascripta die coadunata, omnibus mature examinatis, accurateque libratiss, Amplitudini Tuae scribendum edixit: ad Mentem: Mens autem est, ut, quoniam de perspecta tua fide, et integritate plurimum in Domino confidit, examinatis pariter omnibus, pro tuo arbitrio, et prudentia adeo res componas, ut unum vel alterum modum ex concessis a Sede Apostolica quoad Festorum, et ieiuniorum observantiam praecipias in universa hac Dioecesi Feretrana servandum, quo facilius in Domino iudicaveris assequaturum eandem observantiam, et uniformitatem. Et diu felix, et incolumis vivas.

Amplitudinis Tuae, Romae 8. Augusti 1835.

4760. MONTIS REGALIS

PROVINCIAE PEDEMONTANAE.

Septimo Idus Iunii quotannis recurrente in

Ecclesia Cathedrali Montis Regalis Provinciae Pedemontanae celebranda venit ex Legato Missa Solemnis de die cum cantu, et assistentia Canonorum, quae anticipari assolet praecedenti die, occurrente Dominica. Hisce positis hodiernus Archidiaconus Sacrorum Rituum Congregationi sequens Dubium enodandum proposuit, nimirum - An occurrente Vigilia Pentecostes cantari possit dicta Missa iuxta ritum pro Missis privatis praescriptum, cum Introitu *Quum sanctificatus fuero*; an differenda, vel anticipanda sit? - Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale sub infrascripta die coadunata, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, rescribendum censuit: « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. » Die 8. Augusti 1835.

4761. TAURINEN.

Emi e Rm̄i Signori.

Il Guardiano de' Cappuccini del Convento della Madonna di Campagna Fr. Francesco Domenico da Torino umilmente espone all' Eminenze Vostre Reverendissime, che i Religiosi del sunnominato Convento sebbene distanti dalla Città un miglio, ed un terzo di Piemonte, cioè 4000. passi, sempre intervennero per l' addietro alle solite Processioni pubbliche, che si fecero nella Città di Torino, formando però un solo Corpo con i Religiosi del Convento del Monte distante assai meno da quella Città. Siccome peraltro sotto il giorno 1. Luglio dello scorso anno 1834. fu eretta in Parrocchiale la loro Chiesa, li medesimi debbono ora, e per l' avvenire fare le istesse Processioni con i nuovi Parrocchiani, e quindi implorano essere esentati dalle Processioni, che si fanno in Città. Che ec.

Sacra Rituum Congregatio ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me infrascripto Secretario, benigne commisit Reverendissimo Taurinen. Archiepiscopo, ut quoniam per Generale Decretum diei 21. Aug. 1628. confirmatum die 28. Septembris 1658. Regulares ultra medium milliare a Civitate distantes nequeant compelli ad Processiones, quae ducuntur per Civitatem, pro suo arbitrio, et prudentia petitum Indultum Oratori largiatur eo potissimum fine, ut cum Paroeciae Plebe publicas Supplicationes instituere valeat. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 8. Augusti 1835.

4762. ORDINIS MINORUM  
SANCTI FRANCISCI.

Quum in Officio Translationis Almae Domus Lauretanae pro editionum Breviarii diversitate immutati reperiantur versiculi Nocturnorum, R. P.

Vicarius Provincialis Ordinis Minorum de Observantia Reformatorem Provinciae Cataloniae Sacrorum Rituum Congregationem certam sequendam regulam rogavit. Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinale hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus ad relationem proprii Secretarii rescripsit: « Versi Nocturnorum variandi sunt iuxta Rubricas, et dicendi iuxta Ordinem Resp. Horarum Minorum. » Die 8. Augusti 1835.

4763. TARVISINA.

Reverendissimus Tarvisin. Episcopus Sacrorum Rituum Congregationem humillimis adiens precibus, rogavit solutionem insequentis Dubii, nimirum: An Episcopus, qui ex Apostolico indulto bis in Anno Solemnem Pontificiam Benedictionem Populo dare potest, quoties rationabili ex causa Missam celebrare nequivit, an pro illa die, et vice censi possit praeditus eadem delegata Auctoritate Populo benedicendi? Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinale hodierna die coadunata, ad relationem proprii Secretarii rescripsit: Negative. Die 8. Augusti 1835.

4764. ANCONITANA.

Precibus Sacerdotis Vincentii Bartolucci Anconitan. qui ceu Parochus assistit Ecclesiae Sancti Marci eiusdem Civitatis, ubi extant Alumni Ordinis Eremitarum S. Augustini, pro opportuna declaratione sequens proposuit Dubium, nimirum: « An Parochus Sancti Marci in Sacro peragendo, praesertim ad unitatem, et concordiam in Sacris Functionibus conservandam, debeat Fratrum Kalendario se se accommodare, dum pro diversitate Eremitani Kalendarii a Dioecesano color Paramentorum dissonat? » Sacra Rituum Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente Secretario, rescripsit: « Affirmative, sed cum Missali Romano iuxta alias decreta. » Die 8. Augusti 1835.

4765. EUGUBINA.

Ut Animabus, quae piacularibus addictae flammis in Purgatorio cremantur, levamen obveniat, mos invaluit in Ecclesia Parochiali Oppidi vulgo Costacciaro, et in alia Ecclesia ipsius Oppidi Ordinis Minorum Conventualium intra fines Dioecesis Eugubinae, quatuor instituendi pro Defunctis Officia Generalia per quatuor immediatas Ferias insequentes Dominicam quartam Quadragesimae, ad hunc enim finem erogantur eleemosynae a Fidelibus oblatae ipsa Dominica quarta. Quum autem in praesentiarum dubitetur an celebrari valeat Missa Solemnis *de Requie* ut in Anniversario, Officio aliquo ritus duplicis occurrente; hodiernus Archipresbyter Nicolaus Alberti Sacrorum Rituum

Congregationi duo sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum.

1. An praedicta Officia generalia habenda sint ut Anniversaria, ac proinde celebranda sit Missa *de Requie* cum cantu, etiam occurrente Officio ritus duplicis, exceptis duplicibus primae et secundae Classis; et quatenus negative, an liceat servare invectam consuetudinem?

2. Posito autem quod enunciata Officia transferenda sint ad dies ritus semiduplicis, quaeritur quae Missa celebranda sit?

Eminentissimi vero, ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, in Ordinario Coetu ad Quirinale subsignata die coadunati, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Negative ad primam partem: ad secundam sine Indulto non licere. »

Ad 2. « Servetur particularis Rubrica. »

Atque ita rescripserunt, ac servandum mandarunt, die 8. Augusti 1835.

4766. ALBEN.

Quum in Civitate Alben. dispositio Sacrorum Functionum Ecclesiae Sanctimonialium Ordinis Praedicatorum, demandata sit Sacerdoti Cosmae Damiano Montanaro Canonico Cathedralis, ac in earumdem Sanctimonialium Asceterio Confessario Ordinario, sui muneris esse duxit Sacrae huic Rituum Congregationi duo sequentia Dubia pro opportuna solutione proponere, nimirum.

1. An liceat Feria V. in Coena Domini in Altare Sacri Sepulchri apponere Velum album, quod e magna Cruce descendens cooperiat Eucharistiam?

2. An Decretum Sacrorum Rituum Congregationis diei 17. Septembris 1822. prohibens pro Celebrante Sedem Cameralem loco scamni cooperti tapete, comprehendat etiam ritum Dominicanum?

Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, in Ordinariis Comitibus ad Quirinale sub infrascripta die coadunati, ad relationem subsignati Secretarii, respondendum censuerunt.

Ad 1. « Non licere. »

Ad 2. « Affirmative. Die 8. Augusti 1835. »

4767. ORDINIS MINORUM

CAPPUCCINORUM PROVINCIAE HETRURIAE.

R. P. Fr. Antonius ab Aqua Ordinis Minorum Cappuccinorum Provinciae Hetruriae Sacrorum Rituum Congregationem humillimis datis precibus suppliciter adivit, ac circa insequentia Dubia opportunas declarationes enixe efflagitavit, nimirum.

1. Quum aliqui Conventus Hetruriae Titula-

rem habeant Sanctum Martyrem, vel Confessorum, vel Virginem cum Officio, et Missa propria, et in die octava desiderentur Lectiones secundi, et tertii Nocturni propriae, quaeritur an ipsa die octava omnia desumenda sint ab Officio diei Festi, vel potius Lectiones ipsae esse debeant de Communi?

2. Aliqui Sancti habent in tertio Nocturno Lectiones proprias, et in particularibus Rubricis nihil dicitur; an nona Lectio coniungenda sit cum octava, occurrente Homilia Vigilae, Ferae, vel Dominicae, sive etiam Lectione Sancti simplicis; quaeritur an huiusmodi unio semper fieri debeat?

3. Dum Hebdomadarius in Choro pergit ad legendam Homiliam, sive Lectiones tertii Nocturni Sancti, de quo fit Officium, ad Evangelium debet ne tenere manus super Breviarium, vel potius iunctas ante pectus?

4. An in Lectione Martyrologii annuncianda sint Officia votiva persolvenda insequentibus diebus?

5. An item annuncianda sint Officia per accidens translata?

6. Utrum Sanctimoniales Ordinis Cappuccinorum, quae Ordinis ipsius Calendario utuntur, possint omittere Officia propria Sanctorum Dioecesis, an omittere Officia Ordinis, ut persolvant illa Dioecesis, vel potius, relicto Calendario Ordinis, in omnibus sequi illud Dioecesis?

Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, in Ordinariis Comitibus ad Quirinale subsignata die coadunati, omnibus mature perpensis, ad relationem mei infrascripti Secretarii, rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Lectiones secundi et tertii Nocturni in casu desumantur ex Octavario Romano. »

Ad 2. « Detur Decretum in Namurcen. diei 23. Maii 1835. ad Dubium quintum. »

Ad 3. « Ad libitum Hebdomadarii. »

Ad 4. « Affirmative iuxta Rubricas, et alias decreta. »

Ad 5. « Ut ad proximum. »

Ad 6. « Iuxta alias decreta praeter Dedicacionem Cathedralis, et Officium Patroni, non teneri nisi ad Officia, quae indulta sunt utrique Clero, nec teneri dimittere Kalendarium Ordinis, si iuxta illud Officium recitent. » Atque ita rescripserunt, ac servandum mandarunt, die 8. Augusti 1835.

4768.

CASALEN.

Beatissime Pater.

Ad pedes Sanctitatis Tuae humiliter provoluti Praepositus et Canonici Collegiatae insignis San-

ctae Mariae Novae Oppidi Lii Casalensis Dioecesis devotissime exponunt, a suprema Benignitate Benedicti Papae XIV. fel. rec. Praedecessoris Tui Indultum obtinuisse vestiendi in quibuslibet Functionibus Capparum Insignia ormesini violacei coloris, ut ex Bulla quinto Kalendas Maii MDCCXLVIII.

Ast (qua de causa nescitur) Canonici tunc temporis loco ormesini violacei coloris, serico coloris cremisini ad instar Cathedralis usi sunt, idque servarunt usque in hodiernum diem, atque sic indulti pluries adstiterunt tam coram Episcopo, quam Canonicis Cathedralis, nemine contradicente, aut impugnante.

Occasione vero Pastoralis Visitationis anno elapso peractae, Canonici Cathedralis recursum porrexerunt Episcopo actu visitanti, ubi instanter petierunt, ut Canonicos perstringant ad utendum colorem violaceum in Bulla concessionis signatum, et cremisinum deponendum.

Quamvis Canonici Collegiatae Oratores Tui praescriptionem ab immemorabili allegare possent, attamen iurgia devitare cupientes apud Sanctitatem Tuam suppliciter expostulant, ut loco ormesini violacei coloris, colorem purpureum, ut ex signo hic appposito, benigne permittere digneris, quemadmodum conspicitur in usu in pluribus Pedemontanae Ditionis Collegiatis, Episcopo consentiente, et Canonicis Cathedralis, pro qua gratia Canonici preces effundunt ad Omnipotentem Deum, ut Tibi longitudinem dierum, ac quodcumque solamen pro Ecclesiae bono, et exaltatione Tibi misericorditer impertiatur, Pedes humillime osculantes.

Huiusmodi precibus ab infrascripto Secretario relatis in Ordinariis Comitibus Sacrorum Rituum Congregationis ad Quirinale hodierna die habitis; Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, rescribendum censuerunt: « Servetur dispositio Brevis sa. me. Benedicti XIV. Die 8. Augusti 1835. »

4769.

ROMANA.

Quum diversae circumferantur opiniones circa translationem Officii Puritatis Beatae Mariae Virginis Clero Saeculari Urbis concessi, quin in Decreto appareat facultas illud transferendi quando Dominica tertia Octobris praepeditur alio Officio potioris ritus; Sacrorum Rituum Congregatio de sententia requisita, in Ordinariis Comitibus ad Quirinale hodierna die coadunata, omnibus mature perpensis, rescribendum censuit. « In casu esse omittendum eo Anno simili in occurrentia iuxta Decretum Lycien. diei 25. Septembris 1688. ad Dubium III. Die 8. Augusti 1835. »

4770. ARBOREN.

Seminarii Arboren. Sacellum ita fuit ab initio aedificatum, ut superius haberet Cubiculum, in quo interna dispositio Seminarii ipsius in praesentiarum exigeret, ut aliquis de noctu etiam moraretur. Ast quum hodiernus Archiepiscopus probe noscat id ab Ecclesiasticis Sanctionibus omnino prohiberi; hinc Sacrorum Rituum Congregationem suppliciter adivit Apostolicum exquirens Indultum. Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die coadunati, audita fidei relatione ab me infrascripto Secretario facta, rescribendum censuerunt. « Detur Decretum in Lycien. die 26. Aprilis 1834. nimirum petiti elargiti sunt Indultum, hac tamen adiecta lege, ut super Altare Baldacchinum apponatur, et removeatur, si fieri potest, Custodia Sanctissimi Sacramenti, quatenus ibi asservetur. » Die 12. Martii 1836.

4771. CIVITATIS CASTELLAN.  
ET HORTAN.

Quum Clerus Civitatis Castellanae et Hortanae ad conscientiarum tranquillitatem Sacrorum Rituum Congregationem requisierit « Utrum servandum sit Decretum ipsius Sacrae Congregationis huius conceptum terminis editum die 27. Martii 1779. nimirum: - In die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, licet habeantur tria Officia translata, et reponenda, unum classicum, alterum duplex maius, tertium duplex minus, nullum ex translatis est admittendum: - vel potius fieri debeat regressus ad aliud Decretum retroactis temporibus antecederet emissum, posse tali die duplicia translata reponi, prout duobus ab hinc Annis in Civitatis Castellanae, et Hortanae Calendario mos introductus est? Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata, referente infrascripto Secretario rescribendum censuit: « Extra casum a Decreto diei 27. Martii 1779. signatum, posse. » Die 12. Martii 1836.

4772. DUBIORUM.

Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna solutione, sequentia Dubia proposita sunt, nimirum.

1. An iis in locis, in quibus Officium Sacratissimi Cordis Iesu gaudet ritu duplici secundae Classis, habeat etiam primas Vesperas proprias cum commemoratione Octavae Sanctissimi Corporis Christi, vel an Vesperae esse debeant de memorata Octava?

2. Quum in concessionibus Octavarum privilegiatarum interdum non exprimatur an intra

ipsas locum habeant dies octavae aliorum Festorum, quaeritur an standum sit particularibus concessionibus, vel potius an sequenda lex, quod de diebus Octavis semper recitari debeat Officium etiam intra Octavas privilegiatas?

3. An Festa principalia Ordinum Religiosorum, in quibus iuxta Rubricas inter Regulares Familias addi potest in Missa Symbolum Nicaenum, intelligenda veniant Festa Fundatorum tantum, vel potius etiam aliorum Sanctorum cuiusque Ordinis, quae recensentur sub ritu duplicis secundae Classis cum Octava?

4. An in Missa Sancti Aloisii Gonzagae Patroni Iuventutis, ubi Officium persolvitur ritu duplici primae Classis cum Octava, addi valeat Symbolum Nicaenum?

Et Sacra eadem Congregatio, ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, ad relationem proprii Secretarii rescribendum censuit.

Ad 1. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 2. « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. »

Ad 3. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. »

Ad 4. « In locis tantum, ubi est Patronus praecipuus. Atque ita rescripsit, die 12. Martii 1836. »

4773. FERETRANA.

Emi e Rmi Signori.

L'attual Vescovo di Monte Feltri con benigno Rescritto della Sacra Congregazione de' Riti del giorno 8. prossimo passato Agosto venne autorizzato a togliere la differenza delle Feste, e Vigilie, che ha luogo in quella Diocesi nata dalla diversità de' Dominii, cui la medesima era soggetta, allorchè dalla Santa Sede fu concessa la riduzione, rimettendo all'arbitrio del Vescovo Oratore l'adottare l'uno, o l'altro metodo. Come più gradito alla Popolazione avrebbe desiderato uniformarsi all'uso della porzione soggetta allora alla Repubblica Romana. Incontrò però due difficoltà: per la prima, resterebbero così sopresse quattro Feste di precetto, cioè la seconda di Pasqua, di Pentecoste, di Natale, e l'ultimo dell'Anno, cosa che dispiace a chi le osserva: per la seconda le Vigilie dell'Avvento rimarrebbero dispensate dalla stretta osservanza, mentre nella suddetta porzione di Diocesi si gode l'indulto di poter far uso delle Uova, e Latticini, quando nell'altra parte sono Vigilie totalmente chiuse. Rendendole tali per tutta la

Diocesi, riuscirebbe disgustoso agli altri. A contentare ognuno bramerebbe essere abilitato ad uniformarsi pienamente all' uso vigente, ove comandava la Repubblica Romana in quanto alle Vigilie, e così a ripristinare ancora quella di San Giovanni Battista, che ora non è di precetto in ogni luogo, e di lasciare, ove sono in vigore le nominate quattro Feste, col permesso anche di estenderle a tutta la Diocesi, che n' è già contenta. In tale maniera è tolta ogni differenza, con reciproca soddisfazione, e perciò il Vescovo Oratore si dirige all' Eminenze Loro Reverendissime, onde impetrarne l' opportuna autorizzazione. Che ec.

Huiusmodi precibus a me infrascripto Secretario relatis in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Vaticanum hodierna die habitis, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris ipsis Ritibus tuendis praepositi, rescribendum censuerunt: « De speciali gratia iuxta preces. » Die 12. Martii 1836.

4774.

HIERACEN.

Precibus Sacerdotis Iacobi Barillon exquirentis ut a Clero Communis vulgo Serra Dioecesis Hieracen., cuius ipse est Procurator, continuari valeat usus Sacrarum Suppellectilium ex Gossypio confectarum, Sacra Congregatio in Ordinario Coetu hodierna die ad Vaticanum habito, rescripsit: « Episcopo, ut veris existentibus narratis, indulgeat, ut intra Biennium suppellectilia renoventur ad tramites Generalis Decreti, permissio interim earum usu, quae nunc habentur. » Die 12. Martii 1836.

4775.

LUCANA.

In universa Dioecesi Lucana Dominica quinta post Pentecosten fit Officium Sacri Cordis Beatae Mariae Virginis, quod in Ecclesia Clericorum Regularium Matris Dei celebratur magno Populi concursu, sed ritu duplici maiore, ut in Calendario Dioecesis. At in Dominica praecitata quandoque cadit solemnitas Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, quandoque Sancti Paulini Patroni Principalis, utraque Festa primae classis cum Octava: propterea supradictum Officium Sacri Cordis pro iisdem etiam Clericis Regularibus transferendum. Utrouque in casu unica Missa Solemnis canitur de Sacratissimo Beatae Virginis Corde, quod asseritur posse ex Rubricis Missalis de Translatione Festorum titulo VI. quamvis pluri contradicant. Proposito Dubio Sacrorum Rituum Congregationi a Clericis Regularibus Congregat. Matris Dei Lucae degentibus, quaeritur quid sentiat? Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepo-

siti in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunati, ad relationem proprii Secretarii rescribendum censuerunt: « Abusum esse eliminandum. » Die 12. Martii 1836.

4776.

TARVISINA.

Reverendissimus D. Sebastianus Soldati Episcopus Tarvisinus, sequens Dubium humillime exponit, nempe.

An Episcopus gaudens, prout est de more, privilegio Altaris portatilis, licite possit, si forte aliquando sit morbo impeditus, iubere ut aliquis ex Sacerdotibus sibi benevisis super idem Altare portatile, decenter collocatum iuxta cubiculum suum, Sacra peragat ad devotionis solatium? Et quatenus negative idem Episcopus enixe deprecatur pro huiusmodi Indulto valituro pro quocumque casu eventuro ad eiusdem Episcopi Oratoris vitam. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die coadunata in Ordinariis Comitibus, ad relationem subscripti Secretarii, respondendum censuit. « Affirmative ad primam partem: ad secundam non indigere. » Die 12. Martii 1836.

4777.

TRIDENTINA.

Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit R. P. Fr. Uldericus a Grigno Sacerdos Ordinis Minorum Sancti Francisci Reformatorem Provinciae Tridentinae, ut insequentia Dubia declarare dignaretur, nimirum.

1. Quum iuxta Decretum Sacrorum Rituum Congregationis pridie Kalendas Aprilis 1821. eliminanda sit consuetudo apponendi Sanctorum Reliquias, pietasque Imagines super Tabernaculo, in quo Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum asservatur, adeo ut ipsum Tabernaculum inserviat pro basi, quaeritur an hoc Decretum valeat etiam pro Reliquiis Sanctissimae Crucis, vel alterius Instrumenti Dominicae Passionis publicae venerationi expositi?

2. An iis in Ecclesiis, in quibus ob Sacerdotum defectum Celebrans in Hebdomada maiori decantare cogitur partem Passionis, illam decantare debeat in Cornu Evangelii?

3. An in Missa Conventuali sive cantata, sive plana Passio legi debeat in Cornu Epistolae?

4. An reprobanda, ac proinde eliminanda sit consuetudo, Feria sexta in Parasceve de sero in Ecclesia, et ad proprium Altare, cum luminaribus iterum collocandi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum?

5. An liceat eadem Feria Sexta in Parasceve in loco, ubi asservatur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pro hac Feria, statim post Caere-



monias ipsius Feriae exponere publicae venerationi Reliquiam Sanctissimae Crucis, et ibi manere usque ad crastinum ad horam solemnem Functionis expositam?

6. An in Sabbatis Quadragesimae in meridie *Angelus Domini* dici debeat stando?

7. An in Provincia Tridentina, quae ab Imperatore Leopoldo I. inter Provincias Germaniae adnumerata est, ab Alumnis Ordinis Minorum Sancti Francisci Reformatorum, absque Ordinarii licentia praeter consuetas, usuque receptas Sanctissimi Sacramenti expositiones, fieri possint extraordinariae, quae in illis Provinciis ex inveterata consuetudine introductae sunt?

8. An in Missa Conventuali plana omittenda sit in duplicibus secundae Classis commemoratio Simplicis, quando ratione Solemnitatis altera Missa cantatur?

9. An Litaniae Sanctorum iuxta praescripta Rubricarum pro Nostratibus ex indulto Apostolico rite disposita, sint modo de praecepto recitandae in Festo Sancti Marci et in Rogationibus?

10. An in diebus Feriis Missa Rogationum sit de praecepto celebranda, quae in hac Provincia ex inveterata consuetudine non est in usu?

11. An in diebus anniversariis electionis, et consecrationis Summi Pontificis, Collecta in Missa adiungenda pro Eodem sit de praecepto?

12. An toleranda sit, vel eliminanda consuetudo inveterata, Sacerdotem, qui ad Altare aliquod ad celebrandum accedit, vel ab eo recedit, sic Sacris Vestibus Sacrificii indutum, et prae manibus Calicem tenentem, ascendere in transitu ad Altare, in quo adest Sanctissima Eucharistia, ut ibi Sacram Communionem Fidelibus distribuat? Et quatenus non sit toleranda, utrum depositis Planeta, et Manipulo in Sacristia, accedere possit cum Alba, et Stola?

13. An Stola pro ministranda Sanctissima Eucharistia extra Missam semper esse debeat coloris Officio illius diei convenientis, ut praescribit Rituale Romanum, vel potius esse debeat alba prout valde conveniens Sacramento Eucharistiae, ut multi censent Doctores?

Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum hodierna die coadunati, singulis mature perpensis, diligenterque examinatis, referente me infrascripto Secretario rescribendum censuerunt.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Affirmative. »

Ad 3. « In Missa solemnibus tantum. »

Ad 4. « Abusum esse eliminandum. »

Ad 5. « Negative. »

Ad 6. « Recurrat ad Congregationem Indulgentiarum. »

Ad 7. « Negative. »

Ad 8. « Negative ad secundam partem. »

Ad 9. « Affirmative. »

Ad 10. « Affirmative, si fiat Processio Rogationum. »

Ad 11. « Affirmative. »

Ad 12. « Si adsit necessitas posse tolerari. »

Ad 13. « Iuxta Ritualis Romani Rubricam debet esse coloris Officio illius diei convenientis. »

Atque ita rescripserunt, ac servandum esse mandarunt. Die 12. Martii 1836.

4778. VALENTINEN.

Sacerdos Spiritus Gustavus Iouve Canonicus, et Eleemosynarius Episcopi Valentinensis quaerit 1. Utrum teneatur ferre super habitu choralis Stola, quando assistentiam praestat Episcopo, dum in Oratorio privato, aut alibi Missam celebrat: in hypothesis vero negativa, quaerit 2. Utrum sibi liceat, absque violatione Rubricarum, Stola ferre in casibus supradictis? Et Sacra Rituum Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunata, ad relationem subsignati Secretarii, respondendum censuit.

Ad 1. « Negative. »

Ad 2. « Obstant Decreta. » Die 12. Mart. 1836.

4779. ANAGNINA.

Quum hodiernus Praepositus Cathedralis Ecclesiae Anagnin. non obstante Decreto Sacrorum Rituum Congregationis diei 21. Aprilis 1736. in quo edicitur in una Anagnin. « Cathedralis Praeposito non debentur Paramenta Sacra, et nobilior in loco distinctio a ceteris Canonicis » praesumat hanc ipsam distinctionem sibi vindicare, nonnulli ex Canonicis ipsius Cathedralis ad Sacram Rituum Congregationem huiusmodi factum reclamarunt. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ordinariis Comitibus, ad relationem subsignati Secretarii, rescribendum censuit. « Episcopo administratori, qui ad tramites Decreti in Anagnina diei 21. Aprilis 1736. provident. Die 12. Martii 1836. »

4780. RHEDONEN.

Quum Reverendissimus Rhedonen. Episcopus animadverterit suae Dioecesis Parochos in nonnullis administrandis Sacramentis quoad quasdam Caeremonias haud penitus inter se convenire, nec eam aequae ab omnibus servari uniformita-

tem, quam ipse maxime optaret, pro eo quo praestat studio ac diligentia ad rectum ordinem in Ritibus ac Caeremoniis Ecclesiae servandum, Sacrorum Rituum Congregationi humillime se-

quentia dubia enodanda proposuit ad hunc finem aliquando obtinendum, nimirum. I. Ultra pedum pars superior ne, an inferior unguenda sit in Sacramento Extremae Unctionis? (1)

(1) Varii semper in Ecclesia Christi fuerunt ritus, sive rituum varietas semper in Ecclesia viguit, et si illius inspicimus exordium, tanta in ritibus fuit diversitas, ut, si ea excipiamus, quae ad Fidei substantiam spectabant, si ea demamus, quae vel divinam habebant institutionem, quae constitutiva rerum efformabant, ut in Sacramentis; vel divinum habebant praeceptum, vel Apostolicae institutionis aut vetustissimae traditionis notam praeseferebant (in quibus omnes conveniebant Ecclesiae, quaeque ab omnibus aequae Ecclesiis servabantur) si haec, inquam, excipiamus, tot erant in accidentalibus ritus et Liturgiae, quot Ecclesiae diversae erant, quin unitas fidei tolleretur, quin religio aliquid pateretur detrimenti. Ecclesia autem hanc utique, primis praesertim saeculis, libertatem reliquit, unde ipsa rituum varietas exorta est. Haec una ex praecipuis fuit causis; alias hic meminisse supervacaneum foret. Haec autem, quae olim fuit in unaquaque Ecclesia rituum ac caeremoniarum varietas (de accidentalibus semper intelligo), haec, quae fuit Liturgiarum diversitas, admirabilis habenda est, et necessaria agnoscenda: admirabilis quidem, dum haec ipsa ex multis nationibus, gentibus, populis, et linguis Christi Ecclesiam conflata esse demonstrat: necessaria (saltem initio) quia cum diversae indolis, diversi ingenii essent gentes, quae Christi fidem amplectebantur, ea ipsos retineri et Apostoli et Apostolorum successores passi sunt, quae substantialia non attingebant; idque sapientissimo ab ipsis factum est consilio, ne scilicet, si omnia statim improbari, ac reiici vidissent, quae usque ad illud tempus retinuerant, quaeque nec Fidei substantiam, neque unitatem respicerent, a nova, et vera Christi fide ac religione amplectenda deterrerentur. Sapientibus loquor, qui haud certe mirari possunt vel suspicari, me novum aliquid in medium proferre. Satis est de veteri Ecclesiae disciplina pertractantes auctores perlegere, ac diversa Ritualia invisere, in quibus varii describuntur ritus, variae caeremoniae observantur, quibus diversae per orbem Ecclesiae, sive in Occidente, sive in Oriente usae sunt, et adhuc utuntur.

His praemissis videamus si forte aliquid sit, quod diversimode possit a quibusdam agi quam alii in ritibus et caeremoniis agant, vel ipsum Rituale praescribat, praesertim si hoc in quibusdam, aut diversimode agi permittat, aut quaedam non ita clare, aut praeceptive praescribat. Sane Rituale Romanum ita appellatur, quia ritus continet, quibus Ecclesia Romana, seu universalis utitur, quique Romae servantur tamquam Ecclesiae Apostolicae proprii, in qua, ut inquit Augustinus Epistola 157. *semper viget Apostolicae Cathedrae Principatus*: et ut longe ante ipsum docuit s. Irenaeus Libro 3. Capite 8. *ad hanc Ecclesiam (nempe Romanam) propter principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam*. Periculosum itaque esset a ritibus Romanae Ecclesiae omnium matris, et Magistrae praescriptis recedere, atque hic omnia ut praescribuntur, servanda sunt. Ecclesia enim Sancto directo Spiritu nihil sine ratione, nihil frustraneum praescripsit, et ad finem aliquem religiosum, omnia instituit, omnia ad divini cultus maiestatem, ad spirituale filiorum bonum pia Mater instituit: idcirco scribit s. Ioannes Chrysostomus Homilia prima in Matthaeum: *Magistri nostri (hoc est Apostoli) Ecclesiarum institutores usque ad humilia et minuta praecepta deduxerunt diligentiam disciplinae*. Ordo igitur ab omnibus servandus est, et de hoc ordine ab omnibus servando in ritibus et caeremoniis cum Chrysostomo, et alii Patres intelligunt ea verba, quae Paulus Apostolus habet prima ad Corinthios *omnia honeste et secundum ordinem fiant in vobis*. Hinc est quod prisca fideles sedulo caeremoniis studuerunt, et ut omnia in ordine, et accurate fierent eligere quendam consueverunt sacris ritibus praefectum qui *Monitor* appellabatur, ut observat s. Isidorus Abbas, et ut probat exemplo Sacerdotis Nepotiani, quem laudat s. Hieronymus in sua ad eum epistola his verbis, *quod cernitur eius in omnes caeremonias sollicitudo*. Quamvis haec in dubium nequeant revocari, nihilominus ex ipso Rituali Romano quaedam esse possunt quae aliquantulum diverse in ipsa Sacramentorum ad-

ministratio peragi possunt, quin illicite aut administrentur, aut suscipiantur. Patet ex ipsis Ritualis verbis: Hoc enim postquam titulo: *De iis quae in Sacramentorum administratione generaliter servanda sunt*, haec dixerit: *Ut ea quae ex antiquis Catholicae Ecclesiae institutis, et Sacrorum Canonum, Summorumque Pontificum Decretis, de Sacramentorum ritibus et caeremoniis hoc libro praescribuntur, qua par est diligentia, ac religione custodiantur, et ubique fideliter serventur, illud ante omnia scire, et observare convenit, quod Sacrosancta Tridentina Synodus Sess. 7. Can. 13. de iis ritibus decrevit in haec verba - Si quis dixerit receptos et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a Ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse: anathema sit.* - Postquam inquam haec dixerit, et retulerit Tridentini Concilii auctoritatem, haec habet verba titulo *de Sacramento Baptismi rite administrando.* - *Dum autem ad hoc Sacramentum conferendum alia sint de iure divino absolute necessaria, ut materia, forma, minister, alia ad illius solemnitatem pertineant, ut ritus, et caeremoniae, quas ex Apostolica, et antiquissima traditione acceptas, et approbatas, nisi necessitatis causa omittere non licet.* -

Iam si, in casu quidem necessitatis omittere quaedam licet, non omnia quae praescribuntur, quamvis extra hunc casum sint servanda, eiusdem aequae sunt generis, ea ratione, quia non sunt substantialia, sed ad maiestatem et solemnitatem Sacramentorum sunt instituta, et ea sunt, de quibus S. Thomas part. 3. quaest. 64. art. 4., ad primum, scribit: *Non sunt de necessitate Sacramenti, sed pertinent ad quamdam solemnitatem, quae adhibetur in Sacramentis ad excitandam devotionem, et reverentiam in iis qui suscipiunt, et est finis quem habet Ecclesia iuxta Concilium Tridentinum.* - Idem concilium Sess. 24. de reformatione Capite 1. haec habet. - *Si quae provinciae, (quoad matrimonii Sacramentum) aliis ultra praedictos, laudabilibus consuetudinibus, et caeremoniis hac in re utuntur, eas omnino retineri Sancta Synodus vehementer optat.* Similia habet Rituale Romanum Titulo 7. Cap. 3. §. Caeterum: *Si quae provinciae aliis ultra praedictas laudabilibus consuetudinibus, et caeremoniis in celebrando matrimonii Sacramento utuntur, eas Sancta Tridentina Synodus optat retineri.* Quod dictum est generice de diversis Ecclesiae ritibus, et caeremoniis, quae per diversa Ecclesiae tempora servatae sunt, quaeque approbante ipsa Ecclesia, viguerunt, et videntur adhuc, id ipsum de extremae unctionis Sacramento, quoad modum, et locum unguendi infirmos dici potest: Rituale Romanum de unguendis infirmis haec habet: *Quinque vero corporis partes praecipue ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit, nempe oculi, aures, et nares, os, et manus: Attamen pedes etiam, et renes unguendi sunt: sed renum unctio in mulieribus, honestatis gratia semper omittitur; atque etiam in viris quando infirmus commode moveri non potest. Sed sive in mulieribus sive in viris alia corporis pars pro renibus ungi non debet.* At aliquibus in Ecclesiis diversimode per diversa saecula infirmorum unctio peracta est. Cum divus Iacobus Apostolus solum unctionem memoret, et nihil de partibus unguendis innuat dicens, *infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiae . . . orent super eum ungentes oleo*, factum est ut non parum different Ecclesiae in hoc ritu, et diversimode in unctione conficienda sese gesserint. Graeci, si Arcadium audiamus libro 5. Capite 7. unctionem adhibent ad frontem, mentum, ambas genas, ut fieri videatur unctio a capite ad modum Crucis, deinde ad pectus, tum ad manus idque in utraque parte, postremo ad pedes. Ecclesia Latina non eodem modo per diversa tempora sese pariter gessit, et varia quoad partes inungendas fuit eius consuetudo, ut apud Martenium *de antiquis Ecclesiae ritibus ostendit* Sambovius. Id ex variis ritualibus diversarum Ecclesiarum desumitur, quae ab eodem Martenio proferuntur, quaeque brevitatis gratia omittenda censeo. Ex his nonnulli existimant usum invaluisse varias inungendi Corporis partes, et invaluisse post s. Gregorii aetatem, sed pariter sentiunt non easdem, omnibus aequae in Ecclesiis, corporis partes fuisse laetatas, imo in aliquibus quasdam debuisse partes inungi, quas inungere in aliis quibusdam vetitum erat. Saeculo Christi sexto apud quasdam Ecclesias una tantum Corporis pars inungebatur, et haec pectus erat. Habetur hic ritus in vita s. Augendi sive Eugendi, ex qua discimus, eum in pe-

ctore tantum fuisse inunctum: *Cum ultra sexagenariam aetatem sex fere mensibus praedictus propter inaequalitatem corporalem laboraret, vocato uno ad se de fratribus, cui cum libertate peculiari olim etiam perungendi infirmos opus iniunxerat, secretissime quoque sibi pectusculum petiit, ut moris est inungi*: Ubi advertenda sunt ea verba *ut moris est*: Non novitas ergo, non contra ritum tunc vigentem, sed iuxta consuetudinem pectus solummodo inungebatur. Idem observat Mabillonius ad saeculum primum Benedictinum. In Ritualibus libris autem, quos refert Martenius, de quibus supra, iuxta plures corporis partes inungebantur, pene in omnibus praescribebatur, ut ea pars corporis inungeretur, ubi dolor plus imminebat. Quae praescriptio, qui usus verbis fortasse Apostoli Iacobi nitebatur, nimirum *Et alleviabit eum Dominus*: qui tamen usus desiit omnino et vetitus postmodum fuit, ne videretur unctio Sacri Olei ad medicinam potius corporis, quam ad animae spirituale remedium adhiberi.

En varia quoad unctiones in extremae unctionis Sacramento administrando praxis, quae vel ad veterem Ecclesiae disciplinam spectat, vel diversas respicit sive Orientis sive Occidentis Ecclesiae praxim. Quod vero pertinet ad hodiernam praxim et praescriptum Ritualis Romani sive universalis Ecclesiae, omnibus patet: in hoc enim statuitur, quomodo fieri debeat unctio, et quae sint partes inungendae, quaeque ex his debeant praecipue inungi, et quae inungi quandoque non debeant. Superius a me iam sunt allata Ritualis verba, quibus consonat Concilii Tridentini Catechismus *part 2. De extremae unctionis Sacramento. Oculi, aures, nares, os, et manus* praecipue debent inungi; de *pedibus*, et *renibus* vero dicitur, quod in quibusdam semper *omittitur* unctio, nempe in *mulieribus*, et *omittitur honestatis gratia*: in viris autem non semper, sed tunc solum quando *infirmus commode moveri non potest. Oculi itaque, aures, nares, os, et manus* sunt inungendae praecipue, et has corporis partes nominat, et ideo praecipue eas praescribit inungendas, quia veluti *sensuum instrumenta* considerat. Omissis hic quibusdam quaestionibus, quae ad Theologos spectant, quaeque rei, de qua agimus, nihil prorsus vel officere possunt, vel prodesse, unum breviter adnoto: fuisse, nempe, olim a Theologis investigatum, disceptatumque, an quinque sensuum unctio sit de substantia Sacramenti. Iam in hac disquisitione non de omnibus taxative unctionibus agebatur, sed de illis quinque, quibus sensus liniuntur; sed cum de quinque his sensibus loquuntur, pedes, et renes omittendo, renum ac pedum unctionem omitti posse eos putasse non est credendum, ex quo conicere quis posset, parvi apud eos momenti fuisse *renum ac pedum* unctionem, adeoque omitti omnino posse vel debere, eos existimasse; sed male admodum quis ex ea quaestione id colligeret: clare enim nimis Ritualis rubrica praecipit, ut *renes et pedes* ungantur; neque ex eo quod Rubrica prius quinque tantum humani corporis partes memorat (eas aliquomodo a renibus, et pedibus seiungendo) quas solum, quemadmodum et Concilii Tridentini Catechismus, sensuum instrumenta in homine vocat, ei a natura tributa, non ex hoc, inquam, et *pedum et renum* unctionem vel excludit, vel omnimodam libertatem eos ungeri huius Sacramenti Ministro relinquit; sed ideo Rubrica, quin sibi contradicat (ut videri primo intuitu posset) quinque partes prius inungendas assignando, septem postea enumerando, abstrahit quodammodo *pedes et renes ab oculis, auribus, naribus, ore, manibus*, non quia sensum ab illis, qui in quinque assignatis prius partibus, diversum aliae duae partes efformant, sed quia hae, quas postea adiicit partes, relationem habent ad aliquem illorum sensuum, quos iam in quinque aliis partibus memoravit. Nam per *oculos, nares, aures, os, et manus* intelliguntur sensus *visus, odoratus, auditus, gustus, et tactus*; cum quibus potest homo delinquere et peccatum perpetrare. Cum autem relationem ad aliquem ex his quinque sensibus aliae duae postmodum adiectae partes habeant, hinc per has, nempe per *renes, et pedes* non de novis, aut diversis sensibus intelligit loqui, sed de duobus ex quinque iam memoratis sensibus. *Pedes* enim sub sensu *tactus*, *renes* autem sub sensu *delectationis* possunt comprehendi, *pes* namque *gressu* potest delinquere, et *renes* per lumborum delectationem, atque ideo in forma unctionis *pedum* dicitur. *Quidquid per gressum deliquisti*; et in altera *renum*, *quidquid per lumborum delectationem deliquisti*: pia hinc Mater Ecclesia instituit ut septem hae singulae partes inunge-

rentur, ut medela cuique sensui plene, completeque aptaretur. Quinque igitur, si Auctores audiamus, et ex toto Rubricae contextu eruitur, essentielles esse unctiones in hoc Sacramento dici potest, et duas integrales, *pedum* nempe et *renum*, quarum postrema plerumque in viris *omittitur*, semper vero in foeminis, quaecumque sit omissionis ratio, sive *impossibilitas* in viris, sive *honestas* in foeminis; quod non diceretur a Rubrica (quae quidem in foeminis *renum* unctionem omittendam praecipit) si harum partium unctio aequae essentialis esset, ac aliarum quinque. Confirmatur hoc ex aliis quae immediate habet Rubrica verbis, *sed sive in mulieribus, sive in viris alia corporis pars pro renibus ungi non debet*; ex quo fluit integram tantum esse hanc unctionem, quod quidem de aliis quinque sensibus non dicitur, imo si unctio fieri in aliqua ex aliis quinque partibus nequit, aliquo suppleri modo debere ipsa innuit Rubrica per haec verba: *Si quis autem sit aliquo membro mutilatus pars loco illi proxima inungatur, eadem verborum forma*; recta igitur distinctio haec inter *integram* et *substantialem partem* dignoscitur, et in ipso Ritualis Rubricae contextu fundata.

Omnibus hisce positis, sive quae ad veterem pertinent disciplinam, sive quae diversam respiciunt praxim, sive quae ipsa habet Rubrica quoad partium liniendarum distinctionem, differentia legitime infertur unctionem inter et unctionem, inter partem et partem inungendam, et hinc quoad alicuius etiam partis locum diversum inungendum, quin haec diversitas (loquor de duabus partibus integralibus, quas distinguendo memoravi) aut Sacramenti validitati aliquid detrahat, aut ipsi licitudini officiat; quod habet relate ad *pedum* unctionem Rubrica *attamen pedes etiam, et renes ungenti sunt*. Hic Rubrica non innuit an inferiori parte seu planta, vel in superiori pes sit ungendus, sed solum praescribit *pedum* unctionem. Fateor quidem, si *pedum* unctionem cum unctione manuum conferamus, colligi quodammodo posse inferiorem *pedum* partem, sive plantam esse liniendam. Nam cum de unctione manuum Rubrica loquitur, clare innuit manus interius esse ungendas exceptis Presbyteris, de quibus ait: *Manus vero quae reliquis infirmis interius ungi debent, Presbyteris exterius ungantur*. Idem dici deberet de pedibus licet Rubrica non innuat, sicut de manibus; nam tam Tit. XXXII. *de Sacramento extremae unctionis*, tam XXVIII. *de ordine ministrandi Sacramentum extremae unctionis*, pedes simpliciter nominat. In illo legitur *attamen pedes etiam . . . ungenti sunt*, in hoc legitur, *ad pedes*: Nihilominus facta comparatione unctionis *pedum* cum alia manuum, colligi posse dixi etiam pedes inferius esse inungendos, quemadmodum et manus interius, quia in hac parte, sicut in manibus, tactus praecipue situs est. Ad sensum autem tactus vidimus pedes pertinere, et unctio tactum respicit, per quam orat Minister Dominum, ut infirmo indulgeat quicquid per tactum deliquit; quia licet gressus (cuius culpas Minister Deum precatur ut remittat infirmo) totius pedis sit actus, tamen inferiori parti praecipue tribuitur, in qua tactum dici potest praecipue et sensibilis inesse, et qua terram immediate premit. Haec, non inficior, sponte fluere videntur, hoc ex instituta comparatione cernitur. Advertendum tamen est nihil a Rubrica quoad pedes dici, quemadmodum de manibus, an in inferiori vel in superiori parte pedes inungendi sint. Ex hoc factum fortasse est, ut diversi diverso in loco pedes inungant, quidam nempe iuxta diversam praxim ad plantam, quidam ad *tarsum*, sive partem superiorem, quidam ad *metatarsum*, ad eam scilicet pedis partem, quae vulgo *collo del piede* dicitur, ut ex Baruffaldo colligitur, qui etiam haec habet: *Si vero infirmus non valeat movere prae lassitudine ex morbo proveniente, ungetur ea pars, quae commode magis prostat*.

Hoc admissio, silente Rubrica, quoad pedis locum, in *pedum* unctione, praxim varietate inspecta, necessitate ob infirmi ex morbo lassitudinem admissa, pedes ungenti in ea parte quae magis commode prostat, (quod aequivalet alteri unctioni faciendae in mutilatis in loco proximiori parti quae deest) unum accedit quod despiciendum non foret: nempe quod sicut pes ex inferiori parte, et superiori constat, et pedis idea haec omnia comprehendit, quaecumque ex his partibus ungetur, verum semper erit pedem inungi, et nihil fortasse referet, an inferior vel superior illius pars ungetur. Neque dici stricte poterit contra Rubricam agere, qui superiorem potius quam inferiorem partem inunxerit, vel vicissim, aut ab uno potius quam ab altero Rubricae praeceptum servari, vel violari. Quisque enim illorum Rubricam servasse dicet, statim ac pedem, quacumque in parte inunxerit, et quisque

pro se Rubricam proferet, quae *pedes ac pedem* simpliciter nominat. Quae hucusque dixi, quaeque ex diversa praxi desumpsi, ex auctoribus deprompsi, et ex generica Rubricae locutione protuli, unctionem hanc de qua sermo est, liberam fortasse possent relinquere quoad locum, cum praxis contra praxim, usus contra usum posset afferri, non vero clarum et taxativum Rubricae praescriptum, nisi genericum de pedibus ungendis. Hinc nec Ecclesia unum fortasse prae altero reprehenderet, cum omnes aequae unctionis praeceptum servasse, ac neminem aut Sacramenti validitati detraxisse, aut contra licitam administrationem peregissee, posset aliquo modo contendere. Quot, quaeso, sunt quae in disciplinari oeconomia Ecclesia diversimode peragi permittit? Quot in praxi de aliquibus discrepantiae, in accidentalibus quidem, admissae, quae non prohibentur? Quot rituum varietates, quas Ecclesia ipsa conservat, quot consuetudines, quae dummodo rerum substantiam non attingant, retinentur, observantur, ut scandalum vitetur, ut dissidia removeantur, ut contentiones et iurgia praecaveantur? Hoc semper servavit Ecclesia, hoc Patres sese ad prudentiam componentes, sequuti sunt. Narrat apposite ad rem nostram Augustinus, Divum Ambrosium sibi de variis ritibus dubitanti, et sciscitanti, ita respondendo scripsisse: *Ad quam forte Ecclesiam veneris, eius mores serva, si cuiquam non vis esse scandalo, aut quemquam tibi.* Id autem cum agebatur de non substantialibus, aut de iis quae fidem non respiciebant. Hinc ipse Augustinus scribit (*Epistola 86.*) *In his rebus de quibus nihil certe statuit Scriptura, mos populi Dei, vel instituta maiorum tenenda sunt, de quibus, si disputare voluerimus, et ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio.* Addam his quae apposite pariter habet Tertullianus initio libri De virginibus: *Regula fidei una omnino est, sola, immobilis, irreformabilis, caeterae iam disciplinae conversationis admittunt novitatem.*

Omnibus his positis, quae quidem non parvi momenti facienda videntur, quid de Parochis Rhodonensis Dioecesis erit dicendum? Quid de diversa, quae inter eos servatur, praxi discernendum? Sane exponit Illustrissimus Episcopus diversimode in sua Dioecesi sese Parochos gerere in administratione Sacramenti extremae unctionis, et ab aliis pedum plantam, ab aliis superiorem partem inungi: sed duo aequae fatetur, nempe, *et utrosque usui inhaerere*, et ideo inhaerere, tum quia de hac re sileat *Rituale Romanum*, tum quia diversa praescribunt *Ritualia*, quae pro quibusdam *Galliarum Dioecesis* edita fuere. En itaque rationes diversitatis quae inter praefatos Parochos advertitur in extrema unctione administranda, quae diversitas apud eos in usum transit, et in consuetudinem, cui unusquisque, ipso fatente Episcopo, adhaeret. Quod verbum *adhaeret*, demonstrat quodammodo, ita eorum quemque suum in hac re usum, moremque retinere velle, ut fieri fortasse posset, neminem ab hoc, quem hucusque servavit, esse recessurum, praesertim cum unusquisque, nulla disciplinari universali existente lege, silente *Rituale Romano*, diversimode praescribentibus variis *Galliarum Ritualibus*, respondere, aliter praecipientibus, fortasse posset, sese, sive in inferiori sive in superiori parte pedem unget, pedem revera inungere; *Ritualium suorum praescripta servare*, nec inobedientiae notam ullo pacto mereri. Haec supposita, paulisper, proprio usui huc usque retento, adhaesione, haec ad novam praescriptionem responsione admissa, nonne scandalum aliquod posset oriri? Nonne irreverentiae in Episcopum locus daretur? Quod quidem scandalum vitandum est, multoque magis non est excitandum, iuxta Ambrosii verba super relata, *morem eius serva, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi?* praesertim cum de re agatur quae accidentalia respicit, in quibus iuxta Tertullianum varietas esse potest, sive discrepantia: *Caeterae iam disciplinae ... admittunt novitatem;* non vero fidem et fidei substantiam, quae sola nempe *fidei regula* per eundem Tertullianum *una omnino est immobilis, irreformabilis.* Quid insuper si quisque pro suo usu stare vellet? Si suum quisque morem defendere? Suam quisque consuetudinem diversis *Ritualium praescriptionibus innixam* tueri? *Orietur interminata luctatio*, ut inquit S. Augustinus, quam luctationem vitare debemus, quaeque ex aliorum consuetudinum improbatione excitatur.

Quare, ut scandalum vitetur, ut oppositio, ut luctatio isthaec praecaveatur in hoc accidentali ritu, cum varia fuerit ex ritibus Ecclesiae disciplina, cum varia haec fuerit diversarum Ecclesiarum

## 2. Utrum in Nuptiis, quae secundae dicuntur omittenda sit benedictio Annuli? (1)

praxis quoad numerum partium inungendarum, et istarum aequè partium locum inungendum mos et praescriptio, cum nihil Rituale *saltem praeceptivè* innuat, cum varia Galliarum Ritualia diversimode praescribant, cum denique vere ab utrisque dici posset aequè pedem inungi, quacumque in parte inungatur, ad scandalum vitandum quod forte posset oriri, ad luctationes praecavendas quae possent excitari, S. Congregatio sapienter aequè, ac apposite respondendum putavit: *scribendum Episcopo esse, ut prudentia adhibita hac in re nihil innovet.*

(1) Datur sponsae annulus in signum mutuae dilectionis eam inter et sponsum, et est tamquam pignus unctionis cordis utriusque, idque ex ipsa eruitur Oratione, quam in dicti annuli benedictione adhibendam praescribit Ecclesia; in hac enim, et de fidelitate integra, et de mutua charitate fit mentio, in qua vivere uterque semper debet. Hinc S. Isidorus *de Ecc. Off.* scribit *capite 19. Illud vero quod in primis annulus a sponso sponsae datur, fit, hoc nimirum, vel propter fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda iungantur.* Ideoque non sacerdos huius Sacramenti minister, non alius quisque, sed ipse sponsus sponsae digitum annulo ornat. Benedictur vero annulus, ut omnis fascinatio a connubio amoveatur, et ideirco, cum signum Crucis, benedictio Sacerdotalis, et aqua benedicta valeant (quemadmodum innuitur in ordine ad faciendam aquam benedictam) ad *effugandos daemones, et effugiat* (legitur in exorcismo salis) *omnis phantasia, et nequitia, vel versutia diabolicae fraudis. Ut fias aqua exorcizata* (legitur in exorcismo aquae) *ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare et explantare valeas cum Angelis suis Apostaticis; et in oratione sequenti .... elemento huic* (aquae) *virtutem tuae benedictionis infunde, ut creatura tua mysteriis tuis serviens ad abigendos daemones .... divinae gratiae sumat effectum:* cum, inquam, signum Crucis, benedictio Sacerdotalis et aqua benedicta, ad effugandos daemones valeant, optime, sapienterque statuit Ecclesia Sancto edocta Spiritu, ad pacem in connubiis servandam hanc annuli benedictionem (quae inter Sacramentalia recensetur) instituere, et praescribere, et peculiarem orationem assignare, per quam annulus ab omni diabolica fraude, nequitia, versutia, malignitate purificetur. Iam, quaeso, cur haec annuli benedictio erit in secundis nuptiis omittenda? Numquid, qui secundo nubunt, pacem non tenentur inter sese conservare? Numquid non amari invicem debent, ut hoc mutui amoris signo debeant carere? Numquid mutuae fidei debito liberantur, (ad quam servandam aequè per secundum coniugium adstringuntur, ac si uterque primo nuberet) ita ut huius fidei inter se servandae symbolico pignore non indigeant? Numquid diversa sunt sui status officia, aut matrimonii Sacramentum, quod secundo nubendo suscipiunt, ab aliorum matrimonii Sacramento differt, qui primo illud suscipiunt? Haec quisnam dixerit unquam, aut quamnam inter primas, et secundas nuptias differentiam quis unquam potuit afferre, ut hanc annuli benedictionem, quae ad allatos, et ab Ecclesia intentos fines instituta est, et peragitur, ab Ecclesiae ritibus excludat, aut omitti debere contendat, tamquam sine fine, sine significatione, sine ad aliquid relatione, adhibetur? Arbitrarie ergo nimis, hanc omittens benedictionem, Rubricae verba interpretatur, ab Ecclesiae intentione recedit, et finem non agnoscit, quem Ipsa, hanc instituendo praescribendoque benedictionem, habuit. Allata itaque verba Rubricae: *sed viduae nuptias non benedicat:* quae non recte interpretando, quidam Parochi, de quibus agitur, prohibitioni benedictionis annuli aptant, alio respiciunt. Siquidem non de omittenda quacumque benedictione in nuptiis illic sermo est, sed de secundis nuptiis non benedicendis, sive de vidua, quae secundum contrahit matrimonium: nimis clara per se sunt ea verba, et nescio quomodo aliter possit quis ea interpretari.

Haec quidem nuptiae benedicendae non sunt: quae prohibitio nova in Christi Ecclesia non est. Nimis fortasse longus in scribendo essem, si illius originem vellem investigare, si rationes, quibus Ecclesia ad hoc statuendum permota fuit, perscrutari, si praxis huius, quae nostra adhuc aetate servatur, fundamentum inspicere. Omnibus omissis quaeque tamen supervacanea ad rem nostram forent, et quae apud Martenium, aliosque veterum rituum scriptores inveniuntur, quaedam indicabo,

3. Quenam servari debent Caeremoniae, et preces quae supplendae sunt adulto Catholico

ex quibus non recta Rubricae verbis data interpretatio patebit, cum ea ex dicendis appareat differentia, quae inter annuli, et nuptiarum benedictionem intercedit, per quam istam, non vero illam omittendam indigitatur, et praescribitur. Ut res clarior reddatur et origo non benedicendi secundas nuptias appareat: apud Paganos, ut testatur Valerius Maximus *lib. 2. cap. 1.* secundae nuptiae intemperantiae argumentum et indicium habebantur, et quasi nefastae considerabantur, hinc Plutarchus in *problematis problem. 99.* ait: *Felices et faustae sunt primae nuptiae, secundae vero tristes et detestandae:* Martialis, alique, alia et his maiora addunt. At in christiana Ecclesia alteras nuptias Patres numquam damnaverunt, et Ecclesia ipsa semper tamquam vera et indubia Sacramenta retinuit, et recepit; matrimonii enim Sacramentum inter liberas personas non prohibuit, licet ob significatum, ut infra videbimus, virginem cum virgine nubere optasset, non inquam secundas nuptias prohibuit, ut contra Montanum, et Novatum hac in re definivit Concilium Nicaenum I. can. 8. Hinc est quod secundas nuptias iuxta tunc vigentem disciplinam dumtaxat passa est Ecclesia, cuius mentem explicans Hieronymus contra eundem Novatum scripsit ep. ad Marcell.: *Nos secundas nuptias non tam appetimus, quam concedimus:* quod clarius alibi explicat ep. nempe ad Gerontiam ita scribens: *Aliud est, quod vult Apostolus, aliud quod cogitur velle. Ut concedat secunda matrimonia, meae est incontinentiae, non illius voluntatis .... Duae sunt Apostoli voluntates, una, quae praecipit, et altera, quae indulget .... vult nos permanere post nuptias sicut seipsum .... sin autem nos viderit nolle, quod ipse vult; incontinentiae nostrae tribuit indulgentiam.* Quare ipsamet Ecclesia viduas, quae ad secundas non transierunt nuptias, maximi fecit, easque velut Cleri partem habuit, ut loquitur Tertullianus *lib. 1. de Uxore,* quem, et cum eo alios, quos praetereo, adire quis commode poterit. Hinc iuxta veterem disciplinam, certis aliquibus legibus secundae nuptiae inter Christianos, medio praesertim aevo, intra certos limites arctatae erant, et nemini fas erat viduis nubere *absque suorum Sacerdotum, idest Parochorum consensu, et conviventia Populi,* ut decretum est in capitularibus Regum Francorum. Insuper non nisi integro anno a mariti obitu relictae nubere permissum erat, quod praesertim legimus in codice Theodosiano *lib. 3. tit. 8. de secund. Nupt.:* *Si quae ex foeminis perditto marito, intra anni spatium alteri festinavit innubere .... probrosis inusta notis, honestioris, nobilisque personae, et decore ut iure privetur, atque omnia quae de prioris mariti bonis, vel iure sponsalium, vel iudicio defuncti coniugis consequutu fuerat, amittat: Et sciat nec de nostro beneficio, vel adnotatione sperandum sibi esse subsidium.* Hanc antiquam legem confirmavit Decretalium iure de foeminis *Innocentius III. Decretal. lib. 4. tit. 21. capite ultimo.* Uti autem imperiali edicto viduis subsidia denegata erant, ita eandem tenuit disciplinam Ecclesia quae ab eleemosyna eas excludebat, *sed et ab eleemosyna Ecclesiae; dum indigna putabatur stipe, quae ad secunda coniugia devoluta erat.* Tandem Ecclesia, etsi secundas pateretur nuptias, secundo nubentibus poenitentiam canonicam imponebat, quam dum illi exsolvebant sacra carebant communione. Ea fuit antiquitas Ecclesiae disciplina, ut docent vetustiora Concilia Ancyranum, Laodicoenum, et Neocaesareense. Tempus autem huius poenitentiae, Saeculo 4., quandoque ad annum, quandoque etiam ad biennium protendebatur. Cum autem secundo nupti huic adicerentur poenitentiae, neque Presbytero licitum erat interesse eorum convivio.

Ad liturgica etiam officia quod attinet, aliqua adnotanda sunt: et primo quidem: etsi sponsus viduae, cui spondebat, annulum traderet, tamen (medio potissimum aevo) vidua manum chirotheca quadam tectam habebat, ut Martenius refert: secundo nulla aderat sacerdotalis benedictio. Homini enim, ait Hilarius *comment. in Cap. 4. epist. 1. ad Timot., unam uxorem decrevit Deus, neque enim secunda benedicitur:* quare S. Caesarius sic Christianos sui aevi hortabatur *sermone 289. Qui uxorem optat accipere, sicut illa virginem invenire desiderat, ita ipse usque ad nuptias virgo sit; quia si non fuerit, benedictionem accipere cum sponsa non merebitur.* Similia his habentur in Constitutionibus Summorum Pontificum relatis *Titulo XXI. Decretalium, Vir autem. Urbanus Papa III. Vigi-*



valide post natiuitatem baptizato, sed omissis Caeremoniis, quae iuxta Rituale Baptismum praeci-

liensi Episcopo rescribens, rationem affert cur secundae coniugum nuptiae non benedicantur: *Quia, inquit, alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet.* Audiendus hac in re etiam Durandus in *Rationali lib. 1. Cap. 9. Nuptiae benedicendae sunt a Sacerdote cum precibus et oblationibus, verumtamen vir et mulier ad bigamiam transiens matrimonium contrahendo non debet a Presbyteris benedici, quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio non debet iterari.... Non ergo debent nuptiae benedici, nisi ubi virgo cum virgine contrahit.* Aliam de hac non impertienda in secundis nuptiis benedictione rationem affert S. Thomas in *VI. Sententiarum Dist. 42. quaest. 3. art. 2. ad 2. nempe, quia secundum matrimonium in se consideratum, sit perfectum Sacramentum, tamen in ordine ad primum consideratum, habet aliquid de defectu Sacramenti, eo quod non habet plenam significationem, cum sit una unius, sicut est in matrimonio Christi et Ecclesiae; iuxta Paulum Apostolum dicentem: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico Christi et Ecclesiae.* Hinc ratione huius defectus (plena significationis) benedictio in secundis nuptiis non datur. At idem S. Doctor hoc vult esse intelligendum, si secundae nuptiae tales sint ex parte viri, et ex parte mulieris, vel ex parte mulieris tantum; si enim virgo cum illo nubat, qui aliam habuit uxorem, nuptiae nihilominus benedicuntur; quod habet etiam Durandus citato superius loco. Tali enim in casu sarta quodammodo, tectaque significatio in ordine etiam ad primas nuptias, manet, ut idem S. Thomas fusius clariusque explicat, cuius doctrina conformis est, et favet quamplurimum his quae habentur in Rituali §. *Caveat etiam; in quo haec leguntur: ubi ea viget consuetudo, ut si mulier nemini unquam nupserit, etiamsi vir aliam uxorem habuerit, benedicantur, servanda est: Quam quidem consuetudinem sua aetate aliquibus in locis extitisse Durandus testatur: Secundum quorundam locorum consuetudinem, siquis contrahat cum secunda virgine benedictio iteratur, et hoc si Dominus Papa sciat, et toleret.*

Priusquam concludam, aliquid addam quoad liturgiam in secundis nuptiis. Bigami Missae dumtaxat sacro aderant, neque velamine, iuxta *Isidorum de div. Off. lib. 2. Cap. 19. seu FLAMMEO* ornabantur; ad cuius finem neque coronis (quemadmodum apud Graecos olim) ut cum univiris fiebat, a Presbytero donabantur, qui sane mos apud Graecos servatus est usque ad Copronymi Imperatoris aetatem: cum enim hic Eudoxiam in tertiam uxorem sibi adsciverit, eique corona fuerit elargita, iam tum et bigami coronari coeperunt, quod in Constantinopolitana Ecclesia, et paucis aliis Orientis locis peragebatur. Allatius enim nos docet *de Consen. Orient. lib. 3. cap. 13. in reliqua Graecia ad sum usque tempus, secundum exactam disciplinam, et antiquam consuetudinem, bigamos non coronari.* Ubi autem coronabantur, aliquod etiam erat discrimen in corona ferenda. Qui enim virgo esset, in capite; vidua vel viduus in humero coronabatur: atque illa in capite, alter in humero coronam ferebat ut docet Theodorus Studita *epist. ad Maurat.* En in ipsa liturgia differentia inter nuptias viduarum, et nuptias quas virgines contrahebant.

His omnibus de omissione benedictionis, de qua in dubio agitur, expositis, et ex disciplina Ecclesiae et sua origine desumptis, differentia apparet, quae benedictionem inter et benedictionem reperitur. Benedictio in viduae nuptiis omittitur, quia iuxta veterem disciplinam omittebatur, quia Ecclesia, licet inter personas liberas inita Matrimonia tamquam vera matrimonia, tamquam vera Sacramenta habuerit, tamen virginem cum virgine nubere optasset, neque per hoc secundas nuptias damnavit, aut damnat, quin immo contra Montanistas et Novatianos, qui iure damnati sunt, docet secundas nuptias, et ultiores quoque, vere esse nuptias, ac per se licitas atque honestas, et in Montanistarum incideret errorem, si quis forte secundas, et ultiores nuptias illicitas, aut damnandas esse putaret. Omittitur item benedictio haec, quia in secundis nuptiis, iuxta D. Thomam, non plena habetur significatio matrimonii cum Christo, et Ecclesia. Omittitur denique, quia olim Ecclesia, quae secundas non improbando nuptias, eas non nisi certis legibus, et conditionibus permisit, quibus omnibus iuxta praesentem disciplinam sublatis, hoc solum statuit, ut nempe viduarum nuptiae non benedicantur. Iam quae comparatio nuptiarum benedictionis cum benedictione annuli, ut ex omissione illarum, huius etiam

cedere, vel sequi debent: an illae, quae in Rituali assignantur pro Baptismo adultorum, vel quae pro Baptismo infantium? (1)

4. Quae ex his Caeremoniis servari debent quum adultus ab haeresi ad Fidem Catholicam conversus baptizandus est sub conditione, ob du-

benedictionis omissio debeat inferri? ut quod Ecclesia de nuptiis dicit, de annuli etiam benedictione id dixisse putandum sit? immo reapse debeat omitti, sicut et illa omittitur? Quae sit causa benedictionis annuli, quid ipsa significet, quid in nubentium memoriam revocet, ad quae illa, amoris, pacis, fidelitatis obeunda munera nubentes provocet, iam vidimus; quae toto coelo ab iis distant, quae de nuptiarum secundarum benedictione omittenda retulimus. Quare cum benedictiones istae inter se comparatae, summopere, quoad omnia etiam differant, cum rationes quas habuit, et habet Ecclesia in omittenda viduarum benedictione, annuli benedictioni aptari prorsus nequeant, cum denique huius benedictio peculiare habeat ad coniugum respective spirituale bonum procurandum rationes, et finem, numquam sive in primis, sive in secundis, sive in ulterioribus etiam nuptiis omittenda erit.

(1) Duo haec sunt Dubia, quibus iisdem fere rationum momentis potuit occurri, ac simul consideratis unica responsione satisfieri. Duo sunt in Rituali Romano Tituli, in quibus agitur de Baptismo; *Titulus septimus*, qui agit de Baptismo parvulorum; *Titulus duodecimus*, qui de Baptismo adultis conferendo pertractat. Duo pariter sunt Baptismi *Ordines*, qui diversas respective caeremonias, exorcismos, preces praescribunt, et baptismo, vel infantibus, vel adultis conferendo respondent. *Titulus denique decimus quartus* modum praescribit ea supplendi, quae in Baptismi collatione sunt omissa, cum hoc Sacramentum, ob imminentis mortis periculum, vel alia urgente necessitate collatum est, et inseribitur: *Ordo supplendi omissa super baptizatum*.

Novum non est quod cap. V. statuit Rituale de caeremoniis in baptismo omissis postea supplendis. Consuevit Ecclesia vel a primis saeculis aliqua, quae in conferendo baptismo omissa erant, supplere. Cum ii, qui in lecto decumbentes (clinici idcirco vocati) baptizabantur, si convaluissent, Episcopum adire tenebantur, ut ea omnia supplerentur, quae, urgente necessitate, omissa fuerunt in baptismo. Id constat ex antiquis ac probatissimis monumentis, ita ut vetus Ecclesiae disciplina super hoc in dubium nequeat revocari. Omnia hic persequi longa nimis res esset, quaedam afferam. Liquet ex *lib. IV. historiae Ecclesiasticae* Eusebii, Cornelium Papam in Epist. ad Fabium Antiochum, *Novatē redarguisse, quod postquam liberatus a morbo est, reliqua non perceperit, quae iuxta Ecclesiasticam regulam percipi debent, neque ab Episcopo consignatus est*: ex his eruitur Cornelium Papam docere, male se gessisse Novaten, quod suscepto in lecto baptismati addi deinde non curaverit ritus alios, quos Ecclesia in conferendo baptismo adhibebat, sive qui praecedebant, sive qui subsequantur, quorum quidam diversam catechesim continebant, quidam varias abrenuntiationes, et Fidei professionem, quae omnia non inutiliter, sed ad finem aliquem ab Ecclesia statuta erant. Item Auctor de Rebaptismo inter Cypriani opera haec generatim habet col. 637. *Siquidem per nos Baptismo tradetur integre et solemniter, et per omnia, quae scripta sunt assignentur, atque sine ullius rei separatione tradetur: aut si a Minore Clero per necessitatem traditum fuerit eventum expectemus, ut, aut suppleatur a nobis, aut a Domino supplendum reservetur*. Censet itaque hic scriptor sane antiquissimus, et Cypriano coaevus suppleri posse post Baptismum ritum aliquem, qui antea omissus fuisset. In Concilio Laodicoeno can. 47. legitur: *Quod oportet eos, qui in morbo Baptismum accipiunt, et deinde resurgunt, fidem ediscere et nosse, quo Divino munere digni habiti sunt*. Ex his patet, praeter Confirmationem, quae olim per Episcopum simul tradi consueverat, etiam catechesim adiungi consuevisse, et alia quae defuerant. Omnia, quae ad rem hanc apposite faciunt, persequi, nec tempus sinit, nec res ipsa striete postulare videtur, et haec sufficiunt pro instituto suscepto. Quae autem Ecclesiae super hoc fuerit disciplina omnibus compertum est, atque hinc plura referre praetermitto, quae apud D. Augustinum, Zenonem, Cyrillum Hierosolymitanum, Ambrosium reperiuntur, quos refert Martenius *lib. 1. cap. 1. art. 15. n. 2. de antiquis Ecclesiae Ritibus*.

Fuerunt qui putarunt, post collationem Baptismi, quosdam ritus non convenire, ut illos, per quos indicatur catechumenum adhuc sub Daemonis esse potestate nempe *Exorcizo te spiritus immunde.... ut discedas ab hoc plasmate Dei, quod Dominus noster ad Templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat Templum Dei vivi*: ab eo enim qui baptizatus iam est, expulsus est Daemon, atque Dei vivi templum factus ipse est: at male, nam ad omnem inconvenientiae ideam tollendam, sapienter Ecclesia statuit mutationes aliquas faciendas in hoc exorcismo, in quo pro *fiat, fieret* poni constituit, quae mutatio respicit statum catechumeni baptizati ante Baptismi susceptionem, non vero post susceptum Baptisma in necessitate collatum: idem dicendum de catechismo ad Fidei instructionem, quam exclusam vellent, quia in Patrini Fidei firmi sunt, qui sponderunt, atque ita ea suppleri tantum vellent, quae Baptisma sequuntur; sed male item, quia Ecclesia quidquid omissum est, suppleri statuit: quod satis superque esset, ne quis diverse sentiret, sed et haec est supplendi ratio, nec inutiliter peraguntur, iuxta Theologos, quae supplentur. Audiatur prae omnibus S. Thomas parte III. de Sacramentis quaest. 71. art. 3. ad 3. qui haec tradit: *Non tamen sunt praetermittenda ea, quae aguntur in exorcismo, nisi in necessitatis articulo, et tunc cessante periculo, debent suppleri, ut servetur uniformitas in Baptismo: nec frustra supplentur post Baptismum, quia sicut impeditur effectus antequam percipiatur, ita potest impedi postquam fuerit susceptus.*

Haec quae supplenda dicuntur, scilicet ritus et caeremoniae, quae praecedunt, vel subsequuntur, licet non sint ad Sacramenti substantiam necessaria, nihilominus cum sint Sacramentalia, quae Ecclesia instituit, et quae aliquam habent significationem, habent finem aliquem, et effectum aliquem producunt, et ideo omitti non debent, et consequenter supplenda sunt in iis, qui vel urgente necessitate, vel apud haereticos, aut quocumque errore sine ipsis sacro sunt regenerati lavacro. Hinc fuit et est vetus et recens Ecclesiae mos, qui *praxis* ab Estio nuncupatur, quam variis rationibus confirmat in IV. Sent. dist. 6. §. 5. easque ibi adducit; quarum prima est, ne Sacramentum careat solemnitate, tunc enim caeremoniae referuntur ad Baptismum praecedentem, atque ideo non est absurdum etiam illas adhibere, quae solent Baptismo praemitti, veluti catechismus: secunda, exorcismus, etiam post baptismum aliquid agit atque per hoc utilis est, ut patet ex nuper allatis D. Thomae verbis *Quia sicut impeditur effectus Baptismi antequam percipiatur, ita potest impedi postquam fuerit perceptus*, quemadmodum et Cyprianus monet lib. IV. ep. 7. Sicut Diabolus in Baptismo fidei creditis excluditur, ita potest, fide postmodum deficiente regredi: tertia, ut servetur Baptismi uniformitas iuxta D. Thomam, sicut enim unum est Baptisma, ita easdem caeremonias servari convenit: quarta ut publico hoc ritu Ecclesia baptismum a quocumque collatum, ratum se habere declarat: quinta ut baptizatus publice habeat susceptorem sive Patrum, cui sit cura illum christiane et catholice instituere: sexta demum, ut baptizatus, expressa per susceptorem sponsione, obligationem suam agnoscat, quidque Deo, quidque Ecclesiae debeat, intelligat.

His omnibus positis, quid Rituale dicit Titulo qui inscribitur *Ordo* supplendi omissa super baptizatum? Postquam §. 1. dixerit: *omnia suppleantur etc.* sic sequitur *Idemque ordo ac ritus servetur, qui in Baptismo parvulorum (si fuerit parvulus) seu adultorum (si fuerit adultus) praescriptus servetur.* Ex his verbis videri aliquibus fortasse posset, super adultum quemlibet, nulla facta distinctione, eundem omnino in supplendis omissis caeremoniis ordinem esse servandum, qui pro adultis generice praescriptus est. At distinguendum, hoc in casu, adultum inter et adultum: adultus in catholica Religione ortus, ab adulto qui in infidelitate vel haeresi ortus fuit, et vixit, est distinguendus, atque hinc non omnibus indiscriminatim adultis eundem ordinem servandum esse patebit. Siquidem adultus, de quo sermo est in primo Dubio, super quem omissae caeremoniae servandae sunt, *valide baptizatus* dicitur post nativitatem, et catholicus eodem tempore dicitur: cum itaque duo sint ordines Baptismi, infantium nempe et adultorum, et ritus et caeremoniae in ordine Baptismi adultorum diversi sint ab illis pro infantium Baptismo praescriptis, non omnibus aequae adultis (inspecta ordinis diversitate) idem ordo pro adultis adsignatus servandus est: ordo enim unus supponit adultum non in Fide natum, sed ab *Infidelitate ad Fidem venientem: vel ab haeresi etc.*; alter autem in Catholica Fide et ex

bium fundatum de validitate Baptismi ipsi a Ministro haeretico collati? (1)

Catholicis natum Parentibus supponit. Ille instructionem in Fide praescribit quemadmodum de Eunucho Candacis Reginae dicitur, qui postquam in Fide de Messiae Adventu, Morte, Resurrectione a Philippo instructus fuit, ab eo baptizatus est. Ille insuper continet ritus, exorcismos, preces, quae aptari nequeunt illis, qui in Catholica Religione orti sunt, ut omnibus patet: hic nihil de his habet. Hinc sicut ordo pro Adultis praescriptus servari non debet pro Infantibus ex catholicis parentibus natis, ita nec ordo idem supplendi omissa pro dictis infantibus aequae pro adultis debet adhiberi. Siquidem si in infante Catholico omissae caeremoniae fuissent, quatenus, quaeso, fuissent servatae si post dies aliquos tantum debuissent suppleri? Non aliae sane, nisi quae omissae fuerunt, sed quae fuerunt omissae, illae fuerunt, quae pro Infantibus praescriptae sunt, non pro adultis; igitur caeremoniae non adultorum sed infantum suppletae fuissent. Iam in adulto, de quo in primo Dubio sermo occurrit, cum is ex catholicis parentibus ortus sit, ac post nativitatem sit baptizatus, non aliae sunt omissae caeremoniae, nisi illae quae fuissent tunc post nativitatem servatae, quaeque una cum baptismo fuissent adhibitae, sed haec fuissent quae pro infantibus praescribuntur: igitur quae pro infantibus praescribuntur, fuissent suppletae; sed in supplendis caeremoniis illae servari debent quae omissae sunt. Infantium ergo caeremoniae in adulto nostro, qui Catholicus natus est, suppleri, et servari debent: secus ritus, caeremoniae, preces servarentur, quae illius statui ac Religioni non respondent; nec Ecclesiae intentioni, et fini conformes sunt: quibus rationibus attentis S. Congregatio ad hoc dubium respondendum censuit: *Caeremoniae et preces serventur, quae in Rituali adsignantur pro baptismo Infantium.*

(1) Quod attinet ad dubium alterum, diversa adultorum qui ab haeresi veniunt, et adultorum qui in Catholica Religione sunt orti, conditio est. Illorum praecipue conditionem respicit ordo baptismi, qui pro adultis inscribitur; qui autem catholicus natus est, nihil habet quod instructione in fide indigeat, nihil quod errorum detestationem exposcat, nihil quod contra Fidem senserit debeat revocare. Qui vero ex Infidelitate, vel ab haeresi ad Fidem veniunt, aliqua habent peculiariter, quae peculiariter detestentur, revocent, profiteantur. Hinc Rituale Romanum apposite sub Titulo *De baptismo adultorum* §. 16. haec habet: *Ubi vero debita forma et materia servata est, omissa tantum suppleantur, nisi rationabili de causa aliter Episcopo videatur.*

Iam quod spectat ad catechismum, et exorcismos diversi sunt hi in adultis ab illis, qui in parvulis adhibentur, et licet caeremoniae sint eadem, verba tamen eadem non sunt, quia in adultis respectum habent vel ad Idololatriam, vel falsam Religionem, vel superstitionem, vel perfidiam in erroribus, ut in Hebraeis Messiae adventum denegantibus, vel haeresim, ac propterea haeresim, cui adhaeserunt, necesse est ut agnoscat Minister dum vel in Fide illum instruit, vel exorcizat, ut apta verba, et in catechesi, et in exorcismis adhibeat: et quemadmodum infideles debent de peccatis suis poenitentiam agere, ita et haeretici de suis erroribus, quos detestari singulariter tenentur. Potest enim fieri *ut quis*, dicente Augustino *lib. de Baptismo, integrum habeat Sacramentum, sed perversam Fidem.* Hinc haec fuit vetus Ecclesiae disciplina ut haereticis haereticam pravitatem horrescere indixerit, antequam aqua salutaris ablueret. Quin immo grassante aliqua haeresi, Fidei articulos pravis illius haeresis erroribus oppositos olim peculiari modo haereticis baptizandis, vel etiam aliis credendos, profitendosque proponebat, quibus illos singulariter detestarentur. Locum proferam ex epistola Nicetii ad Iustinianum Imperatorem desumptum apud Chesnium Tom. I. Historiae Francorum, ex quo id patet: *Dulcis, legitur ibi, et dulcis Noster Iustiniane, memorare quae promisisti cum baptizatus es, quid per singula te credere dixisti, cum unum Filium manentem in duabus substantiis cum Patre, et Spiritu Sancto, non duos Christos testatus es: quae quidem Fidei professio impio Nestorii opponebatur errori, qui duas in Christo personas asserebat, duosque docebat esse Christos, unum Filium Dei, alterum Filium hominis, ac proinde Mariam Matrem non Dei, sed hominis esse, et Christotocon, non Theotocon esse appellendam.*

5. Utrum Indulgentia pro Defunctis, iis applicari possit in Missis in Altari privilegiato celebratis, quando ex statuto de die, aut festo celebratur iis diebus, in quibus habetur Missa de

Haec quidem est vetus Ecclesiae disciplina, ut baptizati apud haereticos, cum dubium non leve, sed prudens de baptismi validitate oritur, rite et sub conditione baptizentur. Rubrica Ritualis Romani in ordine supplendi omnia super baptizatum §. 1. inquit: *omissa omnia suppleantur*. Iam (redit hic eadem ratiocinatio, qua in superiori usus sum dubio) ea supplenda sunt, quae fuerunt ommissa, sed in casu ommissa sunt, quae respiciunt haereticum, nempe peculiaris catechesis, peculiare exorcismi, peculiare abiurationes errorum, et sectae cui adhaesit; haec igitur omnia supplenda essent in haeretico nostro adulto, qui ab haereticis baptizatus, quia de illius baptismi validitate dubitatur, sub conditione baptizandus esse dicitur. Rubrica absolute inquit, *omnia suppleantur*; sed supplenda sunt, quae sunt ommissa, haec autem sunt quae haereticum respiciunt; omnia ergo, quae illum respiciunt suppleri debent.

Nec inutiliter hoc Rubrica praecipit: in adultis enim huiusmodi patet etiam utilitas horum Sacramentalium, quae ommissa supplenda dicuntur, quia undequaque infirmitatibus sunt circumdati, et valido ad eas repellendas scuto indigent; atque hinc est, quod Rubrica omissiones supplendas praescribit.

At eadem Rubrica (aliquid adnotandum censeo) Ritualis Tit. *De baptismo adultorum*, quem supra attuli §. XVI. haec habet: *Omnia tantum suppleantur, nisi rationabili de causa aliter Episcopo videatur*. Haec non inutiliter habet Rubrica. Postrema haec verba cum aliis in ordine supplendi omnia relatis conferenda sunt, in quibus absolute dicitur *omissa omnia suppleantur*; ex illis liquet non ita stricte servandam esse hanc Rubricam, ut quae supplenda essent, omitti numquam possint. Datur enim casus quod Episcopi (statim ac ipsi illorum prudentiae res committatur) possint dispensare a supplendo ommissa caeremonias, si quae sunt rationabiles causae, quae illos ad haec ipsa omittenda moveant; ne forte innumerae orientur dissensiones de baptismo ipso, de necessitate earundem caeremoniarum, et praecipue in civitatibus, in quibus magnus Haereticorum numerus reperitur; cum praesertim validum sit baptisma sine his caeremoniis collatum. Addam postremo quod habet Trombellius *Dissert. XVIII.*, in cuius secunda parte agit de caeremoniis in baptismo privatim administrato omissis, et postea suppletis. Multos ipse auctores refert, qui de Rituali agunt, et ipsa Ritualia diversa depromit. *Ambrosianum* a Martenio integrum relatum; *Rituale* Cardinalis Sanctae Severinae, seu, ut alii volunt, Gregorii XIII., ac Clementis VIII. quod Rituale maxime commendat Paulus V., in praefatione Rituali Romano praeposita, affirmans fuisse a Viro singularis pietatis, et doctrinae b. m. Iulio Antonio S. R. E. Cardinali S. Severinae nuncupato longo studio, multaue industria, et labore plenissimum, compositum; Rituale ipsum Romanum Pauli V. iussu editum, et hoc Rituali, quod reliquis omnibus est usitatius, usus praesertim fuit praestantissimus Ioseph de Armstat Episcopus Augustanus. Hoc idem Rituale sive nostrum Romanum consuluit pariter praeclarissimus Cardinalis Armandus Rohan Episcopus Argentinensis, dum in Rituali Argentinensi edidit ordinem supplendi caeremonias tam super infantes qui sine ullis caeremoniis sunt baptizati, quam super adultos pag. 60. 61. Multa quidem adiecit ad utilitatem, dignitatemque baptismi, et caeremoniarum quae in eo adhibentur copiosius explicandam, ex quibus constat ita Ecclesiam preces et ritus in baptismo administrando praescriptos accommodasse, ut iis rectissime utatur dum ab Ecclesiastico Ministro in sacro templo, et in publico fidelium coetu suppleri iubet quod in privata baptismi collatione omissum fuerit. Multa inquam adiecit, sed sic ordinem praedictum supplendi caeremonias baptismi super adultos concludit: *Haeretici ad Ecclesiam Catholicam venientes, in quorum baptismo debita materia, debitaque forma servata fuit, moneri quidem possunt post factam a se haeresis abiurationem, ad suscipiendas hasce baptismi caeremonias; sed cogi non debent. Iis solum conferantur, sive infantibus sive adultis, qui, vel quorum parentes ea ex pia devotione expetierint*. Haec conformia maxime sunt iis quae Rituale Romanum habet, quaeque supra retuli, nempe *omissa tantum suppleantur, nisi rationabili de causa aliter*

Festo etiam simplici, aut propria de Feria, et in Feriis Adventus? (1)

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Quirinales Aedes infrascripta die coa-

*Episcopo videatur, et fortasse hanc omissionem, vel prudentiam in omissione exposcit, vel contentio-  
num vitatio, vel iurgiorum occasio aliqua, vel aliqua alia non improbanda ratio. Quibus omnibus ani-  
madversis, et cum his quae superius sunt adnotata collatis, ad propositum dubium rescriptum est: Qua-  
tenus supplendae sint, et supplendae esse credantur caeremoniae, ut in dubio, illae supplendae sunt  
quae pro adultorum baptismo sunt praescriptae.*

(1) Exponit Illūus ac Revmūs Episcopus Rhedonensis Praedecessorem suum Barreau de Girac anno 1785. cum novam Missalis editionem in usum Rhedonensis Dioecesis typis mandavit, hanc de Missis votivis defunctorum privatim celebratis apposuisse clausulam: *In diebus, quibus Missa repe-  
tenda foret de Dominica, infra hebdomadam, Missa votiva, aut pro Defunctis dici potest; quod  
tamen passim non fiat, nec sine rationabili caussa, quae gravior esse debet aliis diebus, in quibus  
habetur Missa de Festo etiam simplici, aut propria de Feria et in Feriis Adventus: tunc enim  
rectius dicitur Missa occurrens, nisi aliter exigat foundationis alicuius tenor expressus.* Haec itaque  
clausula superiori Dubio facilis admodum solutionis occasionem praebuit; quod propterea paucis  
solutum videtur.

Praetermitto hic super praedicta clausula aliquid adnotare, quod adnotari certe posset. Dicit enim  
posset, communibus Indultorum de Altaribus sive localiter, sive personaliter privilegiatis legibus et  
conditionibus adversari, per se enim hoc patebit, quin aliquid singulariter adnotem; mitto etiam ra-  
tiones in clausula ipsa adductas ad examen vocare, cum in ea dicatur graviorem rationem requiri  
celebrandi Missas et votivas et pro defunctis, diebus quibus occurrit Missa de Dominica repetenda,  
quam diebus, in quibus habetur Missa de Festo simplici, aut propria de Feria in Feriis Adventus:  
haec ratio sponte omnino corrumpitur. At etsi adducta valeat ratio, in oppositum valet, tunc enim maior  
est Missae cum Officio concordatio, quod quidem attendendum est, quodque in altero casu ut plu-  
rimum non occurrit.

Mitto haec omnia, et directius respondeo. Missae in Altari privilegiato celebrandae, ex ipsis con-  
ditionibus appositis in concessione debent esse *de Requie*, nisi cum aliud Festum duplex, vel Domi-  
nicus dies occurrant, tunc enim acquiritur indulgentia etiamsi Missa de Festo celebretur. Perinde est  
autem sive Altare illud privilegium habeat perpetuum, sive ad septennium, sive certis tantummodo  
infra hebdomadam diebus, sive privilegium sit personale. . . . Si igitur Testator, vel eleemosynam pro  
altari privilegiato Fidelis praebens, iusserit celebrari Missas certis, statutisque hebdomadae diebus ad  
altare privilegiatum, et in dies istos incidat aliquod Festum etiam duplex, satisflet Testatoris, et Fidelis  
eleemosynam offerentis voluntati, Missam de Festo celebrando. Idem dicendum de diebus in quibus  
duplex non occurrit, sed Missae pro Defunctis dici nequeunt, ut in Octiduis Epiphaniae, Paschatis  
et Pentecostes. Licet autem in octiduis Corporis Christi, ac Natalis Domini de Festo duplici celebritas  
agatur; Sacra tamen Rituum Congregatio annis 1670, et 1700 vetuit ne solemnia pro defunctis eo  
tempore indicerentur. Idem omnino praecipitur cum Sacrosancta Mysteria palam exposita adorantur.  
Haec omnia ex Decretis variorum Summorum Pontificum liquent, quorum postremus est Inno-  
centius XI. qui Decretum super hac re edidit, quod et confirmavit Clemens XI, et haec apud Benedi-  
ctum XIV. indicata reperuntur Institutionum XXXIV. §. 26, 27., in quorum primo ait Pontifex:  
*Iuxta Missalis Rubricas Missae privatae pro defunctis quocumque die dici possunt praeterquam in  
Festis duplicibus, et Dominicis diebus, item quibus diebus de Festo duplici nullum Officium institui  
potest:* et iure, nam si dies excludunt Officium duplex, eo magis excludunt *Missas Votivas et de  
Requie.*

Itaque Missae Altaris privilegiati debent esse *de Requie*, nisi hae nequeant celebrari vel ratione  
Festi duplicis, vel quia vetantur. Ex his omnibus inferendum est, Missas ad lucrandam Indulgentiam  
pro Defunctis in Altari privilegiato sive *locali* sive *personali* non solum posse, sed etiam debere esse

dunata, exquisito prius Voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandito, praequo cuso, ad relationem Em̄i, et Rm̄i D. Card. Caroli Mariae Pedicini Episcopi Prae-

stini, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarii, eidemque S. C. Praefecti, et Causae huius Ponentis rescribendum censuit: Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, nimirum.

*de Requie*, nec ullam causam requiri ut celebrentur in diebus non vetitis sive occurrat de Sancto simplici, sive de Feriis Adventus. Dixi *debere*, et de iure; nam eo ipso, quo quis diebus istis non celebret *de Requie*, privilegio vel locali, vel personali facto renunciat cum ex lege, ex conditionibus memoratis hisce diebus, ut privilegio gaudeat, Missam *de Requie* celebrare tenetur. Quare clare evincitur diebus in Dubio memoratis, et a clausula Episcopi Rhedonensis, hodierni Episcopi praedecessoris exclusis, non modo posse, sed et debere Missam *de Requie* celebrari, ne frustraneum Altaris privilegium reddatur.

Quid plura? (et hoc ad omnem removendam praecavendamque dubitationem aliis adductis adiungam) Episcopus Rhedonensis rationem inquirens clausulae a suo Praedecessore Missali adiectae pro celebratione Missarum (quod quidem nescio qui fieri posset) advertit, ideo fortasse fuisse adiectam, quia dari poterat Sacerdotes raro de feria, aut de Sancto celebrare, quia in Dioecesi Rhedonensi multo plures dicuntur Missae pro Defunctis, quam pro quacumque alia causa, *ita ut ex centum stipendiis*, nonaginta, *ad minus*, dentur in gratiam defunctorum. Si ita est, iam ratio celebrandi memoratis diebus etiam iis, quos clausula praedicta exclusos vellet, maiorem vim accipit. Est igitur ratio potior cur defunctorum animae suffragio peculiari non priventur, et est potior et gravior ratio ob quam, cum possit, debeat in altari privilegiato vel personali, vel locali celebrari Missa *de Requie*. Et si lex generalis Rubricarum, quas Gallia recepit (recepit autem, et eas servandas ostendit, nam et Pontificum et S. R. C. super Rubricis edita appellat) si, inquam, lex generalis talis est, ut memoratis diebus, in quos vel Festum de simplici, vel feriale Officium, vel Adventus cadit, non solum permittit celebrationem Missae *de Requie*, sed et ad eam obligat, statim ac nullus privilegio gaudet nisi huiusmodi Missas celebret iis diebus; cum insuper particularis cuiusdam Episcopi dispositio huic universali praescriptioni opponatur, non illi sed huic standum est, atque idcirco his diebus Missa *de Requie* dicenda est, ut et lex servetur, et ne purgantium animae peculiari piaculo priventur, neve ex hac particulari Episcopi Rhedonensis dispositione et clausula patiantur detrimentum.

Si haec non sufficiant, addam et alia, ut hodierno Illmo Episcopo satisfiat, illiusque animus acquiescat. Ecclesia animarum suffragio consuluit, et fidelium viventium voluntati. Ne enim illae suffragiis privarentur, voluit, quod si ex benefactorum praescripto Missae *de Requie* celebrandae incidant in Festum duplex, tunc minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio animabus suffragia expectantibus detrimento sit, sed dicantur de Festo currenti cum applicatione Sacrificii iuxta mentem eorundem benefactorum. Patet id ex Decreto generali *sub die 5. Augusti 1662.* in authentica Collectione Decretorum. Idem confirmavit S. R. C. in Elboren., in quo servandum esse hoc generale Decretum statutum fuit. Idem sancitum reperitur *sub Alexandro VII. die 20. Iulii 1669.* Idem denique in Tirasonen. *die 15. Septembris 1714.* Quare non video cur de hoc possit dubitari. Sive igitur dies inspiciamus, de quibus in dubio, cui hi dies sint feriales, vel eos in quos incidit Festum de simplici, tales sunt ut in his non solum possit sed debeat celebrari Missa *de Requie*, sive S. C. R. decreta investigemus, quae permittunt, ut in duplicibus etiam de Festo occurrente Missa celebretur cum applicatione Sacrificii, iuxta benefactorum mentem, et in utroque casu provisum sit animarum suffragiis: in primo, servando regulas statutas quoad privilegium Altaris vel locale, vel personale, et celebrando Missam *de Requie*; in secundo autem permittendo Missam de festo cum applicatione Sacrificii; si inquam, haec omnia consideremus, clausula praedicta nihil officit. Quare patet. *Non comprehendi in citato Decreto diei 15. Septembris 1714., dies vel feriales, vel de Festo simplici, itemque opus non esse nova concessione pro applicatione aliis diebus, et dari posse Decretum generale iam datum, quod nuper relatum est.*

Ad 1. « Nihil innovandum. »

Ad 2. « Negative. »

Ad 3. « Caeremoniae, et preces servantur, quae in Rituali assignatur pro Baptismo Infantium. »

Ad 4. « Quatenus supplendae sint, et supplendae credantur Caeremoniae, ut in Dubio, illae supplendae sunt, quae pro Adultorum Baptismo sunt praescriptae.

Ad 5. « Negative. »

Atque ita rescipit, ac servari mandavit.  
Die 27. Augusti 1836.

4781. LUCERINA.

Capitulum et Canonici Regiae Cathedralis Lucerinae praecedentibus Annis novo illius Ecclesiae splendori et ornamento prospicientes, Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Papae XVI. humillime supplicarunt, ut memoratum Templum antiquitate ac maiestate celebre Basilicae Minoris titulo insignibusque decorare dignaretur, ipsosque Canonicos Pontificalium usu ad instar Abbatum in sacris peragendis officiis ornare. Benigne elementerque a Sanctitate Sua excepto Supplici Libello, per Apostolicas litteras in forma Brevis expeditas die 8. Augusti 1834. Cathedrale Templum Lucerinum Basilicae Minoris Titulo fuit decoratum, et Pontificalium usus Sacrorum Rituum Congregationis auctoritati et iudicio ab eadem subiectus fuit, quae in Ordinariis Comitibus ad Quirinales Aedes die 6. Septembris eiusdem Anni 1834. coadunata, re mature, diligenterque

discussa *negative* rescribendum censuit. Quum autem recensitis in literis generice sermo instituitur de privilegiis, gratiis, praecminentis, exemptionibus, indultis, quibus aliae Basilicae Minores utuntur, harum litterarum Secretarium Canonici adiverunt postulantes, ut sibi significaretur, quidnam privilegiorum, gratiarum, caeterorumque praemissorum nomine veniat, quibus dum Titulo Basilicae Minoris Ecclesia aliqua decoratur, illius Canonici honestantur. Nulla apposita declaratione recepta per alium supplicem Libellum Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicarunt, ut sibi significaretur quid eorundem verborum, seu vocum nomine veniret, atque hoc potissimum fine, ne aut concessionis fines ipsi excederent, aut aliquid sibi ex concessis adimerent; atque in Ordinariis Comitibus iterum ad Vaticanas Aedes die 12. Martii vertentis Anni coadunatis rescriptum Supplici Libello fuit: *Dilata, et exquiratur Votum Magistri Caeremoniarum.* Omnibus propterea rite postmodum dispositis, panditoque huiusmodi Magistri Caeremoniarum Voto, quod fuit etiam typis cussum, ut prae omnium manibus haberetur, in Ordinario demum Coetu ad Quirinales Aedes infrascripta die coadunato, ad relationem Eminentissimi et Reverendissimi Cardinalis Iacobi Brignole Pontentis, Sacra Congregatio re mature, diligenterque discussa, ac rite librata rescribendum censuit: « Iuxta Votum Magistri Caeremoniarum, excepta Palmatoria (1); declaravit nimirum nomine privilegiorum, gra-

(1) Quibus honoribus, quibus privilegiis, quibusve praerogativis honestatae sint Basilicae sive maiores, sive minores incertum sane est, et quod sciam, et quod legerim apud Liturgicos nullus fortasse inter scriptores reperitur, qui de hoc fuse saltem appositeque pertractet. Scriptores enim qui de Basilicis agunt, toti in eo plerumque sunt ut vel vocis etymologiam inquirent, vel ex profano sacrum illarum usum memorent, vel internam externamque illarum formam, structuram, ornatum, magnificentiam, splendorem describant, atque hinc nihil ab illis decerpi aut sumi potest, quod nostro huic proposito possit accommodari.

Dixi initio incertum omnino esse quibus privilegiis, gratiis etc. Basilicae gaudeant; nam, ut plurimum, non gaudent privilegiis, et praerogativis quae intrinsece, et absolute iis debeantur, sed iis, quae ipsis per varia tempora concessa fuerunt, ac proinde non omnia omnibus communia sunt; unde reipsa videmus quasdam privilegiis, et honorificentiae insignibus gaudere, quibus aliae prorsus carent. Id autem ex eo evenit, vel quia Ecclesiis quibusdam ob earum antiquitatem et celebritatem aliquid prae aliis concessum fuit, vel quia Summi Pontifices alias prae aliis honestatas voluerunt ob aliquod singulare et praeclarum in Christi Ecclesiam facinus, vel in ipsos Romanos Pontifices benefacta, vel quia Clerus ipse optime de Ecclesia, et Pontificibus meritis decorari singulariter dignus habitus fuit. Hinc est quod ipsae Episcopales Ecclesiae nonnullae hoc illove privilegio gaudeant, et Episcopi ipsi dum Sacrum solemniter agunt aliquo in Altari ipso insigni utuntur, quo antea temporis, vel civitatis, vel Episcopi praeclare gesta in memoriam revocentur.

In tanta rerum obscuritate in tanto auctorum silentio, si quid statui hac in re poterit, id totum



tiarum, praecellentiarum, exemptionum, indulgentiarum, caeterorumque similium, quae continentur in litteris Apostolicis in forma Brevis expeditis favore alicuius Ecclesiae ad gradum Basilicae mi-

vel ex praecellentia Basilicarum super aliis Ecclesiis, vel ex aliarum minorum Basilicarum exemplo poterit desumi, et quae concedenda sunt Ecclesiae Lucerinae ad aliarum minorum Basilicarum exemplum componi, ut quod ipsi non debetur intrinsece et absolute quoad honorificentiae insignia, ex iis, quae aliis concessa sunt, et ipsi concedatur, ne Literarum Apostolicarum verba inutilia ipsi reddantur, et specie tantum data concessio habeatur, quod suspicari nefas esset.

Ut de excellentia Basilicarum prae aliis Ecclesiis aliquid dicam, Basilica, si eius perquiremus etymologiam, regiam sive regis domum significat. Apud gentiles ad publica peragenda negotia quasi diversorium erat, de quo Seneca *lib. 3. de ira Cap. 33.* «*Fremitu iudiciorum Basilicae resonant.*» Erat locus ad ius dicendum; sic apud Plinium accipitur *lib. 6. epist. 33.* *Sedebant iudices centum et octoginta... ingens utrinque advocatorum et numerosa subsellia, adstantium corona latissimum iudicium multiplici circulo ambibat. Ad hoc stipatum tribunal, atque etiam ex superiore Basilicae parte, qua foeminae, qua viri, et audiendi, quod erat difficile, et visendi studio imminebat.*»

Has postmodum Christiani Basilicas in Ecclesias et ex profano ad sacrum usum, et in locum ad Divina peragenda Officia converterunt. Unde apposite scribit Isidorus *lib. 5. Originum. Basilicae prius vocabantur regum habitacula; unde et nomen habent: Nunc autem ideo Basilicae divina templa nominantur, quia ibi regi omnium Deo cultus et sacrificia offeruntur.* Hinc Antonius in gratiarum actione pro suo Consulatu: *Basilicae olim, inquit, negotiis plenae, nunc votis pro tua salute susceptis.* Dicitur etiam Basilica, quae templum etiam gentilium prius erat et sic vocata, et postea Deo vero consecrata. Hinc Ennodius in consecratione Basilicae Apostolorum, ubi templum fuit idolorum, scribit: *Veni ergo, piissime Domine, et ad consecrationem operis tui plenus illabere vice humani per baptismum pectoris purgentur haec templa turpi hactenus dedicata patrocinio, et Sanctus Augustinus De civitate Dei templum Vaticanum Basilicam amplissimam appellavit.* Differentia erat inter templa et Basilicas; in templis enim columnae quibus illa ornabantur in externa parte, in Basilicis vero in interna positae erant. Basilicae apud Christianos, initio, quoad religiosum cultum aliqua ratione a Templis differebant. Nam illae plerumque, singulariter ad Sanctos, praesertim Martyres colendos statutae erant; Templa vero ad sacra celebranda mysteria erant destinata. Ex quo autem Ecclesiarum numerus crevit, et tunc templa sive Basilicae indiscriminatim Ecclesiae sunt appellatae, et tam Sanctorum cultus in utrisque agebatur, quam divina mysteria, nulla facta inter utrumque distinctione, in utrisque pariter sunt celebrata. Basilicae nomen non aliae Ecclesiae retinuerunt, sive non aliis Ecclesiis hoc nomen Basilicae datum fuit, quasi antonomastice, nisi iis Ecclesiis quae per totum orbem magis essent insignes, vel ob antiquitatem, vel ob magnitudinem, aut celebritatem quae ipsis inerat, quaeque per hoc ipsum maiori veneratione, ut ita dicam, dignae habebantur. Haec fuit temporis progressu celebrioribus Ecclesiis data denominatio. Ast cum ob aliquam peculiarem rationem Basilicae nomen a Summis Pontificibus aliis etiam Ecclesiis concessum fuit, quae iis per se non gaudebant antiquitatis aut celebritatis, aut, si dici potest, maioris cultus notis, tunc facta inter vetustiores et novas Basilicas distinctione illae *Maiores* hae *Minores* Basilicae nuncupari coeperunt, quemadmodum Basilicae minoris nomen Lucerinae Ecclesiae nostrae concessum nuper est. Et haec maioris vel minoris appellatio alteri aequivalet *primi aut secundi ordinis*. Quatuor tantum primariae Ecclesiae Romae, Basilicae maiores dicuntur, seu Patriarchales Ecclesiae, in memoriam primarum quatuor Patriarchalium Cathedralium: Lateranensis, Vaticana, Sancti Pauli via Ostiensi, et Liberiana, quarum prima, iuxta *Macrium* aliosque Sedem Romanam, in qua novus Pontifex instituitur, praesignat; secunda Constantinopolitana repraesentat; tertia Alexandrinam designat, quarta Antiochenam Sedem exhibet.

Differentia patet inter Basilicas *Maiores* et *Minores*: quae vero sint utrarumque privilegia, honores, et caetera quae ipsis tribui debeant, silentibus Auctoribus ignorare penitus fateri cogor, nec

noris elevatae, venire Conopaeum, omni tamen auri et argenti ornato ab eo excluso, Tintinnabulum, et usum Cappae Magnae. »

Atque ita declaravit, ac servari mandavit. Die 27. Augusti 1836.

4782. VERONEN.

Ut omnia, quae Dei cultum respiciunt, ad aedificationem, et secundum ordinem fiant, quo Sacris concilietur reverentia, excitetur in Populis fides, servetur Mysteriis gratia, et maiestas, alte

me pudet, cum deficientibus monumentis, nullis extantibus super hoc legibus, certi aliquid statui a nemine possit, et ipsis Basilicis Maioribus diversa a Summis Pontificibus, nec omnibus aequae communia tributa et concessa sint. Quid igitur? Rem imperfectam relinquam? Haud quidem decet, et ab ipsis Apostolicis Litteris, ab aliarum Basilicarum exemplo desumenda responsio erit.

Iam dubitari nequit Ecclesiae Lucerinae *Minoris* Basilicae titulo decoratae aliquid concedi voluisse, et ea sane, quibus Basilicae Minores gaudent et utuntur: Legitur enim in Litteris Apostolicis; *Regale et Cathedrale Templum Luceriae Neapolitani Regni in Basilicam Minorem cum omnibus et singulis privilegiis... quibus Basilicae Minores utuntur, vel uti et frui possunt, et poterunt, erigimus et constituimus.* Ne igitur frustranea sit concessio, cum aliquid debeat concedi, et ea concedenda dicantur quibus Basilicae Minores utuntur, videndum quae sint ea, quibus utuntur Basilicae memoratae. Sequetur enim haec esse, de quibus Apostolicae Litterae loquuntur. Siquidem, quaedam, ut Romae videmus, sunt omnibus communia, quaedam vero aliquibus concessa. Communia sunt Conopaei (sive italice *Padiglione*) usus, et usus Tintinnabuli, quod illud praecedat in sua cuiusque Ecclesia, et in supplicationibus toti Clero communibus: in vestibus vero Choralibus Cappa Magna pellibus armellinis ornata in anteriori parte per hyemem, et Cotta super Rocchettum, cum Cappa deponitur, per aestivum tempus: quae vero aliquibus concessa sunt singulariter, pauca sunt, quod sciam, et fortasse sola Palmatoria, et haec quidem, aliquibus in Missis tantum solemnibus, aliquibus in Missis etiam lectis, sed infra Ecclesiae suae taxative limites, ut non multis ab hinc annis Basilicis S. Laurentii in Damaso concessum non ignoramus, et S. Mariae in Transtiberina Regione. Haec sunt, quae si non intrinsece et absolute Minoribus Basilicis conveniunt, reapse tamen concessa ipsis sunt, et his utuntur, vel ex communi usu, vel ex singulari concessione. Iam cum Litterae Apostolicae concedant *Ecclesiae Lucerinae* ea, quibus Minores Basilicae uti et frui possunt, non quae intrinsece et absolute conveniunt, licet Conopaeum et Tintinnabulum non memorent, hoc tamen privilegium, hoc honorificentiae saltem signum concedere eas voluisse dicendum est, quemadmodum et cappam supradictam in hyeme, et cottam supra Rocchettum aestivo tempore, nisi forte iam ante postrema haec, quod nescio, peculiariter sint concessa. Generalia quidem sunt Litterarum Apostolicarum verba, attamen eiusmodi, ut de concessione nequeat dubitari.

Tota difficultas quoad Palmatoria usum poterit moveri, cum haec non omnibus aequae minoribus Basilicis, sed aliquibus tantum, Romae, concessa sit: dubitari hinc de hac potest cum non communis sit aliis omnibus; quod enim universaliter omnibus est commune, id solum dicendum est voluisse concedi. At cum eodem tempore Ecclesia Lucerina sit etiam Ecclesia Cathedralis, posset aliquo modo dici id etiam voluisse concedi, quod habent aliquae Basilicae Minores, quae Cathedrales non sunt.

Quod spectat ad Conopaei et Tintinnabuli usum, et horum concessionem exemplum non deest, et reperitur in una *Calathaierenensi* Syracusanae Dioecesis sub die 22. Martii 1817. Distractis enim quindecim Terris ab extensa nimis Syracusana Dioecesi, unam ex duabus in *Calathaierenensi* Civitate existentibus Collegiatis nempe Ecclesiam S. Iuliani ad Cathedralitatis honorem tamquam alia aptiorem erigi voluit, erectaque reapse fuit. Altera vero Collegiata, nempe S. Iacobi ob eius insignitatem Basilicae Minoris titulo fuit condecorata. Supplicantibus huius Ecclesiae Canonicis, Conopaeum et Tintinnabulum gestandi facultas facta fuit. Verumtamen, (ne quid me retinuisse incuser) quidam appositi sunt quoad horum usum limites, nempe: *In iis tantum solitis et consuetis Functionibus Ecclesiasticis, in quibus non concurrat cum altero Cathedralis Ecclesiae Capitulo; idque in Ecclesiae ambitu, vel inter limites tantum eiusdem Paroeciae, excepta dumtaxat ab hac limitatione solemnibus Supplicatione.*

animo defixum habens Reverendissimus Veronen. Episcopus Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit, nonnulla exponens Dubia per eiusdem oraculum solvenda, ut et corrigantur, si quae emendanda in sua Dioecesi reperiuntur, et ea omnia, quae ad praxim Sacrorum Rituum, et Rubricas observandas concurrere possunt, magis magisque innotescant. Quae in Ordinario Coetu ad Vaticanas Aedes die 12. Martii vertentis Anni coadunata, rescribendum censuit: « Ponatur in Folio, exquisito Voto Magistri Caeremoniarum. » Hisce omnibus de more servatis, iterum proposita sunt eiusdem Episcopi pro opportuna solutione sequentia Dubia, nimirum.

I. Quid dicendum de consuetudine a doctis, piisque Sacerdotibus, Ordinariis non contradicentibus, usurpata?

II. Ex Constitutione Benedicti XIV. Summi Pontificis die 13. Decembris 1740. conceditur Indulgentia in memoriam Agoniae Domini Nostri Iesu Christi pro singulis sextis Feriis: pulsatio Campanae fieri debet hora tertia post meridiem, ut innuit laudata Constitutio, Horologii italici, vel hora Vigesima prima uti vult Libellus Romae editus Anno 1834. inscriptus: *Raccolta di Orazioni, e pie Opere ec.* Typis Perego-Salvioni.

III. Utrum Benedictio Apostolica pluries impertiri possit novo mortis periculo redeunte?

IV. Utrum liceat simplici Sacerdoti Superpelliceo, et Stola induto post Vesperas, Litanias, et Preces immediate Altare ascendere, et Populum dimittere, eum benedicendo nuda manu per verba: *Benedictio Dei omnipotentis etc.* ut praescribitur a Rituali post Communionem extra Missam? (1)

*ab eadem Collegiata fieri quotannis solita per vias Civitatis in die S. Iacobi eiusdem Titularis.* Hic, ut liquet, agebatur de Ecclesia Collegiata ad Basilicae Minoris gradum evecta, et in concursu cum Ecclesia Cathedrali, et idcirco iure, merito, prudenterque limites concessae facultati fuerunt praescripti: hoc evenire nequit in Ecclesia Lucerina, quae simul est Cathedralis, atque idcirco nullam fortasse meretur exceptionem cum aliquid semper ut Ecclesia Cathedralis in se honorificentius, prae aliis omnibus Ecclesiis habeat. Unum tamen quoad Conopaeum adverterem, illius nempe materiam talem esse debere a qua auri, argenteae texturam aut ornatum prorsus excluderem.

His omnibus positis, attenta Dignitate Cathedralis Ecclesiae, attentis litteris Apostolicis, quae eidem Cathedrali Ecclesiae Minoris titulo honestatae privilegia, praeeminentias concedunt, quibus aliae Basilicae Minores gaudent, attentis aliarum Minorum Basilicarum exemplis, ne concessio frustranea, et specie tantum data videatur, respondendum putarem; *per privilegia, praeeminentias, gratias intelligi Conopaeum omni tamen auri et argenti ornato excluso, et Tintinnabulum, usum cappae, ut supra dictum est:* quibus Eminentissimi Patres, si ad exemplum nonnullarum minorum Basilicarum Urbis *Palmatoriam* propria tantum in Ecclesia addere velitis, haud quidem repugnarem cum aliquo modo Apostolicas Litteras favorabiliter interpretando posset includi, et ad *R. D. Secretarium cum Sanctissimo.*

Aliae *Exemptionum, Indultorum etc.* voces verba sunt generalia, quae quidem cum nihil honorificentiae, ut videtur, singulare includant, nihil etiam huius generis concedunt, ac nullam dari ab hac S. Congregatione declarationem exposcunt, quae sit nimirum illorum vis, quid significant, quoque modo Cathedrali Lucerinae debeant aptari, atque proinde non erat huius S. Congregationis haec omnia inquirere.

(1) Peropportunum valde videtur nonnulla hoc in loco in medium proferre tam de benedictionibus Ecclesiasticis in genere, earumque origine, et antiquitate, quam de benedictione, quae datur in fine Missae, priusquam de ea benedictione agatur, de qua sermo est in dubio, quae fortasse ad illarum similitudinem dari coepit. Itaque Benedictio Ecclesiastica est precatio quaedam, qua aliqua sanctitas confertur, et illa proprie dicitur quae fit nomine Ecclesiae, et ex auctoritate a Deo ei concessa, quando nempe quis ratione sui muneris, quo fungitur, petit a Deo ut vel personis, vel rebus bona convenientia tribuat. Deus enim posuit Sacerdotes et ministros Ecclesiasticos dispensatores benedictionum suarum, uti docet eruditissimus Iacobus Eveillon Canonicus Andegavensis Ecclesiae in lib. *De processionibus Ecclesiasticis*, et probat ex cap. 6. *Numerorum*, ubi per Moysen locutus est Aaron et filiis eius. *Sic benedicetis filiis Israel, et dicetis eis: benedicat tibi Dominus, et custodiat, et ostendat Dominus faciem suam tibi, et misereatur tui: convertat Dominus vultum*

V. Utrum verbum *Deinde* in forma absolute in nonnullis editionibus Ritualis rubro caractere impressum, omittendum sit?

VI. In quibusdam Ecclesiis occasione Orationis Quadraginta Horarum suspenditur Oratio a Vesperis usque ad unam vel duas horas post solis

*sum ad te, et det tibi pacem. Invocabuntque nomen meum propter filios Israel, et ego benedicam eis.* Hinc ipsum Numerorum locum inter alios interpretatus est S. Doctor Petrus Damiani ad cives Florentinos scribens his verbis: *Dominus in lib. Numerorum de Sacerdotibus ait: Invocabuntque nomen meum super filios Israel. Ego benedicam eis. Sacerdos quippe Dominum super hominem verbis invocatur, sed ipse super eum Dominus benedictionem efficaciter format. Effectus itaque benedictionis non ex merito Sacerdotis constat, sed hanc invocatio divini Nominis administrat, ut quod ex ore sonat hominis intus impleat Creator, et per indigni saepe hominis ministerium Divina virtus suum veraciter efficit sacramentum.* Deo itaque operante in ministerio Sacerdotali benedictio Ecclesiastica suum sortitur effectum, non quidem ex opere operato ad instar Sacramentorum, sed ex vi precum Ecclesiae, quae cum Christi sit sponsa non potest non exaudiri ab eo pro merito et dignitate sua, quando aliquid pro filiis petit. Tota itaque benedictionum Ecclesiasticarum vis posita est in oratione et invocatione Ecclesiae, quae fit per suos ministros; hinc est, quod non aliis formulis, non aliis verbis uti quisque benedicendo debeat, quam iis, quae ab Ecclesia sunt constituta: *Ita, inquit memoratus Eveillon, Ecclesia divino Spiritu edocta omnium rerum benedicendarum formulis conceptis verbis definit in libris Ritualibus, ut sciant Sacerdotes quid in singulis et quomodo petendum sit, ne scilicet temere et pro arbitrio loquendo ab eius institutione, proposito, et fine excedant, et sic optatis decidant.* Haec in generale de Benedictionibus advertuntur, sed aliud aliquid hic addere iuvat, quod non inopportunum videtur. Ex communi Theologorum sententia benedictiones duplicis sunt generis. *Aliae invocativae dicuntur, aliae constitutivae appellantur.* Invocativae benedictiones illae sunt, quibus Dei benignitas invocatur, ut vel personis, vel rebus pro benedictionis diversitate, et vario rerum benedicendarum usu aliquid boni tribuat, easque a malo vindicet, non tamen immutato earum statu. Huiusmodi sunt benedictio Episcopalis, ea quae datur post Confirmationem, ea quae datur a Celebrante Diacono Evangelium lecturo, et quae ab ipso Celebrante nunc datur populo in fine Missae, aliaeque huius generis multiplices benedictiones, ut vinearum, frugum, exulentorum, aliaeque innumerae, quarum formulae habentur in libro Sacramentorum S. Gregorii, in Ordinibus Romanis, et in recentioribus Ritualibus; quae omnes sunt boni alicuius adpraecatio. Harum benedictionum virtute, licet aliquod vel temporale, vel spirituale bonum divinitus ex Ecclesiae intentione tribuatur, vel rebus, vel personis, super quibus nomen Domini invocatur, tamen hae in suo naturali statu remanent, nec in sacrarum rerum ordine possunt adnumerari. *Constitutivae* vero benedictiones illae dicuntur, per quas personae, vel res benedictae ad divinum cultum destinantur, et in statu permanenti rei sacrae constituuntur: ita ut receptum per benedictionem hunc statum amplius non immutent, neque ad profanum statum, aut usum redire possint, aut profanae ullo modo considerari, vel effici valeant.

Haec autem multiplices sunt; quaedam enim spectant ad aliquid simpliciter sacrum significandum; quaedam destinantur ad Dei cultum, et certa nostrae Religionis officia et ministeria, uti Episcopi, Sacerdotes et reliquorum Ordinum Sacri Ministri, vasa sacra etc. Quaedam vero ita benedicuntur ut ad aliarum rerum benedictionem praeparantur, uti sunt sacrum Chrisma, Oleum catechumenorum, quibus in consecratione vel ordinatione iuxta diversum Pontificalis praescriptum iunguntur Episcopi, Sacerdotes, et Fontis baptismalis benedictio peragitur. Haec omnia cum per benedictionem Episcopi, Sacerdotes, et Fontis baptismalis benedictio peragitur. Haec omnia cum per benedictionem ad se consecrationem in ius Domini transierint, et sacra sint facta, nequeunt in usum hominis adhiberi, aut ad profanum usum transferri iuxta celebrem Iuris canonici regulam in cap. 51. de Regulis Iuris in VI.; *Semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum.* Hinc quae sunt constitutiva benedictione consecrata in suo semper manent consecrationis statu, quae

ortum diei sequentis, ne nocturno tempore scandala oriantur; quaeritur utrum ab aurora, usque autem sunt benedictione tantum invocativa benedicta, licet statim possint immutare, et aliquo modo ad humanos usus adhiberi, ad profanos tamen numquam possunt, quemadmodum plerique, et magni nominis auctores sentiunt; sed haec investigare alienum prorsus esset a proposito.

His generice de benedictionibus adnotatis, nullum dubium est benedicendi ritum vetustissimum esse, hic enim reperitur in veteri Testamento, et ex eo eruitur quod elevatis manibus perficiebatur, ut legitur Esdrae cap. 8. num. 6.; *Et benedixit Esdras Domino Deo magno, et respondit omnis Populus Amen, Amen, elevatis manibus suis, et incurvati sunt et adoraverunt Deum proni in terra.* Hoc autem fiebat in signum invocandi Altissimum. Sic etiam in iuramentis peragebatur quemadmodum legitur Danielis cap. 12. N. 27. *Cum elevasset dexteram et sinistram suam in coelum et iurasset per viventem in aeternum.* In Sacris litteris de huiusmodi actibus saepe fit mentio. Et ideo Christus Dominus dum in coelum ascendit, elevatis manibus, benedixit Apostolis, sicuti in Evangelio Lucae notatum reperitur, quae fuit vera super eos benedictio, sive super illos honorum adprecatio. Apostoli super fidelibus per manuum pariter elevationem quasi a Deo susciperent benedictionem, quam impertiebant, fidelibus bona adprecabantur. Deinde ex ipsa apostolica traditione inter Christianos, manibus in coelum prius elevatis, et facto Crucis signo, per quam mundo salus facta est, ex qua bona omnia dimanant, et in qua per Christi mortem humani generis redemptio perfecta est, facto, ut supra, Crucis signo, dari cepit benedictio, quem ritum haud errare putandus esset qui asseveret a Christo Domino in praefato Ascensionis die ortum suum habuisse, ad cuius similitudinem, peracta Missa, benedictio populo confertur. *Etenim, scribit Amalarius lib. 2. de offic. cap. 26. Dominus ante Ascensionem in coelos, duxit Apostolos in Bethaniam, ibique benedixit eis, et ascendit in coelum. Hunc morem tenet Sacerdos ut post omnia Sacramenta benedicat populo atque salulet, deinde revertitur ad orientem, ut se commendet Domino.*

Ecclesia itaque ex veteri Testamento, et ex Christi Domini exemplo sumpsit benedictionum ritum, quem semper retinuit; *quemadmodum enim, scribit Rhabanus Maurus, in Numeris Deus eertam formam populo benedicendi Aaroni et Sacerdotibus veteris legis praescripsit, ita quoque usus Ecclesiae, quae multiplices benedictiones in diversis rebus habet.*

Priusquam autem directe et specialiter de benedictione agatur, de qua in dubio sermo est, haec benedictio dabatur olim a Sacerdote immediate post communionem, ut ex adducta auctoritate patet, et ex quamplurimis auctoribus colligitur; soli autem Romano Pontifici licitum erat in fine Missae populo benedicere, iuxta Rodolphum propositione 23.; itaque reliqui Celebrantes Sacrum divinum absolvebant per illam orationem *Placeat*, quod ex sequentibus verbis patet: *Finitis omnibus, osculato Presbyter altare dicet; Placeat tibi Sancta Trinitas: deinde sacris vestibus se exuat; ita ord. Romanus.* Haec autem oratio *Placeat* in pluribus reperitur Sacramentariis post saeculum nonum scriptis. Eam Sacerdos secreto recitat; *est enim, ut observat Benedictus XIV. in suo opere de sacrosancto Sacrificio Missae lib. 2. cap. 24. §. 5., pro ipso peculiaris oratio, eamque dicit inclinatus, ut aequum est ad altare, siquidem ad Sanctissimam Trinitatem dirigit.* Idem ut supra legitur in quodam antiquo Caereoniali Mileti anno 1609. exarati. Sic etiam observant Carthusiani, qui benedictionem non dant in fine Missae, nec Evangelium S. Joannis in fine recitant, ut notat Puget tom. 2. Institutionum catholicarum pag. 890. eum quo concordat Ritus olim Cisterciensium: rationem eius Ritus affert Ioannes Baossen in expositione Missae Basileae exarata anno 1419., *eum scilicet qui populum non habet, nec benedicere.* Hodie tamen Carthusiani, si in Templis celebrent, quae non sunt sui Ordinis, populo benedicunt, ut colligitur ex eorum recentioribus Constitutionibus stat. 3. cap. 1. n. 58. In veteri Dominicanorum ordinario lib. 2. ut refert Marcellus de Cavalariis Statera sacra tit. 29. n. 50. ita legitur: *Et si consuetudo patriae fuerit et extranei fuerint hoc expectantes, dent benedictionem iuxta morem patriae.* Ideo autem benedictio, ut supra notatum est, post communionem dabatur, ut qui Eucharistiam non susciperent, saltem eum illa benedictione discederent, quemadmodum sentit

ad Eucharistiae expositionem in Missis dici possit Collecta de Sacramento, vel solum tempore Expo-

Micrologus, sicut hodie Sacerdotes qui post Missam vel extra eam solent communicare, dant benedictionis signum in fine illius communionis pro non communicatis.

Diversa quoad benedictionem, quae datur in fine Missae, fuit Ecclesiae disciplina. Siquidem simplex Sacerdos nequibat olim benedictionem populo impertiri iuxta can. *Ministrare 26. q. 6. Benedictionem quoque super populum in Ecclesia fundere Presbytero penitus non licere*. Hoc autem Sacerdoti nunc permittitur postquam divinum Sacrificium peregit: dictum est *permittitur*, si enim totam dictam antiquitatem perscrutemur, neque id Presbytero simplici licitum olim erat, ut notat *Benedictus XIV.* tum in *Constitutione XLVIII.* in cuius initio agit de solemni benedictione, quae ab Episcopis datur, quod ad praesens dubium nullimode pertinet, tum in *opere de Sacrificio Missae*. Etsi enim, ut ipse in utroque loco observat, in usu semper fuerit, ut re divina peracta populus cum benedictione ab Ecclesia dimitteretur, id tamen non a Sacerdote celebrante, sed vel ab Episcopo si praesens aderat, vel eo absente ab Archipresbytero, iussu ipsius praestabatur, et hoc in sensu explicari iuxta ipsum debet *Decretalis in cap. Officium* de officio Archipresbyteri, ubi inter archipresbyteralia munera recensentur *Benedictiones Presbyterales in Ecclesia dare*, prout advertit etiam Gonzales in idem caput *Officium n. 2.* quod ante plane comprobaverat Sausses in *Penoplia Sacerdotali* p. 558. Haec tum ex iure, tum ex antiquitate, et monumentis eruuntur; et hinc est, quod de hac benedictione silent omnino Amalarius, Floras, Walfridius, et Renisius saeculi IX. Scriptores: eius tamen mentionem facit Micrologus, ut supra relatum est. Ast ex multis saeculis contraria nunc viget disciplina, ex qua facultas Sacerdoti celebranti facta est benedictionem super populum impertiendi absoluta Missa: immo nunc praescribitur a Rubrica, ut Sacerdos populo benedicat; sic enim legitur in ordine Missae *de benedictione in fine Missae: et Evangelio Sancti Ioannis dicto . . . . extensa manu dextera, iunctisque digitis, et manu sinistra infra pectus posita semel benedicit populo* dicens, etc. Mittuntur hic quae a Rubrica iuxta diversos casus adduntur; inopportunum enim esset ea in medium proferre. Rationem autem benedicendi populo multis ab hinc saeculis affert *Bellotus in Ritibus Laudunensis Ecclesiae parte 1. pag. 136. num. 9.* *At cum benedictio ad Missae perfectionem pertineat; hodie ab incepto Sacro recedere nec iure queat populus ante benedictionem egredi ex praecitata Agatensi Synodo quatenus integrae Missae non interesset quisquis praemature recederet; sequitur facultatem cuilibet Celebranti concessam esse privatam illam benedictionem ad finem Missae ubique locorum impertire*, quod quidem commemorat *Quartus ad Rubricas Missalis* p. 386. *in dubiis conscientiae.* Iuvat hic addere quod habetur in can. *Ecce ego D. 11. 95.; Nemo Episcoporum invidia diabolicae tentationis instatus irascatur in Templo si Presbyteri interdum exhortentur plebem, in Ecclesiis praedicent, si plebibus, ut dictum est, benedicant*: quae verba probant simul et olim Episcoporum tantum fuisse benedictionem impertiri, et nunc simplicibus etiam Sacerdotibus inesse facultatem.

Quod vero et simplices Sacerdotes benedicere possint in Missa, et quod hic ritus a multis saeculis invaluerit liquido constat, aliis silentibus auctoribus, praeter supra allatum Micrologum etiam ex iis, quae habet Guido Abbas, qui saeculo decimo circiter vel undecimo vixit: loquitur enim ipse de consuetudine, quae aetate sua invaluit ut Presbyteri sub finem Missae populo benedicerent, ita enim scribit: *Hinc et illa consuetudo apud modernos, quae non fuit apud antiquos, inolevisse videtur, ut in aliis temporibus etiam Presbyteri post finem Missae benedicant, ne populum ita benedictione et communione privatam discedere permittant*; et alibi: *Adeo in usum iam usque-quoque venit benedictio, ut nequaquam absque gravi scandalo a Presbyteris in populo praetermitti possit, nisi forte Apostolica Sedes generaliter et synodaliter prohibere voluerit.* Iam ex his verbis eruitur benedicendi ritum praefati auctoris aetate in consuetudinem transiisse, et grave scandalum in populo suscitasse hulus benedictionis in fine Missae praetermissionem. Iam si haec consuetudo ea aetate inolevit, argumentum desumptum ab aliorum auctorum pene coevium silentio, nihil erui potest in contrarium.

sitionis, hoc est per unicum spatium Quadraginta horarum interruptarum? (1)

VII. Utrum in Missis quotidianis Defunctorum pro Oratione assignata primo loco, alia subrogari

Aliquando, placet et hoc addere, sive per abusum datae facultatis Presbyteris benedicendi populo post Missam, sive alia quacumque ratione, Sacerdotes populo benedicebant ac nunc Episcopi ternis Crucis signis. Hinc autem ritus sublatus fuit a s. m. Pio V. qui in solemnibus Missis dumtaxat eum voluit adhiberi. At postmodum Clemens VIII. statuit ut Presbyteri in Missis etiam solemnibus unico Crucis signo populo benedicant, videri potest apud Martenium Tom. 1. pag. 243.

Ex allatis superius verbis, quae in canone *Ecce ego* leguntur, licet plerique cum Glossa sentiant illud *benedicere* generaliter declarare benedictionem, quae populo traditur a Sacerdote, qui divinum Sacrum perficit tantum; ita eodem tempore interpretantur, ut intelligi possit de quacumque benedictione, quam Sacerdotes manu impertiuntur post aliquam Ecclesiasticam actionem, puta post preces in novendialibus, aliasque huiusmodi, post Litanias, ut in dubio; nam cum haec sit ex benedictionibus quae invocativae appellantur, per quas Dei benignitas invocatur, ut vel personis, vel rebus benedicendis aliquid boni tribuatur, et eadem a malo liberentur, quis prohibeat ut recitatis precibus Sacerdos populum cum hac benedictione, sive adpreccatione dimittat ut domum suam ab Ecclesia discedat. Fatendum quidem est auctores omnes loqui semper de benedictione a simplici Sacerdote danda in fine Missae, de qua supra sermo fuit, quamque impertiri populo antiquis temporibus ei non licebat. Sed cum nulla super hoc benedicendi ritu extra Missam extet prohibitio, cum bonum aliquod spirituale, vel etiam temporale per hanc benedictionem ex divina benignitate Sacerdos adpreccetur, cum denique haec consuetudo quasi undique invaluerit, atque hinc iure putandum est aut expresse aut saltem tacite factam esse vel fieri Sacerdotibus ab Episcopis Dioecesanis hanc populo extra Missam benedictionem impertiendi facultatem. His innixa rationibus S. R. C. affirmative respondendum huic dubio censuit, *si adsit consuetudo*. Consuetudo enim haec nec ulli adversatur prohibitive legi, et bonum semper aliquod a Deo per eam populus sperare potest, quod ei Sacerdos a Deo quem invocat, adpreccatur.

(1) Non est hic inquirendum quo tempore Oratio Quadraginta horarum inceperit, quis fuerit huius Orationis primus Auctor, et ubi ea fuerit instituta: haec qui desiderat adeat Summos Pontifices Pium IV. in sua Constitutione: *Divina disponente Clementia*, Benedictum XIV. in Instit. Eccl. trigesima Latinae editionis; adeat insuper Ughellium Ital. Sacr. Tom. 4., Thiersium, Cavalerium, aliosque: hoc investigare alienum esset a proposito, et parum interesse videtur. Aliud est hic inquirendum, quod cum praesenti dubio est aliquo modo connexum. Sane licet Quadraginta horarum spatio haec Oratio duraret, certum tamen non est hanc Orationem ubique, saltem initio, ante Sanctissimum Sacramentum fuisse praeractam, et Hoc ea solemnitate fuisse expositum, qua hisce nostris temporibus solet exponi, cum vere dici possit aliquem ante Sanctissimum Sacramentum orare, quamvis Illud in Ciborio sit inclusum. Ipsa Clementina Instructio de sola loquitur Oratione, non de expositione, et ipsa fel. rec. Clementis VII. (a cuius aetate perpetuae adorationis in Urbe initium est repetendum) verba, nempe: *Orationis incensum in conspectu Domini dirigatur*, de publicis precibus possunt intelligi, quae semper, sive exposito, sive non exposito Sacramento in conspectu Domini fiunt. Non eadem in exordio fuit ubique praxis. Mediolani ex. gr. vel in ipsa huius Orationis institutione aevo S. Caroli Borromaei, non modo statutae et distributae successive sunt Ecclesiae, in quibus haec Oratio fieri deberet, sed in unaquaque Ecclesia expositum solemniter erat sacrum vas cum Eucharistia super altari, et Oratio fiebat diu noctaque sine ulla intermissione, ut clare colligitur ex Instruktionem eiusdem Sancti Antistitis. Aliis in locis quibusdam, et in nostra Urbe ipsa asseri certo nequit, tempore huius Orationis Sacram Eucharistiam ab initio usque ad finem Orationis exponi consuevisse; quin immo valde de hoc dubitandum est.

Praeterea Romae in ipsa Orationis huius institutione, quae nonnullorum privatorum initio fuit, qui statis temporibus aliquam in Ecclesiam ad Religionis opera exercenda conveniebant, Oratio non ita erat

valeat, puta pro matre, offerente eleemosynam etc. ?

VIII. Parochus novit sacrum Viaticum difficillime porrigi posse infirmo morti proximo, nisi

perennis et continua, quemadmodum hac nostra aetate servatur, ut numquam per totum anni circulum in hac illave Ecclesia per quadraginta illas horas cessaret, et licet aliquibus in Ecclesiis Oratio per illas quadraginta horas non intermitteretur, et Sodales coram Sanctissimo Sacramento orarent, et invicem sibi ad orandum succederent, tamen non in omnibus aequae Ecclesiis Sacramentum expositum erat.

Dictum supra est ex Clementina Constitutione erui, praeceptam fuisse continuam ante Sanctissimum Sacramentum Orationem, non vero continuam aequae expositionem, et hanc in arbitrio et facultate fuisse. At si hoc ab initio fuit, tamen non ita post, et tempore ipsius Clementis VIII. consuetudo fuit inducta exponendi Augustissimam Eucharistiam in singulis Ecclesiis per integras quadraginta horas praescriptae Orationis. Auctor nobis de hoc est fel. rec. Benedictus XIV., qui in allata superius Constitutione, quamvis dicat expositionem Sanctissimi Sacramenti non fuisse a Clemente VIII. aliqua lege praeceptam, eius tamen tempore merito fuisse inductam; haec enim habet: *Licet de exponenda publice Eucharistia nullum (Pontifex Clemens VIII.) verbum faciat, conici tamen potest tunc primum morem fuisse inductum, vel paulo ante ut Sacra Eucharistia exponeretur, cum quadraginta horarum Oratio indicabatur*: quo in testimonio adnotandum apposite est, Benedictum XIV. non dixisse paulo post, sed paulo ante, quae enunciatio omne tollit dubium circa praescriptionem latam et consuetudinem aetate Clementis VIII. Haec autem consuetudo, quae quodammodo Clementi ipsi coeva dici potest, universalis est, diuturna, non interrupta, eam nunc vim habet quam praescriptae leges habent, nec alicui liberum est ab ea recedere.

Haec insuper consuetudo quam maxime laudabilis Orationi coniungendi expositionem Sanctissimi Sacramenti ex ipsa Clementina Instructione eruitur non obscure: leguntur enim in exordio haec verba: *Della Introduzione dell'Esposizione del Santissimo Sacramento per l'Orazione continua delle quaranta ore*; neque obstat quod supra dictum est, quodque contradictionem quamdam offerre primo intuitu videtur; nam utrumque stare potest; haec enim verba ita sunt intelligenda ut demonstrent primum inductam fuisse perennem et perpetuam Orationem ante Sanctissimum Sacramentum (fortasse Romae), et postea usum invaluisse exponendi Sanctissimam Eucharistiam tempore continuae Orationis initio quammaxime laudatum, postea praeceptum. Insuper addendum aliquid videtur per quod ostendatur, sicut continua et non interrupta est Oratio, continuam et non interruptam esse debere Sanctissimi Sacramenti expositionem, adeoque eos, qui a laudabili non modo, sed a praescripta consuetudine recedunt, illud per aliquas horas in tabernaculo includendo, contra legem agere, quae continuam et non interruptam Illius expositionem praecipit. Id ex dictis patet ex ipsa S. R. Congregatione quae in Ilerden. die 28. Aprilis 1607. iussit: *ne Concionatores caput tegant ante Sanctissimum Sacramentum expositum infra Octavam Corporis Christi, et quando per annum Oratio continua quadraginta horarum indicitur.*

Quidquid anteacto tempore factum fuerit, quidquid diversi sentiant auctores inquirendo, fuerit ne Orationi huic in institutione simultanea Sanctissimi Sacramenti continua expositio, vel posterioribus temporibus haec fuerit inducta, certum est, morem hunc vetustissimum esse, et nunc legis vim habere, licet, ut iam observatum est, ea initio in arbitrio fuerit, et Orationem 40. horarum sine simultanea Sanctissimi Sacramenti expositione haud nunc indicare licere.

Clementina Instructio non de institutione agit huius Orationis, sed ea continet, quae ordinem, et ea quae in expositione sunt servanda, respiciunt. Multa sane haec sunt quae afferre inutile esset, et praesens disquisitio non postulat; unum dumtaxat quae huic proposito opportunum videtur notare innotat. Siquidem titulus Instructionis hic est. *Istruzioni ed ordini da osservarsi nell'Orazione continua delle quarant'ore*; primus autem paragraphus sic incipit: *Essendo state fatte sin dal tempo dell'Istituzione dell'Esposizione del Santissimo Sacramento per l'Orazione continua delle quarant'ore*



celebret in Oratorio domestico Indulto Apostolico erecto domui Infirmi proximo: quaeritur utrum possit a privato Oratorio Sanctissimum Sacramentum deferre? Et quatenus affirmative, utrum in

*diverse provisioni ec.* In utroque loco usurpatur vox *continua*, et haec vox afficit *Orationem*, non vero *expositionem*, hinc dicere quis posset praecipi *Orationem* continuam, non autem continuam *expositionem*, ita ut haec non illa possit interrumpi; sed hoc non sequitur semel ac, ut supra adnotatum est, Clementis VIII. mens fuerit ut continua pariter et *Oratio* et *expositio* esset, et hanc fuisse illius mentem clare patet ex eo, quod ille Summus Pontifex voluerit ut *Oratio* Romae fieret ad exemplum Ecclesiae Mediolanensis. At Mediolani toto *Orationis* continuae tempore vas cum S. Eucharistia super Altari *diu noctuque* erat solemniter expositum; quis ergo non videt Clementis mentem fuisse ut cum continua et non interrupta *Oratione*, continua item et non interrupta Sanctissimi Sacramenti *expositio* simul coniungeretur? Dicendum itaque est, nihil erui posse ex voce *continua* apposita *Orationi*, et non *expositioni*, neque posse *expositionem* interrumpi: generice tamen et iuxta praescriptionem hoc dictum intelligatur; potest enim quandoque evenire ut aliqua in Ecclesia, rationabili aliqua interveniente causa, debeat *Expositio* interrumpi, sed hac deficiente, haud eam interrumpi fas est.

His adductis, quae proposito dubio opportuna visa sunt, quamplurima praescribit Clementina Instructio. Inter alia praecipit, ut in *Missis* dicatur *Collecta* de Sanctissimo Sacramento, cum iis exceptionibus quae videri possunt tum in ipsa *Instructio*ne, tum in *Illustratione* huius Tom. 6. Part. I. *Decretorum* S. R. C. authentica *Collectione*. Iam si hoc Clementina *Instructio* praecipit, per hoc praecipit, quod supponit, Sanctissimum Sacramentum eo tempore publice esse expositum, non vero in *Tabernaculo* inclusum; secus quicumque Sacerdos, et quovis tempore in *Missae* celebratione posset *Collectam* addere de Sanctissimo Sacramento, quod non est ex *Rubricis*, quodque neminem qui asserat inveniri posse putandum est. Hinc sequitur, *Collectam* de Sanctissimo Sacramento dicendam esse (cum exceptionibus supra citatis) tempore tantum quo *Illud* publice patet per *expositionem*. Ex his eruitur, quod *Collecta* in *Missis* dicenda relationem habet ad *expositionem* non vero ad *Orationem*, quae licet sit continua *Collectam* non exposcit. Duo autem haec, *Oratio* nempe et *Expositio*, valde in se differunt. Cum insuper continua debeat esse non solum *Oratio* per quadraginta horarum spatium, sed etiam per hoc idem spatium *Expositio*, sequitur, quod si alicubi quis *Missam* celebret, et nondum ea in Ecclesia Sanctissimum Sacramentum, quavis ratione nocturnis horis in *ciborio* inclusum, nondum fuerit iterum publice expositum, *Collectam*, de qua agitur, addi omnino non debere. Si quis contra ageret, et *Collectam* adderet eo tempore, contra finem ageret, per quam ea addenda praecipitur. Finis autem est, ut memoria fiat de Sanctissimo Sacramento, quando dici nequit *Missa* de eo, sed dicitur de aliquo Sancto, ut eo quo licet modo aliquid in *Missis* addatur quod referri possit ad ipsius Sacramenti *expositionem* quodam particulari modo eam memorando, et in *Illius* gloriam, et *Fidelium* adstantium bonum redundet. Haec autem omnia supponunt veram, realem et patentem Sanctissimi Sacramenti *expositionem*, quae ut supra probatum est, continua et non interrupta esse debet. Cum itaque realis intermittitur *Expositio*, toto intermissionis tempore *Collecta* erit iure omittenda, deficiente principali fine, contra hunc eam addendo ageretur. Demum contra S. R. C. *Decreta* adderetur *Collecta*, et ea videri possunt in authentica *Collectione*, ex quibus clare patet eam esse addendam durante *expositione*. Sic in una *Varsavien.* anni 1746. in qua dicitur *durante Expositione*, quae enunciatio supponit veram et realem *Expositionem*. Sic pariter in una *Canonicorum Reg. Lateran.* die 2. Dec. 1684. in qua dicitur posse (nempe addi *Collectam* praedictam) exceptis *Festis* primae et secundae *Classis* ratione Sanctissimi Sacramenti actu et realiter expositi. Ex his omnibus quae adducta sunt clare descendit, omittendam omnino esse *Collectam* de Sanctissimo Sacramento in omnibus Ecclesiis, quoties in illis *Missae* celebrantur, et nondum Sanctissimum Sacramentum, quod aliquibus horis in *Tabernaculo* inclusum fuit, iterum fuerit publice expositum, quemadmodum S. C. ad propositum dubium respondit.

tali casu celebrare possit etiam Indultario precario absente?

IX. Quum per Leges Municipales Cadavera domo efferre non liceat, nisi transactis horis viginti quatuor ab obitu, quaeritur utrum liceat Missam *de Requie* de mane celebrare iam insepulto Cadavere diebus quibus non licet, nisi praesente corpore, uti erui posse videtur ex Decreto S. R. C. relato in editione Gardelliniana?

X. Potest ne Sacerdos, omnibus sibi prius commode dispositis, quae ad Sacrificium occurrere possunt, ne mulieres inserviant Altari, uti ministerio mulieris tantum pro responsis?

XI. Utrum Officiis alicui Dominicae assignatis, puta Puritatis, Maternitatis Beatae Mariae Virginis in Dioecetano Calendario, in aliqua peculiari Ecclesia festo maioris ritus perpetuo impeditis, debeat assignari dies fixa, vel perpetuo omitti?

XII. Utrum ad benedictionem Sacerdotis in fine Missae solemnis, sive cum cantu, Ministri, et alii de Choro stare, vel genuflectere debeant?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Quirinales Aedes infrascripta die coadunata, mature, diligenterque omnibus perpensis, praesertim iis quae allata sunt in exquisita sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scriptis pandita, prae loque eusa, ad relationem Eminentissimi, et Reverendissimi Domini Cardinalis Ioannis Francisci Marco y Catalan Pontentis, rescribendum censuit.

Ad 1. « Recurrat in casibus particularibus. »

Ad 2. « Ad Sacram Congregationem Indulgentiarum. »

Ad 3. « Ut ad proximum. »

Ad 4. « Affirmative, si adsit consuetudo. »

Ad 5. « Ad Sacram Universalem Inquisitionem. »

Ad 6. « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. »

Ad 7. « Quoad primam Orationem servetur ordo Missalis: quoad secundam detur Decretum Aqnen. diei 2. Septembris 1741. ad Dubium IV. »

Ad 8. « Affirmative etiam absente Indultario. »

Ad 9. « Negative. »

Ad 10. « Affirmative, urgente necessitate. »

Ad 11. « Negative, nisi supplicetur pro translatione. »

Ad 12. « Stare Canonicos se profunde inclinantes, alios genuflectere. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit. Die 27. Augusti 1836.

4783.

CAMERINEN.

Reverendissimus Camerinen. Archiepiscopus sequens Dubium quum proposuerit Sacrorum Rituum Congregationi, nimirum: An Parochi, qui intra limites Parochiales habent Ecclesias filiales, quarum servitio Clerus non adest, de ipsis Ecclesiis recitare possint Officium Dedicationis cum Octava, ac Officium pariter recitare de Sanctis Titularibus earumdem Ecclesiarum? Sacra eadem Congregatio, referente me infrascripto Secretario, rescripsit: *Negative*. Die 27. Aug. 1836.

4784.

CAPUANA.

Eminentissimus, et Reverendissimus Cardinalis Serra-Cassano Archiepiscopus Capuanus Sacrorum Rituum Congregationi sequentem porrexit supplicem libellum pro declaratione nonnullorum Dubiorum, nimirum:

Eni, et Rm̄i Patres.

Quum a Sacra Rituum Congregatione concessa fuerint pro hac Archidioecesi Capuana Officia Sanctorum Summorum Pontificum Romanorum sub ritu duplici, et quum nequeant nonnulla celebrari diebus propriis ob occurrence aliorum Sanctorum tam Dioecesis, quam Regni, et haud valeant eadem transferri ob dierum deficientiam; Eminentis Vestris sequentia Dubia benigne declaranda propono.

I. An liceat anticipare perpetuo Officia praedicta noviter concessa, assignando ipsis dies, circa initium Anni, et quatenus negative quomodo agendum?

II. An occurrente Festo duplici ex praedictis, in semiduplicibus liceat ista perpetuo instar simplicium celebrare, ne prorsus omittantur?

III. An liceat nonnulla Festa semiduplicia instar simplicium celebrare, ut fiat de Festo duplici translato?

Sacra autem Congregatio coadunata ad Quirinale in Ordinariis Comitibus, referente me infrascripto Secretario, respondit: « Negative in omnibus, et detur Decretum in una Ordinis Capuccinorum diei 8. Martii 1738. » Die 27. Aug. 1836.

4785.

LUCIONEN.

Sacrorum Rituum Congregatio ad Quirinale hodierna die in Ordinario Coetu coadunata quum ab me infrascripto Secretario acceperit, pro parte Magistri caeremoniarum Reverendissimi Episcopi Lucionen. requiri; an Reliquia Sanctissimae Crucis Domini Nostri Iesu Christi fidelium venerationi exposita, iisdem caeremoniis honorari debeat, quibus honoratur Sanctissima Eucharistia pariter solemniter exposita; quumque compererit, alias et praesertim sub die 7. Maii 1746. sancitum

fuisse, ut ante ipsum Lignum Crucis genuflectatur unico genu, et ut in thurificatione Sacerdos non genuflecteret, rescribendum censuit: «Dentur Decreta praesertim in Varsavien. die 7. Maii 1746.»

Atque ita rescripsit, servarique mandavit. Die 27. Augusti 1836.

4786.

#### LUCANA.

Ad supplicem Libellum hodierni Guardiani Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci Civitatis Lucanae exquirentis, an attempta ibi in vecta immemorabili consuetudine, continuari possit usus decantandi Vesperas Celebrante Alba, Stola, et Pluviali induto? Sacra Congregatio, referente me infrascripto Secretario, respondendum censuit: *Serventur Decreta.* Die 27. Aug. 1836.

4787.

#### MINORICEN.

Ut in Ecclesiasticis Caeremoniis, Sacrisque Ritibus singula ex ordine procedant, Revm̄us Episcopus Minoricen. sui muneris esse duxit Sacram hanc Rituam Congregationem adire, ac insequentium Dubiorum declarationem efflagitare, nimirum:

I. An in Missa Sancti Vincentii Levitae Martyris, de quo in Regno Hispaniarum Officium quotannis persolvitur ex Apostolico Indulto diei 5. Julii 1819. sub ritu duplicis secundae Classis cum Octava dicendum sit Symbolum Nicaenum?

II. Quum ob elevationem ritus memorati Officii Sancti Vincentii, alia die instituendum sit Festum Sancti Anastasii Martyris: quaeritur an pro Officio Sancti Anastasii ad libitum assignari possint Lectiones tertii Nocturni, et Missa de Communi.

III. An item liceat ad libitum in quolibet Officio assignare Missam de Communi, quae est primo loco, et Homiliam, quae in eodem Communi habetur vel secundo, vel tertio loco? et sic e converso?

IV. An stante Rubrica, quae in aliquibus Breviariis praecedat Evangelium: *Nolite arbitrari:* et Homiliam, scilicet pro Martyre non Pontifice, quando dicitur Missa: *In virtute tua:* aut ea, quae solum ait pro Martyre non Pontifice, intelligi debeat cum particula extensiva tantum?

V. Quum diversa opinentur circa designationem Lectionum tertii Nocturni in Octava Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae, et in die pariter Octava Dedicationis Ecclesiae, siquidem alii dicant sumendas esse de secunda die, alii de quarta die infra Octavam, quaeritur quae certa indubique regula servari debeat?

VI. Quum pro nonnullis Sanctis propriis Regni Hispaniarum, de quibus recitatur Officium ritu duplicis minoris habeantur Lectiones primi Nocturni de Communi, pro aliis vero de Scriptura occurrente, quaeritur quae certa regula se-

qui debeat quoad memoratas primi Nocturni Lectiones in Officiis duplicibus minoribus?

VII. An quoad easdem Lectiones primi Nocturni in duplicibus minoribus standum sit dispositionibus Directorii, vel Breviarii?

VIII. An licitum sit in duplicibus minoribus, et etiam semiduplicibus Lectiones primi Nocturni pro lubitu desumere vel de Communi, vel de Scriptura, quando diversitas extat inter dispositionem Directorii, et Breviarii?

IX. An illa Festa, quae prius concessa fuere aliquibus Ecclesiis, vel Dioecibus cum Lectionibus primi Nocturni propriis, vel de Communi, et deinde concessa fuit extensio pro omnibus Hispaniarum Regnis, vel pro toto Clero cum Lectionibus propriis, retinere debeant Lectiones primi Nocturni proprias, vel de Communi.

X. An in omnibus Festis, in quibus habentur Responsoria propria, semper in Nocturno Lectiones sumi debeant de Communi?

Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Quirinale sub infrascripta die condunati, re mature, diligenterque examinata, acceptaque a me infrascripto Secretario fideli relatione, singulis propositis Dubiis satisfaciendes respondendum censuerunt.

Ad I. «Affirmative ex concessione.»

Ad II. III. et IV. «In casu dicendam esse Missam *In virtute:* cum Evangelio *Si quis venit:* instar concessionis factae Clero Ullyssipponen. die 17. Sept. 1744. In similibus supplicetur particulariter.»

Ad V. «Servetur Rubrica peculiaris Breviarii Romani, adeo ut quando nullae Lectiones intra Octavam sint lectae, in die octava legantur, ut in secunda die: quando vero omnes fuerint lectae, in Octava erunt in Festo.»

Ad VI. «Lectiones primi Nocturni in casu esse de Scriptura, nisi diversae in Indulto expresse assignentur.»

Ad VII. «Iam provisum in proximo.»

Ad VIII. et IX. Ut ad proximum.»

Ad X. «Affirmative.»

Atque ita rescripsere, ac servandum omnino mandarunt. Die 27. Augusti 1836.

4788.

#### SEDUNEN.

Precibus Parochi Ernen. in Dioecesi Sedunen. hisce conceptis terminis: Beatissime Pater. Valentinus Mutter Vicarius Foraneus, et Parochus loci Ernen. Dioecesis Sedunen. humillime supplicat Sanctitati Vestrae, pro facultate perpetua celebrandi ante fores Sacelli in honorem Beatae Mariae Virginis aedificati, et ab Ecclesia Parochiali

leuca distantis; pro diebus Festis Visitationis Beatæ Mariæ Virginis, et aliis in quibus occurrit Populi concursus. Hanc sperat, et implorat gratiam ob prædicti Sacelli exiguitatem, qua fit, ut multi Sacerdotem celebrantem videre non valentes, minorem Sacrificii fructum percipere possint, ideoque deforis in muro Altare extractum

est, quod, finito Missæ Sacrificio, ita clauditur, ut ab omni irreverentia sit vacuum. Et Deus etc. Sacrorum Rituum Congregatio, audita prius sententia alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris scripto pandita, ac referente me Secretario, rescribendum censuit. *Negative iuxta Votum.* Die 27. Augusti 1836. (1)

(1) Reddita per Constantium Imperatorem Ecclesiae pace, extractisque publicis Templis, in quibus Fideles libere Religionis munera poterant exercere, ea cessarunt tempora, quibus cum ob assiduas persecutiones sacra mysteria publice celebrari nequirent, quocumque in loco ea peragebantur ad vitandam Tyrannorum crudelitatem. Hoc respiciunt illa Dionysii verba: *Quivis locus, ager, solitudo, navis, stabulum, carcer, ad sacros conventus peragendos fuit.* Romæ, saevientibus persecutionibus, in arenariis, cryptis aliisque occultissimis locis Sacra peragebantur: illuc Fideles conveniebant absque persecutionis metu. Hac amplius non existente ratione, Sacra peragi nequeunt nisi in Ecclesiis: hinc Cyrillus Alexandrinus adversus Anthropomorphytas scribit *cap. 2. Donum sive oblatio, quum mystice celebramus, in solis Orthodoxorum sanctis Templis offerri debet, neque alibi omnino; qui secus faciunt aperte legem violant.* Sacrosancti Tridentini Concilii Patres ut debitum cultum instaurarent, qui Missæ Sacrificio debetur, ad Laicorum abusum de privilegiis tollendum, vel etiam ad Episcoporum, qui passim ubique celebrandi facultatem tribuebant, nimiam coartandam libertatem, ex quo non raro aut Fidelibus scandalum, aut dedecus et irreverentia sacrae actioni oriebatur, solliciti, ut erant, Tridentini Patres in Ecclesiastica disciplina restauranda, ac de cultu et veneratione erga Missæ Sacrificium *Sess. XXII. de observandis et evitandis in celebratione Missæ generali Decreto sanxerunt. . . Ne patiantur locorum Ordinarii privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, et ad divinum cultum dedicata Oratoria, ab eisdem Ordinariis designanda, et visitanda, sanctum hoc Sacrificium a saecularibus, aut regularibus quibuscumque peragi.* Hoc Decretum consonat iis quae leguntur in Canone *Missam, de Consecratione Dist. I. Missarum solemnities non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse permiserit celebranda censemus: pariter cap. 1. de Consecratione Dist. 1. In aliis quam Domino sacratis locis, idest in Tabernaculis, divinis precibus a Pontifice delibutis Missam cantare, aut Sacrificia offerre licet, nisi summa cogeret necessitas.* Ex Sacrosancti Concilii Decreto, ex Canonum dispositione locus pro Missæ Sacrificio celebrando est Ecclesia, sunt Oratoria ad divinum cultum dicata; alibi celebrare haud omnino licet. Hoc generice; potest enim Missa celebrari in Oratoriis privatis, quod aliquibus ex Apostolico privilegio conceditur, iis servatis conditionibus quae solent in Litteris Apostolicis apponi. In allato cap. de Consecratione Dist. 1. reperitur quaedam exceptio, nam postquam praeceperit *Non aliis quam Domino sacratis locis licere Missam cantare aut Sacrificium offerre*, haec leguntur: *Nisi summa urgeret necessitas.* Iam videndum est, an haec urgeat necessitas, quae non quaecumque, sed *summa* esse debet, ob quam posset supplex Parochus vel alius quicumque Sacerdos solvi a generali lege et ab obligatione celebrandi Missam in Ecclesia aut Oratorio, ut supra, et facultatem obtinere eam celebrandi extra Sacellum ante huius fores. Sane satis est supplicem libellum Oratoris legere, ut ipso primo intuitu appareat nullam, non modo summam sed quaecumque necessitatem esse, ut possit a communi et generali lege dispensari. Porro summa et urgens causa non ea est, quae est apprehensa ut talis, sed vera et realis, quaeque a Theologis admittitur, cum ex. gr. deest Ecclesiarum copia, et urget praeceptum celebrationis vel audiendi Sacrum, itidem tempore pestis, belli, persecutionis, cum imminens adest vitae periculum, quibus in circumstantiis quovis in loco celebratio permittitur. Deficiente hac necessitate nulla sufficiens ratio reperitur, quae suadeat recedi posse a generali lege, ab antiquissima consuetudine, Parochi loci Ernen. precibus annuendo. Exclusa necessitate pro dispensatione concedenda, minora sunt, quae exponit Parochus; adducit ipse, ut quod petit obtineat, tamquam rationes praecipuas, suam erga *Beatissimam Virginem devotionem* aequè

4789.

SUANEN.

Ab immemorabili, et numquam interrupta consuetudine illud est in more positum penes Capitulum Cathedralis Suanen. Ecclesiae, ut quoties Canonicus (qui ob paucitatem Sacerdotum insimul munus exerceat Parochi in Ecclesia sub titulo Beatae Mariae Virginis eiusdem Civitatis) Hebdomadarii Officium in Choro diebus festis, quibus tantum in recensita Cathedrali Chorus agitur, exercere debeat, praedicta in Ecclesia Parochiali, Hebdomadarii officium peragat eiusdem Cathedralis Praepositus. Modernus autem Praepositus, quin plausibilis ei excusatio suffragetur, in praesentiarum hoc praestare renuit. Ad Parochianorum ita assistentiae providendum, vitandasque controversias, et dissidia, ac pacem quoad fieri potest inter Sacerdotes servandam, Paulus Febri Canonicus Parochus Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia humillime proposuit pro opportuna solutione, nimirum:

1. An supradicta vetusta consuetudo, tamquam vim legis habens, debeat et possit sustineri?

2. An Dioecesanus Episcopus reluctantem Praepositum ad eandem consuetudinem retinendam cogere possit, et quomodo?

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes infrascripta die Ordinariis in Comitibus co-

dunata, ad relationem mei subscripti Secretarii, attenta potissimum enunciata consuetudine, ac Reverendissimi Episcopi Informatione et Voto, rescribendum censuit ad utrumque Dubium. « Affirmative in omnibus ad formam consuetudinis. » Die 27. Augusti 1836.

4790.

NERITONEN.

Reverendissime Domine uti Frater. Quum ab hac Sacra Rituum Congregatione humillimis datis precibus expetierit hodiernus Prior Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti istius Neritonen. Civitatis declarari, an Sodalitati ipsi ius competat praecedendi aliis Sodalitatibus in Processionibus Sanctissimi Sacramenti, quod quidem ius quamvis fundatum super Decretis alias ab hac ipsa Sacra Congregatione prolatis, in praesentiarum ipsi controvertitur; quumque Eminentissimi, et Reverendissimi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi compererint iuxta Constitutionem sa. me. Gregorii Papae XIII. et alia Decreta, praesertim in una Verullen. diei 20. Septembris 1687. « Societatem Sanctissimi Sacramenti praecedere debere in Processionibus, in quibus Sanctissimum Sacramentum defertur tantum; dummodo eadem accedat ad alias Processiones iuxta ordinem antianitatis: » hinc ad iurgia eliminanda, in ordinariis Comitibus ad Quirinale hodierna die habitis, ad supplicem

ac Populi, cuius, diebus in precibus notatis, occurrit concursus. Iam simplex devotio non est sufficiens ratio pro dispensatione a lege obtinenda: si haec admitteretur ratio, actum esset de quamplurimis Ecclesiasticis Sanctionibus; omnes enim sola devotionis causa exemptionem ab illis postularent, quod certe nequit admitti; neque pariter pro sufficienti ratione haberi potest Populi concursus, qui a devotione tantum oritur, non a necessitate ad Sacellum accedendi; ipso enim fatente Parocho alia extat Ecclesia, nempe Parochialis, et haec non ita dissita, ut sit difficillimus aut impossibilis accessus, leuca enim tantum distat. Duo autem quae addit non maioris momenti reperiuntur: exiguitatem, nempe, Sacelli, per quam fit ut Fideles Celebrantem non videant, et minorem, ut ipse ex ea infert, fructum a Sacrificio hac de causa percipiendum. Primum per se ipsum corrui, nam non deest Ecclesia, et haec, ut supra notatum est, non valde dissita. Ad eam, si dies fert obligationem audiendi Sacrum, prius accedant pro praecepti adimplemento, et deinde adeant Sacellum ut devotioni satisfaciant. Quod autem ab exiguitate Sacelli infert, nequit prorsus admitti et absurditatem redolet. Fructus enim quem a sacrificio Fideles percipiunt non a materiali pendet praesentia, sed a maiori vel minori qua quisque adest attentione, mentis ad Deum elatione, cordis affectu, et tantae actionis consideratione. Haec aliaque similia requiruntur ad fructum percipiendum, quae si desint, nullus perciperetur fructus; posset enim aliquis videre et audire Celebrantem, nullum tamen, licet sit praesens, peculiarem acquirere fructum, eo quod vel mente vagatur, vel cum vicino loquitur, vel dormitat, aliudque agit, quod a sacra actione est alienum, nec quidquid minimum de ea cogitat. Ex his omnibus sive a Lege sive a Concilio Tridentino et canonibus decepta, sive a Patribus vel a Theologis aut a vetustissima consuetudine deprompta, sive demum ab infirmitate adductarum rationum, apparet, quam recte, quam apposite Sac. Rit. Congr. negativam responsionem protulerit.

enunciatum libellum rescribendum censuerunt. « Episcopo, qui ad formam Constitutionis Gregorii XIII. et Decretorum provideat. » Amplitudinis itaque Tuae erit singula componere iuxta mentem Sacrae Congregationis. Et diu felix, atque incolumis vivas. Romae 27. Augusti 1836.

4791. VALVEN. SULMONEN.

Quum Festum Visitationis Deiparae ex Apostolico Indulto in Regno utriusque Siciliae instituat sub duplici praecepto; quum huiusmodi Festum vulgari titulo nuncupetur Gratiarum, Reverendissimus Episcopus Valven. Sulmonen. anceps haerebat quodnam Officium recitandum esset die secunda Iulii, illud nimirum Visitationis, an aliud Beatae Mariae Virginis Gratiarum? Ad tollendam quocirca dubitationem omnem, humillimas porrexit preces Sacrorum Rituum Congregationi, opportunam exposcens declarationem. Quae in ordinario Coetu ad Quirinale subscripta die coadunata, referente me infrascripto Secretario, respondendum censuit: « Servetur Festum de praecepto cum Officio Visitationis Beatae Mariae Virginis. » Atque ita in posterum servandum esse mandavit, die 27. Augusti 1836.

4792. VENUSINA.

Precibus Parochorum Civitatis, et Dioecesis Venusinae reclamantium ius canendi Missam in Funeribus suorum Parochianorum, quod quidem ius controvertitur a Capellanis Confraternitatum, in quarum Ecclesiis defunctorum Cadavera efferruntur; Sac. Congr. Rit. inhaerendo alias statutis rescribendum censuit: « Detur Generale Decretum diei 11. Ianuarii 1704. ad Dubium XX. dummodo defunctus sit Parochianus. » Die 27. Aug. 1836.

4793. CONGREGATIONIS MISSIONIS.

Quod iugiter in votis habuerunt Presbyteri Congregationis Missionis Provinciae Neapolitanae, ut sibi nimirum concederetur altera Domus tum pro Tyronibus instruendis, tum pro spirituali re-

cessu eorum qui ad Sacros promoventur Ordines, illud denique Deo adiuvante concessum est, et adsignatum Coenobium in ipsa Civitate Neapolitana olim Ordinis Discalceatorum Sancti Augustini, ac novissime a Carthusianis dimissum. Quoniam vero penes eandem Congregationem illud in more positum est, ut quando intra eandem Civitatem binae sint constitutae domus, eiusdem Alumni ad Superioris nutum alterutram incolant; proptereaque Visitor eiusdem Congregationis et Provinciae ad uniformitatem obtinendam, utque nova haec Domus omnia illa assequatur, quae ex privilegio, gratia, et indulto ceterae habent, Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit:

1. Ut Tyrocinii Domus Neapolitana olim Coenobium Sancti Nicolai, in praesentiarum Congregationis Missionis, sequenti Indulto gaudeat, nimirum 1. In nocte Nativitatis Domini intra Missarum Solemnia sacram Synaxim ministrandi Clericis, Confratribus, et Familiaribus Congregationis non solum, verum etiam Clericis externis, praesertim Congregationis Conferentiae, qui Ecclesiam ea nocte frequentare consuescunt: 2. Canendi in Choro Vesperas ut intra Octavam Corporis Christi Dominica post idem Festum, etsi per accidens aliud occurrat Officium ritus duplicis: 3. Celebrandi Feria quinta in Coena Domini ianuis clausis unicam Missam lectam ante Solem nem, in qua ministretur Sacra Eucharistia Confratribus, ministeriis domus temporalibus addictis.

2. Ut Sanctus Vincentius a Paulo Congregationis Missionis Institutur assumi valeat Contitularis novae Ecclesiae.

3. Ut, quoniam in huius Ecclesiae Ara principe nulla extat Icon, collocari ibidem valeat illa Beatae Mariae Virginis Conceptionis titulo, sed illa forma effigiata, quam refert numisma Parisiis Anno 1830. cusum. (1)

(1) Sacrosancta Tridentina Synodus ad varios tollendos abusos qui circa Sanctorum Imagines irreperant, sive quoad habitum sive quoad formam, quae pictae aut sculptae in Ecclesiis, aliisque locis ponebantur, multa censuit decernere. Inter haec non modo sunt quae prohibent imagines alioquin profani, eoque magis inhonesti, oculis Fidelium exhibentes, sed eas quoque quae novitatem redolent, et quae diverso modo pietate videntur ab eo, quo antiquo tempore, pingi aut sculpi, et sic exponi in Ecclesia consueverant. « Postremo (verba sunt Sacrosanctae Tridentinae Synodi de Sacris Imaginibus) tanta circa haec diligentia et cura ab Episcopis adhibeatur, ut nihil inordinatum, nihil profanum, nihilque inhonestum appareat, cum domum Dei deceat Sanctitudo. Haec ut fidelius observentur, statuit Sancta Synodus nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit. « Sanctorum quidem imagines iuxta S. Synodum oculis Fidelium subiiciuntur, ut pro iis Deo gratias

4. Ut in Officio huius festivitatis Conceptionis Beatae Mariae Virginis recitari valeat Officium, ac Missa propria, uti recitatur, ac celebratur ab universo Ordine Minorum Sancti Francisci.

5. Ut in hac Ecclesia institui valeat Festum Sancti Vincentii a Paulo die octava sub ritu duplicis secundae Classis, primisque Vesperis de eodem, etiam si concurrant secundae Vesperae

*agant, ad Sanctorumque imitationem vitam moresque suos componant, excitenturque ad adorandum et diligendum Deum, et ad pietatem colendam.»*

Item Summus Pontifex Urbanus VIII. peculiari edito Decreto ad eosdem abusus eliminandos, qui ut Ipse ait, ex Decreti eiusdem S. Synodi inobedientia pariter irreperant, eadem quasi verba referendo eadem renovat, et pariter iterum praecipit ut Imagines aliter pictae vel sculptae ab Ecclesiis aliisque locis quibuslibet amoveantur, et deleantur, vel reducantur, et reformentur quoad habitum et formam *in Catholica Ecclesia et Apostolica ab antiquo tempore consuetam, et quae oculis Fidelium subiiciuntur non inordinata, et insolita appareant.* Iam Imago Beatissimae Virginis Mariae sub titulo Conceptionis, quam Orator postulat collocari in Ara principe Ecclesiae, non ea sane est, quae inter eas possit adnumerari, quae aliquid profani aut aliud huiusmodi Fidelibus repraesentet, quin immo habet quid quod eos revocet ad quamdam visionem licet non satis probatam, adeoque per hoc S. R. Congregatio respondit *non expedire*, sed quia imago haec eo quo picta est modo, et eo quo repraesentatur in numismate Parisiis cuso, differt quamplurimum ab ea Imagine, qua a vetustissimis temporibus Beatissimae Virginis Conceptio pingi consuevit, atque hinc cum huiusmodi Imago nova et insolita sit in Ecclesia, ut talis adnumerari inter eas debet, de quibus et Sanctae Tridentinae Synodi Patres, et Urbanus VIII. decreverunt, non licere ullo in loco vel in Ecclesia ponere, nisi putandum sit per ea verba *nova et insolita*, voluisse praecaveri ne pictores destrena quadam libertate in pingendis imaginibus uterentur contra usitatum Ecclesiae morem. At S. C. omnimodam varietatem hoc Decreto reiecit.

Dicet fortasse aliquis Romae Imaginem hanc et modo supradicto repraesentatam alicubi positam esse in Altari, ex. gr. in Ecclesia S. Andreae de Fractis et alibi. Nemo certe hoc inficiabitur, sed nihil ab hoc desumi poterit pro licitudine. Nova enim et insolita semper erit habenda. Insuper de hac Imagine dici potest eam ibi positam fuisse ad memoriam quamdam servandam assertae apparitionis in hac Ecclesia sub tali repraesentatione non multis ab hinc annis habitae ab Israelita Ratisbon, ex qua factum est ut eo ipso momento ex acerrimo Christianae Religionis hoste huic ipsi nomen dederit: potest etiam dari ut haec imago tali modo picta etiam in alia aliqua Ecclesia sit collocata de Ordinarii licentia per ea verba quae in Tridentini Concilii et Urbani VIII. decretis leguntur *nisi ab Episcopo approbata fuerit*, quae similibus in casibus Ordinariorum consensum et approbationem exposcunt: at nihilominus Imago, de qua hic est sermo, nova semper est et insolita; et diverso modo repraesentata ab eo, quo Imago Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae ab *antiquo tempore repraesentari consueverat*, sed quae a S. R. Congregatione numquam approbata fuit, et numquam facultas data illam exponendi: hinc ne haec S. Congregatio secum ipsa pugnaret, nulla interveniente ratione pro facultate hac in re concedenda, *non expedire* merito respondere censuit.

Quid vero de huiusmodi Imaginis appositione in Ara Maxima Ecclesiae dicendum? Ex dictis sponte descendit negativa responsio, quae enim Imago non approbatur, ea nec exponi potest. Sed alia etiam ratio est, eaque magni momenti. Sane S. Nicolaus Tolentinas erat Ecclesiae Titularis. Iam semel ac Ecclesia Deo in honorem Sancti alicuius in Consecratione dicata est, Sanctus hic est Ecclesiae Titularis. Hic autem, ut observat Guiettus, est relate ad Ecclesiam, quod est in homine baptizato nomen quod imponitur, ita ut a Sancti titulo quo nuncupatur, Ecclesia illa ab aliis Ecclesiis veluti proprio nomine dignoscatur. Iuxta eundem Guiettum si Ecclesia Deo in alicuius Sancti honorem dicata est, mutari nequit Ecclesiae titulus, nisi accedente nova Ecclesiae dedicatione, et hoc in casu aequum est ut non alio sub titulo ea dedicetur nisi eo quo prius erat dicata, et ab eodem nomine nuncupetur. Iam iuxta hoc principium cum, ut exponitur, nulla extet Imago in Ara principe, Ec-

Sancti Iacobi Apostoli, de quo hoc casu fiat tantum commemoratio.

6. Praeter Aram maximam eiusdem Ecclesiae etiam aliud Altare Icone destituitur, ut hoc in Altari collocari valeat Icon Sancti Vincentii a Paulo Fundatoris. (1)

7. Ut quoniam Anniversarium dedicationis huius Ecclesiae incidit in aliam diem, qua peragitur in alia Ecclesia veteris Domus, supplicat demum, ut de eo agi valeat eadem die pro uniformitate cum primaria Ecclesia.

Et Sacra eadem Congregatio ad Quirinales Aedes infrascripta die Ordinario in Coetu coadunata, ad relationem mei subscripti Secretarii,

omnibus rite, matureque libratis, respondendum censuit.

Ad 1. « Pro gratia in omnibus; dummodo quoad Vesperas in Dominica intra Octavam Corporis Christi privatim recitent Vesperas diei qui ad Horas Canonicas tenentur. »

Ad 2. « Non expedire. »

Ad 3. « Negative, et apponatur Imago Sancti Nicolai Titularis. »

Ad 4. « Non expedire. »

Ad 5. « Pro gratia. »

Ad 6. « Affirmative iuxta modum; nimirum, ut quoniam in collocazione Iconis Sancti Nicolai in Ara principe duo remanent Altaria collateralia

eclesia autem in ipsa consecratione fuerit Deo in honorem Sancti Nicolai Tolentinatis dicata, et hic proinde sit antiquus Ecclesiae eiusdem Titularis, ratio postulat ut non alia Imago in Ara praedicta, quam S. Nicolai apponatur, quemadmodum S. R. Congregatio apponi iussit.

(1) Aequum est ut Religiosa Familia, quaecumque ea sit cui Ecclesia aliqua uti propria concessa est, et cuius curae est concredita, Imagines illius Sancti in Altari apponat qui Religiosam familiam instituit: hinc est quod S. R. Congregatio Oratoris precibus annuit per affirmativam responsionem. In hac tamen responsione aliquid eodem tempore addidit, per quod Oratori non reliquit libertatem apponendi quaecumque Imaginem, coaretavit enim illius voluntatem per ea verba *iuxta modum*. Quis autem esse deberet modus postea praescripsit. Permittit quidem S. Congregatio ut tam Imago Conceptionis Beatissimae Mariae Virginis apponatur, tam Imago S. Vincentii a Paulo in Altaribus lateralibus, (nec enim censuit S. C. precibus abnuere cum agatur de Beatissima Virgine, et de Fundatore) hac tamen lege, ut Imago Beatissimae Virginis Conceptionis eo repraesentetur modo quo iuxta vetustissimum morem solet repraesentari. Conditio haec necessario erat ponenda, semel ac in responsione ad *tertium* eam Imaginem, rationibus super adductis excluserat, ea forma repraesentatam quam refert numisma Parisiis cusum.

Concessit quoque S. C. ut aequam appositionem in Altari altero laterali Imaginis S. Vincentii a Paulo uti fundatoris Congregationis Missionis cum praecepto tamen ponendi etiam Imaginem Sancti, cui Altare dicatum est, et optime quidem et apposite; cum enim Altare hoc alteri Sancto fuerit iam dicatum, ratio postulat, ut et huius Imago ponatur, ne illius memoria positus depereat a quo tamquam peculiari titulo nuncupabatur. Iam sublata picta tabula in quo ipse repraesentabatur, non eidem pariter sublatum fuit ius, quo in Altaris consecratione super eo accepit, quo non amisso, debet et illius Imago iterum in Altari apponi; dici et hic potest quod de Ecclesiarum nova consecratione dictum est, et cum aequum sit ut in nova Ecclesiae consecratione non sub alio titulo ea consecraretur, et non ab alio nomen accipiat, nisi a veteri, a quo appellabatur, ita et Altare a Sancto nuncupetur, cui olim fuit dicatum. Hoc sane in responsione non praecepit S. R. Congregatio eo stricto modo ut maior picta tabula, quae muro adhaeret, Imaginem exhibeat Sancti illius cui olim Altare dicatum erat; liquet id ex ipsa expressione, quam addidit, *iuxta modum*, et huius enunciationis explicatione: concessit enim S. Congregatio ut in uno ex Altaribus maiori collateralibus poneretur Imago Conceptionis Beatae Mariae Virginis, veteri modo repraesentatae, in altero S. Vincentii a Paulo; at optime noscens S. C. Sanctum illum, cui olim Altare dicatum erat, ius adhuc habere ut aliqua de eo memoria in eo extet, ad sartum tectumque illius ius servandum imaginem illius in picta tabula ovalis figurae super gradus candelaborum, ut Sanctorum Imagines apponi solent, apponendam esse praecepit. Responsio itaque S. Congregationis et additio *iuxta modum* consona quammaxime est rationi, praxi, Liturgicorum sententiis et auctoritatibus, a quibus discedere non licet.



vacua, in his poni valeat Imago Sancti Vincentii ex una, et Conceptionis Beatae Mariae Virginis ex altera parte, sed iuxta veterem morem expressa, nusquam vero ad instar supradicti Numismatis; dummodo tamen iisdem in Altaribus collocetur in ovali figura super gradus Candelabrorum etiam Imago illius Sancti, sub cuius titulo constat Altare fuisse consecratum iuxta Decreta sa. me. Alexandri Papae VII. »

Ad 7. « Negative. »

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit, die 27. Augusti 1836.

4794. PRAENESTINA.

Ut in Ecclesiasticis Functionibus, Sacrisque Caeremoniis omnia rite procedant Capitulum Cathedralis Basilicae Praenestinae Sacrorum Rituum Congregationi sequentia proposuit Dubia pro opportuna declaratione, ac solutione, nimirum:

1. An Gubernator, et Magistratus Civitatis dum Vestibus Consularibus induti consueta diebus ad Cathedralium accedunt, excipi debeant ab alterutro ex Canonicis, vel Capitularibus Cappa induta, qui Aspergillo ipsis Aquam benedictam porrigat?

2. An idem Magistratus possit Tapete, vel Strato ornare proprium Scamnum situm in medio Ecclesiae, ac serica pulvinaria genuflexorio superimponere?

3. An Canonici, alique Capitulares vel iunctim, vel seorsim ad Chorum euntes, vel redeuntes teneantur exhibere actum reverentialem Magistratui stanti in proprio Scamno? Et in casu affirmativo, quomodo?

4. In eodem casu affirmativo, an idipsum praestandum quoque sit a Celebrante, et Ministris Paramentis indutis?

5. An in solemnibus Supplicationibus Sanctissimi Corporis Christi Gubernator, et Magistratus cum Intortitiis accensis incedere possint immediate post

Sanctissimum Sacramentum ad instar Maiorum Magistratum?

6. An Feria quinta in Coena Domini ad accipiendam Sacram Synaxim accedere possint ad gradus Altaris? Et in casu negativo, an saltem ipsis dispensari debeat Sanctissimum Sacramentum intra septa Presbyterii, scamno ad hoc parato?

7. An Gubernator Civitatis thurificari debeat triplici ductu, quum Dignitates, Canonici, et reliqui de Magistratu duplici tantum ductu cohaerentur?

Huiusmodi Dubiis ab me infrascripto Secretario propositis in Ordinariis Comitibus ad Quirinale habitis sexto Idus Augusti superioris Anni 1835. antequam Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi quidquam rescriberent, sententiam alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris requirendam esse satius duxerunt, ac proinde rescribendum censuerunt: *Exquiratur super omnibus Votum Magistri Caeremoniarum*: Ad tramites quocirca enunciati Rescripti, habito huiusmodi Voto, ac iterum proposita Causa in novo Ordinario Coetu ad Quirinale subsignata die coadunato, re mature, diligenterque perpensa, in omnibus iuxta Votum ipsius Magistri Caeremoniarum propositis Dubiis respondendum esse censuit.

Ad 1. « Affirmative. »

Ad 2. « Magistratui competere Sedile ligneum sine suppedaneo, panno coopertum: lanea item, et non serica pulvinaria genuflexorio superposita, ut in una Baren. diei 2. Septembris 1690. »

Ad 3. « Affirmative capite detecto, ut in una Camerinen. diei 26. Ianuarii 1664. »

Ad 4. « Affirmative, sed capite tecto. »

Ad 5. « Negative ad tramites Caeremonialis lib. 2. cap. 33. §. 5. »

Ad 6. « Affirmative ad primam partem. »

Ad 7. « Negative, sed duplici ductu tantum. » (1)

(1) Responsum quae dedit S. Congregatio dubiis a Capitulo Ecclesiae Cathedralis Praenestinae propositis tum Caeremoniali Episcoporum, tum sensui ipsius S. Congregationis, tum etiam probatae consuetudini innituntur. Etenim in primo dubio, an scilicet conveniat Magistratum excipi in ingressu Ecclesiae ab altero ex Canonicis vel Capitularibus, quamquam nihil statuat Caeremoniale Episcoporum, nihilque haec S. Congregatio umquam edixerit, affirmativum tamen protulit responsum, quia laudabilis Ecclesiae illius consuetudo, scilicet, excipiendi Magistratum minime Ecclesiasticis legibus opponitur, ut est iuxta omnes urbanitatis regulas; aequum enim est, ut iis, qui civitatem seu populum repraesentant, huiusmodi honor deferatur.

Ad secundum dubium respondit non debere ornari tapete vel strato sedilia Magistratus, quia opponeretur antiquissimo Ecclesiae mori, iuxta quem sola Episcopi sedes panno seu strato contegitur. Quoad reverentias a Clero sive sacris vestibus, sive choralibus habitibus induto pro diversitate exhibendas

Atque ita rescripsit, ac in omnibus servari mandavit, die 27. Augusti 1836.

4795. FLORENTINA.

Ad preces Reverendissimi Archiepiscopi Florentini expetentis Indultum, cuius vigore Canonicus suae Metropolitanæ Ioseph Chicchini incumbens constructioni Processus Ordinarii Servæ Dei Reginaldæ Tosetti participare valet de distributionibus Choralibus, quamvis hac de causa Choro non intersit, Sacra Congregatio rescripsit: « Non indigere, et detur Decretum in Neapolitana diei 23. Decembris 1817. quo declaratur Dignitates, et Canonicos ubique locorum existentes, qui construendis Processibus Ordinariis, vel Apostolicis operam dabunt, licet e Choro ea de causa absint, lucrari ne dum quotidianas distributiones, verum etiam alias omnes quocumque iure, titulo, et nomine, et quibusvis sub clausulis personale servitium exquirentes. Hoc autem Indultum locum habere iis tantum diebus, quibus conficiendis, et adornandis Inquisitionibus incumbunt. » Die 27. Augusti 1836.

4796. SENOGALLIEN.

Contradicente altero ex Parochis loci Montis Novi in Dioecesi Senogallien. usum Stolæ deferendæ a Cappellano Confraternitatis Vexilliariorum eiusdem loci, Sacrorum Rituum Congregationi enixas dederunt preces Priores ipsius Sodalitatis pro consuetudinis mantentione, atque insuper declaratione utrum prædictus Cappellanus in publicis Processionibus, Cadaverum associatione, aliisque Functionibus, quibus intervenit Confraternitas, Stola e collo pendente uti possit? Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi in ordinariis Comitibus ad Quirinale habitis, rescribendum censuerunt: « Iuxta alia Decreta pro gratia. » Die 27. Augusti 1836.

4797. CIVITATIS CASTELLANÆ.

Emi e Rm̃i Signori.

Il Capitolo e Canonici della Chiesa Cattedrale di Civita Castellana divotamente espongono, che il Reverendissimo Signor Don Emidio Mattei Canonico, e Vicario Generale di detta Città e Dioecesi, tornato non a guari da Roma usa le Vesti

di color nero di Protonotario Apostolico, e facendo uso di esse pretende in avvenire le seguenti onorificenze, cioè 1. Di prendere nelle Processioni il posto digniore alla destra del Canonico vestito di stola. 2. Di sciogliere in dette Processioni la coda, e farsi servire dal Caudatario. 3. Di celebrare fuori della Cattedrale la Messa letta, ed anche cantata con la Coda sciolta soffermata da un Chierico, con l'assistenza di due Canonici nelle Messe lette, con più di due Candele accese, e col farsi portare preventivamente il Calice all'Altare. Quindi gli Oratori Umilissimi supplicano ossequiosamente l'Eminenze Vostre Reverendissime, a degnarsi di dare le provvidenze necessarie, perchè siano impediti tali abusi, e tutto si faccia a norma dei venerati Decreti di questa Sacra Congregazione. Che ec.

Huiusmodi precibus per me infrascriptum Secretarium relatis in Ordinario Coetu ad Quirinale hodierna die habito; Eminentissimi et Reverendissimi Patres in voto fuere, ut scriberetur Episcopo ut sequitur;

Rm̃e Dñe uti Frater.

Quum ad hanc Sacram Rituum Congregationem pervenerint preces Capituli istius Cathedralis Civitatis Castellanae, quam Amplitudo Tua in hunc eundem Fasciculum coniectas reperiet: quumque Capitulum ipsum necessariam exposcat provisionem ad eliminandos nonnullos abusos, quos irrepsisse asserit ex quo hodiernus Vicarius Generalis Dioecesis ipsius inter Protonotarios Titulares adlectus fuit; hinc in Ordinariis Comitibus ad Quirinale subsignata die coadunatis Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, rescribendum censuerunt: *Serventur Decreta, ac novissima Constitutio quoad Protonotarios Apostolicos sa. me. Pii Papae VII.* Ad præcavendas vero quascumque dissensiones satius esse duxit ipsa Sacra Congregatio Amplitudini Tuæ iniungere ut provideat quoad singula, quæ indebite ab ipsomet Vicario exquiruntur. Sancitum est enim pluries in similibus, quod si Processionibus intersunt Vicarii Generales, quod valet etiam de Protonotariis, et non occupent locum propriae receptionis, incedant quidem

nonnulla extant Decreta, ex quibus afferemus illud in Firmana diei 3. Aprilis 1677. nempe: *S. Congregatio censuit teneri ex urbanitate et iuxta solitum suppositum Sacerdotes in ingressu et regressu Altaris post venerationem Sanctissimi salutare Magistratum terræ Montis Causaris, Firmanæ Dioecesis: Quod si conferatur cum altero in responsione dubii exhibito, apparebit iuxta probatam consuetudinem cuiusque loci diversa responsa S. Congregationem dedisse. Nihil superest adnotandum circa alia dubia, quorum solutionis ratio a legibus in Caeremoniali Episcoporum contentis omnino pendet.*

ultimo loco, verum distributiones amittant, ac longiores vestis talaris fimbrias extensas, seu solutas gestare nequeant, quum non sint Functionarii. Quoad vero Sacri celebrationem conformare se debent in omnibus memoratae Constitutioni sa. me. Pii Papae VII. Idibus Decembris 1818. Hanc itaque Sacrae Congregationis mentem Amplitudinis Tuae erit omnimodae exequutioni demandare, ea qua decet prudentia, ut cunctis in pace disposi-

tis, ac ordinatis, nec in minimo laedantur huius Sanctae Sedis quoad Ecclesiasticas Functiones providentissimae Sanctiones. Et Amplitudo Tua diu felix, et incolumis vivat. Romae 27. Aug. 1836. (1)

Reverendissimo Episcopo Civitatis Castellanae Hortanae et Gallese.

4798. SANCTI MINIATI.

Ex quo Parochialis Ecclesia Deo in honorem Sancti Donati dicata loco vulgo Castel-Martini

(1) Post quamplurima Decreta edita a S. R. Congregatione, et post evulgationem Constitutionis *fel. rec.* Pii Papae VII., quoad Protonotarios Titulares, haud intelligi potest quomodo nonnulli ex his quaedam sibi sumant quae ipsis sunt vetita, contendantque sibi esse facultatem iis utendi honorificentis, praerogativis, et distinctionibus, quae Protonotariis sive participantibus sive supranumerariis exclusive competunt, et eos renovent abusus, ad quos tollendos, qui irrepserant et praecavendos futuros, tam Constitutio quam Decreta edita sunt, et evulgata. At ea est, quam nonnulli de muneribus Summorum Pontificum indulgentia sibi collatis idea quam falso efformant, ea pariter eorumdem cupiditas pluris quam collatum munus postulet ab omnibus habendi, illud omnibus coequalibus praecellendi immodicum desiderium, ut omni quo possunt modo finem sibi propositum attingere eurent, et ita fit, ut quod ipsis ad maiorem rerum sacrarum splendorem concessum est, per illius abusum in rerum ipsarum detrimentum convertatur, et sic a concedentium mente ac voluntate discedendo rerum ordo perturbetur, aliorumque iura laedantur, et statutae sapientissimo consilio leges perfringantur: hinc non raro etiam quaerelae et contentiones oriuntur, quae maxime dedecent Ecclesiasticos viros, quaeque eam animorum concordiam adimunt, quae inter eos debet intercedere. Sed haec de medio facile tolluntur et praecaventur quoties potissimum quisque eos non excedat limites inter quos privilegia et honores sibi tributis contineri debent.

At hodiernus Vicarius Generalis, de quo in dubio sermo est, limites huiusmodi est praetergressus, fortasse ex ignorantia Decretorum et Constitutionis. Si vero haec agnoverit, ex falsa vel nimis libera utriusque interpretatione et applicatione, ideoque sibi ea sumpsit privilegia, quae sumere nequibat. At si aliquid dubium circa eadem habuerit male prorsus se gessit; hoc enim in casu si nempe aliquid dubium aut ambiguum in iis esse suspicabatur, media adhibere debuisset ut verum a falso seiungeret, et ideo S. Rituum Congregationem pro recta interpretatione adire; in dubiis enim Legislatoris mens ab iis est exquirenda qui sunt veri et immediati legis eiusdem interpretes, quemadmodum in huiusmodi rebus est Sac. Rit. Congregatio. Hoc omisit, ideoque multa sibi arrogavit, quae nullimode poterat. Locum ex. gr. in Processionibus occupavit prae Canonico stola induto actu functionem peragente, caudam sive fimbrias talaris vestis solutas gestavit, Missam seu lectam seu eum cantu celebrare extra Cathedralem fimbriis pariter solutis praesumpsit, quas et a Clerico voluit esse sustinendas, quae nec ipsis Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus sustinentur. Duos Canonicos in Missis lectis sibi sumpsit et plures quam duas candelas voluit accensas super Altari, ad quod calicem anteferri iussit. Quot et quantae statutae legis violationes! Ut iterum contra legem non agat, et iis non utatur privilegiis, quae ipsi uti Protonotario Titulari aliisque hac dignitate honestatis non competunt, discat quae sibi sunt vetita ab ipsa Pii VII. *fel. rec.* Constitutione. En itaque huius verba: *Nequit praeterea tam in solemnibus quam in Missa privata sacras vestes sumere ex Altari, uti Canone, Palmatoria, Presbytero assistente, salutare Populum cum ✠. Pax vobis etc. In Missis privatis quoad indumenta, caeremonias, ministros, Altaris ornatum a simplicibus non differant: sumant proinde sacras vestes in Sacratio . . . unico ministro contenti sint, non sibi velint aquam ministrari cum pelvi et urceolo, et DUO tantum candelae luceant in Altari.* Quod si dubia ipsi, circa haec, res erat, et quae sibi privilegia competere nesciebat, debuisset (ut supra adnotatum est) veritatem diligenter investigare, et viros in hac materia doctos interrogare, et Sac. Rit. Con-

Dioecesis Sancti Miniati ita seiuncta fuit a Plebania nuncupat. Cacina ipsius Dioecesis, ut Aquam pro administratione Baptismatis sibi comparare deberet ab Ecclesia Matrici, Populum inter et Populum innumerae ortae sunt controversiae, et in praesentiarum vigentes, quae evellendis, componendisque Reverendissimo Episcopo hoc unum opportunum satis remedium visum est, erigendi nimirum Fontem Baptismalem in Parochiali Ecclesia Sancti Donati a Parocho pro tempore statis diebus benedicendum; quin inde in aliquo laedantur iura Ecclesiae Matricis, quae sarta semper et tecta esse debent. Apostolicum ad id Indultum humillimis datis precibus a Sanctissimo Domino Gregorio XVI. Pontifice Maximo expostulabat Parocho Sancti Donati, quae sua vota adiecit Reverendissimus Sancti Miniati Episcopus. Sanctitas Sua, audita a me infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario fideli relatione, pensatisque rationum momentis ab eodem Reverendissimo Episcopo in suis Testimonialibus Litteris expositis, de speciali gratia in exemplum non afferenda benigne annuit iuxta petita, commisitque eidem Reverendissimo Episcopo, ut summa prudentia singula ad pacem componat, ac diligentissime curet, ne vel in minimo praeiudicetur iuribus Ecclesiae Matricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 9. Septembris 1836.

4799.                   MASSEN.

Antequam Dioecesis Massensis canonice erigeretur, quod accidit novissimis temporibus, maxima pars Locorum Dioecesim hanc in praesentiarum efformantium, etiam Ducatus Massae, et Carrariae Principatus, subiiciebatur spirituali Epi-

scopi Lunen. et Sarzanen. iurisdictioni, cuius Dioecesis quum praecipuus sit Patronus Sanctus Andreas Apostolus, Festum eius universa in Dioecesi, et Massae quoque et Carrariae, de praecepto servabatur, eo vel magis, quoniam idem Apostolus est Titularis Collegiatae Ecclesiae Carrariensis. Primus Dioecesis Massen. Episcopus Franciscus Maria Zoppi Cleri uniformitati, et gregis spirituali bono prospiciens, Kalendarii reformationem, Festorumque reductionem obtinuit Decreto 11. Iulii 1827. et quum maxime percuperet suae Dioecesi Patronum assignare, exquisito Principum assensu, de Sanctae Sedis Apostolicae benignitate Sanctus Franciscus Assisiensis datus fuit Decreto diei 10. Septembris 1828. ea tamen lege iuxta placitum Decretorum sa. me. Urbani Papae VIII. ut celebratio Festi Sancti Andreae supradicti cessaret. Rebus ita dispositis, quisque per se facile animadvertere poterat, praesertim si quid Rubricarum praegustaverit, quo ordine essent haec Officia recitanda, et Festum de praecepto servandum. Non omnibus vero res pariter arrisit, et pro parte Capituli, et Canonicorum Collegiatae Ecclesiae Carrariensis Dioecesis Massen. Sacrorum Rituum Congregationi proposita fuere sequentia Dubia, nimirum.

1. « Quodnam Festum cum integro praecepto servari debeat in Ecclesia Carrariensi, an Sancti Andreae Apostoli antiqui Titularis, et Sancti Cechardi Patroni Principalis, an Sancti Francisci Titularis, et Patroni? »

2. « Qui ritus debeat servari in Officio proprii Titularis? »

Sacra autem Congregatio ad Vaticanas Aedes

gregationem consulere. Haec omnia omisit, imputet ipsi sibi si errores perpetravit, si Canonicos habuit adversantes, si S. Congregatio declaravit omnia quae praedictus Vicarius sibi convenire praesumpsit, admitti non posse. Id sane significatur in Responsione *Serventur Decreta, ac novissima Constitutio quoad Protonotarios sa. me. Pii Papae VII.* Idem dicendum quoad locum, quem in Processionibus occupavit, scilicet male se gessisse, debebat enim locum occupare propriae receptionis, quod non semel a Sac. Rit. Congregatione sancitum fuit, et poena ipsa, quae sibi non debitum locum occupantibus infligitur, amissio nempe distributionis, hoc clare demonstrat. Nihil addendum est de Fimbriis talaris vestis extensis, quisque enim per se videt extensionem hanc novitatem redolere, cum non nisi Functionariis ea competat. Sacra itaque Congregatio haec omnia quae sibi sumpsit memoratus Vicarius Generalis improbavit, atque tamquam abusus, et Decretis aequae ac Constitutioni contraria reiecit. At S. eadem Congregatio ea qua uti solet sapientia, Illustrissimo et Reverendissimo Episcopo Sanctionis executionem demandavit, ut ea qua decet prudentia quaestio omnis tollatur, omnia in pace disponantur et ordinentur, ne scandalum ullum exoriat, et Ritus recte serventur. Episcoporum est enim munus, iuxta Decreta eiusdem Congregationis, advigilare ut omnia recte peragantur, quae ad sacros ritus pertinent, et si quid dubii in his oriatur, S. Congregationem consulere.

nono Kalendas Iunii Anno 1835. Ordinariis in Comitibus coacta, audita relatione ab me infrascripto Secretario facta, respondendum censuit: « Ponatur in Folio, exquisito Voto Magistri Caeremoniarum. » Huiusmodi Voto audito, praelisque cuso sexto Kalendas Septembris insequente Anno 1836. iterum propositis supradictis Dubiis ab Eminentissimo et Reverendissimo Domino Cardinale Thoma Weld Relatore in Ordinariis Comitibus ad Quirinale coadunatis, Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus mature perpensis, accurateque libratis, rescribendum censuerunt: « Dilata, et scribatur Episcopo ad Mentem: Mens est ut Episcopus Sacram Congregationem doceat, an, et quo iure Festum Sancti Andreae celebretur de praecepto, et quibus in locis Massen. Dioecesis celebretur Festum Sancti Cechardi; atque insuper exhibeatur Decretum diei 11. Iulii 1827. et Decretum ultimi Episcopi super

uniformitate Calendarii, et reductione Festorum. » Habita demum Reverendissimi Massen. Episcopi super re plena, et fideli Informatione, visisque supradictis Decretis, iterumque exquisita sententia eiusdem Magistri Caeremoniarum, Sacrorum Rituum Congregatio ad Vaticanum infrascripta die in Ordinario Conventu coacta ad relationem supradicti Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinalis Thomae Weld Ponentis, omnibus mature discussis, attenteque consideratis, rescribendum censuit: « Iuxta votum Magistri Caeremoniarum, nimirum Clerus Civitatis Carrariae teneatur 1. celebrare Officium Sancti Andreae Apostoli sub ritu duplicis primae Classis cum Octava, sicuti Titularibus Ecclesiarum convenit, sed sine Festo de praecepto: 2. Servare Festum Sancti Francisci Assisiensis Patroni Dioecesis universae Principalis, et Sancti Cechardi Patroni Civitatis sub utroque praecepto. » (1)

(1) Ex facti expositione et dubiis ipsis apparet quaedam esse patrata contra leges, contra statuta, contra ipsam praxim; quaedam fuisse impetrata ea reticendo quae manifestari debebant; quaedam vero non eo accepta fuisse sensu quo accipi debuissent, atque idcirco exorta fuit confusio Titularem pro Patrono, Patronum pro Titulari accipiendo, quasi uterque unus idemque esset, quae omnia paullulum rem consideranti facile patebunt. Sane Titularis Ecclesiae communiter ille est sub cuius nomine seu titulo Ecclesia fundata est, et a quo appellatur. Haec definitio sive descriptio praxi respondet, et Rubricae consona est. Ecclesiae Patronus nomen Ecclesiae cuius est Patronus imponit, ac ab eius nomine ut plurimum appellatur, et dicitur Ecclesia Sancti N., unde ab eius intitulatione Titulus quoque Ecclesiae dici potest, neque tamen confundendus est cum Patrono loci. Loci enim Patronus loco ipsi nomen non dat sicut Patronus, sive, melius, Titularis Ecclesiae nomen tribuit: numquam enim a Patrono locus, ex. gr. Civitas Dioecesis solet denominari, adeoque nec Titulus pariter loci dici potest. Et si quandoque inscriptio reperitur de Titulo loci, ad alium refertur non communem, sed singularem sensum: tunc enim ad ea refertur loca, ad eas regiones, quae recenter Fidem amplexae sunt ut in Indiis, in quibus a mysterio aliquo, ab aliquo Sancto, a Conceptione, nimirum B. Mariae Virginis, a Sancta Cruce, Provinciae et Insulae nuncupantur, et quia ab his nomen fuit in conversione impositum, sic etiam huiusmodi Provinciae illum Sanctum pro Titulo habent, seu pro festo praecipuo, et ob singularitatem singulariter quodammodo a Patrono differt, sed hoc est prorsus non commune. Patronum a Titulari differre ex ipsa Rubricarum enunciatione eruitur, nam passim legitur *Patronus loci vel Ecclesiae*, et sub Ecclesiae Patrono Titularis intelligitur. Differt insuper unus ab altero, quod Loci Patronus magis extenditur quam Patronus, sive Titularis Ecclesiae: hinc enim ad unam dumtaxat Ecclesiam pertinet, ille ad plures. Locus enim, inquit Gavantus, in Comm. ad Rub. Brev. Sect. 13. cap. 12. num. 2., *accipitur pro multitudine cleri et populi, sive pro multis cleris et populis in uno loco, puta civitate, Dioecesi, per diversas Ecclesias constitutis, ita ut si in eo multae adsint Ecclesiae, vel Provinciae, unus, idemque sit principalis Patronus*. Perspecta hac differentia inter Loci Patronum et Ecclesiae Titularem, omissis omnibus iis, quae hac in re adduci possent, quaeque reperiuntur apud Baronium, Anastasium, Holstenium, Blanchinum aliosque non paucos, qui fase de hac re pertractarunt, ea tantum in medium proferuntur, quae praesentem rem singulariter et taxative afficiunt.

Iuxta doctrinam a Guyeto et Gavanto traditam Titulus sub cuius nomine Ecclesia est aedificata, et primitus dedicata, quemadmodum plerumque unicus est, ita etiam exclusive proprius Ecclesiae

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit, die 11. Martii 1837.

4800.

ANAGNINA.

Quum ad hanc Sacrorum Rituum Congregationem delata fuerit controversia praecedentiae

vigens in Collegiata Ecclesia Filetini, quod est Oppidum Dioecesis Anagninae, inter Sacerdotes Beneficiatos Ioannem De-Rubeis, et Antonium Ottaviani, qui quamvis fateatur se praecedentem actum possessionis fecisse nullum, adeoque ad

Titulus est, et ab hoc suam Ecclesia illa accipit denominationem. Iam Ecclesiae Titulus mutari per se nequit, ita ut primo penitus relicto, nulla interveniente legitima causa vel nova Ecclesiae aedificatione et consecratione, alius illi substituatur. Esset id contra ius, quod sine sufficienti ratione laedi nequit, sed potius veris accedentibus iisque legitimis causis novus veteri adici solet, et tunc fit, ut si qua Ecclesia diruta iterum aedificetur iterumque consecratur, aequum maxime sit ut nova non sub alio quam sub priori Titulo quo prius, deinceps etiam appelletur. Iterum accessio novi Tituli, si ut supra veteri adici vellet, non importat Titularem cui consecrata est Ecclesia, et a quo haec nomen accipit, quique vetustissimus fuit huius titulus, abrogari vel abrogatum esse censendum, nisi in nova Ecclesiae aedificatione et consecratione per litteras Apostolicas constet veterem esse abrogatum, et non esse cum novo retinendum. Evenit quandoque ut neque per novam aedificationem et consecrationem, neque per aliam quamcumque ex praecipuis accedentem causam alio sub nomine seu Titulo Ecclesia aliqua nuncupetur, sed ex unanimi Populi in Sanctum aliquem devotione, novum quasi illi nomen et appellatio tribuatur. Sed quid hoc efficit? Si paullatim perescente in alium Sanctum populi devotione novus Ecclesiae Titulus accedit, si de primo nulla aequae paullatim sit mentio, hoc accidentaliter, non substantialiter ac realiter sumendum est: id enim evenit non quia abrogatus putandus sit vetus Titularis, sed quia ferventiori Populus devotione in aliquem Sanctum, ut non raro solet, inflammatus, illius opem sive in publicis sive in privatis necessitatibus non inutiliter imploratam expertus sit, factumque ita est ut sensim veteris illius apud ignarum vulgum oblitterata sit memoria, et a novo, communiter quidem et accidentaliter sed contra regulam, nomine appelletur. Quis unquam dicet, hoc in casu, et vetustissimum et legitimum Titularem esse abrogatum, aut Populi ferventiorum in Sanctum aliquem devotionem, alterius Sancti iura laedere potuisse? Quod de Titularibus, id ipsum de particularibus locorum Patronis, si adsint, dicendum est: aequale enim in his, quemadmodum in illis, ius est agnoscendum.

Iam omnibus his ex Doctorum doctrina, ex liturgicis principiis, ex praxi desumptis, quam ratione Titulus S. Andreae Apostoli, quem ab Immemorabili Ecclesiae Collegiata Carrariensis retinuit, abrogatus censi debet, et S. Franciscus Assisiensis illi suffectus est censendus? quia nempe illius temporis, quo substitutio haec facta fuit, Episcopus (qui ut videbitur) Sanctum hunc in Dioecesis Patronum petiit et obtinuit reticuit titulum Ecclesiae, quae ab hoc Sancto appellabatur; quia insuper, Calendarii uniformitas ab eo requirebatur in tota Dioecesi, et exceptio omnis exclusa. At rationes istae ad veterem excludendum Titularem, suoque iure privandum, nullius prorsus habendae sunt momenti. Si hae valerent rationes unaquaeque Ecclesia novo accedente ad Dioecesim Episcopo novus quoque, veteri relicto, Titularis recipi deberet iuxta Episcopi singularem devotionem; et hoc in casu tot essent successive Titulares quot Episcopi Episcopis succederent, et tot abrogati Titulares quot prius erant ante novi Titularis substitutionem. Quae effraenata libertas! quae confusio! quae iuris laesio! quae sanctissimarum legum eversio! Si ratio valeret ex Calendarii uniformitate desumpta tunc Dioecesis Patroni universales necessario essent Ecclesiarum Titulares, voluit enim Episcopus S. Franciscum Assisiensem Titularem Ecclesiae Collegiatae Carrariensis, quia eum in totius Dioecesis Patronum obtinuit. Actum igitur esset, hoc in casu, de singularibus et propriis Ecclesiarum Titularibus, actum de immemorabili Patronorum iure, actum de legitima eorum electione, actum de singularibus locorum Patronis, de Rubricarum dispositione, et regulis, de Summorum Pontificum statutis, de S. Rit. Congregationis Decretis, de praxi, quae omnia unum ab alio distinguunt. At quis unquam hoc evenire patietur?

novam possessionem capiendam fuisse adactum, attamen antianitatem repetit supra eundem Derubeis, qui interim legitimum promeruit ascen-

sum; Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum subsignata die coadunati, univer-

Sed reponet fortasse aliquis 1. Episcopum pro hac novi Titularis et Patroni concessione fel. rec. Pontificem Leonem XII. preces porrexisset ab eoque Sanctum Franciscum fuisse concessum. 2. Episcopum obtinuisse a S. R. Congregatione Decretum, quo concessio haec fuit adprobata. Quid petit Episcopus? quid a Pontifice concessum fuit? Mox videbitur. Interim (quod de concessione et Decreto dicendum) si Episcopus nimia usus libertate S. Franciscum, sublato veteri Titulari, sublato particulari Civitatis Patrono, utriusque loco suffecit: nutaret concessio, nutaret et Decretum quia obreptionis vitio penitus laboraret, laboraret autem quia reticuit in supplici libello S. Andream fuisse, et esse Titularem memoratae Ecclesiae Collegiatae, et Sanctum Cechardum peculiarem Civitatis Patronum. Fuisse Sanctum Andream illius Ecclesiae Titularem constat ex ipsa eiusdem Episcopi prohibitione, qua S. Franciscum substituendo vetuit ne in posterum ob uniformitatem Kalendarii Clerus S. Andreae Apostoli Officium et Octavam celebraret eiusdem Titularis. Fuisse autem S. Cechardum Civitatis Carrariensis Patronum particularem, eruitur ex edicto de Reductione Festorum ab Episcopo Lomellino praedecessore, Episcopo tunc Dioecesis Sarzanen. cui Dioecesis Carrariensis erat unita, die 27. Octobris anni 1787. evulgato. In hoc enim §. 4. haec leguntur: *Rimarranno Feste d' intero precetto: coll' astinenza cioè dalle opere servili, e coll' obbligo di ascoltare la S. Messa tutte le Domeniche dell' anno, ed il giorno susseguente alle Domeniche di Pasqua, della Pentecoste... e nella Città e Principato di Carrara per grazia speciale di Nostro S. la Festa eziandio di S. Ceccardo Protettore della stessa Città: Si itaque Ecclesia Collegiata Titulari non carebat; si non carebat suo particulari Patrono Civitas Carrariensis, quomodo Episcopus utriusque Festum abrogando S. Franciscum illis suffecit? et cur ut S. Franciscum illis subrogaret utriusque ius reticuit? Fortasse quia hanc substitutionem, quam vehementer exoptabat, facilius obtineret: at haec reticentia dolosa forsitan nimis omnibus videri poterat, et nullam facultatem, quam expetebat ei futuram pertimescebat. Sed neque ex Decreto ulla facta fuit facultas veterem abrogandi Titularem: non alia enim ipsi facultas facta fuit nisi ea quam postulabat: atqui haec non respiciebat nisi Patronum Dioecesis, quidquid igitur hanc praetergreditur facultatem, quidquid ultra hanc egit Episcopus nimiae est adscribendum libertati. Sane Decretum non loquitur nisi de Patrono Dioecesis, nulla alia itaque Episcopo facta fuit facultas nisi eligendi, et quidem iuxta regulas in huiusmodi electionibus servandas, S. Franciscum Assisiensem in Patronum Civitatis Carrariensis, nihil pariter ex memorato Decreto eruitur nisi approbatio electionis. Cum itaque de solo Dioecesis Patrono in eo sermo sit, cum iam ex concessione et vi Decreti praexistentes et Ecclesiae Titularis et particularis Civitatis Patronus ibi non abrogentur, nec S. Franciscus uni, vel alteri, aut utriusque subrogetur, cum neuter ex allata superius doctrina per se abrogatus censeretur, sequitur nullum ex his fuisse sublatum nullumque illis fuisse suffectum, adeoque S. Andreas Apostolus Titularis sit, ut prius, Collegiatae Carrariensis, et talis sit habendus. Quare ne hac in re Episcopi libertas attenderetur, qui late nimis facultatem sibi concessam et Decretum interpretando Titularem assignavit Sanctum Franciscum, eo quod ut Dioecesis Patronum obtinuit, ne Cleri et Populi eodemque tempore praeiudicata et falsa opinio adprobaretur, qua Titularem cum Patrono, et vicissim hunc cum illo confundendo unum eundemque eos hucusque habuisse visum est, S. Congregatio opportune censuit rescribendum, nimirum, ut clerus Civitatis Carrariensis teneretur 1. celebrare Officium Sancti Andreae Apostoli sub ritu duplicis primae classis cum Octava, sicut Titularibus Ecclesiarum convenit, sed sine festo de praecepto: 2. ut servetur festum S. Francisci Assisiensis Patroni Dioecesis universae principalis, et S. Cechardi Patroni Civitatis sub utroque praecepto. Responsio quidem accuratissima, et iuxta statutas leges, et sanctiones, quae simul ostendunt libellum a clero Carrariensi porrectum haud caruisse fundamento ut in sua ad S. Congregationem epistola Episcopus asserebat.*

sae rei natura perpensa, diligenterque examinatis etiam Informatione, et Voto Reverendissimi Episcopi Administratoris Anagnini, referente me in-

frascripto Secretario, respondendum censuerunt: « Sacerdoti De-Rubeis competere antianitatem. » Die 11. Martii 1837.

Aliquid est etiam notandum quoad ritum, de quo sermo ut in secundo dubio, cui unica responsione in duas partes divisa S. Congregatio satisfecit. Festum tum Sancti, qui est Ecclesiae Titularis, tum aliorum qui sunt vel Dioecesis vel Civitatis Patroni inter solemniora festa adnumerantur.

Id ex omnibus Liturgicis constat, id a Rubricis statuitur. In Rubrica enim Breviarii *Tit. VII. de Octavis num. I.* legitur: *Item... in Festo principalis Patroni et Titularis Loci vel Ecclesiae.*

Iam supra observatum est *generice* qui sint Titulares, qui sint Patroni. Notatum specialiter est qui sit Titularis Ecclesiae Collegiatae Carrariensis, qui particularis eiusdem Civitatis Patronus, qui denique Patronus universalis Dioecesis Carrariensis. Cum hi principaliores sint in suo cuiusque genere, tales omnino sunt, ut eorum festa celebrari debeant cum Octava, et cum hoc per se et primario non conveniat nisi festis habentibus ritum duplicis primae classis, ut hic ritus per se non aptetur nisi iis festis quae inter solemniora recensentur, sponte sequitur et S. Andreae Apostolo veteri Collegiatae Carrariensis Titulari, et S. Francisco Assisiensi universali nunc Dioecesis Carrariensis Patrono, et S. Cechardo adhuc particulari eiusdem Civitatis Patrono ritum duplicis primae classis cum Octava deberi. Nullam putandum est ex ipsa Rubrica moveri quaestionem posse, non quod ait Rubrica *in Festo*, singularem numerum adhibendo *Loci vel Ecclesiae* sub disiunctione, nihil offeicit, nam per hoc non innuit unius tantum vel alterius faciendam esse Octavam, ut si de una fiat de altero fieri nequeat, sed illorum qui principales sunt sive Patroni, sive Titulares, scilicet, uti quisque eorum in suo respective est genere, Octava fiat, adeo ut et Patrono sive Titulari Ecclesiae sua tribuatur Octava, item Patrono principali Loci, sive Dioecesis, sive Civitatis sua quoque Octava debeatur, utpote qui eorum unusquisque est in suo genere principalis. Quod si, ut numquam fere evenit, idem sit et Ecclesiae Titularis et Loci Patronus, unica tunc erit celebranda Octava: ideoque fortasse in Rubrica apposita est disiunctio illa *Loci vel Ecclesiae*.

Si agatur de S. Francisco Assisiensi patet etiam ex Decreto; hoc enim Ei, uti totius Dioecesis Patrono, omnes attribuit praerogativas, quae locorum Patronis debentur: *Et S. Francisco Assisiensi*, in eo legitur, sic in praecipuum Patronum Dioecesis Massen. electo praerogativas omnes attribuit locorum Patronis convenientes: excludit autem ieiunii obligationem in praecedente vigilia, quod tamen pietati et arbitrio fidelium relinquit, *quod sequitur Decretum arbitrio et fidelium pietati relinquendum edixit.* Quod spectat ad S. Andream Apostolum: non Ei ex Decreto (quod certe nec regulas evertit, nec Rubricae generalis dispositiones invertit aut tollit) per illa verba quae alia nuper relata immediate subsequuntur, nempe dummodo vero haec ipsa *solemnitas non servetur in festo S. Andreae Apostoli sicut in Reformatione Kalendarii*, Ei non admittitur qualitas Titularis saepius memoratae Ecclesiae Collegiatae, nec ritus eidem conveniens cum iam a multis saeculis talis sit, nec ratio extiterit illum abrogandi, alium subrogando Sanctum, sed quodammodo huc qualitas admittitur in suo genere, et solum ab ea excludit solemnitatem quae talis sit ex omni parte, et eam solemnitatem seu praerogativas S. Francisco uti Patrono universalis Dioecesis attributos et locorum Patronis praecipuis convenientes, ita ut eas cum S. Francisco communes non habeat, et fortasse huc fuit apposita clausula, quia Titularem Ecclesiae cum Patrono loci confundendo, ut apparet, S. Andreae praerogativas huc usque tribuerant quae solis locorum Patronis praecipuis conveniunt. Ceterum exclusis quae praecipue universalis totius Dioecesis Patroni sunt propria, nec ritus duplicis primae classis neque Octava S. Andreae adhuc, ut ostensum est, Ecclesiae Titulari potest de negari: nisi dicere quis vellet S. Franciscum quia Patronus est Dioecesis, necessario esse Ecclesiae Titularem, aut abrogatum esse S. Andream, aut abrogatum censi debere veterem Ecclesiae Titularem per concessionem Patroni universalis totius Dioecesis, quae quidem admitti nequeunt ex Doctorum allatis sententiis, Liturgicorum auctoritatibus, Rubricae dispositionibus, quaeque et praxi



4801.

FIRMANA.

Novissima in rerum omnium perturbatione, quae pene omnes exagitavit, ac diutius Piceni Provincias, extinctis Religiosorum Ordinibus, et ipsis Saecularium Sodalitatibus, Reliquia Sacrae Spinae Coronae Domini Nostri Iesu Christi, quae sex abhinc ferme saeculis summo honore colebatur in Ecclesia Eremitarum Ordinis Sancti Augustini Civitatis Firmanae sub custodia Sodalitatis tituli a Sacra Spina, in Metropolitanam Ecclesiam translata, et collocata fuit, venerationis, et custodiae causa. Aliquot post annos rebus iterum compositis, restitutisque Patribus Eremitanis, et supradicta Sodalitate, horum votum fuit Sacram Reliquiam pristinam in sedem denuo transferendi. Renuentibus vero tum Metropolitanae Capitulo, cuius in Ecclesia ipsa Reliquia iam decenter, et commodius colebatur, tum Firmano Magistratu, penes quem semper Clavis Urnae Sacrae Reliquiae extiterat, ad eius identitati consulendum, recursui locus factus est, supplexque Libellus Sacrorum Rituum Congregationi a Sodalitate porrectus, cui rescriptum fuit: *Instet, citata parte*. Praestituta die convenientibus Procuratoribus coram R. P. eiusdem Sacrae Congregationis a Secretis, quum unusquisque suum Dubium pro aris, et focis assereret, ac sententia non conveniret, communi voto statutum fuit, ut Sacra ipsa Congregatio decerneret quale foret disputandum. Quae in Ordinario Coetu ad Quirinalem die 27. Augusti praecedentis Anni 1836. coacta, audita relatione Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinalis Ioannis Francisci Falzacappa Episcopi Albanen. Ponentis, mandavit disputari Dubium sequens: « An Reliquia Sacrae Spinae reportanda sit ad Ecclesiam Patrum Eremitarum Augustinianorum

in casu? » Evoeatis iterum omnibus in iudicium coram eodem R. P. Secretario, quo constitueretur Congregatio ad Dubium idem disputandum, constabilitaque proxima, omnia fuerunt rite moderata. Denuo itaque in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitibus ad Vaticanas Aedes sub infrascripta die coadunatis, proposito per Eminentissimum et Reverendissimum Dominum Cardinalem Carolum Mariam Pedicini Episcopum Praenestinum, Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarium, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum, loco et vice Eminentissimi et Reverendissimi Domini Cardinalis Falzacappa Relatoris absentis, supra-scripto Dubio, eadem Sacra Congregatio, omnibus mature perpensis, consideratis, riteque libtratis, rescribendum censuit. « Affirmative, servatis omnibus, prout erant ante translationem Reliquiae anno 1808. sequutam, et amplius. » Atque ita rescripsit, die 11. Martii 1837.

4802.

BAIOGEN.

Quum Reverendissimus Baiocen. Episcopus experientia compererit permulta incommoda oriri in celebratione Festorum Sanctorum Patronorum, si ad tramites Decreti huius Sanctae Sedis diei 29. Novembris 1831. festivitates huiusmodi transferendae sint omnino ad subsequentem immediate Dominicam, non autem ad Dominicam proximiorum, quae potest etiam esse ante Natale Festum, uti ante promulgationem ipsius Decreti fieri consueverat, ad haec eadem incommoda eliminanda Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit, ut in sua Dioecesi Solemnitas Sanctorum Patronorum cuiuslibet Paroeciae celebrari valeat Dominica proximiori non impedita, sive ipsa Festum praecedat, sive subsequatur. Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum subsignata die

et facto ipsi adversantur. Nihil itaque est, per quod S. Andreas uti Titularis Ecclesiae possit excludi, sed nihil aliud ipsi debetur nisi quod stricte Titularibus convenit, in quo huc usque Clerus limites est praetergressus.

Quod spectat ad S. Cechardum eadem ferme dici possunt: cum enim ipse vere Civitatis Carriensis Patronus sit particularis, cum per concessionem principalis Patroni Dioecesis non sit abrogatus, nulla est ratio per quam debeat expungi; et hinc pariter Ei sunt tribuenda quae Civitatis Patronis principalibus conveniunt.

Amota tali modo per auctorum doctrinam, per Liturgicas regulas, per Concessionis et Decreti investigationem rectamque utriusque interpretationem omni aequivocatione, omni, quae huc usque facta est, Patronum inter et Titularem confusione sublata, unicuique quod convenit tribuendo, liquet quam prudenter sapienterque S. Congregatio propositis dubiis responderit atque decreverit. Mirabitur fortasse aliquis haec disserendo statutos brevitatis limites qui adnotationibus praescribi solent, haud esse servatos, sed cum de materia ageretur, quae non raro usui esse potest, ideo rem latius exponere non supervacaneum visum fuit.

coadunata, re mature perpensa, auditaque relatione a me infrascripto Secretario facta, rescripsit: « Pro facultate transferendi Festa, de quibus in precibus ad Dominicos dies non impeditos festo altioris ritus, vel privilegiatos, in quibus tamen permittitur Missa votiva solemnitas de Festo translato; dummodo in Cathedrali Missa de Sancto occurrente non omittatur; quatenus vero Dominica proximior sequens sit impedita, tunc Festum ut supra fieri permittitur in Dominica proximiori praecedenti: » Atque ita rescripsit, ac servari omnino mandavit, die 11. Martii 1837.

4803. CALATAYERONEN.

Quum Capitulum Cathedralis Calatayeronen. a Sacrorum Rituum Congregatione quaesierit liceat nec ne

1. Canonicis Feria sexta in Parasceve deponere Sacras Vestes, quae induti reperiuntur, et permittente Episcopo, assumere iterum Cappam, et soluta longiori Vestis fimbria ad adorationem Crucis accedere, ac deinde Sacras iterum Vestes resumere?

2. An saltem cum Cappa, et soluta talaris Vestis fimbria, id liceat, semper assentiente Episcopo, Canonicis secundariis, qui Sacris Vestibus induti non sunt?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die in Ordinario Coetu coadunata, referente me infrascripto Secretario, respondendum censuit.

Ad 1. « Negative, et Sacrae Vestes assumantur solummodo iuxta Caeremoniale dum Episcopus Functionem peragit. »

Ad 2. « Affirmative in casu. »

Et ita servandum esse mandavit, die 11. Martii 1837.

4804. CONGREGATIONIS MISSIONIS.

Sexto Kalendas Septem. superioris Anni 1836. Sacrorum Rituum Congregationis Decreto iniunctum fuit Alumnis Congregationis Missionis Civitatis Neapolitanae in Ara maiori Ecclesiae adnexae Domus Novitiatus ipsius Congregationis apponere Imaginem Sancti Nicolai Tolentianis Titularis, quod difficile facta iteratis precibus hodiernus Visitor exposuit, siquidem Sanctus idem Nicolaus veneratur, et colitur in apposita Aedicula, ac propterea supplicavit enixe, ut in ipso maiori Altare apponi possit Imago Conceptionis Deiparae. Eminentissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, re mature perpensa, in Ordinariis Comitibus ad Vaticanum subsignata die coadunati, audita a me infrascripto Secretario relatione, rescripse-

runt: « Relinquatur Imago Sancti Nicolai propria in Aedicula, sed in Ara maiori ponatur Icon illius Sancti, in cuius honorem est consecrata. In reliquis servetur Decretum die 27. Aug. 1836. Die 11. Martii 1837.

4805. CENOMANEN.

Ex parte Reverendissimi Episcopi Cenomanen. Sacrorum Rituum Congregationi proposita sunt sequentia Dubia pro opportuna declaratione, et solutione, nimirum.

1. An interdicenda sint Altaria portatilia si nullum appareat Reliquiarum Sepulchrum, licet adsint quinque Cruces?

2. An idem dicendum si existat Sepulchrum absque Sigillo?

3. Tandem an id saltem exequendum quando appareat Sepulchrum, sed nullum extat appositi Sigilli vestigium?

Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum subsignata die coadunati, me infrascripto Secretario referente, rescripsere.

Ad 1. « Clarius se explicet. »

Ad 2. et 3. « Dummodo lapis consecratus, seu Altare portatile integrum sit, in eo celebrari potest. » Die 11. Martii 1837.

4806. LEODIEN.

Sacerdos Henrotte Leodiensis Sacrorum Rituum Congregationi insequentia Dubia pro opportuna declaratione proposuit, nimirum.

1. An Missa votiva solemnitas pro re gravi celebrari possit in Dominicis secundae Classis?

2. An Officium Sancti Gregorii Thaumaturgi recitandum sit ab omnibus ritu duplicis minoris?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum sub infrascripta die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente me infrascripto Secretario, rescripsit.

Ad 1. « Affirmative in Dominicis privilegiatis secundae Classis, et Festis itidem secundae Classis. »

Ad 2. « Romae ex privilegio. » Die 11. Martii 1837.

4807. MATHELICEN.

Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna solutione sequentia Dubia proposuit Aloisius Carbonari Sacerdos Congregationis Oratorii Matheleen. nimirum.

1. An celebrante solemniter prima vice novo Sacerdote Patrinus seu Presbyter assistens possit in Dominicis antea aspergere Populum Aqua benedicta, ac deinde ad Sacristiam accedere, et Sacerdotem ipsum ad Altare adducere cum Ministris?

2. An subtus Pluviale ipse Patrinus possit Stolam gestare, ac Fidelibus cum Patena ministrare quoties Eucharistica Communio instituenda est?

3. An Patrinus debeat, vel saltem possit Celebrantem incensare loco Diaconi?

Et Sacra eadem Congregatio ad Vaticanum hodierna die in Ordinario Coetu coadunata, referente me Secretario, rescripsit.

Ad I. « Negative in omnibus. »

Ad II. « Spectare ad Diaconum utrumque. »

Ad III. « Negative. » Die 11. Martii 1837.

4808. TIBURTIN.

Hodiernus Archipresbyter Collegiatae Ecclesiae Sancti Petri, et Parochus Sancti Ioannis Baptistae Oppidi Poli Dioecesis Tiburtin. aegre ferentes, Cappellanos Sodalitatum ibidem erectarum in Processionibus Stolam deferre, Sacrorum Rituum Congregationi humillimas porrexere preces, ut declaretur, an invecata consuetudo isthuc sit licita, ac proinde toleranda? Sacra eadem Congregatio post acceptam Informationem Reverendissimi Episcopi Tiburtini, in Ordinariis Comitiis ad Vaticanum subsignata die coadunata, remature pensata, ad relationem mei infrascripti Secretarii, rescribendum censuit: « Iuxta alias Decreta licere Cappellanis Confraternitatum Stolam in Processionibus deferre. »

Atque ita rescripsit, ac in proposito casu omnino servandum esse edixit, atque mandavit, die 11. Martii 1837.

4809. VERONEN.

In Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis ad Vaticanum subsignata die habitis a me infrascripto Secretario iterum relato Dubio a Reverendissimo Episcopo Veronen. hisce verbis

Decreta in hoc volumine relata ita reperiuntur in Regestis Decretorum existentibus in Secretaria Congregationis Sacrorum Rituum.

In fidem etc.

Loco ✠ Sigilli

proposito: Utrum verbum *deinde* in forma absolute in nonnullis editionibus rubro characterem impressum omittendum sit? Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, audita prius Sacrae Universalis Inquisitionis Congregatione, rescribendum censuerunt: *Nihil esse innovandum.* Die 11. Martii 1837.

4810. ORDINIS MINORUM

S. FRANCISCI CONVENTUALIUM.

Quum R. P. Fr. Xaverius Tufano Sacerdos Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium, Sacrorum Rituum Congregationem humillimas preces rogavit declarationem, an in Feriis secundis, et tertiis Paschae, et Pentecostes, in die Ascensionis Domini, Sanctissimi Corporis Christi, ac in die octava liceat commemorationem instituere in utrisque Vesperis, ac Laudibus cum Lectione historica illorum Sanctorum, quorum Officia quum ad Anni terminum locum habere nequeant in diebus propriis redigenda sunt ad ritum simplicem? Sacra Congregatio audita relatione a me infrascripto Secretario facta rescribendum edixit: « Detur Decretum in Hispalen. diei 26. Novembris 1735. ad Dubium V., et in una Ordinis Capuccinorum diei 8. Martii 1738. quibus cautum est, Officia, quae intra Anni terminum transferri nequeunt, redigenda esse ad ritum simplicem in die propria cum IX. Lectione historica, et commemoratione in utrisque Vesperis et Laudibus. Quae dispositio locum habere debet in omnibus Festis, et duplicibus tum primae tum secundae Classis, excepto ultimo Triduo Maioris Hebdomadae, Festis Paschae, et Pentecostes cum duobus sequentibus Feriis tantum, sicuti decretum fuit in una Panormitana diei 12. Aprilis 1823. » Die 11. Martii 1837.

I. G. Fatati S. Rit. Congr. Secretarius.

FINIS VOL. TERTII.

REIMPRIMATUR — Fr. Th. M. Larco O. P. S. P. A. M. Socius.

REIMPRIMATUR — Fr. A. Ligi Bussè Archiep. Iconien. Vicesgerens.